MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EPISTOLARVM TOMVS II

GREGORII I REGISTRI L. VIII—XIV CVM INDICIBVS ET PRAEFATIONE.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCIC

GREGORII I PAPAE

REGISTRVM EPISTOLARVM

TOMVS II.

LIBRI VIII—XIV CVM INDICIBVS ET PRAEFATIONE.

POST PAVLI EWALDI OBITVM

EDIDIT

LVDOVICVS M. HARTMANN.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCIC

Aulae Vimariensis officina typographica.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

PRAEFATIO.

Quae sequuntur de collectionibus et codicibus et ordine chronologico epistularum Gregorianarum maxima ex parte succincte ea repetunt, quae Paulus Ewald ipse, qui auspiciis Guilelmi Wattenbach hanc editionem instituit, in Novo Archivio nostrae societatis t. III p. 431—625 docte et acute disseruit („Studien zur Ausgabe des Registers Gregors I"), cum quasi fundamenta critica Registri Gregoriani iecit. Attamen multa, quae hic non ad rem pertinere vel mihi quidem satis demonstrata non esse videntur, omisi; nonnulla ex notis manuscriptis Ewaldi mutavi; alia ipse addidi vel supplevi.

Vindobonae Martio mense 1899.

Ludovicus M. Hartmann.

DE EPISTULARUM GREGORIANARUM COLLECTIONIBUS ET CODICIBUS.

Dubium non est, quin iam multo tempore ante Gregorium nostrum Registrum earum epistularum, quae ab episcopis Romanis dictabantur, conditum atque in archivio Lateranensi asservatum sit. Gregorius ipse diversis locis de hoc scrinio agit; cf. indicem sub verbo: scrinium. Equidem non dubito, quin omnes epistulae in Registrum receptae sint, quamquam Gregorius uno loco, nescio qua ex causa, Registro non usus est (cf. V, 7 p. 289; adde III, 54 p. 212 n. 4 et XI, 56ª p. 332 n.)

Beda in praefatione historiae ecclesiasticae narrat: „[Nothelmus] nonnullas ibi beati Gregorii papae simul et aliorum pontificum epistolas, perscrutato eiusdem sanctae ecclesiae Romanae scrinio, permissu eius, qui nunc ipsi ecclesiae praeest, Gregorii (II.) pontificis, invenit“. *Quinque fere annis post, a. 735, Bonifatius ad Nothelmum episcopum Cantuariensem scribit (M. G. Epist. III p. 284):* „Similiter et diligenter obsecro, ut illius epistolae, qua continetur, ut dicunt, interrogationes Augustini pontificis ac praedicatoris primi Anglorum et responsiones sancti Gregorii papae, exemplar mihi dirigere curetis . . . . . quia in scrinio Romanae aecclesiae, ut adfirmant scriniarii, cum ceteris exemplaribus supra dicti pontificis quaesita non inveniebatur“. *(De causis quibus factum est, ut haec epistula (XI, 56ª) non inveniretur, cf. II, 332 n.) A. 742 autem Gemmulus diaconus Romanus Bonifatio rescribit (Epist. III p. 308) se attritum doloribus epistolas S. Gregorii a Bonifatio postulatas tum mittere non posse; sed id agere* „ut, dum alia vice hic vestrum missum direxeritis, quae praecepistis, impleta esse reperiantur, ut absque tarditate quae desideratis expleantur“. *Atque iterum, ut videtur, postquam hac Gemmuli epistula accepta alius Bonifatii nuntius Roma in Germaniam revertit, Bonifatius Ecbertho, archiepiscopo Eboracensi, scribit (Epist. III p. 347):* „Interea ad indicium caritatis fraternitati tuae direxi exemplaria epistolarum sancti Gregorii, quas de scrinio Romanae ecclesiae excepi; quae non rebar ad Britanniam venisse: et plura iterum, si mandaveris, remittam; quia multas inde excepi“. — *Iohannes diaconus, qui vitam Gregorii, praesertim ex epistulis compositam, Iohanni VIII papae (872—882) dedicavit, in praefatione operis scribit:* „Si cui tamen, ut assolet, visum fuerit aliter, ad plenitudinem scrinii vestri recurrens tot charticios libros epistolarum eiusdem patris *(scil Gregorii)*, quot annos probatur vixisse, revolvat“; *et IV, 71 idem scribit:* „Ab exponendis epistolis, quamdiu vivere potuit, numquam omnino cessavit: quarum videlicet tot libros in scrinio dereliquit, quot annos advixit. Unde quartum decimum epistolarum librum septimae indictionis imperfectum reliquit, quoniam ad eiusdem indictionis terminum non pertingit. . . . . Ex quorum multitudine primi Hadriani papae temporibus (772—795) quaedam epistolae decretales per singulas indictiones excerptae sunt et in duobus voluminibus, sicut modo cernitur, congregatae“.

Quibus locis efficitur ex Registro Lateranensi alias epistulas iam tempore Bonifatii, alias in fine saeculi VIII excerptas esse.[1] *Ut de his primum agamus, notandum est, Iohannem diaconum affirmare epistulas tempore Hadriani excerptas atque collectas secundum indictiones, sicut in Registro inveniebantur, in duo volumina divisas esse. Hae divisiones in ea classe codicum manuscriptorum inveniuntur, quam litera R signamus; primum volumen, r, aut secundum, ϱ, in multis codicibus solum invenitur; in superscriptione vel subscriptione eiusmodi codicum verba* „ex Registro" *non desunt. Ewald recte, ut videtur, contendit, hanc collectionem ab Hadriano I papa Carolo Magno imperatori oblatam esse, qui etiam in aliis Gregoriana sectatus est. Nam Hadrianus papa a. 794 (cf. Epist. V, 55, J-E. 2483) scribit ad Carolum:* „Meminit enim vestra praerectissima regalis praecelsa scientia, qualiter in ipsa sancti Gregorii papae epistola Sereno episcopo Massiliensi directa (IX, 208) fertur infra cetera contineri, ubi eundem episcopum increpans inquit: Aliud enim est picturam adorare" *etc. Epistula illa, cuius Carolus meminisse dicitur, non invenitur nisi in codicibus classis R; neque Hadrianus pro certo habuisset imperatorem eius epistulae meminisse, nisi eam Carolo ipse misisset.*

At iam ante classem R alias Gregorianarum epistularum collectiones et extitisse et in Germania cognitas fuisse cum ex illis Bonifatii verbis tum ex ipsis fere codicibus efficitur. Nam de quibus infra agemus et cod. Coloniensis 92 et Petersburgensis (olim Corbeiensis) neque archetypi sunt et iam saeculo VIII scripti sunt. Sed hi codices non easdem epistulas continent, quas codices R, sed ille duas collectiones, quas P et C signamus, hic collectionem P solam. Atque Alcvinus c. a. 798 scribit (Epist. IV, 215): „Epistolam vero, quam beati Gregorii de simpla mersione dicunt esse conscriptam (I, 41), in epistolari suo libro, qui de Roma nobis adlatus est, non invenimus. Alias vero omnes perspeximus in eo libro, quem ad occidentalium partium ecclesias pontifices vel reges scripserat. Ideo dubii sumus, an illius sit an ab aliquo huius sectae auctore sub eius nomine scripta sit". *Cum epistula I, 41 in omnes codices R recepta sit, in codicibus C et P autem desit, dubium non est, quin Alcvinus collectione C aut P aut utraque usus sit, R vero non cognoverit. Item Bonifatius sine dubio loco supra laudato aut de altera ex eis aut de utraque agit. Fortasse collectionem C, in qua nullae epistulae in Britanniam missae continentur, in Britanniam misit; fortasse Alcvinus collectionem P epistolarem librum dicit, in qua multae epistulae ad occidentalium partium personas continentur. Sed de hac re certi aliquid affirmare non ausim.*

REGISTRUM HADRIANUM = R.

Codices R, qui collectionem Hadrianam continent, 686 epistulas exhibent per ordinem indictionum, quarum pleraeque titulo atque nonnullae subscriptionibus indicant ex registro sumptas esse. Praeter codices, qui omnes illas epistulas continent, exstant alii, qui aut indictiones IX—XV (r) aut indictiones I—VII (ϱ) solas habent; quod mirum non est consideranti Iohannem diaconum l. l. narrare epistulas Gregorianas Hadriani papae tempore duobus voluminibus collectas esse. Itaque scriptores facile aut unum aut alterum volumen solum describere potuerunt.

R 1: *Codex Casinensis 71 fol. (0,38 × 0,29 m) membr. saec. XI. exeunte characteribus langobardicis duplici columna diligenter conscriptus, cuius descriptionem habes apud Tosti, Bibliotheca Casinensis p. 243 ss. et facsimile ib. post p. 210 (tab. VI). 393*

1 *Cf. etiam* Mommsen *in N. A. XVII, 393.*

epistulae indictionum IX—XV ab uno eodemque scriptore atramento pallide subfusco scriptae; ultimae in paginis 153—156 coartantur, ut omnes in hoc quaternione locum habeant; inde ab indictione I p. 157—204 alter scriptor nigro atramento atque maioribus characteribus utitur; p. 205 incipit manus tertia. Ante primam epistulam totius codicis inveniuntur haec verba: „In nomine domini epistolę ex registro beati Gregorii papae mense september indictione nona", *ante primam indictionem, i. e. ante secundam partem codicis:* „In nomine domini incipit epistolę ex registro domini Gregorii de indictione prima". *Numeri, quibus epistulae notantur et in ind. IX et in X et in XII a numero 1 incipiunt, atque iterum epistulae indictionum I—VII continuo a numero 1 usque ad 293 numerantur. Ex quibus apparet duas illas partes Registri Hadriani etiam in archetypo codicis R 1 distinctas fuisse; adde, quod post* „Explicit indictio XV", *i. e. in fine primae partis, habes:* „Item epistola quam reliqui de mense aprili indictionis XIIII." *cum ep. VII, 42.*

Quaterniones („IIII" *in pagina hodie 68 notata,* „XI" *manu correctoris in p. hodie 172) habent aut quattuor aut duo folia duplicia, quibus duo folia praeposita sunt. In primo folio primi quaternionis sine ulla superscriptione incipit* „Simbolum quod dictavit s. memoriae Gregorius papa" *et sequuntur epistulae indictionis IX (cf. supra).* „Liber primus", „L. secundus" *etc., quae verba in margine initio uniuscuiusque indictionis adduntur, manu posteriore scripta sunt; errore* „librum tertium" „liber quintus" *sequitur itaque indictio ultima* „liber XV" *dicitur. — In contextu post datum, si quod est, et superscriptionem et numerum, quae minio scripta sunt, ante epistulas quasdam sequitur breve argumentum, quod plerumque postea erasum est. Epistulam IX, 181 (63 indictionis II) sequitur cuiusdam sermonis fragmentum (Florilegium Bibl. Casinensis II p. 20 ss.), quod ad epistulas non pertinet; ubi scriptor saec. XIV. superscripsit* „Alia de honore, qui exhiberi debet sacerdotibus". *In fine codicis post ultimam epistulam sine ulla superscriptione tertius ille scriptor scripsit vitam Agapiti papae (Baronius ad a. 536).*

Codex saeculo, ut videtur, XIII. a correctore perlustratus est. — Ewald contulit. — A codice R 1 duo codices descripti sunt:

Codex Parisiensis 2281 fol. membr. saec. XI.—XII., olim Colbertinus, unus, ut videtur, ex Colbertinis, quibus Maurini usi sunt. Historiae Agapiti papae in fine additae sunt quattuor epistolae, ex quibus una apocrypha est, ceterae ex Beda sumptae.

Codex Urbinas 99 fol. membr. saec. XV., splendidis ornamentis insignis. In titulo legitur: „In hoc codice continentur libri novem registri beati Gregorii cum epistolis suis"; *sequitur — quo R 1 caret —* „tabula super registro", *i. e. index novem libros enumerans et tractatum Gregorii de panibus azimis* „Dicta beati Gregorii ex ratione sacrifitii", *qui incipit:* „Solet plane movere". *Liber I—VII = indictiones IX—XV; liber VIII = ind. I—V; liber IX = ind. VI—VII; sed secundae partis Registri, i. e. indictionum I—VII, epistulae continuo numerantur. In fine historia Agapiti. —*

R 2: *Codex Trevirensis 171 fol. (0,260 × 0,355) membr. saec. X., initialibus varii coloris ornatus atque a diversis scriptoribus partim optime scriptus, qui in initio epistularum non raro uncialibus litteris utuntur. Codex iste olim XXXII quaternionum fuisse videtur; nam hodie in fol. 20ᵛ, ubi ep. XIV, 2 scripta est, legitur XXXI. Sed hodie, quamquam finis codicis:* „Explicit liber ex registro sancti Gregorii" *superest, desunt plurima folia, cetera inter se commutata sunt. Manu saec. XII. in fine additur:* „Epistolae numero DCLXII", *in primo folio nuper adiecto legitur manu moderna scriptum:* „In nomine domini incipiunt ex registro sancti Gregorii papae mense ind. IX, quae fuit indictionis eius prima". *Sed initio indictionis VII invenitur:* „Incipit ex registro" *etc., ut in R 1, ad quem Trevirensis in contextu prope accedit. Ordo epistularum, quamquam magnis lacunis interruptus, idem est atque in R 1, si folia codicis ita ordinantur:*

fol. 1. 2. 3 (ex ind. IX); fol. 6. 7. 8. 9. 25—28. 35. 29 (ex ind. IV); fol. 30—34. 4. 5 (ex ind. V); fol. 24. 10. 11. 12. 13. 14—20 (ex ind. VI); fol. 20. 21. 22. 23. 36. 37 (ex ind. VII). — Cf. Beschreib. Verzeichniss der Handschr. d. Stadtbibl. zu Trier von M. Keuffer II p. 89 s. — Epistula XIII, 43 bis exhibetur. — Ewald epistulas quae supersunt contulit. Dubitari potest, an ad hunc codicem pertineat fragmentum quoddam codicis Trevirense, cuius nihil fere nisi titulus superest. Codex iste sub Ecberto archiepiscopo Trevirensi (977—993) Ottoni II. traditus est. In primi folii pagina prima versus aliquot Ottoni imp. inscribuntur; atque in verso litteris capitalibus aureis scriptum legitur: „Incipit liber epistolarum beati Gregorii papae. quas diversis in partibus transmittendo edidit. et postea in unum corpus collectas . eundem librum . a pluribus placuit appellari registrum :“: *folium secundum vacuum relinquitur; in folio tertio et hodie ultimo imago Gregorii papae depicta est; cf. N. A. II, 437 s.; Keuffer l. l. p. 95.*

R 3: Codex Sangallensis 670 in 4° membr. saec. X., diligentissime scriptus et correctus, continet post Pseudo-Isidorum inde a quaternione XXX., foliis 422—506, triginta sex epistulas selectas, sed inter se eodem ordine adornatas, quo omnes codices R utuntur. Glossae quaedam et correcturae, si Scherrero (Verzeichniss der Handschr. der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 216) et Ewaldo credis, ab Ekkehardo IV. additae sunt. — Ordo epistularum hic est: I, 8. 15. 19. 23. 24. 33. 34. 40. 51. 66. 76. 79. 82. II, 17. 22. 44. 45. 46. 48. 50. III, 38. 47. 54. 61. IV, 11. 24. 30. V, 36. 44. 45. VII, 5. 7. 31. VIII, 11. IX, 147. 218. — Ewald contulit. —

De aliis codicibus pseudoisidorianis, qui aliquot epistulas Gregorii continent cf. P. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae (1863) p. XXX et cod. Colon. 114 s. XI.

***R 4:** Codici Escorialensi d I 1 fol. membr. a. 992 (era 1030) characteribus minusculis visigothicis duplici columna bene conscripto,* „Codex Emilianus“ *dicto, e San Millan de la Cogolla, cuius descriptionem facit Ewald in N. A. VI, 236—238, collectionem canonicam, quae Hispana dicitur, continenti, in fol. 230—235 et in fol. 393—397 alia scripta addita sunt, inter quae, manu, ut videtur, saec. XI. fol. 393 ss. epistulae Gregorii e R selectae* („Incipit liber registrum“) *hae: I, 9. 12. V, 49 (interpolata) VIII, 32. VI, 28. VII, 40. V, 47. III, 17. IV, 9. 10. 18. III, 26. VI, 55. — Ewald contulit.*

Accedunt ad hos alii codices R aut integri aut abbreviati, qui non collati sunt. Integri:

Codex Carpentoractensis 213 fol. membr. saec. X.—XI.; folium primum deest; epistulae partis secundae numeris 1—290 enumerantur; librorum numeri non notantur; item ultimae tres epistulae deesse videntur.

Codex Laurentianus, Conventi soppressi 541 (Camaldolensis) fol. membr. saec. XI.—XII. Post Symbolum habes: „In nomine domini incipit (*corr. in* incipiunt) epistole beati Gregorii“ *et post VII, 42 sub numero 205 ep. VIII, 17 primam sententiam usque* „informat“ *cum nota:* „Req. in ant.“. *Ultimum folium codicis deest.*

Codex Matritensis B 12 fol. membr. saec. XII. In prima pagina manu saec. XV. scriptum est: „hic liber est maioris Messanensis ecclesie“; *sequitur Symbolum. Post indictionem XV habes proprium indicem epistularum indictionis I—VII. In fine additur ultima pars falsae epistulae IX, 147.*

Codex Oxoniensis 2100 (olim Bodl. 193) fol. min. membr. saec. XI optime scriptus. Post Symbolum habes: „Registri Beati Gregorii Pape Urbis Rome Liber Primus Incipit“ *etc. Manus posterior 13 libros enumerat. Secunda pars maioribus litteris et alio atramento scripta est. Initia epistularum post superscriptiones minio scriptas variis coloribus decorata sunt.*

Codex Parisiensis 15311 fol. membr. saec. XII. In fine additur pars falsa ep. IX, 147.

Codex Parisiensis 2284 (Delamarre) fol. membr. saec. XII., in medio mutilus, in fine addita est ultima pars falsae formae ep. IX, 147.

Codex Divionensis 180 (144) fundi antiqui, olim monasterii Citeaux, 0,356 × 0,257 m, saec. XII. — XIII. In folio 1 imago Gregorii papae cum duobus scribis. Ante titulum habes bullam Clementis III. (J - L. 16514) et Symbolum. Sequitur prima pars Registri et inter hanc et secundam in f. 113ᵛ epistula V, 6 et pars falsae epistulae ad Felicem Messan. („Quod autem scripsi Augustino“ *etc.) Post ep. XIV, 17 in fine codicis additur ultima pars falsae ep. IX, 147.*

Codex Namurcensis 76 fol. chart. saec. XV.; in fol. 1: „Iste liber pertinet monasterio b. Marie virginis de Jardineto iuxta Walcuriam in comitatu Namurcensi Leodiensis diocesis“. *In fine* „Explicit registrum beatissimi Gregorii pape scriptum et finitum anno Domini 1493 in die sci Marcelli martyris post epiphaniam dni per manum cuiusdam fratris“ *etc. (Anal. Bolland. I, 524 ss.). Sequuntur vitae Sanctorum.*

Codex Erlangensis bibl. Univers. 658 saec. XV.: „Epistolae ex Registro b. Gregorii papae“.

Accedunt codices, qui non totam collectionem R continent, sed fragmenta collectionis, quae ex R hausta esse videntur:

Codex Veronensis 44 fol. membr. saec. IX.—X., fol. 146 ss. habet 24 fragmenta epistularum sub titulo „Opus excerptum ex codice epistolarum beati Gregorii“. *Cf. Reifferscheid, Sitzungsber. d. kais. Ak., phil. hist. Cl., 49 p. 64.*

Codex Veronensis 45 fol. membr. saec. X. post Regulam pastoralem fol. 186 fragmenta sex epistularum exhibet, quae ex cod. Veron. 44 sumpta sunt, sub titulo: „Item eiusdem ex codice epistolarum“.

Codex Sangallensis misc. 1398 saec. XI.—XII. continet excerpta e 28 epistulis, quarum prima est IV, 16. Cf. Halm, Sitzungsber. d. kais. Ak. 50 p. 140.

Codex Oxoniensis collegii Corporis Christi 283 saec. XIV. continet post epistulam Ciceronis ad Servium fol. 44—48 fragmenta 32 epistularum hoc ordine: II, 31. IV, 28. 43. V, 25. IX, 109. X, 12. XIII, 28. 23. 37. X, 6. XIII, 32. IV, 14. V, 20. X, 6. XII, 4. XIII, 14. V, 40. II, 48. III, 15. I, 77. II, 37. 17. IV, 14. VI, 11. 20. I, 81. XIII, 17 praeter quinque alia nondum certe definita.

Codex Casinensis 157 I saec. XI. habet: „quae sequuntur ex epistolis b. Gregorii papae per diversa loca sunt excerpta“.

Codex Bononiensis Collegio Spagniolo 8 saec. XII. „Absunt indictiones XII. XIII. XIIII. XV. I cum dimidio undecime et secunde, ut collationem faciendo observavi“. *Incipit ab ep. I, 1; terminat sub n° CXLIIII cum epistula IX, 147 interpolata. (Ex Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 11.)*

Codex Monacensis 7482 fol. chart. habet inscriptionem: „Magister Conradus Onsarg canonicus Ratisponensis me donavit monasterio Yndersdorff anno 1478“ *et continet Registrum abbreviatum sub numeris 1—502, in octo libros divisum, ita ut indictiones IX, X + XI, XII, XIII, XIV, XV, I + II, III + IV + V + VI + VII in singulis libris contineantur; ante unumquemque librum habes indicem epistularum.*

Codex Oxoniensis collegii Corporis Christi 280 saec. XV. ex. continet fol. 161—162 quasi indicem aliquot epistularum librorum XIII et XIV cum aliquot brevibus argumentis. In fine habes: „Explicit epistolarum sive Registri beati Gregorii romani pontificis liber 14“.

Codex Norimbergensis Cent. II n. 92. C saec. XIII. (vel Cent. I, 60 saec. XIV.): Gregorii M. Epistolae. Multae epistulae desunt; fol. 57 habes: „Incipiunt epistolae indictionis nonae“, *sed hanc superscriptionem sequuntur epistulae indictionis I. Numeri librorum et indictionum transmutati sunt. (Ex: De Murr, Memorabilia bibliothecar. Norimbergensium, Norimb. 1786, I p. 240).*

Ex catalogis vetustis nota e. g. hos codices:

Codex Scaffhusanus non post saec. XI., „Regestum Gregorii" *in catalogo librorum sub abbate Sigfrido comparatorum; cf. H. Boos, Handschr. der Ministerialbibl. in Schaffhausen (1877) p. IV. Iam non exstare videtur.*

Ricvaux, ex catalogo saec. XIV. (Wright and Halliwell, Rell. Antiquae (1845) II, 183): 1) Prima pars registri, et Augustinus de vera religione, et Marsias, in uno vol. 2) Secunda pars registri, et liber de scientia dictandi, in uno vol.

Amelungsborn: catalogus a. 1412: Nr. 181 Registrum Gregorii. Holzmindener Gymnasialprogramm 1876, H. Dürre, Beitr. zur Gesch. der Cistercienserabtei A. p. 21.

Praeterea cf. catalogos Laureshamensem, Corbeiensem, Nonantulanum a. 1106 editos a Maio in Spicilegio Romano V, p. 178 („in duobus libellis"). *206* („Registrum"). *220* („Registrum").

PRIMA PARS REGISTRI HADRIANI = r.

Codices r continent Registri Hadriani indictiones IX—XV, i. e. 393 epistulas; in initio legitur Symbolum, ut in R; superscriptiones singularum indictionum, ut in R.

r 1: Codex Parisiensis 2279 (olim S. Martialis Lemovicensis 118) membr. saec. X. in., a duobus vel pluribus scriptoribus conscriptus, quorum unus (qui scripturam antiquiorem archetypi imitari solet) primam partem et in fol. 98 initium ep. 27 indictionis XII. (usque ad verba „quod verum deum"*) scripsit; cetera pars folii vacat; in fol. 99 scriptor alter continuat. — Codex initium sumit a symbolo et post indictionem XV. habet* „Item epistola quam reliqui" *etc., sicut in codicibus R. In fol. 202 sequuntur quaedam breves supplicationes secundum dies et sanctos ordinatae. — Et Ewald et partem ego contulimus.*

r 2: Codex Parisiensis 11674 fol. membr. saec. IX., olim „Liber sancti ac beatissimi benedicti abbatis Floriacensis", *deinde in bibliothecam Coislinianam translatus atque ab Henrico du Cambont, duce Coisliniano atque episcopo Mettense, a. 1732 monasterio S. Germani a Pratis donatus.*

Quaterniones octonis foliis constant, quorum post f. 167 et 250 singula et ultimi quaternionis bina deperdita sunt. Codex iste a diversis scriptoribus diligenter scriptus, quorum nomina partim addita sunt; ita invenitur in fol. 71ᵛ iuxta Quat. VIIII: „Pars Aaron", *in f. 189ᵛ sub Quat. XXIII:* „Pars Ledouuardi"; *in f. 96ᵛ quod est primum quaternionis XIII:* „Rodbertus" *eraditur. Ante indictionem XII invenitur nota* „Liber tertius", *ut in R 1. Lineae superscriptionum per vices rubro et nigro atramento scribi solent. — Ewald contulit.*

Codex Vaticanus 620 fol. membr. saec. XI., hodie ex 15 quaternionibus compositus, quaternione XVI. deperdito, media epistula VII, 28 (nº 191) terminatur, ut hodie 377 epistulas habeat. Goussainvilleo cognitus, nobis non collatus.

Codex Parisiensis 2282 fol. membr. saec. XII. In fine indictionis XV additur praeter ep. VII, 42 etiam ep. IX, 157 et spuria ep. Zachariae papae I.-E. † 2258.

Codex Parisiensis 14300 saec. XII. cf. infra (R cum epistulis praetermissis).

Codex Gothanus (II n. 129) n. 132 fol. membr. saec. XIII. continet 45 epistulas ex r; cf. Iacobs et Ukert, Beitr. zur öffentl. Bibl. zu Gotha (1836) II p. 100.

SECUNDA PARS REGISTRI HADRIANI = ϱ.

Codices ϱ continent epistulas indictionum I—VII; desunt superscriptiones, in quibus Registri mentio fit, excepto ante indictiones VI et VII; numeri epistularum uno tenore a nº 1 usque 293 continuantur. Ante epistulas index additur.

ϱ 1: Codex Ambrosianus C 238 inf., fol. membr. saec. X. Initio codicis, qui sub nº 76 in catalogum bibliothecae Bobiensis a. 1461 compositum receptus est, invenitur haec nota manu s. XIII. scripta: „Iste liber est monachorum congregationis s. Iustine de observantia ordinis sancti Benedicti residentium in monasterio sancti Columbani de Bobio. Scriptum sub numero 76." *A cardinali F. Borromaeo bibliothecae Ambrosianae donatus est. Codex diligenter scriptus, superscriptionum lineae saepe per vices rubro et nigro atramento conscriptae, sed numeri nigri saepe ad praecedentem epistulam trahuntur. Numeri saepe confunduntur. Index ita inchoat:* „Incipiunt capitula libri Registri I. De his qui fideles fuerunt", *atque etiam in contextu superscriptio vel titulus primae epistulae desunt. Quaedam brevia argumenta etiam ceteris epistulis in indice adduntur. Indictionis V. epistulas sequitur nº 227 fragmentum Pauli diaconi III, 23—25:* „Cum Langobardorum rex Autharit" *cum sermone* „Oportet" *etc. (XI, 2: cf. not. 366, 29). Epistula XIII, 43 bis ponitur. Ultimam epistulam sicut in indice ita in contextu sub nº 294 sequitur pars epistulae spuriae* „ad Secundinum inclausum" *(IX, 147), quae incipit* „Imaginis" *(p. 147); ex eo, quod in indice* „ad" *pro dativo in hac sola epistula ponatur atque in contextu* „Gregorii" *pro nominativo, intellegitur hoc fragmentum postea additum esse. — Magnam partem ego, alia rogatu meo rv. dd. Holder-Egger et Starzer contulerunt.*

Vat. F Maurinorum: Codex Vaticanus 622 fol. membr. saec. X., characteribus pressis a diversis scriptoribus conscriptus. Post quatern. XIIII alia manu additur passio sancti Petri Alexandrini et subscriptio saec. XII.: „Iste liber est monasterii sancte crucis fontis avellane Eugubine diocesis"; *exstat praeterea in hoc codice kalendarium quoddam et translatio S. Silvestri papae. Scriptura epistularum post quaternionem VII differt a priore; sed iam folii 27, cuius pars vacat, pars non a primo scriptore scripta est. Ante numeros epistularum additur caput vel capitulum excepto in epistulis ultimae partis, ubi numeri ad epistulas praecedentes trahuntur. Prima epistula falso Anastasio ep. Antiocheno inscribitur. Cetera cum ϱ 1 concordat.*

Codex Monacensis 17079 (Scheftlariensis 79) in 4º membr. saec. X.—XI., continet 294 epistulas atque omnimodo cum codicibus ϱ 1 et Vat. F concordat.

ϱ 3: Codex Parisiensis 2278 (olim Puteanus) in 4º membr. saec. IX. cum correcturis saeculi XI. In ultimo folio invenitur nota saec. XI.: „Hic est liber S. Benedicti Floriacensi"; *continet 293 epistulas. — Indictiones III—VII rogatu meo contulit v. d. Molinier.*

Codex Bruxellensis 2517 (Vallis S. Martini) saec. XI.; incipit ab VIII, 1; in fine invenitur sermo: „Oportet" *etc.*

Codex Bruxellensis 5408 (olim Gemblacensis) saec. XII. concordat cum superiore.

Codex Namurcensis 5 (monasterii S. Huberti) fol. membr. saec. XII.: „Epistolae Gregorii pape numero 293", *fol. 1—86.*

Codex Vindobonensis 4372 fol. membr. et chart. saec. XIV. continet fol. 1—104 epistulas Gregorii atque concordat cum Vat. F; index ob confusionem 291 epistulas enumerat, contextus 304.

Codex Vatic. Palatinus 314 fol. chart. saec. XIV. continet in fol. 121—177 post titulum: „Registrum sive epistolare b. Gregorii pape" *187 epistulas: ordo epistularum*

inde a 25. confunditur; sed numeri epistulis antepositi cum numeris in ceteris codicibus ϱ concordant; 294 est fragmentum epistulae ad Secundinum. Sed nº 295 et 297 epistulae V, 49 et VII, 38 ex r adduntur.

Codex Marcianus 71 (Bessar.) fol. chart. a. 1468, a Galliccioli in editione Veneta adhibitus, continet fol. 1—171 sub nomine registri 295 epistulas. (Cf. Valentinelli, Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum, Codices Lat. II p. 275).

***ϱ 2:** Codex Vatic. Christinensis 598, 8⁰, saec. IX. fol. 63—69 fragmenta codicis ϱ olim integri exhibet. Folia hodie transposita incipiunt in media ep. XII, 10 atque cum lacunis usque ad XIII, 13 pergunt. Rogatu meo r. d. Starzer contulit.*

COLLECTIO DUCENTARUM EPISTULARUM = C.

*Collectio **C**, quae ducentas epistulas continet in omnibus codicibus cum tertia classe P (vide infra) coniuncta invenitur; nam etiam in C 2, ubi epistulae P desunt, index vestigia coniunctionis servavit. In omnibus codicibus praeter C 3, in quo ordo epistularum transmutatus est, epistulae P collectioni C postponuntur atque epistulae utriusque collectionis ita conflatae sunt, ut scriptores unam ab alia non segregaverint. Attamen has duas collectiones olim divisas esse cum ex eo apparet, quod codices P vetustissimi collectionem C non contineant (vide infra), tum quod in utraque collectione data, quae in Registro Lateranensi addita erant, diverso modo recipiantur. Nam in C non nisi uno loco (inter ep. 24 et 25:* „mense maii indict. II“*) datum aliquod additur.*

Hanc collectionem ex Registro Lateranensi excerptam esse in nullo codice commemoratur. Nam codices huius classis nullum titulum neque ullam superscriptionem prae se ferunt, sed incipiunt his verbis: „Incipiunt capitula epistolarum beati Gregorii papae urbis Romae“, *quae index et post indicem epistulae ducentae sequuntur. Epistularum series neque secundum indictiones neque secundum libros divisa est.*

***C 1:** Codex Coloniensis 92 fol. membr. saec. VIII., ex codicibus Gregorianis forte praestantissimus. In folio primo, quondam codicis tegumento, scriptum est:* „Codex sancti Petri sub pio patre Hildibaldo scriptus“; *Hildibaldus fuit episcopus Coloniae c. a. 794—818.*

Codex iste optime conscriptus est binis columnis, partim per cola et commata, a variis scriptoribus; in folio 134ᵛ, quod est ultimum quaternionis V, scriptor quidam „Gunthil“ *nomen suum in margine addidit. Corrector quidam codicem perlustravit, qui passim in margine aut inter lineas ꞔ signum vitii atque notas quasdam tironianis similes addidisse videtur. Quaterniones duodecim numerantur usque ad fol. 94; secunda series numerorum incipit a numero I in fol. 102. Collectio ducentarum epistularum explicit in fol. 105; de his quae sequuntur cf. infra Pb 1. Collectioni praeponitur index primus 253 epistularum (C + P):* „Incipiunt capitula epistolarum“ *etc. cum numeris et nominibus accipientium, quibus raro breve argumentum eorum, de quibus in quaque epistula tractatur, additum est. In fol. 169—180 continetur secundus index ducentarum epistularum cum 21 primis collectionis P, uberior, sed barbarice conscriptus, qui praeter numeros et nomina longiora regesta continet. Ad regestum epistulae nº 89 manu saec. XII. in margine notatur:* „Ab hinc emendanda sunt capitula“; *tamen etiam post hoc regestum correcturae inveniuntur.*

Facsimile folii 134ᵛ apud Arndt, Schrifttafeln II² nº 43. Codicis descriptio apud Jaffé et Wattenbach, Eccles. metrop. Coloniensis codices manuscripti (1874). — Ewald contulit.

Codex Coloniensis 93 fol. membr. saec. X., secundum Jaffé et Wattenbach l. l. p. 35 de C 1 descriptus: simili modo ut in C 1 correctori emendanda notis tironianis indicata sunt. Post indicem secundum haec nota invenitur: „Epistolaris beati Gregorii sub pio patre Hadebaldo scriptus atque beati *(sic!)* Victori traditus"; *Hadebaldus a. 819 Hildibaldo successit; de beati Victoris Xantensi monasterio agi notant Jaffé et Wattenbach l. l. —*

C 2: *Codex Vaticanus Palatinus 266 fol. min. membr. saec. IX., in una columna optime scriptus; scripturae ductus cum ligaturis cursivis codici C 1 similis; continet septem quaterniones, quorum primus duobus, ut videtur, foliis excisis sex folia, ceteri octona habent. Correcturae aliae manu coaeva aliae manu aetatis inferioris additae sunt. — Superscriptio vel titulus propter prima folia excisa deest. In primo folio quod exstat usque ad f. 16 index ille 221 epistularum cum argumentis scriptus est, qui est in C 1 secundus. Sequuntur in f. 16ᵛ usque 126 ducentae epistulae et in f. 126ᵛ, quod est ultimum, notitia nunc erasa:* „Codex de monasterio o . . . ." *Epistulae collectionis P in hoc codice desunt. — Cf. etiam Reifferscheid, Sitzungsberichte d. kais. Akad. t. 56 p. 513 s. (Wien, 1867). — Ewald et rogatu meo iterum v. d. Tschiedel contulerunt.*

C 3: *Codex Dusseldorpiensis B, 79 fol. min. membr. saec. IX., olim, ut videtur, Werdensis, ab octo vel novem scriptoribus vel pluribus conscriptus. In indice, qui epistulis praeponitur, enumerantur 253 epistulae, ita ut, quod non nisi in hoc codice invenitur, 54 epistulis collectionis P nº 55 usque 253 collectio C postponatur. Idem ordo in contextu servatur, ubi sub numeris 56—254 epistulae collectionis C conscriptae sunt. Titulum et numerum ep. IX, 129 hic codex et in contextu et in indice omisit, ita ut pro 200 solummodo 199 epistulae enumerentur. — Ewald contulit.*

C 4: *Codex Parisiensis 14500 (olim Victorinus) fol. membr. saec. X. in una columna conscriptus, continens epistulas 253, ex quibus epistulae collectionis C nº 1 usque 201 numerantur. Codex iste non magni valoris est; desunt epistulae a fine ep. 72 (IX, 9) usque ad finem ep. 77 (IX, 15): cf. not. II p. 47 l. 26. — Partem huius codicis rogatu meo v. cl. Molinier contulit. Idem est, quem Maurini sub nomine San-Victorini citant.*

C 5: *Codex Guelferbytanus 75, in 4º mai. membr. saec. XI., singulare quoddam exemplum coniunctionis collectionum C et P cum ϱ* (vide infra); quaterniones a variis scriptoribus conscripti. Prima folia huius codicis iam olim deperdita a scriptore saec. XV. supplentur, qui ante genuinum codicem duo folia addidit. Itaque genuinus codex hodie incipit in indice, qui cum secundo indice et argumentis codicis C 1 concordat, inde ab ep. 51; argumenta 221 epistularum sequitur brevis notitia ceterarum 32 epistularum collectionis P sine argumentis et tum verba:* „Expliciunt capitula libri primi. Incipiunt capitula libri secundi": *additur brevis index 225 epistularum ϱ*. Sequuntur epistulae collectionum C et P secundum ordinem. — Ewald nonnullos locos ex hoc codice contulit.*

Accedunt praeterea codex Remigianus „700 annorum", *quem Maurini in epistulis C et ϱ adhibent; et codex Vossianus Goussainvillei, quem Ewald eundem esse putat ac codicem Latinum Isaacii Vossii n. 2421:* „Gregorii M. epistolae cum notis marginalibus" *a Montfaucon, Bibl. bibliothecarum I p. 679 laudatum; et codex S. Mariae de Ripoll Catalauniensis 15 fol. membr. saec. XII. cum 253 epistulis, secundum Villanueva, Viaje literario a las iglesias de España VIII, 53, qui, ut videtur, Barcelonam translatus incendio periit. —*

Ordo epistularum in codicibus C hic est: IX, 111—137; 143—147; 150—153; 157—166; 168—175; 179—182; 184; 185; 187; 167; 188—191; 1—10; 12—22; 25; 28—43; 45—51; 192—196; 198—203; 209—222; 225—227; 228; 230; 231; 233; 234; 236—240; 52; 54—59; 61—66a; 67—81; 83—100; 102; 104—106; 110; 107; 113.

COLLECTIO PAULI = P.

Tertia classis codicum Gregorianorum, quae minorem numerum epistularum (53—54) continet, quam R et C, collectio Pauli ideo dicitur, quia in codice Pa 1. qui est antiquissimus (v. infra), Pauli cuiusdam epistula ad Adalardum abbatem Corbeiensem praefationis modo praefigitur. Paulum ipsum, quisquis est, non primum has epistulas collegisse, sed ab altero codice descripsisse, ex ipsius epistulae tenore apparet. Utrum Paulus notus ille scriptor rerum Langobardicarum fuerit an alter Paulus alias ignotus, dubitari potest; nam Paulus Warnefridi filius neque in historia Langobardorum neque in vita S. Gregorii, quam conscripsit, epistulas quae in collectione P continentur cognovisse videtur.

In codicibus P nullo loco commemoratur epistulas ex Registro Lateranensi excerptas esse; ante indicem inveniuntur haec verba: „Incipiunt capitula diversarum epistolarum sancti Gregorii papae urbis Romae“, *post indicem:* „Expliciunt capitula. Incipiunt epistolae beati Gregorii papae“ *etc. Index cum contextu ita concordat, ut personas eas, ad quas quaeque epistula transmissa est, eodem modo — aut casu dativo aut praepositione* „ad“ *praeposita — enumeret, quo in contextu enumerantur, atque argumenta earum solummodo epistularum proferat, quibus etiam in contextu argumenta adduntur. Iam supra dictum est collectionem P plerumque cum C coniunctam esse.*

Praeter numerum et dilectum epistularum P et a R et a C ita differt, ut plerisque epistulis datum quoddam addatur, quo non solum mensis et indictio, sed etiam dies, quo quaeque epistula scripta sit, commemoretur. Sed ipsi codices P eo modo, quo scriptores codicum his datis usi sint, inter se differunt, ita ut classis P in duo genera codicum divisa sit: in codicibus

***Pa** atramento nigro* „data die . . mense . . . indictione“ *in fine epistulae additur; sed in codicibus.*

***Pb** eadem data ad epistulas sequentes falso trahuntur atque atramento rubro eodem modo scribuntur, quo superscriptiones epistularum sequentium, ita ut datum, quod in Pa ad epistulam praecedentem pertinet, a scriptoribus Pb post numerum vel post superscriptionem epistulae sequentis immittatur.*

Pa.

***Pa 1:** Petersburgensis 6. F. I, 7 fol. membr. saec. VIII., olim Corbeiensis (cf. antiquum catalogum apud Delisle, Cabinet des manuscrits II p. 423 nº 82 et notam forte manu s. XVII. scriptam in vetere codicis tegumento:* „ex Libris | Corbeiensis monasterii“); *deinde S. Germani a Pratis (numero 169, qui in dorso additur, antiquioris; numero 858, qui in folio primo invenitur, catalogi secundi: cf. N. A. V, 246); tunc furto sublatus a. 1791 (cf. Delisle l. l. p. 52. 55); itaque invenitur diversis locis codicis nota* „Ex Museo Petri Dubrowsky“, *qui hunc cum permultis aliis bibliothecae publicae Petersburgensi dedit. Forma foliorum est 0,31 × 0,20 m, ex quibus scriptura c. 0,26 × 0,14 m explet. Facsimile folii 3ᵛ huius codicis editioni nostrae additur. Cf. de eo Epist. IV, 509.*

Folium 1^r *habet post verba:* „Incip. capitula diversarum epistularum Beati Grego|rii papae urbis Romae" *epistulam:* „Carissimo fratri et domino Adalardo viro Dei Paulus supplex. Cupieram, dilecte mi," *etc. Fol.* 1^v-40^r, *cuius pars ultima abscisa est, continet indicem (fol.* 1^v-2^r*) et epistulas Gregorii. Quaterniones numerantur: II in f.* 16^v*; III in f.* 17^r*; IIII in f.* 32^v*. In fol.* 40^v *adduntur haec verba:* „Dominus noster Iesus Christus supra petram sedebat marmoream, petrus tristis erat ante eum. Et dixit | dominus ad illum: petre quare tristis es? et dixit dominus n . . . ." — *Quae hodie sequitur foliis 41—104, aliis manibus conscripta* „egloga quam scripsit Lathcen filius Baith de moralibus Iob quas Gregorius fecit", *non semper cum codice Pauli coniuncta erat, sed sero adnexa est.*

Quin epistula, quae codici praefixa est, a Paulo ipso scripta sit, mihi quidem dubium non est. Cf. haec verba epistulae: „Suscipe tamen quamvis sero epistolas quas desiderasti: et quia mihi eas ante relegere prae occupatione totas non licuit, 34 ex eis scito relectas et prout potui emendatas esse, praeter pauca loca, in quibus minus inveni, et tamen meo ea sensu supplere nolui, ne viderer tanti doctoris verba immutare. quibus in locis et forinsecus ad aurem zetam, quod est vitii signum, apposui. Tua itaque fraternitas, si se facultas dederit, reliquas epistolas ad emendatiorem relegere studeat codicem" *etc. Itaque* Z „signum vitii" *inveni in epistulis 5. 8. 9. 10. 12. 21 22. 35: praeterea corrector primus idem est, qui epistulam Pauli ad Adalardum conscripsit, sed diversus a scriptore reliquae partis codicis nostri.*

In indice numerantur 55 epistulae, quarum 41. est: „Suagrio etherio virgilio et desiderio e̅p̅s a partib. Galliarum": *sed quoniam haec epistula (IX, 218) in contextu deest, in contextu 54 tantum epistulae numerantur. Index non nisi ad numeros 38—51 brevia argumenta addit. Ultima epistula huius codicis (54 = indicis 55) est epistula XI, 1:* „Palladio presbytero" *etc., eadem, quae iam sub n° 27 cum in indice tum in contextu conscripta est. — Hunc codicem, qui est maximi valoris, Ewald contulit, et ego nonnullos locos perlustravi.*

Pa 2: *Codex Bambergensis 601, 4° membr. saec. X., olim Michelsbergensis (cf. Beitr. z. Kunst- u. Litt.-Gesch. von Jaeck u. Heller I p. XXIII et Dümmler in Anzeiger f. Kunde der D. Vorzeit t. 24 a. 1877 p. 185), una columna conscriptus, continet diversa scripta S. Augustini et Cassiodori de anima et fol.* 111^v *— 159 Gregorii epistulas, quae ad Pa 1 prope accedunt cum in contextu tum in datis. Attamen non invenitur in hoc codice epistula Pauli ad Adalardum. Index eiusdem formae est atque index in Pa 1; at in contextu non tantum ep. IX, 218, sed etiam ultimo loco XI, 1 deest, ita ut in indice 55, in contextu 53 epistulae contineantur. — Codex iste cum Pa 1 maxima affinitate coniunctus, sed erroribus et interpolationibus plenus, postquam Pa 1 repertus est, minimi valoris. Ewald contulit. —*

Pb.

Pb 1: *Codex Coloniensis 92 fol. membr. saec. VIII. (cf. supra **C 1**), in quo collectioni C fol.* 105^v*—169 collectio P adiuncta est. Epistulae IX, 218 et XI, 1 cum in indice tum in contextu desunt. Ewald contulit. — Ad hunc codicem propter coniunctionem collectionis C cum P propius accedunt sequentes tres codices:*

Codex Coloniensis 93: cf. supra p. XV; non collatus.

Codex Parisiensis 14500: cf. supra C 4; non collatus.

Pb 6: *Codex Guelferbytanus 75: cf. supra C 5; plerasque superscriptiones epistularum Ewald contulit.*

Pb 3: *Codex Dusseldorpiensis B, 79: cf. supra C 3. In hoc codice collectio P collectioni C anteposita 54 epistulas continet; nam XI, 1 et in contextu et in indice*

bis invenitur (n° 27 et 54), epistulae IX, 218 etiam vestigia in indice desunt. In contextu post 54 numeros collectionis P sub numero 56 prima ep. collectionis C ponitur, ita ut inter duos numeros aliquid excidisse videatur. — Ewald contulit. Huc etiam pertinere videntur duo folia in initio et in fine addita

Codici Alençonensi 9 fol. membr. saec. XIII.; in quibus foliis inveniuntur hae epistulae: XI, 2. II, 6. 33. 29. 35 ex P et IX, 122. 136. 157. 169. 171. 3. 4 ex C. Cf. Cat. gén. des manuscr. Dép. II (1888) p. 483.

Adde praeterea codices Remigianum et S. Mariae de Ripoll ut ad C (cf. supra). —

Pb 2: *Codex Vindobonensis 934 (olim Salisburgensis) fol. membr. saec. IX. Post triginta epistulas Hieronymi continet collectionem Pauli, quam versus Bedae et alia scripta Bedae Ambrosii aliorum sequuntur. Scriptus est in una columna a diversis scriptoribus, qui aut scriptura minuscula Karolorum aut scriptura quadam transitoria litteris cursivis permixta aut (in quibusdam versibus Bedae) uncialibus litteris utuntur; ultimus scriptor in fine codicis (f. 199) scribit:* „Finis adest operis, mercedem posco laboris. | Qui scripsit scripta, sit memoria eius benedicta". *Indici Hieronymianarum epistularum in f. 2v additur index Gregorianarum post verba:* „Item capitula sancti Gregorii papae"; *in fol. 55v incipiunt sine superscriptione post Hieronymianas Gregorianae epistulae. Index ipse barbarico sermone conscriptus, atque nominibus personarum, quibus epistulae transmissae sunt, etsi casu dativo enumerantur,* „ad" *praepositio praeponitur, e. g.:* „I. ad sereno episcopo maxiliensi". *Ordo epistularum eo differt a ceteris codicibus collectionis P, quod tres illae epistulae, quae in ceteris ultimae sunt, in hoc codice collectioni praeponuntur hoc modo: XI, 10 = 1; XI, 1 = 2; IX, 147 = 3; V, 6 = 4 etc. Index hoc modo numerat usque ad n°* „LV. epistula missa in baioaria de diversis causis contenente capitula XIII", *i. e. epistula Gregorii II papae Jaffé-Ewald 2153. Et in indice et in contextu vestigia ep. IX, 218 desunt, sed etiam in contextu ultimo loco additur epistula illa Gregorii II. In contextu olim epistulae ita numerabantur, ut in ceteris codicibus, i. e. V, 6 = 1; V, 8 = 2 etc.; sed postea veteribus numeris erasis novi addebantur, qui numeris indicis correspondent. Pb 2 a bono archetypo quamvis cum magna incuria descriptus est; archetypi folia transmutata fuisse videntur, quod scriptor codicis Pb 2 non intellexit; itaque quae in fol. 76—80 scribit, post fol. 80 addenda sunt; attamen desunt epistulae 31—35 propter lacunam archetypi, ut videtur. — Partim Ewald partim ego contulimus.*

Codex Einsiedlensis 179 (0,266 × 0,220 m) membr. s. X. p. 4—93 continet epistulas Gregorii; quaterniones signati XVIIII—XXIII. „Numeratio" *epistularum* „erronea est, quia XVIII vacat et a n° XXVIIII transilit ad XL. Sunt ergo revera 52 epistulae quibus accedunt aliae duae, quae non habentur in indice" *(ex catalogo). Ultimae tres epistulae sunt IX, 147. XI, 10. 1. — Epistulas sequitur commentarius in Boethium de consolatione philosophiae.*

Codex Monacensis 2648 in 4° membr. saec. XIII. (olim „liber sancte Marie in Aldersbach" *118) continet post vitam Gregorii a Iohanne diac. conscriptam fol. 118v—152 collectionem Pauli, quae et in ordine epistularum et in indice cum codice Vindobonensi concordat: 1 = XI, 10; 2 = XI, 1; 3 = IX, 147; 55 = epistula Gregorii II papae. Data fere omnia omissa, item ep. V, 39. Superscriptiones epistularum aliquando transpositae sunt. —*

Pb 4: *Codex Berolinensis theol. 322, 4° mai. membr. saec. IX. et*

Pb 5: *Codex Coloniensis 94 fol. membr. saec. X. et ceteri codices, in quibus collectio P cum ϱ coniungitur, infra enumerabuntur. —*

Pb 7: *Codex Monacensis 14641 fol. membr. saec. IX. post Hieronymi epistulam ad Oceanum in fol. 12—31 duodecim epistulas ex collectione P sumptas continet,*

inter quas etiam pars epistulae IX, 218 (cf. Pa 1. 2). Ordo epistularum in hoc codice hic est: XI, 27. V, 59. IX, 218. II, 6. 9. 10. V, 49. 50. 58. II, 31. 30. IX, 147. — Ewald nonnullos locos contulit, alios ego.

Ordo epistularum in codicibus collectionis P (praeter Pb 7) hic est: V, 6. 8. 24. 29. 30. 31. 32. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 49. 50. 58. 59. 60. 62. 63. XI, 36. 37. 38. 39. 40. 1. 2. 9. 43. 46. 47. 48. 49. 52. 53. 27. II, 6. 9. 10. [IX, 218]. II, 31. 30. 7. 32. 29. 33. 34. 35. 36. 37. 38. IX, 147. XI, 10. (XI, 1.)

COLLECTIONES CONIUNCTAE ET TRANSMUTATAE.

Diversae epistularum collectiones, R, r, ϱ, C, P, saepissime inter se coniunguntur. De coniunctione **C + P** *cf. codices supra laudatos; collectio P collectioni C additur neque ulla mutatio singularum collectionum perficitur neque ulla epistula bis invenitur. Nam nullae epistulae his duabus collectionibus communes sunt praeter IX, 218, quae in P non nisi in indice apparet, atque IX, 147, cuius genuina forma non nisi in C et R invenitur, cum P in appendice formam interpolatam exhibeat. Alio modo fit coniunctio*

ϱ* + P.

Codices ϱ et codices P praeter ep. IX, 147 has quattuordecim epistulas indictionis quartae communes habent: XI, 36—38. 40. 1. 9. 46—49. 52. 53. 27. 10; harum epistularum in coniunctione ϱ + P novem epistulae XI, 36. 37. 40. 46. 47. 48. 49. 52. 53 ex ϱ eiciuntur, ne repetantur; ep. XI, 27 e P eicitur, ita ut ep. XI, 1. 9. 10. 38 solae bis in eiusmodi codicibus inveniantur. — Sed archetypus ϱ non solum per eiectionem novem illarum epistularum, sed etiam eo a ceteris codicibus secundae partis Registri Hadriani differt, quod in fine mutilus sit; itaque desunt ultimae epistulae inde ab ep. XIV, 13 media; epistulae IX, 228. 229 inter se non dividuntur, ep. XIII, 43 bis recipitur, ut in ϱ; ita 280 capita efficiuntur. At archetypus ϱ* non nisi epistulis 16—31 numeros cum vel sine* „cap.“ *anteposuisse, superscriptiones ep. XIII, 13—15 omisisse videtur. Index, superscriptio totius collectionis vel subscriptio, termini indictionum desunt. — P etiam in hac coniunctione indicem conservat, cui anteponitur superscriptio:* „Incipiunt capitula diversarum epistolarum beati Gregorii papae urbis Romae“; *in fine contextus legitur:* „Expliciunt epistolae beati Gregorii papae“. *Vestigia ep. IX, 218 et in indice et in contextu desunt. Itaque restant 52 epistulae.*

ϱ* 2 + Pb 4: Codex Berolinensis theol. 322 *in 4° mai. membr. saec. IX., diligenter una columna conscriptus; facsimile apud Arndt, Schrifttafeln[3] I, tab. 17. In folio codici praeposito invenitur nomen* „Albericus Celiturma“, *in primo folio:* „Liber sancti Liudgeri episcopi in Werthina“. *In f. 99 post fragmentum ep. XIV, 13 ultima pars primae et secunda pagina tota vacat; prima pagina f. 100 indicem P cum numeris 52 continet, quorum ultimi sunt: Secundino etc. (IX, 147); Gregorius Sereno (XI, 10); Palladio etc. (XI, 1). Sed in contextu ep. XI, 10 ultima est, quae hic nullo numero notatur. Epistulis XI, 1. 9. 10, quae in hunc codicem bis receptae sunt, in margine crux praeposita est. Epistulas in f. 127 catalogus abbatum Werthinensium et alter archiepiscoporum Coloniensium sequitur, qui saec. X. inchoati sunt. — Epistulae a correctore, qui codicem Coloniensem 94 sequitur (cf. seq. cod.), correctae sunt. — Ewald contulit.*

ρ* 3 + Pb 5: *Codex Coloniensis 94 fol. membr. saec. X., duobus columnis optime conscriptus. In initio codicis est:* „In Assumptionem santae Mariae sermo beati Hieronimi presbiteri". — *Epistularum Gregorianarum forma proxime ad codicem Berolinensem accedit, ita ut etiam notae marginales eaedem in utroque codice inveniantur; sed Coloniensis etiam alias addit. — ρ* 3 et partem Pb 5 Ewald contulit.*

Vat. E: *Codex Vaticanus 621 in 4° mai. membr. saec. X., scriptura Berolinensi similis (cf. de eo Reifferscheid in Sitzungsber. d. kais. Akademie, phil.-hist. Classe, t. 63 p. 653 ss.). Codex incipit:* „In hoc codice continentur epistolae beati Gregorii papae numero CCIIIXC" *(corr. e: CCCXC), quasi rudimentum ρ genuini nondum transmutati. — Superscriptiones omissae ep. XI, 13—15 postea nigro atramento additae sunt. Subscriptio quaedam* („Explicit registrum" *etc.) post ultimum fragmentum ρ* (XIV, 13) erasa atque pro ea in rasura superscriptio collectionis P:* „Incipiunt capitula diversarum epistolarum beati Gregorii papae urbis Romae" *addita est, quam P continuo sequitur. In indice IX, 147. XI, 10. 1 numeris egent, in contextu XI, 10 omnino atque XI, 1 primo loco deest; sed XI, 1 post IX, 147 alia manu erasa subscriptione quadam postea additur. Saec. XII.—XIII. in fine codicis additur fragmentum ex Grat. Decret. p. I dist. 19, 6. — Hic codex Goussainvilleo et Maurinis cognitus erat.*

Codex Parisiensis 2280 (olim Colbertinus) saec. X.; ultima ep. in ρ est XIV, 13. Attamen, ut in Vaticano, 293 epistulae ρ* notantur.*

Codex Oxoniensis, bibl. Laudianae, misc. 449, saec. XII., fol. 1—117; in ultima pagina notatur: „Dominus Andreas Noviomensis canonicus dedit hunc librum, qui vocatur Registrum, ecclesiae sancte Marie de Ursicampo in elemosinam". *Superscriptio codicis est, ut in Vaticano:* „In hoc codice continentur epistolae beati Gregorii papae urbis Romae numero ducente nonaginta III"; *sed additur:* „Incipit liber VIII. pars secunda". *Epistulae IX, 147. XI, 10. 1 in hoc codice etiam in contextu collectionis ultimo loco positae sunt. Quas post* „Expliciunt epistolae" *etc. sequuntur quattuor foliis interrogationes Augustini et ea pars ep. V, 40, quae in P deest (cf. I p. 331). — Superscriptiones epistularum et initiales minio scriptae. Manu inferioris aetatis correctus. — Huc etiam pertinere videtur:*

Codex Bruxellensis 11196, 4° membr. saec. XII. in., cuius numeri ita confusi sunt, ut 254 epistulae numerentur; primae epistulae sunt VIII, 1 ss., ultimae: II 37. 38. IX, 147 (formae interpolatae) XI, 10. 1.

Codex Thuaneus quidam, quem Goussainvilleus ad quasdam epistulas ρ et P citat, huc pertinere videtur.

C + P + ρ*.

Coniunctis collectionibus C et P et ρ neque C neque P mutantur; nam hic etiam ep. XI, 27 in P conservatur; sed e collectione ρ eae epistulae eiectae sunt, quae ei cum C aut cum P communes sunt; item ep. IX, 82 eicitur, quae cum IX, 66ª confunditur. De epistulis P et ρ communibus cf. supra; C et ρ communes sunt hae epistulae indictionis II: IX, 1. 12. 18. 25. 41. 42. 45. 49. 51. 52. 58. 79. 80. 81. 86. 87. 93. 102. 104. 107. 110. 129. 134. 135. 137. 147. 152. 153. 164. 166. 167. 173. 175. 180. 181. 184. 185. 195. 196. 202. 203. 213. 214. 215. 216. 218. 219. 220. 222. 226. 227. 228. 231. 234.

Praeter has epistulas in hac coniunctione ρ etiam ep. IX, 185. 229 omisit, sed ep. IX, 147 conservavit, ita ut haec epistula in codicibus C + P + ρ ter inveniatur; epistulae IX, 176 et XIII, 43 duobus locis repetuntur, sicut in ρ.

Huius generis codices sunt hi:

C 5 + Pb 6 + ρ* 4: *Codex Guelferbytanus 75 in 4° mai. membr. saec. XI.: cf. supra C 5. Indicem universarum epistularum et collectiones C et P, i. e. librum*

primum, sequitur ϱ^*, *liber secundus huius coniunctionis, cum superscriptione:* „In hoc codice continentur epistolae b. Gregorii papae numero CCXII“: *etiam index, qui ex superscriptionibus epistularum collatus est, ob confusionem numerorum CCXIII tantum epistulas numerat. Et ordo epistularum et contextus et notae marginales demonstrant hunc codicem originem trahere a sequenti codice; index lacunam exhibet et epistulae superscriptionibus carent, ubi in Trevirensi desunt.*

ϱ^* *1: Codex Trevirensis 170 in 4° membr. saec. IX.:* „Ex dono rev. episcopi Trevirensis Iosephi de Hommer. 1827“: *parvula minuscula characteribus regularibus insigni scriptus a diversis scriptoribus. Quaternionis* h *ultima pagina vacat; scriptor alter in quat.* i *continuat; in quat. ultimo,* p *signato, primus scriptor revenire videtur. Inde ab ep. XIII, 21 rubrae superscriptiones atque initiales desinunt atque epistulae usque ad XIII, 46 superscriptionibus carent. — Superscriptio totius codicis sic habet:* „In hoc codice continentur epistolae beati Gregorii papae numero CCXCIII“: *attamen 225 tantum epistulas continet, scilicet epistulas* ϱ *exceptis illis cum C vel cum P communibus. Quamquam hoc defectu evidenter efficitur* ϱ^* *quondam cum C et cum P coniunctum fuisse, in hoc codice et C et P desunt; idem demonstratur eo, quod index deest, atque forma contextus* ϱ^* *1 prope ad* ϱ^* *2. 3 accedit, sed eos integritate lectionum superat. — Ewald contulit.*

R + P + C.

Coniunctiones R + P + C inferioris aetatis esse videntur, quam supra memoratae; in his coniunctionibus ordo epistularum transmutari non solet, sed registro Hadriano eae epistulae aliarum collectionum aut adduntur aut inseruntur, quas R non habet. Quod diversis modis fieri potest.

R SUPPLETUM.

In R suppleto ita epistulae aliarum collectionum cum R coniunguntur, ut post epistulas indictionis VII sine interruptione vel titulo eae epistulae collectionis P addantur, quas R non continet; deinde sequitur superscriptio: „De octava indictione nullę hucusque inventę sunt epistolę, sed quę secuntur usque ad finem libri in alio volumine sunt repertę sine certis indictionibus, quas simili modo transscripsimus numero CXLV“ *et post hanc superscriptionem eae epistulae C, quas R non habet.*

Itaque adduntur indictioni VII hae 21 epistulae P secundum ordinem: V, 6. 29. 30. 31. 32. 43. 50. XI, 39. 2. 43. II, 6. 9. 10. 7. 32. 29. 33. 34. 35. 36. 38.

Quas sequi debent epistulae C hae secundum ordinem: IX, 114—128. 130—133. 136. 143—146. 150. 151. 157—163. 165. 168—172. 174. 179. 182. 187—191. 2—10. 13—17. 19—22. 28—40. 43. 46—48. 50. 192—194. 198—201. 209—212. 217. 221. 225. 230. 233. 236—240. 54—57. 59. 61—66. 66ª. 67—78. 83—85. 88—92. 94—100. 105. 106. 113.

Sed R suppletum ep. IX, 210, quam ob similitudinem cum III, 11 confundit, suo loco omisit. Ad hanc classem codices hi pertinent:

R* 1 + P* 1 + C* 1: *Codex Coloniensis 95 fol. membr. saec. XII., diligenter scriptus atque initialibus ante singulas indictiones positis insignis. In margine primae paginae notatur manu s. XIII.:* „Pertinet ad ecclesiam maiorem Coloniensem“ *et* „liber epistolarum beati Gregorii papae maioris ecclesie in Colonia“. *Initio codicis index generalis, ante singulas indictiones speciales indices ponuntur. — Inter epistulas indictionis XIII receptae sunt ex collectionibus canonum V, 57ª et spuria synodi acta ad ep. VIII, 17 interpolata (I.-E. † 1366). Ep. V, 6 et V, 30 non inter ceteras epistulas collectionis P, quae ep. XIV, 13 sequuntur, inveniuntur, sed illa ante VIII, 1, haec post indictionem II inseritur; at in hoc codice ep. V, 8 et V, 24, quae iam inter epistulas*

indictionis XIII receptae sunt, inter epistulas collectionis P repetuntur. Epistulas P sequitur spuria epistula ad Felicem Messanensem (I.-E. † 1334) ex collectione pseudoisidoriana orta, post quam additur subscriptio: „Explicit registrum vel regestum sive register sancti Gregorii papae urbis Romae indictione VII feliciter“ *et superscriptio:* „Incipiunt capitula epistolarum 146. De octava indictione“ *etc.; praeter epistulas supra memoratas inter has epistulas C repetitur etiam ep. IX, 93, quae iam inter epistulas R secundae indictionis recepta est.*

Codex Parisiensis 2283 (Colbertinus) fol. membr. saec. XII., initio et ultima parte mutilus; nam hodie incipit ab ep. VII, 38 atque finem habet post 71. ex epistulis „sine certis indictionibus“ *i. e. ep. IX, 33, ita ut prima pars registri et secunda pars epistularum sine certis indictionibus hodie desit.*

Codex Monacensis 22204 fol. membr. saec. XII. scriptus sub abbate Gebhardo (1141—1191) prope accedit ad Coloniensem 95 et ad sequentem; finem habet in ep. 101. epistularum sine indictione i. e. ep. IX, 238.

Codex Monacensis 18024 (S. Quirini Tegernseensis) fol. membr. et chart. saec. XIV.; finem habet, sicut praecedens codex in ep. 101. epistularum sine indictione, post quam addit „etc. etc. etc.“ *In superscriptione ultimae partis deest* „numero 145“. *De ep. V, 6. 30 et spuria ad Felicem Messanensem eadem notanda sunt, quae ad Coloniensem.*

Codex Trecensis 43 fol. membr. saec. XII. post libros III et IV moralium habet epistulas Gregorii 839 secundum Catalogue général des Mss. des bibl. publ. des départements II (1855) p. 43; itaque, si ad hanc classem pertinet, 12 epistulae aut desunt aut non numerantur. Prima epistula: I, 1.

Codex Augustanus quidam, quo editio (princeps) Zaineriana usa est, prope ad Monacenses accessit. Titulum autem indictionis XIV omisit atque epistulas cum indictionibus in 13 partes vel libros divisit; pars XIII vel indictio VII continet epistulas P et finit in spuria ep. ad Felicem Messanensem, quam sequitur cum superscriptione „De octava indictione“ *etc. (sine* „numero 145“*) pars 14, quae finit in ep. IX, 238.*

R CUM EPISTULIS PRAETERMISSIS.

In codicibus huius ordinis epistulae registri Hadriani earumque ordo non mutatur. Post indictionem VII additur superscriptio: „Epistolae quae praetermissae sunt de superioribus indictionibus“ *et 32 epistulae, scilicet V, 6. XI, 2. II, 6. 32. 29. 35 — IX, 122. 144. 157. 169. 171. 3. 4. 5. 20. 33. 200. 61. 66. 68. 69. 83. 85. 89. 91. 98. 113 — V, 29. 30. 32 et spuriae pseudoisidorianae Felicis Messanensis ad Gregorium et Gregorii ad Felicem (I.-E. † 1334 = Maur. XIV, 17); huic ultimae epistulae datum additur:* „data kalendis novembris indictione XII“, *quod Maurini in nota exhibent. Illae epistulae libri IX. vel indictionis II. sumptae sunt ex illis epistulis C, quas R non habet, solito ordine; ceterae sunt ex collectione P. Ad hunc ordinem codicum pertinere videntur hi:*

Codex Londiniensis, Kings Library 6. C. X. saec. XI.—XII.: Liber de claustro Roffens. per Alexandrum priorem. Superscriptiones epistularum rubris et viridibus litteris, initia passim ornamentis decorata. In fine codicis habes notam: „Hic desunt duę epistolę“. *Cf. N. A. XV, 600.*

Codex Oxoniensis collegii Omnium animarum 18 saec. XII.: „Registrum sancti Gregorii *(ras.)* in XIII *(sic!)* libris datum collegio animarum fidelium per magistrum Thomam gascoigne sacre pagine professorem eboracensis diocesis, et dator libri vult quod concathenetur in libraria communi prefati collegii, 1439 o“. *Columnae numerantur; initiales variis coloribus decoratae. In fine additur:* „Sententia b. Gregorii pape de lapsu sacerdotum excerpta de decretis canonum. Dilectissimo filio Secundino: De Imaginibus“ *etc. Data desunt in ep. V, 6—II, 35, sed exstant in ep. V, 29—V, 32. Datum ep. ad Felicem, ut supra.*

Codex Oxoniensis collegii Orielensis 60 fol. mai. membr. saec. XIII.; fol. 1: „Registri beati Gregorii pape urbis Rome. Liber primus incipit. Mense septembri" *etc.; liber XIV habet 15 epistulas; fol. 201:* „Data Kalendis novembris indictione duodecima. Epistolarum Beati Gregorii pape urbis Rome Liber Quartus Decimus Explicit".

Codex Parisiensis 2286 (Colbertinus 1052) fol. membr. saec. XIII.: quattuordecim libros Registri sequitur liber 15.: „epistolę pretermissę". *Indictio VII in fine mutila est atque in ep. XIV, 13 finit. Itaque archetypus eodem modo mutilatus erat, quo archetypus ϱ + P. — Maurinis cognitus.*

Codex Parisiensis 11675 (S. Germani) fol. membr. saec. XII., olim Corbeiensis Maurinis et Goussainvilleo cognitus, 517 epistulas continere dicitur sine librorum divisione vel datis. Sed datum ep. ad Felicem ut supra.

Codex Parisiensis 2285 (Colbertinus) fol. membr. saec. XII. ex., in initio mutilus. Ante duas epistulas spurias desunt ep. V, 29. 30. 32.— 701 epistulas continere dicitur sine librorum divisione vel datis.

Codex Atrebatensis bibliothecae urbis 860 saec. XII. et

Codex Cantabrigiensis Ii. 3. 33 saec. XII. et

Codex Cantabrigiensis 1973. Kk. II, 10 saec. XV. inter se concordant et prope ad Oxoniens. accedunt.

Codex Rotomagensis 516 (O. 16) s. XI. et Codex Rotomagensis 517 (A. 146) s. XII., initio mutilus, et Codex Rotomagensis 518 (O. 17) s. XII.: cf. Catal. gén. des manuscr. Dép. I p. 113 s.

Huc etiam pertinere videtur Codex Ebroicensis 110 s. XII. et Codex Abrincatensis 102 s. XII.; cf. Catal. gén. des manuscr. Dép. II, 454. X, 46.

Ad hos codices accedunt alii, in quibus pro R ante „epistolas praetermissas" *aut r solum aut ϱ solum invenitur.*

Codex Parisiensis 14300 (Sanvictorinus) saec. XII.; post r habes 52 epistulas, ut videtur, illas „praetermissas" *et alias aliquot ex r repetitas aut ante omissas. In fine inveniuntur ep. IX, 98 et duae illae spuriae, quibus I.-E. 1239 et V, 57ª additae sunt. — Goussainvilleo, ut videtur, cognitus.*

Codex Oxoniensis collegii S. Iohannis baptistae 63 saec. XIV. in., „Gregorii Epistolarum pars 2", *scilicet ϱ, libri VIII—XIV cum praetermissis: prope accedit ad Oxoniensem coll. Omn. anim. 18; sed deest fragmentum de imaginibus. — Scriptus diversis manibus et initialibus variis coloribus depictis ornatus.*

Ad hanc classem pertinere videntur plerique Normannici, quibus Maurini usi sunt, qui plerumque 31 epistulas praetermissas (epistola Felicis deesse videtur) enumerant; item codices Anglici, quibus Jamezius usus est. — Notandum fortasse aliquot codices, qui non diligenter perlustrati sunt, ex eis, quos sub R enumeravimus, huc pertinere.

CODIFICATIO MEDIOLANENSIS.

In hac codificatione tres collectiones epistularum Gregorii non purae inveniuntur, sed inter se commixtae sunt; nam epistulae C, quas R non habet, inter omnes indictiones secundae partis diffunduntur, dum maxima pars earum epistularum collectionis P, quas R non habet, in ultimum librum recipitur.

Vatic. A: *Codex Vaticanus 617 fol. membr. saec. XV., optime scriptus, nitidis deauratisque initialibus ante unamquamque epistulam positis atque picturis ante unamquamque indictionem insignis. Epistulae in 14 libros, quorum quisque unam indictionem continet, divisae sunt. Post ultima verba ultimae epistulae notatur:* „Explicit registrum sancti Gregorii pape multo studio correctum ad instantiam Reverendissimi domini domini Io. Arcimboldi tituli sanctae Praxedis presbyteri cardinalis et archiepiscopi

Mediolanensis. Per me Oddonem de Beka Alamanum scriptum". *Post hanc notam codex indicem cum superscriptionibus et subscriptionibus librorum, inscriptionibus et initiis et datis epistularum exhibet. Codex iste (olim nº 2534) et Goussainvilleo et Maurinis cognitus erat, atque iam tunc post Symbolum fidei aliquot folia exciderant, ut epistula I, 1 et pars ep. I, 2 deessent. Ab hoc codice descriptus est* Vaticanus 4908 *fol membr. saec. XVI. — Dubitari non potest quin aut Iohannes IV., archiepiscopus Mediolanensis (1485—1488), aut Oddo de Beka Alamannus novi huius ordinis auctor sit. Hunc ordinem, quamquam sine certa ratione compositus neque ulla aut datorum aut veterum codicum auctoritate fultus est, tamen ei, qui ante Maurinos Gregorii Registrum ediderunt, secuti sunt, atque etiam Maurini novum suum ordinem ita composuerunt, ut a codificatione Mediolanensi principium sumerent et plurimis locis ab ea non recederent. — Ultimas genuinas epistulas sequitur etiam in codificatione spuria ad Felicem Messanensem; deinde* „Dicta b. Gregorii ex ratione sacrificii: Solet plane movere" *(sicut in cod. Urbin. 99); tunc epistola spuria Pilati. Ultimas sex indictiones, quae hoc ordine confunduntur, perlustranti occurrunt in indictione II: 130 epistulae: in III: 65: in IV: 75; in V: 58; in VI: 62; in VII. praeter ultima tria: 33. —*

COLLECTIONES DIVERSAE.

Praeter collectiones iam memoratas exstant quaedam, in quibus antiquus ordo omnino non servatur, divisio secundum libros vel indictiones omnino neglegitur. Ordo epistularum R omnino confunditur, et inter epistulas R ceterae epistulae nulla ratione vetusti ordinis habita inseruntur. Inter hanc confusionem tria genera codicum commemoranda sunt:

COLLECTIO 715 EPISTULARUM

incipit ab ep. VIII, 1: epistulae indictionis I et II plerumque inter se commutantur; post ep. 130 nulla omnino veteris ordinis memoria servari videtur; nº 181 invenitur symbolum; partem indictionis VII sequuntur aliquot epistulae collectionis P atque in fine totius collectionis maxima pars epistularum r.

Vatic. D: *Codex* Vaticanus 619 *(olim 190) fol. membr. saec. XII. diligenter scriptus exhibet 11 paginis indicem 715 epistularum, qui numeros, superscriptiones, initia complectitur. In prima pagina contextus superscribitur:* „In hoc codice continentur epistole beati Gregorii pape urbis Rome" *et in margine manu s. XV. notatur nomen possessoris:* „Theodori de Leliis auditoris". *Aliquot epistulae data servaverunt. Post epistulam 715 in fol. 236ᵛ legitur:* „Explicit register beati Gregorii pape urbis Rome feliciter" *et verba paene erasa:* „Liber sancte Marie Fus . . . censis *(Fusniacensis?)* ecclesię". *Continet etiam* „interrogationes Augustini" *(XI, 56ª). — Codex iste et Goussainvilleo et Maurinis cognitus erat.*

Codex Boloniensis 72 *(S. Bertini) fol. membr. saec. XII. incipit:* „In hoc codice continentur epistole b. Gregorii pape urbis Rome numero DCCXVI"; *epistula ultima (716) est VII, 42.*

Codex S. Audomeri 188 *in bibliotheca civitatis St. Omer saec. XII. incipit ab ep. VIII, 3, quia primum folium deest; ultima epistula est VII, 42, ut in praecedenti:*

Codex Londoniensis *(Brit. Mus. Egerton 630) membr. saec. XIV. continet S. Gregorii M. epistolas 715 (Arch. IX, 495).*

Codex Lucensis 39 *(bibl. capit.) fol. chart. saec. XV. a Vaticano D descriptus.*

COLLECTIO 557 EPISTULARUM

incipit a 24 epistulis r, quas epistulae C sequuntur; accedunt post C epistulae aliae ex registro Hadriano; ultimae huius collectionis epistulae sunt hae: III, 28. 29. 44.

Codex Lipsiensis (bibl. Univ.) 338 fol. max. membr. saec. XIV., „liber Celle sancte Marie". *Indicem sequitur superscriptio:* „In nomine domini incipiunt epistole ex registro b. Gregorii pape"; *post epistulam 557 additur sine inscriptione vel numero fragmentum epistulae III, 47; deinde tractatus de somniis (cf. XI, 56ª interr. VIIII); tum epistulae duae Hispanicae (cf. N. A. III, 141 n. 1).*

Codex Lipsiensis (bibl. Univ.) 316 saec. XV. a praecedenti descriptus; sed in hoc codice index epistulas sequitur.

Codex Pragensis (Musei Bohemici) XIII. A. 1 fol. membr., e conventu Augustinorum Raudnitz, s. XIV. ex. duobus columnis pulchra minuscula scriptus initio mutilus. Ultimae epistulae: III, 28. III, 29. III, 44 et fragmentum III, 47 („Et antequam" *usque* „ad amorem flamma") *in fol. 119. Sequitur tractatus de somniis et duae epistulae Hispanicae a. 1212. (V. d. Dvořak dedit.)*

COLLECTIO 709 EPISTULARUM.

Codex Parisiensis 2288 (olim Tellerianus) membr. saec. XII. continet 709 epistulas sine divisione vel notis chronologicis. Epistulas praecedit sermo de mortalitate („Oportet" *etc.) et Symbolum fidei. Primae epistulae sunt: I, 2. 3. 4: ultimae: XIII, 34. 41. 42.*

Codex Parisiensis 2287 (olim Tellerianus) membr. saec. XII. cum praecedenti codice concordat.

Codex Bruxellensis 292: „Registrum b. Gregorii . . . scriptum ac finitum in Korssendonc anno domini 1462. per fratrem Wallerium de Vliet de Rethy, conventualem dicti monasterii". *Concordat cum praecedentibus. Sed v. cl. J. Petit, conservator bibl. Regiae Bruxellensis, 708 tantum epistulas numerari asserit, inter quas primae: I, 2. 3. 4. 5. 6, ultimae: XIII, 38. 39. 1. 34. 41. 42.*

Codex Bruxellensis 1555 (Rouge cloître) anno 1485.: „Registrum b. Gregorii papae" *concordat cum praecedenti codice.*

Codex Trevirensis (capit.) 91 fol. chart.: „Incipit Registrum sive Epistolare B. G." *etc.* „Finitum ac completum hoc opus a. 1502" *etc. (Vir rev. Lager dedit). Continet 710 ep.* —

CETERI CODICES,

quos, cui ordini codicum adnumeremus, nescimus:

Codex Andegavensis 194 (186) fol. membr. saec. XII., initialibus decoratus, duabus columnis scriptus; post R inveniuntur aliae epistulae, quarum ultimae sunt hae: II, 6. 32. 29. 35. V, 49 (aut forma amplificata huius ep.). Numeri, ut in R (itaque falsum est quod in Cat. gén. des Manuscr. Dép. XXXI p. 251 de numeris scribitur). Fortasse ad R cum epistulis praetermissis pertinet.

Codex Argentoratensis (Iohann.) A 17, qui a. 1870. per oppugnationem urbis periisse videtur. Cf. Arch. VIII, 463.

Codex Carnotensis 50 (71) fol. membr. s. XII.; fol. 1: „Incipit Symbolum" *etc.;* „Epistolae ex Registro b. Gregorii papae urbis Romae mense septembri, indictione nona". *Prima ep.: I, 1; ultima in fol. 241ᵛ: III, 49. Sequitur falsum decretum I.-E. † 1366. Cf. Catal. gén. des manuscr. Dép. XI, 24.*

Codex Dresdensis 54a: Gregorii M. epistolae, a. 1437. Cf. Arch. VIII, 715.

Codex Escurialensis A. I. 6 fol. membr. saec. XIV. Cf. Arch. VIII, 809.

Codex Fuldensis 52 (II. d. 1) saec. XII.: Gregorii M. epistulae; cf. N. A. V, 225.

Codex Parisiensis 2289 (Dupuy) saec. XIV. post sermonem „Oportet" *et Symbolum continet 563 epistulas vel fragmenta epistularum; primae epistulae ad Registrum Hadrianum pertinent; ultimae quattuor: X, 19. I, 6. 27. 7. Unicuique epistulae additur indictio, ad quam pertinet.*

Codex Parisiensis 15992, saec. XII.: Excerpta ex Registro Gregorii. Cf. Delisle, Biblioth. de l'école des chartes XXXI (a. 1870) p. 33.

Codex Parisiensis 2993 A (Colbertinus) saec. XII. continet 40 epistulas, quae ex Registro Hadriano sumptae esse videntur.

Codex Traiectensis 285 fol. membr. saec. XV. in.: cf. Arch. VIII, 582.

Codex Pallantinus (Valenciae) 17 fol. chart.: cf. Arch. VIII, 822.

Codex Zaluscianus 414: „Liber epistolarum Gregorii papae, codex memb. nitidissimus" *(ex catalogo Janozkii a. 1752).*

DE EPISTULIS PER DIVERSOS AUCTORES VEL CANONUM COLLECTIONIBUS TRADITIS.

Liber diurnus Romanorum pontificum praecipue in parte prima (cf. Sickel, Prolegomena z. Liber Diurnus II) multas formulas continet, quae aut totae aut ex parte cum Gregorii epistulis concordant. Aliae, ut videtur, ex epistulis Gregorianis, quae in Registro Lateranensi asservabantur, originem duxerunt, aliae ex formulis ipsis, quibus iam Gregorius in dictandis epistulis usus est. (Cf. notas Baluzii et Garnerii apud Rozière, Liber diurnus).

Beda in historiam ecclesiasticam Anglorum aliquot epistulas in Brittanniam missas vel ad res Anglorum pertinentes recepit, scilicet ep. VI, 50. 50ª. XI, 36. 37. 39. 45. 56. 56ª, ex quibus VI, 50 apud Bedam aliam superscriptionem habet, aliam in codicibus R; epistulae VI, 50ª. XI, 56ª autem neque in collectione R neque in C neque in P inveniuntur. Beda narrat epistulas Gregorianas sibi a Nothelmo e scrinio Romanae ecclesiae allatas esse[1]. *Notandum est apud Bedam neque superscriptiones neque subscriptiones et data abbreviata esse. Ex quo efficitur utraque etiam in Registrum Lateranense recepta esse.*

Paulus diaconus in historia Langobardorum has epistulas totas exhibet: IX, 66. 67. 126; praeterea partem epistulae V, 6 affert. Illae epistulae in codicibus C fere solae sunt, quae ad Langobardos pertineant; haec epistula non nisi in P invenitur. Paulum ex archivio ecclesiae Romanae non hausisse certum est, sed collectione C usum esse; an etiam collectione P in componenda historia Langobardorum usus sit, Ewald dubitavit. Nam contextus fragmenti illius V, 6 apud Paulum IV, 29 aliquot locis differt a codicibus P: 287, 3: esset divisa] divisa esset — *4:* quod modo autem] Malcus autem isdem episcopus — *6—7:* cui et prandium factum est] *om. — Attamen crediderim differentias illas non ita graves esse, ut Paulum ex collectione P hausisse refutatum sit, cum alius fons inveniri nequeat. Atque etiam quod Paulus epistulas collectionis P, quae ad res Langobardorum pertineant II, 7. 32. 33 non receperit, satis grave argumentum ex silentio praebere non videtur. Registri Hadriani vero vestigia apud Paulum non reperiuntur.*

Iohannes diaconus maximam partem vitae Gregorii quam Iohanne VIII. pontifice scripsit, ex epistulis Gregorianis compilavit; itaque 210 epistulas (inter quas etiam sermonem „Oportet"*) vel totas vel partes earum exhibet, atque ex aliis locis elucet eum alias*

1) *Cf. supra p. VII et Mommsen in N. A. XVII p. 387 ss.*

quasdam epistulas cognovisse et ex eis hausisse. Sed omnes epistulae, quibus Iohannes utitur, etiam in Registro Hadriano (R), de quo ipse IV, 71 agit, continentur praeter has quinque: VI, 50ª. XI, 56ª, quas e Bedae historia ecclesiastica sumpsit; V, 6, cuius fragmentum intra eosdem terminos conclusum eodemque contextu atque Paulus in historia Langobardorum exhibet, ex qua sine dubio hausit; epistulam spuriam ad Felicem Messanensem (I.-E. † 1334) atque V, 57ª, quae in genuinis collectionibus Gregorianis desunt atque sine dubio a Iohanne ex canonum collectionibus sumptae sunt. Cum Iohannes earum epistularum, quae non nisi in collectionibus C et P inveniuntur, nullam omnino exhibeat, dubium non est, quia has duas collectiones non cognoverit. —

Canonum collectiones ante Pseudo-Isidorum editae, ut Maassen, Geschichte der Quellen und der Litteratur des canonischen Rechts im Abendlande. I (1870), 301 ss., docuit, non multas epistulas Gregorianas receperunt. Hadriana aucta habet V, 57ª et XI, 10 sub tit. CXXXVIII. CXXXVIIII, quarum illa in epistularum veteribus collectionibus deest, sed ex canonum collectionibus in R recepta, haec autem et in R et in additamentis ad collectionem P asservatur. Dionysiana Bobiensis habet item V, 57ª atque XI, 56ª interpolatam, cuius formam genuinam Beda et aliae aliquot collectiones praebent. Post collectionem Chietinam additur ep. IX, 147 forma interpolata, quam P exhibet. Hispana inter decretales tit. C—CIII exhibet I, 41. V, 53. IX, 227. 228. 229, quarum primae duae et ultima non nisi in R, tertia et quarta etiam in C asservantur, omnes in Hispaniam missae; quae, ut ex inscriptionibus et subscriptionibus plenis neque abbreviatis demonstratur, non ex R vel C, sed ex originalibus sumptae sunt. Hispana aucta praeter has epistulas et V, 57ª etiam I, 39ª continet, quod mandatum Gregorii in collectionibus epistularum Gregorianarum deest atque primum a Baluzio e codice Parisiensi editum est. Herovalliana collectio (et similes codices) praeter XI, 56ª et V, 57ª et synodum Gregorii II a. 721., quam etiam Hadriana et Dionysiana Bobiensis continent, addit nº LXXV. LXXVI. epistulas IX, 218. 213, quae in Franciam missae sunt; utraque epistula etiam in codice Carnotensi s. VIII. de originali (non e collectionibus) descripta est; ep. IX, 213 etiam in cod. Bernensi saec. VII. atque pars huius epistulae IX, 213 (usque „sollicitam“ *p. 199, 18) in Wirzburgensi theol. fol. 56 saec. IX. (de quo cf. Dümmler in Forschungen VI, 122) invenitur. Praeterea singuli codices singulas epistulas receperunt, e. g. Barberinus XIV, 52 (ol. 2888) ep. V, 49 (secundum Maassen p. 302) vel collectio ecclesiae Arelatensis epistulas V, 58—60 ad primatum Arelatensem pertinentes vel codex Bodl. 893 ep. VI, 12. Itaque quae in diversis collectionibus canonum recurrunt, sunt ep. V, 57ª et XI, 56ª, quae neque in R neque in C neque in P exstant. Pseudoisidorus autem diversas epistulas ex veteribus canonum collectionibus sumpsit, ipse autem praeter genuinam XI, 27, quam et in R et in P invenire poterat, spurias illas epistulas Felicis ad Gregorium et Gregorii ad Felicem Messanensem addidit.*

EDITIONES.

Cum Ewald primus sit, qui tres illas collectiones et codicum diversa genera disposuerit atque in ordinem redegerit, mirum non est, quod omnes priores editores et in dispositione epistularum et in contextu restituendo a recta via aberraverint, plerumque inferioris aetatis et peioris notae codices secuti, nullo critico iudicio genuinum ordinem ab arbitrario discernentes.

Editio princeps: Gregorii Registrum: sine titulo vel subscriptione vel anno; „In nomie dn̄i nostri Ihesu cristi. | Incipiunt capitula libri sequētis | ex registro sancti Gregorij pape | urbis rome Indictione nona“ *etc.; ut videtur, typis Güntheri Zainer c. a. 1472.*

*Augustae exarata, codicem quendam, qui R suppletum continebat, ad literam sequitur. (Hain, Repert. Bibl. I² n° *7991).*

Quae sequuntur editiones ante Maurinos omnino omnes ordinem codificationis Mediolanensis exhibent, perpauca tantum mutantes; sed epistulas in duodecim libros dividunt, scilicet indictiones XI. et XII. librum tertium, indictiones I et II librum septimum appellantes. Iam Ildefonsus Toletanus, de viris illustribus c. 4 (Isidori Hispal. opp. ed. Arevalus VII, 167) narrat, Gregorium epistulas suas in duodecim libros distinxisse, atque Gratianus in P. I dist. 47, 5 secundum hunc librorum ordinem citare videtur; itaque in vetere editione a. 1508 post singulos libros additur: „Explicit liber *etc.* secundum computationem Gratiani in decretis". *Dubitari non potest, quin veteres codices ante Gratianum hunc ordinem exhibuerint.*

„Epistole ex Registro beatissimi Gregorii pape primi. Cum inhibitione Sanctissimi Iulii pape II. . . . facta 1505" *post vitam Gregorii continet 12 libros epistularum; Lazari Soardi, Venetiis a. 1504. (ita ad calcem). Fol.*

„Epistole ex Registro beatissimi Gregorii huius nōis pape primi. Cū duob. Repertoriis admodū cōmodis" *etc. Parhysiis 1508. Expensis Udalrici Gering et magistri Berchtoldi Remboldt sociorum. 4°. In praefatione habes:* „Admiror qua ratione liber hic epistolarum ex Registro sanctissimi Gregorii . . . ad hanc usque diem fuerit desideratus . . . . Nec solum ex una civitate conquisita sunt, verum etiam e pluribus presertim ex Urbe et Veneta civitate necnon Parisiorum Academia magnis cum impensis procurata fuerunt".

„Sancti Gregorii magni: ecclesie doctoris precipui opera olim diversis tomis dispersa nunc vero beneficio magistri Bertholdi Remboldt in unum sunt volumen redacta". *Epistulae continentur fol. 356—408.* „Explicit Parisiis per magistrū Bertholdum Remboldt. Expensis eiusdem ac Iohannis Parvi". *1518. Fol.*

Gregorii Magni opera, ed. François Reynault. Rotomagi 1521 (sed in titulo: Parisiis).

Gregorii Magni opera, typis Claudii Chevalon. Parisiis 1523.

Aliae editiones citantur: Parisiis 1533. Lugduni 1539. 1540. Parisiis, ed. Guillart 1542. Basileae 1551. 1550 (in secundo volumine Registrum invenitur). Parisiis 1562 (Ludovici Mirei?). Parisiis 1551 apud Jo. Roigny (in secundo tomo f. 152—251: epistolae).

„Opera D. Gregorii Papae huius nominis primi cognomento magni omnia quae extant accuratissima diligentia uti lector facile passim deprehendet maxime in libris epistolarum repurgata". *Basileae 1564, 2 tomi in uno volumine, fol. Cura Huldrici Coccii. Epistulae incipiunt tom. II col. 63.*

Parisiis 1571 apud Nivellium; ed. Gilotius Campanus; 2 t. —

Venetiis 1571 apud Bartholom. Rotam; 2 t. in 4°; epistulae continentur in t. 2 p. 451 ss.

Antverpiae 1572.

Venetiis 1583 apud Dominicum de Farris; 2 vol. in 4°; epistulae continentur in t. 2 p. 450 ss.

Parisiis 1586 apud Iacobum du Puis, Seb. Nivellium et M. Sonnium; 2 vol. fol.; epistulae continentur in t. 2 p. 175 ss. (cf. editionem a. 1571).

„Gregorii Magni papae primi opera, Sixti V. pont. max. iussu diligentissime emendata et in tomos 6 distributa", *ed. Petrus Tossinianensis, episcopus Venusinus, ex typis Vaticanis. Romae 1588—1593 fol. Epistulae in t. 4 (a. 1591) continentur, quibus Antonius cardinalis Caraffa indicem rerum addidit. Haec editio saec. XVII. quasi fundamentum ceterarum erat. — Attamen a Th. James, qui inde ab a. 1602. Bodleyanae bibliothecae praefectus fuit, contra hanc editionem publici iuris factae sunt:* „Vindiciae Gregorianae seu restitutus innumeris pene locis Gregorius M. ex variis mss. Genavae 1625". *Ipse scribit:* „In collatione librorum epistolarum usi sumus 5 exemplaribus mss. unde

petitis per errorem factum est ut nesciatur". *Codices Anglicani quos perlustravit omnes, ut videtur, R cum epistulis praetermissis continebant; itaque falso asserit James in praefatione editionem Vaticanam plus quam 160 epistulas continere, quae non a Gregorio nostro dictatae sint. Lectiones quas James ex Anglicanis adduxit, plerumque minimi valoris sunt. — Editionis Romanae auctoritatem secutae sunt hae:*

Parisiis 1605; fol., („additis praeterea in hac editione rebus aliquot lectu ac scitu dignis quae in Romana editione desiderantur"), *in 6 tomis.*

Romae, 1613; 8° („Editio secunda Romana"), *in 10 volum., quorum quartum epistulas continet.*

Douai, 1615 („Sixti V. iussu emendata et aucta"), *in 2 volum.*

Antverpiae apud Petrum et Ioannem Bellerum, 1615; fol., in 6 tomis, et

Parisiis, 1619; fol., in 6 tomis, et

Parisiis 1640; fol., in 6 tomis ad verbum editionem Parisinam a. 1605. repetunt. —

A. 1669. ab Antonio Dadino Alteserra iuris canonici in universitate Tolosana professore editae sunt „Notae et observationes in XII libros Epistolarum Gregorii M.": *qui interpretationibus et commentariis suis studium Gregorianum maxime adiuvit. —*

„S. Gregorii papae primi cognomento Magni opera in tres tomos distributa ex quamplurimis manuscriptis codicibus emendata" *ed. Petrus Goussainvilleus. Lutetiae Parisiorum impensis societatis Typographicae librorum officii ecclesiastici iussu regis constitutae 1675. Tomus secundus continet Registrum epistolarum. In notis res, quae in epistulis tractantur, commentariis illustrantur; quas notas ab doctore Sorbonnae Auget dictatas esse Maurini postea demonstraverunt. Goussainvilleus contendit 35 codicum lectiones cognovisse, e quibus 7 Anglicanos ex Jamezii opere sumpsit et octo Vaticanos per amicos, inter quos cardinalis Bona nominatur, contulit; inter Vaticanos sunt Vatic. 617. 619. 620. 621; Urbin. 99. Gallicorum codicum Goussainvilleus magnum numerum perlustravit, inter quos Petersburg. 6. F. I, 7 (olim Corbei.); Paris. 11674. 11675; Thuaneum; Vossianum; fortasse etiam Paris. 14300. 14500. 2287, scilicet duos Victorinos et unum Tellerianum. Plurima pars ceterarum codicum Gallicorum ad diversa monasteria, praecipue Normannica, pertinuisse et R cum epistulis praetermissis continuisse videtur. Quamquam in notis Goussainvilleus non semel discrepantias chronologicas elucidavit, tamen ordinem veterum editionum conservavit; Caraffae indicem suae editioni addidit.*

„S. Gregorii papae I. cognomento Magni opera omnia. Ad ms. codices Romanos, Gallicanos, Anglicanos emendata, aucta et illustrata notis. Studio et labore monachorum Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri". *Tomus secundus. Parisiis. Sumpt. Claudii Rigaud. 1705. Haec editio a Dionysio Sammarthano inchoata est; at multifariis laboribus pressus epistularum editionem Domino Guillaume Bessin concessit, qui etiam tractatum de epistolarum ordine restituto composuit, quo Sammarthani laudem non meruit. Nam ordinem veterum editionum non raro mutavit. Secundum data, quae codex Corbeiensis, nunc Petersburgensis, exhibet, epistulas collectionis P plerumque suo loco restituit. At certis ex causis non solum epistulae C, adhuc quasi ad libitum disseminatae, sed nonnumquam etiam epistulae R locis, quos in veteribus editionibus obtinebant, remotae sunt. Epistulae in 14 libros secundum indictiones dividuntur. Partes Registri, quae non proprie epistulae sunt, in appendicem relegantur; at aliquot epistulae, praesertim ex collectionibus canonicis, in Registrum recipiuntur. Notarum Goussainvillei, aliis Augeti notis auctarum, magna pars repetitur. Indices supplentur atque augentur. — In praefatione codices enumerantur, quorum variae lectiones passim in notas recipiuntur. Codices Germaniae Maurini omnino non cognoverunt, Anglicanos non nisi ex Jamezio. Vaticanos citant A—F, inter quos Palat. 266 optimae notae non invenitur, quia non ante a. 1623. Romam translatus est, illorum autem varias lectiones Maurinis communicavit St. Baluzius,*

qui collationem quandam iam a. 1600 absolutam codicum A—D adhibuit[1], *hodie etiam in codice Vat. Christinensi 299 asservatam atque iam a Goussainvilleo fortasse adhibitam; sed Maurini etiam alia collatione eorundem codicum a D. Claudio Estiennot facta usi sunt. Ex Gallicanis praeter illum antiquissimum Corbeiensem adhibuerunt alium Corbeiensem, nunc Paris. 11675; unum Remensem S. Remigii; quinque Colbertinos (Paris. 2281. 2283. 2285. 2286 et fortasse 2993 A); Sanvictorinum (Paris. 14500); duos Tellerianos (fortasse Paris. 2287. 2288); unum S. Gatiani apud Turonos (cf. Delisle Notice sur les manuscr. de Tours, 1883 p. 60); quattuordecim alios, inter quos 7 Normannicos, quorum maxima pars R cum epistulis praetermissis continuisse videtur. Notandum est etiam hos codices plerumque non maxima cum diligentia neque cum omnibus epistulis, quas exhibent, collatos esse. — Repetita est haec editio a. 1744 Venetiis (typis Ang. Geremia, Car. Pecori, Aug. Savioli); et eae quae secutae sunt editiones ordinem et textum editionis Maurinorum fere ad verbum imitatae sunt atque nihil fere novi attulerunt, quamquam Gradonicus iam a. 1739. in epistula* „De nova S. G. M. editione procuranda“ *scripsit.*

Gregorii Magni opera ed. Gallicciolli, tom. VII—IX. Venetiis 1768—1776. Pauca sunt, quae in hac editione adduntur. Textus Maurinorum repetitur uno tantum novo codice (Venet. 71) adhibito.

Gregorii Magni opera in Migne, Patrologiae cursus completus, ser. Lat. tom. 76, Paris. 1851: repetitur ad verbum editio Maurinorum. — Singulae vel complures epistolae selectae a diversis editae sunt; cf. e. g. „Selectae S. G. p. I. epistolae de sacris Sardorum antiquitatibus“ *ed. G. Marietti, Taurini 1825.*

DE EPISTULARUM GREGORIANARUM ORDINE CHRONOLOGICO.

Quoniam epistulae in collectione R (r + ϱ) ad instar Registri Lateranensis secundum indictiones ordinatae sunt atque omnes indictiones pontificatus nostri complectuntur, collectio R ordinem epistularum ex diversarum collectionum codicibus restituturo fundamentum atque regula esse debet. Neque dubitari potest, quin etiam intra unamquamque indictionem, si rem omnem spectas, ordo servetur. Nam singulae indictiones in menses dividuntur, quamquam in aliquot codicibus superscriptio „mense N.“, *quae vere ad sequentes epistulas pertinet atque plerumque rubro minio scripta est, ad praecedentem epistulam trahitur, quasi datum praecedentis epistulae esset. Quo studio in archetypo R id actum sit, ut ordo Registri Lateranensis servetur, ex eo certissime efficitur, quod, ubi ordo indictionum neglectu scriptoris non servatur, ut in ep. VII, 42, diserte notetur hanc epistulam ex alia indictione relictam esse; ubi ordo mensium neglegitur, aut addatur, ut in ep. II, 51. 52 — sine dubio ex Registro Lateranensi — in fine epistulae:* „data die N. mense X. ind. Y.“, *quo demonstretur eas epistulas suo loco omissas et supplementi causa in fine indictionis positas esse, aut superscriptio, qua expressis verbis notatur epistulam non ad finem indictionis, sed ad alium quendam mensem pertinere, ut in ep. VI, 63. Si cuiusdam mensis epistulae non exstant, tamen superscriptio eius mensis ponitur, ita ut aliquando una superscriptio alteram nulla epistula interiecta sequatur, epistulae autem quae superscriptiones sequantur ad ultimum mensem solum pertineant. — Duae tantum epistulae IV, 33 = V, 52 et IX, 176 = IX, 231 sive errore librarii sive alia ex causa, quam hodie non perspicimus, diversis locis bis in Registrum Lateranense aut in archetypum R relatae sunt.*

1) *Baluzii codex ex collatione a. 1600. descriptus hodie in bibl. Paris. no. 2289ª asservari dicitur.*

Cum in C neque indictiones neque menses indicantur, hac tantum ratione verus ordo epistularum C investigandus est, ut quaeratur, quo loco 54 illae epistulae collectionibus R et C communes in R receptae sint. Omnes hae epistulae (cf. supra ad C + P + ϱ, p. XX) in R et ϱ in indictione II inveniuntur, ita ut libenter perpendas, num ceterae 146 epistulae C ad eandem indictionem referendae sint. At ordo illarum, quamquam sine dubio etiam in C ex Registro Lateranensi receptae sunt, alius esse videtur atque in R. Nam 54 illas — si ceteras interim omittis — hoc ordine in C invenies:*

a) IX, 129. 134. 135. 137. 147. 152. 153. 164. 166. 173. 175. 180. 181. 184. 185. 167. —

b) IX, 1. 12. 18. 25. 41. 42. 45. 49. 51. —

c) IX, 195. 196. 202. 203. 213. 214. 215. 216. 218. 219. 220. 222. 226. 227. 228. 231. 234. —

d) IX, 52. 58. 79. 80. 81. 86. 87. 93. 102. 104. 110. 107. —

Cum numeri nostrae editionis ordinem codicum R sequantur, elucet ordinem in C ab ordine in R observato aberrare eo, quod epistulae C in quattuor portiones distributae sint, intra quas in universum idem ordo servatur, atque in R; sed ipsae portiones inter se ita locum mutarunt, ut hodie pro originario ordine b d a c ordo a b c d servatur. Portiones b) et c) accurate cum ordine R concordant; in a) epistula IX, 167 sola locum mutavit et in d) IX, 107 et IX, 110 inter se locum mutarunt. Itaque dubitari non potest, quin in originali, ex quo codices C descripti sunt, idem ordo servatus sit, qui in R, vel quin etiam C ex Registro Lateranensi descriptus sit, quamquam quattuor illae portiones aut foliis transpositis aut alia ex causa postea locum inter se mutaverunt; item certum est non illas ipsas solas epistulas, quae forte etiam in R receptae sunt, sed etiam illas 155 epistulas C, quae non nisi in C inveniuntur, ordinem Registri intra indictionem II sequi. Accedit, quod in codicibus C ante ep. IX, 143 addatur „mense maio indictione II“ *— quod datum solum in C ex Registro Lateranensi relictum sit — atque hoc datum cum datis, quae epistulae IX, 137 (apr.) et IX, 147 (mai.) in R prae se ferunt, optime concordet. Itaque ut verus ordo restituatur, epistulae C eodem ordine, quo intra quattuor illas portiones receptae sunt, intra ordinem epistularum R intercalandae sunt.*

Quo modo hac via singulae epistulae suis locis restituantur, ex sequenti tabula videsis, in qua epistulae, quae et in R et in C inveniuntur, secundum ordinem maiusculis numeris in medio, epistulae, quae non nisi in C receptae sunt, supra lineam, epistulae, quae non nisi in R exstant, infra lineam positae sunt. Oritur quaestio, quomodo epistulae quae supra et quae infra eandem lineam inveniuntur inter se ordinandae sint, et ad quem locum epistulae C, quae inter singulas portiones supra memoratas incidunt, pertineant.

b: *IX, 1. (Sept.)* $\frac{2-10.}{11.\ (Oct.)}$ *12. (Oct.)* $\frac{13-17.}{}$ *18.* $\frac{19-22.}{23.\ 24.}$ *25.* $\frac{28-40.}{26.\ 27.}$ *41. 42.* $\frac{43.}{44.}$ *45.* $\frac{46-48.}{}$ *49. (Nov.)* $\frac{50.}{}$ *51.* |

d: *52.* $\frac{54-57.}{53.}$ *58.* $\frac{59.\ 61-78.}{60.}$ *79. (Dec.) 80. 81.* $\frac{83-85.}{82.}$ *86. (Ian.) 87.* $\frac{88-92.}{}$ *93.* $\frac{94-100.}{101.}$ *102.* $\frac{}{103.}$ *104. (Febr.)* $\frac{105.\ 106.\ (110).}{}$ *107.* $\frac{}{108.\ 109.}$ *110.* $\frac{(113.)}{111.\ 112.\ (Mart.)}$ |

a: $\frac{(114-128).}{}$ *129. (Apr.)* $\frac{130-133.}{}$ *134. 135.* $\frac{136.}{}$ *137.* $\frac{143-146.}{138 (Mai.)-142.}$ *147.* $\frac{150.\ 151.}{148.\ 149.}$ *152. 153.* $\frac{157-163.}{154-156.}$ *164. (Iun.)* $\frac{165.}{}$ *166. 167.* $\frac{168-172.}{}$ *173. (Iul.)* $\frac{174.}{}$ *175.* $\frac{179.}{176-178.}$ *180. 181.* $\frac{182.}{183.}$ *184. 185.* $\frac{(187-191).}{186.}$ |

c: $\frac{(192-194).}{}$ 195. 196. $\frac{198-201.}{197.}$ 202. 203. $\frac{209-212.}{204-208.}$ 213. 214. 215. 216. $\frac{217.}{}$ 218. 219. 220. $\frac{221}{}$ 222. $\frac{225.}{223.\ 224.}$ 226. 227 (Aug.). 228. $\frac{230.}{229.}$ 231. $\frac{233.}{232.}$ 234. $\frac{(236-240).}{235.}$ |

Omnes epistulae maiusculis litteris in hac tabula notatae certis mensibus in codicibus ipsis attributae sunt, item eae, quae infra lineam positae sunt; eae quae supra lineam positae sunt iis mensibus attribuendae sunt, quibus epistulae, quarum numeros maiusculis litteris conscriptos ad utramque partem posuimus, attribuuntur; itaque intra has epistulas epistulae C aliquando duorum mensium spatio circumcluduntur, neque, nisi ex re ipsa elucet, demonstrari potest, utrum eae priores sint, quae infra, an eae, quae supra lineam sint. Maius spatium conceditur eis, quae in C intra duas portiones intercidunt, in tabula nostra uncis inclusis, numero 29, aut certe dubitari potest, ad quam portionem pertineant; nam de epistulis IX, 113 et 114—128 nihil aliud affirmari potest nisi eas inter Februarium (110) et Aprilem (129) datas esse, quoniam **d**, *ultimam,* **a**, *prima portio epistularum C, continuo sequitur; de epistulis IX, 187—191, quae aut ad Septembrem (ante IX, 1) aut ad Iulium trahendae sunt, hoc notandum ep. IX, 187—189 cum IX, 186 certe coniunctas esse; item epistulae IX, 51 et IX, 52 ita inter se coniunctae sunt, ut epistulae IX, 192—194 non ad* **b** *trahi possint, quo IX, 51 a IX, 52 disiungeretur, atque vere ad* **c** *ante IX, 195 pertineant; ex eadem causa cave, ne ep. IX, 236—240 inter IX, 51 et IX, 52 interponas; accedit, quod ep. IX, 237 sine dubio ad IX, 234 pertineat. —*

Ex epistulis P habes has, quae, cum P et R communes sint, restituendo ordini prosunt:

(**a**:) V, 8. 24. 38. 39. 40. 41. 42. 44. 49. 58. 59. 60. 62. 63.

(**b**:) XI, 36. 37. 38. 40. 1. 9. 46. 47. 48. 49. 52. 53. 27.

(**c**:) II, 31. 30. 37.

*Praeterea IX, 147. XI, 10. 1. Ex quo ordine elucet etiam P eodem fere ordine quo R usum esse, sed ordinem simili confusione turbatum esse, qua ordo epistularum C; quae in fine adduntur tres epistulas sine dubio postea additas esse cum alia nonnulla tum forma interpolata epistulae IX, 147 demonstrant. Intra ipsas tres portiones, quae ad singulas indictiones (*__c__ *= X;* **a** *= XIII;* **b** *= IV) pertinent, aliquot transmutationes notandae sunt; sed ep. XI, 1. 9 ipsis temporum notis, quas codices exhibent, indicant se ad eum mensem pertinere, quem eis codices R . ϱ assignant. Accedit quod plerisque epistulis P temporum notae additae sint, ex quibus ordo restitui posset, nisi notae ipsae magna ex parte iam in archetypo P summa corruptione affectae essent. De singulis temporum notis cf. singulas epistulas.*

ORTHOGRAPHICA.

Quanam usus sit Gregorius orthographia, ex epistularum codicibus certe intellegi non potest; nam cum collectiones epistularum, quae solae exstant, non ante saeculum VIII. ex Registro Lateranensi excerptae atque ne singularum collectionum archetypi quidem servati sint, orthographiam Gregorianam etiam in veterrimis codicibus a scriptoribus barbaris et inferioris aetatis male fucatam esse verisimile est. Qui veram auctoris orthographiam cognoscere vult, exemplaria aliorum eius operum ad aetatem Gregorianam prope accedentia perlustret. Itaque ut verae orthographiae restituendae fundamenta iacerem, cod. Trecensem 504 Regulae pastoralis saec. VII. contuli, ad quem cod. Paris. 2206 Moralium prope accedit; qui codices quamquam autographa non sunt, quin non multum ab

originali discrepent, dubitari non potest atque etiam conici licet eos ab uno ex eis codicibus, quos auctor ipse in Gallias misit, descriptos esse. Cf. quae praecipue de Trecensi conscripsi in N. A. XV, 529 ss.

Ex qua inquisitione mihi quidem elucere videtur Gregorium, quamvis „ipsam loquendi artem, quam magisteria disciplinae exterioris insinuant, servare" *despexerit (V, 53ª p. 357, 37), quamvis regulas rhetoricas atque etiam casus modosque aliquando servare contempserit, in orthographia non multum a regulis grammaticorum discedere; nam in veteribus illis codicibus corrector coaevus omnia fere quae per neglegentiam barbari scriptoris irrepserint constanter correxit.*

Quae in codice Trecensi et similibus a vulgata orthographia constanter abhorrent, haec fere sunt:

e pro ***ae****: herere; heresis; celibatus; ceruleus; lesus, lesit; levus; pene; sphera* —

ae *pro e: aesus; interpraetatur; piaetatis; praeces; depraecatio; praetium* —

p *cum* ***b*** *non commutatur;* ***b*** *pro* ***v*** *vel* ***v*** *pro* ***b*** *saepissime corrigitur* —

qu *pro c: aliquando: loquuturus et semper quur* —

e *anteposita (s impura) non invenitur* —

ti *pro* ***ci*** *vitatur; item si*

e *pro* ***i*** *vel* ***i*** *pro* ***e*** *errore scriptoris posita est, constanter corrigitur* —

oe *pro* ***e*** *vel* ***e*** *pro* ***oe*** *vel* ***f*** *pro* ***v*** *non commutantur, nisi errore scriptoris verba (e. g.* „profectus" *pro* „provectus"*) ipsa commutantur* —

geminatio *falso adhibetur his verbis: repperire, gluttientes; e contrario habes: tintinabulum* —

h *in initio verborum vel post c saepius omissa saepe a correctore additur* —

h *addita: himum; hisdem vel similia corriguntur* —

i *pro* ***y*** *in verbis graecis saepe* —

i *addita: hii fere semper corrigitur* —

m *in fine accusativi declinationis primae omissa saepe postea a correctore additur; item* ***m*** *addita in ablativo* —

o *pro* ***u*** *et* ***u*** *pro* ***o*** *non nisi errore librarii* —

In ***assimilatione*** *nulla regula servatur; sed amm-, app-, asp-, astr-, inl-, inr-, opp- fere semper cum assimilatione scribuntur; eundem et umquam praevalent.*

Haec non falsa, sed notanda:

ae*: caelum, paenitentia, saeculum etc.* —

a *pro e: consparsio; item similia si ad vocabulum primitivum reditur* —

p *pro* ***b****: optulit; optinere; suptiliter* —

d *et* ***t****: aput pro apud et similia saepe et sine ordine* —

e *et* ***i****: saltem et saltim; -tenus et -tinus* —

geminatio*: rennuere; sollicitus; sollers; at: cotidie* —

h*: sepulchrum* —

n*: quoties et quotiens* —

o *et* ***u****: adulescens; epistula et epistola; soboles; utrobique* —

p*: contemtus vel similia constanter in: contemptus etc. corriguntur* —

ph*: aliquando* ***f*** *supponitur* —

s *post x semper fere omittitur* —

u*: extinguere etc. fere semper.*

Itaque in editione curanda orthographica ita formavimus, ut expellerentur vitia ea quae ab orthographia auctoris, quam per Trecensem et similes codices cognitam habemus, abhorreant atque non nisi per errorem et consuetudinem librariorum inferioris aetatis in codices nostros irrepserint. Ex apparatu autem orthographica semovimus omnia. Hic

vero subicimus optimorum librorum varietatis orthographicae exempla, non solum falsa, sed quaecumque, si ad orthographicam spectas, notabilia videntur, unde appareat, quatenus librarii a scriptura in editionem recepta discedant. (Cf. praeterea varias lectiones ad libros I—IV.)

e pro ae: in plurimis codicibus habes heresis etc.; herere etc.; Grecus; item saepissime querere et adiectiva in -eus exeuntia et pre- praepositionem in compositis; sed r 1 haec verba plerumque recte scribit. — Item in initio verborum, ut egritudo, eternus, equitas, estimare R 1 vel r 2. — In casibus declinationis primae vel que pro quae passim R 1. Pa 1. C 1. — Praeterea in verbis ipsis passim praecipue in his: cecus, celum, lesio, letania, letari, meror, pene, penitentia, prebere, premium, sepe, sevire. Haec habes saepe cum in ceteris tum in R 1. ϱ 1. —

ae pro e: raro in R 1; saepius in r 2 et praecipue in r 1; saepissime in Pa 1. C 1: in fine ablativi declinationis 3. et adverbiorum et aliorum; praeterea in verbis ut comprachensus sim.; quaeri, quaerela; praeces; praemere; praetium — haereditarius, placbium r 1 — aecclesia Pa 1, sed interdum correxit; C 1 — aerores pro errores Pa 1 340, 18 — praesbiter semper, aepistola, aequabus C 1.

b pro p exempla: obtata r 2 422, 1; inbendat Pb 1 326, 20; abto C 1 II, 92, 20; scribsimus aliquando C 1.

p pro b exempla: opreptionem, sed corr. R 1 403, 19; supreptiones C 1 II, 73, 14; repuplica interdum Pa 1. C 1 II, 108, 13; pleps, sed corr. Pa 1 — suptilis saepius R 1. r 1. 2. C 1 (in prima parte R 1 ex subtilis corr.); subtilis ϱ 1. Pa 1 — optinere, optulit semper fere R 1. r 1. 2. ϱ 1. Pa 1.

b pro v, quamquam interdum correxit, saepissime R 1, e. g. futurum pro perfecto ponens, ut: levabit, deportabit, curabimus, deflebit etc.; item in diversis verborum temporibus, ut: decreberis, probaberis; item in verbis ipsis, ut: bexari, beneno, belitis, beneratione, betuimus; benibolentia, ebocatus (corr.), inbigilet (corr.), conbellere; bita, vibere, brebiter, cabeant, caterbas, faborem, fobere, dilubium, grabamen, labatio, Rabennates, cibitas, suabitas, obile, fribulus, nobit, nobembrio, iubentus, adiubare — raro r 1. 2: fribolus aliquando r 1. 2; dilubium, sed corr. r 2; archibum ϱ 1. — Saepissime etiam C 1 et saepe Pa 1, sed corr. fere semper Pa 1.

v pro b saepe R 1, e. g. perfectum pro futuro ponens, ut: curavimus, exoravit, ivit, properavit; adde: acervitas, devere, guvernare, iuvente, livertas, liventissime, plevem, presviterium, prevere, provitas, superve, noviscum, sivi, tivi, vene, veneficium, viennium, vonae, sed non raro correxit — raro r 1, ut: acervitas 302, 2 vel r 1. 2, ut vivo pro bibo 486, 22 — saepe Pa 1, sed constanter correxit — aliquando etiam C 1, ut Favium II, 77, 20 vel ovici ib. 26.

c ante x addit aliquando R 1, ut: distincxit, fincxisse, iniuncxerit, restrincxit, subiuncxit; item C 1.

c ante h addit in verbis michi, nichil persaepe R 1. r 1. 2.

c omittit in verbo cunti 450, 9 R 1, sed corr.; item habet Theotista pro Theoctista. Item saepe Pa 1: cunti, autor, sed aliquando corr. Item c omittitur in verbo iurisditio in r 1 et aliquando in verbis autoritas, quiquid r 2.

c pro g: crassaretur R 1 321, 7. — Pa 1 II, 328, 5: casticatum. C 1 II, 104, 5: neclexisse.

g pro c: apogrisario R 1 410, 10. — trigesimum r 1 335, 22. — sagrilegum Pa 1 324, 18.

c pro qu: secuntur C 1 II, 74, 12. — condam r 2 335, 21.

qu pro c: quur ϱ 1. — quotidie; conloquutione, loquutus; Iaquinthi C 1.

ci pro ti: hoc vitium non invenitur in R 1; sed pacientibus, spacium, servicium r 1; Bonifacius r 1. 2; precium, spacium ϱ 1. Item Pa 1 non raro, ut: dacione, inicium,

indiccio, malicias, praecii, particialiter, ulcio. Saepissime C 1, ut: amicicia, cicius, praecium, sollicicior.

ti pro **ci**: *conditio, provintia, solatium, similia aliquando r 1. 2. ϱ 1; praeiuditiis R 1. r 2 282, 20. — audatia, efficatia, solatium Pa 1. — Plurima exempla praebet C 1.*

d pro **t**: *aliquando scribit odiosum, quando, idem pro otiosum, quanto, item R 1, sed corr.; similia passim in r 1. 2 et e. g. reliquid r 1 341, 23, velud r 2 393, 3; reliquid etiam ϱ 1. Pa 1 sed corr. ϱ 1. — adque saepissime Pa 1. Pb 1. C 1, sed saepe corr. Pa 1. — astudia ϱ 1 II, 377, 14.*

t pro **d**: *aliut, set, quot sim. saepissime, corr. in parte secunda R 1; aliquot, aliquit etiam r 1. 2. — aput, illut Pa 1, sed saepe corr. in apud. — atventum R 1 II, 14, 5; egrituto R 1 II, 372, 29.*

e anteposita vel s impura: exenium fere semper. — inspertus pro inexpertus r 1. 2: 485, 9.

e pro **i**: *R 1 non raro in ablativo vel dativo, etiam in genet. decl. 3 vel in persona 3. coniug. 3. praesentis (i. e. futurum pro praes.) vel in infinitivo pass.; syllaba de- pro di-; item verba transmutantur ita: relecta pro relicta, legata pro ligata, accedit pro accidit, excedit pro excidit; possetis pro possitis; adde: perstetit, retenuisse vel similia; habes etiam: adhibetis II, 371, 7. Eiusdemmodi sunt vitia in r 1. 2. Adde letania vel laetania semper in R 1. r 1. 2 et Apollenaris r 1. 2; heresem saepius quam heresim. — Eadem saepe in ϱ 1 et in Pa 1. Pb 1, sed Pa 1 plerumque corr. — Item saepissime C 1.*

i pro e aliquando in R 1. r 1. 2. ϱ 1 praecipue in syllaba di- (pro de-) et in casibus obliquis declinationis 3. et infinitivis; praeterea in verbis, ut precidentium, deligamus, abscidere, decidente; eligerit, exigerit, sed etiam indulgimus, egimus pro egemus simil.; neglegere, intellegere recte R 1. r 2. ϱ 1, sed negligere, intelligere r 1; saltim saepe corr. R 1, quatinus r 1. 2. ϱ 1. — Idem vitium saepissime invenitur in Pa 1 in plurimis verbis et casibus, item in Pb 1 et maxime in C 1.

e pro **oe** *vel* **ae** *non raro R 1, ut obedire, pena, prelium, penitentia, cepi pro coepi; rarius: obędientia r 1; pena r 2. Recte plerumque Pa 1, falso saepe C 1.*

oe pro **e** *vel* **ae**, *ut proemium, poene (pro paene), poenitentia saepe r 1. 2; poetitionis C 1 II, 100, 18.*

f pro **ph** *persaepe in nominibus Graecis; at etiam passim ph pro f, ut prophanus, prephatus R 1, sed plerumque corr.*

i pro **g** *aliquando R 1, sed plerumque corr., ut aie pro age; aienda pro agenda; peraiendum; deneiemus. E contrario magistatis pro maiestatis Pa 1 326, 16.*

geminatio: *repperire, rennuere semper fere in omnibus codicibus; item plerumque quattuor, sollemnis, sollicitus et parrochia vel parroechia, comminus R 1. r 1. 2; cottidie R 1, sed cotidie r 1. 2; querella R 1. r 2, sed querela r 1; tollerare R 1. ϱ 1. Pa 1; sepelire ex sepp. corr. ϱ 1; celleberrima, Affricane ϱ 1; immitari ϱ 1. Pb 1; ammovere, ammissa r 1. 2; promissisti r 2. — Pa 1: sollemnis et solemnis; cottidie; ammittant, ocassionem, sexagissimum, centissimum, vellim, sed aliquando corr. — C 1: Affrici, apparibus (pro: a paribus), caussis, manumississe, tullisse, disspendiis, sim.; item Pb 1. — E contrario habes aliquando: sumopere r 1. 2; aserens, appelatur ϱ 1; iussisent, debuises, praepolentis, sufragium, ocasionem et semper aeclesia Pa 1; discusio, posidere, aseruit C 1.*

h addit in initio pronominum, ut: his, hisdem pro is, idem saepissime R 1. C 1. Pb 1, non raro etiam r 1. 2. Item cohercere, cohercitio, inhertem, exhorta, exhistimet, adhimitur, heremum, honera, horthodoxa, habundantia, hostendere R 1, sed etiam r 1. 2 atque ϱ 1. Pa 1. Item in nominibus propriis, ut: Hillirici, Hisauriae, Israhel (ex ihl) R 1 et aliquando r 1. 2. Eadem saepe Pb 1. C 1. — Post c: sepulchrum R 1. r 1. 2; Machedonius R 1. r 1. 2; archana R 1; apochrisiarius r 2; archa, sed corr., hipochrisin Pa 1; Anchonitano, subdiachono (II, 108, 12. 109, 5. 112, 22) C 1. — Post t: thomus Anthioceno R 1; Anthiociae, cartha ϱ 1; Cathenensibus C 1. —

h omittitur in omnibus fere codicibus post **c** *in verbis Graecis: scolasticus, scisma atque etiam saepissime in: carta, cartularius, sim. — Calcedonensis, Antiocenus R 1. — In initio verborum saepe omittitur praecipue in R 1. ϱ 1. C 1, e. g. in verbis: abere, actenus, exibere, peribere, iniare, ora, ortamur, exortatio, aurire etc., sed R 1. ϱ 1 saepe correxerunt; rarius r 1. 2. Pa 1. — detraes R 1 318, 17.*

i *pro* **y** *saepissime in verbis Graecis et nominibus propriis, ut: presbiter, sinodus, martiris, misteria, sinagogis, Siracusanus, Illiricum: item saepius elemosina etc. — Sed etiam e contrario*

y *pro* **i** *in verbis Graecis, praecipue in R 1, ut: symoniacus, paradysus, ydolorum, Epyphanium. — Pb 1. C 1: mynisterium, Neapolym. — ymber r 1 436, 9.*

i *additur: hii saepissime R 1. Pa 1. Pb 1.*

k: *kme, kmi = carissime, carissimi passim ubique.*

m *addita vel* **m** *omissa plerumque ad vitia constructionis pertinere videntur; sed nota e. g. certamina . . . finiendam R 1 484, 24; causam . . . decisa est R 1 394, 1; reddendam communio C 1 II, 58, 25 — et contra: quequam, sed recte corr. in quemquam R 1 455, 1; transmittere pro transmitterem r 2 352, 24; cuneta . . . potestatem r 2 347, 2; macula manus . . . abstergeat r 1 376, 16; que pro quem C 1 II, 50, 21, Pa 1 324, 21, sed corr. Pa 1 etc.*

n *pro* **m**: *ponpatici r 1. 2 321, 23; menbra r 1 450, 5.*

m *pro* **n**: *Pa 1: intemtione 332, 15; volumtatis 335, 20, sed corr.; comtemplationis 446, 18.*

n *addit C 1 e. g.: occansionem II, 64, 6; contingerit II, 111, 28 vel omittit: substaciae II, 102, 14 et in verbis, ut: exiret, debeat, memoratur pro plurali. — Quotiens recte semper R 1. r 1. 2.*

o *pro* **oe**: *parrochia R 1; diocesis R 1. r 2 plerumque.*

o *pro* **u**: *incolomis, incolomitas plerumque R 1. r 1. 2. ϱ 1. C 1 — epistola, soboles et subolis R 1. r 1. 2; porto Veneris, tonsorari R 1. r 1. 2. C 1; iocundius R 1. r 1; tonica, consolendum R 1, sed corr.; sodorem, mondaretur r 1, sed corr.; monitione, sed corr. ϱ 1. — Saepe Pa 1, ut: aliquatolum, adolationis, adolari, confamolus, coram (pro: curam), costodia, insolis, macolatus, murmor, orbem (pro: urbem), parvoli, verecondiae, visos (pro: visus), sed plerumque correxit. — Item saepe Pb 1. C 1 e. g.: commonis, consolator, monitos (pro: munitos), matoro, murmor, postolant; et in fine, ut: adventos, apostolos, cognitos, sacrandos pro -us.*

u *pro* **o**: *duminii, contentus (pro -os) raro R 1, sed corr.; tundant, tundentes R 1; fribulus et frivolus R 1. r 1; cummemorare r 2 469, 8, sed corr.; communitione r 2 289, 9; epistula, territurio, prumptiorem ϱ 1. — Pa 1: epistula; passim: agnuscant, corpure, episcuporum, idulorum, munachis, munte, pulluit, sed aliquando corr. — Pb 1. C 1: apostulos, cognuscat, epistula, idulorum, prumptissima, subdiacuno, territurio, tutus (pro: totus), sed etiam studium, quantum pro studio, quanto; unu Pb 1 328, 14; Panormu C 1 II, 50, 5. 20.*

p: *contempsit, consumpta, praesumptio, redemptor, sumptus r 1. 2. ϱ 1. Pa 1. C 1, sed R 1 habet etiam: temtare, redemtor, sumtus — p falso additur raro in r 1, ut contempnit; saepius in r 2. ϱ 1: contempnit, condempnare, dampnare, sollempnis. — Pa 1 aliquando: solempnia.*

s *pro* **r**, *ut dinoscimus, perducimus, teneamus (pro passivo), lucramus, opinamus; sed etiam praesumentes (pro adverbio) aliquando R 1. r 1. 2. — tenos pro: tenor r 1 394, 29; percussa pro: percursa r 1 482, 8.*

r *addit Pa 1 335, 2: usurpartionis.*

s *post x semper fere omittit R 1, saepissime r 1. 2; ϱ 1 aliquando corr. — Pb 1. C 1 saepius: exs-, atque ex- saepe in exs-corr. —*

s addunt in verbo isdem vel hisdem (masc.) omnes fere codices. — In fine verborum s non raro addit vel omittit C 1 et aliquando R 1. r 1. 2.

u: extinguere, unguere, urguere, inpinguet, tinguuntur R 1. r 1. 2

*De **assimilatione** haec fere notanda sunt:*

adc- et acc- R 1. r 1. 2 (adceptis, corr. R 1 404, 12) —

adf- et aff- R 1; aff- r 1; adf- saepius r 2. ϱ 1. — adflictio et aff- Pa 1. Pb 1. C 1.

adg- R 1 r 2; agg- interdum r 1. — adg- Pa 1. Pb 1.

adl- R 1. r 2; all- r 1; adl- et all- ϱ 1 — adl- C 1.

amministrare, ammonere constanter, raro adm- R 1. r 1. 2 (amittere pro admittere r 1 447, 14); amm- et adm- ϱ 1. — ammonere, ammiror saepius Pa 1, sed corr. in adm- e. g. 290, 8. 339, 1. 341, 18. 342, 5 — amm- et adm- Pb 1 — amm- C 1.

adn- constanter R 1. r 1. 2. ϱ 1 —

adp- R 1. r 2; adp- et app- r 1; adp-, sed corr. ϱ 1 — appetere; adponat corr. in app- Pa 1 334, 23 —

acq- saepius R 1; adq- r 1. 2 — adq- C 1.

arr- R 1. r 1; adr- interdum r 2 — arripere Pa 1 —

ads- et ass- R 1. r 1. 2, sed r 1 saepius assimilat; ads-, sed saepe corr. ϱ 1 — adscribere, adstringere, adsensus, assidue, sed interdum corr. Pa 1 — adsurgere, assidue C 1 — adscribere, adsensus Pb 1.

adt- R 1. r 2. ϱ 1; att- r 1 — adtendere Pa 1. Pb 1. — adt- C 1.

coll- saepius R 1. r 1. 2, sed conl- R 1 423, 4. 8; r 1 341, 19. 461, 1 etc.

comm- constanter R 1. r 1. 2 —

comp- saepius R 1 r 1. 2. ϱ 1, sed etiam conp-, e. g. R 1. r 1. 2 360, 13. 473, 19 — conp- Pa 1. C 1. — saepius conp- Pb 1.

inm-, e. g. inmerito, inmoderatus, sed imminere R 1. r 1. 2 et in r 1 persaepe imm-, e. g. immoderatus — inm- et imm- Pb 1 — inm- C 1.

inp- fere semper R 1. r 2 (ita corr. R 1 318, 27; r 2 471, 23); imp- plerumque r 1; inp- saepe ϱ 1, sed corr. — inp- persaepe Pa 1, sed aliquando corr., vel etiam imp. — inp- et imp- C 1; ita, sed saepius inp- Pb 1.

inl- fere semper R 1. r 1. 2. ϱ 1. Pa 1, sed saepe corr. ϱ 1. Pa 1. — inl- C 1.

inr- constanter R 1. r 1. 2. Pa 1. Pb 1. — inr- saepius C 1.

obp- (e. g. r 2 325, 8) raro R 1. r 1. 2. — Pb 1.

off- semper R 1. r 1. 2 —

summ- constanter r 1. ϱ 1; subm- interdum R 1. r 2 (subm- corr. in summ- e. g. R 1 446, 43; summ- in subm- r 2 446, 43. 455, 13) — submisse Pa 1 313, 19 — summ- C 1.

supp- constanter R 1. r 1. 2 (subp- corr. R 1 340, 11) — subp- et supp- ϱ 1 — subp- C 1

subr- constanter R 1. r 1. 2. ϱ 1. Pa 1. Pb 1. C1, sed corr. ϱ 1 —

In pronominibus semper fere assimilatur e. g. eundem, eorundem vel similia in R 1. r 1. 2. ϱ 1. Pa 1 — quicquid constanter R 1. r 1. 2. ϱ 1, quidquid Pa 1. — item: umquam vel similia constanter R 1. r 1. 2 cet. — Sed cf. tandiu — quandiu R 1 II, 368, 4.

NUMERI EDITIONIS MAURINORUM

CUM NOSTRA COMPARANTUR.

Editio Maurinorum	*— nostra*	*Edit. Maur.*	*— nostra*	*Edit. Maur.*	*— nostra*
I, 1—9	*I, 1—9*	*I, 55*	*I, 53*	*II, 7*	*II, 8*
I, 10	*II, 6*	*I, 56*	*I, 54*	*II, 8*	*II, 11*
I, 11—19	*I, 11—19*	*I, 57*	*I, 55*	*II, 9*	*II, 12*
I, 20	*I, 10*	*I, 58*	*I, 56*	*II, 10*	*II, 13*
I, 21	*I, 20*	*I, 59*	*I, 57*	*II, 11*	*II, 14*
I, 22	*I, 21*	*I, 60*	*I, 58*	*II, 12*	*II, 15*
I, 23	*I, 22*	*I, 61*	*I, 59*	*II, 13*	*II, 16*
I, 24	*I, 23*	*I, 62*	*I, 60*	*II, 14*	*II, 17*
I, 25	*I, 24*	*I, 63*	*I, 61*	*II, 15*	*II, 18*
I, 26	*I, 25*	*I, 64*	*I, 62*	*II, 16*	*II, 51*
I, 27	*I, 26*	*I, 65*	*I, 63*	*II, 17*	*II, 19*
I, 28	*I, 27*	*I, 66*	*I, 64*	*II, 18*	*II, 20*
I, 29	*I, 28*	*I, 67*	*I, 65*	*II, 19*	*II, 21*
I, 30	*I, 29*	*I, 68*	*I, 66*	*II, 20*	*II, 22*
I, 31	*I, 30*	*I, 69*	*I, 67*	*II, 21*	*II, 23*
I, 32	*I, 31*	*I, 70*	*I, 68*	*II, 22*	*V, 10*
I, 33	*I, 32*	*I, 71*	*I, 69*	*II, 23*	*V, 16*
I, 34	*I, 33*	*I, 72*	*I, 70*	*II, 24—27*	*II, 24—27*
I, 35	*I, 34*	*I, 73*	*I, 71*	*II, 28*	*II, 29*
I, 36	*I, 39*[a]	*I, 74*	*I, 72*	*II, 29*	*II, 32*
I, 37	*I, 35*	*I, 75*	*I, 73*	*II, 30*	*II, 33*
I, 38	*I, 36*	*I, 76*	*I, 74*	*II, 31*	*II, 34*
I, 39	*I, 37*	*I, 77*	*I, 75*	*II, 32*	*II, 38*
I, 40	*I, 38*	*I, 78*	*I, 76*	*II, 33*	*II, 30*
I, 41	*I, 39*	*I, 79*	*I, 77*	*II, 34*	*II, 35*
I, 42	*I, 40*	*I, 80*	*I, 79*	*II, 35*	*II, 28*
I, 43	*I, 41*	*I, 81*	*I, 78*	*II, 36*	*II, 31*
I, 44	*I, 42*	*I, 82*	*I, 80*	*II, 37*	*II, 37*
I, 45	*I, 43*	*I, 83*	*I, 81*	*II, 38*	*II, 39*
I, 46	*I, 44*	*I, 84*	*I, 82*	*II, 39*	*II, 40*
I, 47	*I, 45*	*I, 85*	*IX, 9*	*II, 40*	*II, 41*
I, 48	*I, 46*			*II, 41*	*V, 49*
I, 49	*I, 47*	*II, 1*	*II, 3*	*II, 42*	*V, 47*
I, 50	*I, 48*	*II, 2*	*II, 4*	*II, 43*	*II, 42*
I, 51	*I, 49*	*II, 3*	*II, 7*	*II, 44*	*II, 43*
I, 52	*I, 50*	*II, 4*	*II, 10*	*II, 45*	*II, 44*
I, 53	*I, 51*	*II, 5*	*II, 9*	*II, 46*	*II, 45*
I, 54	*I, 52*	*II, 6*	*II, 5*	*II, 47*	*II, 52*

Editio Maur.	— *nostra*
II, 48	II, 46
II, 49	II, 47
II, 50	II, 48
II, 51	II, 49
II, 52	II, 50
II, 53	II, 36
II, 54	I, 11[a]
III, 1—36	III, 1—36
III, 37	VI, 42. IX, 137
III, 38	III, 37
III, 39	III, 38
III, 40	III, 39
III, 41	III, 40
III, 42	III, 41
III, 43	III, 42
III, 44	III, 43
III, 45	III, 44
III, 46	III, 45
III, 47	III, 46
III, 48	III, 47
III, 49	III, 48
III, 50	III, 49
III, 51	III, 50
III, 52	III, 51
III, 53	III, 52
III, 54	III, 65
III, 55	III, 53
III, 56	III, 54
III, 57	III, 66
III, 58	III, 55
III, 59	III, 56
III, 60	III, 57
III, 61	III, 60
III, 62	III, 59
III, 63	III, 58
III, 64	IX, 166
III, 65	III, 61
III, 66	III, 64
III, 67	III, 62
IV, 1—7	IV, 1—7
IV, 8	IV, 10
IV, 9	IV, 9
IV, 10	IV, 16
IV, 11—14	IV, 11—14
IV, 15	IV, 8
IV, 16	IV, 15
IV, 17—22	IV, 17—22

Edit. Maur.	— *nostra*
IV, 23	IV, 27
IV, 24	IV, 25
IV, 25	IV, 23
IV, 26	IV, 26
IV, 27	IV, 24
IV, 28—30	IV, 28—30
IV, 31	V, 46
IV, 32	III, 63
IV, 33	IV, 31
IV, 34	IV, 32
IV, 35	IV, 35
IV, 36	IV, 34
IV, 37	IV, 36
IV, 38	IV, 33. V, 52
IV, 39	IV, 37
IV, 40	IV, 38
IV, 41	IV, 39
IV, 42	IV, 40
IV, 43	IV, 41
IV, 44	IV, 42
IV, 45	IV, 43
IV, 46	IV, 44
IV, 47	V, 6
V, 1. 2	V, 1. 2
V, 3	V, 17
V, 4	V, 18
V, 5	V, 3
V, 6	V, 4
V, 7	V, 5
V, 8	V, 7
V, 9	V, 9
V, 10	V, 8
V, 11—15	V, 11—15
V, 16	V, 43
V, 17	V, 20
V, 18	V, 44
V, 19	V, 45
V, 20	V, 37
V, 21	V, 39
V, 22	V, 54
V, 23	V, 24
V, 24	V, 19
V, 25	V, 21
V, 26	V, 22
V, 27	V, 23
V, 28	V, 25
V, 29	V, 26
V, 30—32	V, 30—32

Edit. Maur.	— *nostra*
V, 33	V, 27
V, 34	V, 28
V, 35	V, 33
V, 36	V, 34
V, 37	V, 50
V, 38	V, 35
V, 39	V, 42
V, 40	V, 36
V, 41	V, 38
V, 42	V, 40
V, 43	V, 41
V, 44	V, 48
V, 45	IX, 151
V, 46	IX, 153
V, 47	IX, 161
V, 48	V, 51
V, 49	V, 53
V, 50	V, 55
V, 51	V, 56
V, 52	V, 57
V, 53	V, 58
V, 54	V, 59
V, 55	V, 60
V, 56	V, 61
V, 57	V, 62
V, 58	V, 63
VI, 1—6	VI, 1—6
VI, 7	VI, 10
VI, 8	VI, 7
VI, 9	VI, 8
VI, 10	VI, 9
VI, 11—26	VI, 11—26
VI, 27	VI, 46
VI, 28	VI, 27
VI, 29	VI, 28
VI, 30	VI, 63
VI, 31	VII, 42
VI, 32	VI, 29
VI, 33	VI, 30
VI, 34	IX, 167
VI, 35	VI, 32
VI, 36	VI, 33
VI, 37	VI, 34
VI, 38	VI, 35
VI, 39	VI, 36
VI, 40	VI, 37
VI, 41	VI, 38
VI, 42	VI, 39

Edit. Maur. —	*nostra*
VI, 43	*VI, 40*
VI, 44	*VI, 41*
VI, 45	*VI, 43*
VI, 46	*VI, 44*
VI, 47	*VI, 45*
VI, 48	*VI, 47*
VI, 49	*VI, 48*
VI, 50	*VI, 55*
VI, 51	*VI, 50*[a]
VI, 52	*VI, 50*
VI, 53	*VI, 51*
VI, 54	*VI, 52*
VI, 55	*VI, 53*
VI, 56	*VI, 54*
VI, 57	*VI, 56*
VI, 58	*VI, 49*
VI, 59	*XI, 57*
VI, 60	*VI, 58*
VI, 61	*VI, 31*
VI, 62	*VI, 57*
VI, 63	*VI, 59*
VI, 64	*VI, 60*
VI, 65	*VI, 61*
VI, 66	*VI, 62*
***VII**, 1—3*	*VII, 1—3*
VII, 4	*VII, 5*
VII, 5	*VII, 4*
VII, 6—18	*VII, 6—18*
VII, 19	*IX, 138*
VII, 20	*IX, 139*
VII, 21	*IX, 140*
VII, 22	*VII, 19*
VII, 23	*VII, 20*
VII, 24	*VII, 21*
VII, 25	*VII, 22*
VII, 26	*VII, 23*
VII, 27	*VII, 24*
VII, 28	*VII, 25*
VII, 29	*VII, 26*
VII, 30	*VII, 27*
VII, 31	*VII, 28*
VII, 32	*VII, 29*
VII, 33	*VII, 30*
VII, 34	*VII, 31*
VII, 35	*VII, 32*
VII, 36	*VII, 33*
VII, 37	*VII, 34*
VII, 38	*VII, 35*

Edit. Maur. —	*nostra*
VII, 39	*VII, 36*
VII, 40	*VII, 37*
VII, 41	*VII, 38*
VII, 42	*VII, 39*
VII, 43	*VII, 40*
VII, 44	*VII, 41*
VII, 45	*IX, 179*
***VIII**, 1—3*	*VIII, 1—3*
VIII, 4	*VIII, 5*
VIII, 5	*VIII, 10*
VIII, 6—9	*VIII, 6—9*
VIII, 10	*VIII, 11*
VIII, 11	*VIII, 12*
VIII, 12	*VIII, 13*
VIII, 13	*VIII, 15*
VIII, 14	*VIII, 16*
VIII, 15	*VIII, 17*
VIII, 16	*VIII, 18*
VIII, 17	*IX, 15*
VIII, 18	*VIII, 19*
VIII, 19	*IX, 65*
VIII, 20—27	*VIII, 20—27*
VIII, 28	*VIII, 14*
VIII, 29	*VIII, 28*
VIII, 30	*VIII, 29*
VIII, 31	*VIII, 30*
VIII, 32	*IX, 43*
VIII, 33	*VIII, 31*
VIII, 34	*VIII, 32*
VIII, 35	*VIII, 33*
***IX**, 1—2*	*IX, 1—2*
IX, 3	*VIII, 35*
IX, 4	*IX, 11*
IX, 5	*IX, 158*
IX, 6	*IX, 195*
IX, 7	*IX, 197*
IX, 8	*IX, 202*
IX, 9	*IX, 154*
IX, 10	*IX, 155*
IX, 11	*VIII, 4*
IX, 12	*IX, 26*
IX, 13	*IX, 42*
IX, 14	*IX, 41*
IX, 15	*IX, 49*
IX, 16	*IX, 51*
IX, 17	*IX, 52*
IX, 18	*IX, 29*

Edit. Maur. —	*nostra*
IX, 19	*IX, 30*
IX, 20	*IX, 33*
IX, 21	*IX, 28*
IX, 22	*IX, 31*
IX, 23	*IX, 32*
IX, 24	*IX, 164*
IX, 25	*IX, 45*
IX, 26	*IX, 48*
IX, 27	*IX, 79*
IX, 28	*IX, 66.*[a] *82*
IX, 29	*IX, 86*
IX, 30	*IX, 87*
IX, 31	*IX, 93*
IX, 32	*IX, 94*
IX, 33	*IX, 101*
IX, 34	*IX, 102*
IX, 35	*IX, 103*
IX, 36	*IX, 104*
IX, 37	*IX, 107*
IX, 38	*IX, 108*
IX, 39	*IX, 109*
IX, 40	*IX, 199*
IX, 41	*V, 29*
IX, 42	*IX, 66*
IX, 43	*IX, 67*
IX, 44	*IX, 90*
IX, 45	*IX, 91*
IX, 46	*IX, 112*
IX, 47	*IX, 129*
IX, 48	*IX, 134*
IX, 49	*IX, 135*
IX, 50	*IX, 163*
IX, 51	*IX, 121*
IX, 52	*IX, 147*
IX, 53	*IX, 186*
IX, 54	*IX, 187*
IX, 55	*IX, 38*
IX, 56	*IX, 40*
IX, 57	*IX, 23*
IX, 58	*IX, 24*
IX, 59	*IX, 27*
IX, 60	*IX, 110. 111*
IX, 61	*IX, 227*[a]
IX, 62	*IX, 22*
IX, 63	*IX, 25*
IX, 64	*IX, 203*
IX, 65	*IX, 204*
IX, 66	*IX, 201*
IX, 67	*IX, 149*

Edit. Maur. —	nostra	Edit. Maur. —	nostra	Edit. Maur. —	nostra
IX, 68	IX, 156	IX, 117	IX, 212	X, 38	X, 17
IX, 69	IX, 53	IX, 118	IX, 211	X, 39	X, 21
IX, 70	IX, 58	IX, 119	IX, 225	X, 40	IX, 69
IX, 71	IX, 59	IX, 120	IX, 230	X, 41	IX, 68
IX, 72	IX, 60	IX, 121	IX, 227	X, 42	IX, 196
IX, 73	IX, 162	IX, 122	IX, 228. 229	X, 43	IX, 114
IX, 74	IX, 173	IX, 123	IX, 232	X, 44	IX, 143
IX, 75	IX, 80	IX, 124	IX, 240	X, 45	XI, 3
IX, 76	IX, 81	IX, 125	IX, 234	X, 46	IX, 182
IX, 77	IX, 142	IX, 126	IX, 235	X, 47	IX, 16
IX, 78	IX, 175	IX, 127	Epist. III p. 156	X, 48	IX, 34
IX, 79	IX, 177			X, 49	VIII, 34
IX, 80	IX, 178	X, 1	X, 1	X, 50	IX, 4
IX, 81	IX, 176. 231	X, 2	IX, 165	X, 51	XI, 4
IX, 82	IX, 237	X, 3	IX, 10	X, 52	IX, 5
IX, 83	IX, 39	X, 4	X, 2	X, 53	IX, 46
IX, 84	IX, 180	X, 5	IX, 89	X, 54	IX, 50
IX, 85	IX, 181	X, 6	IX, 116	X, 55	IX, 55
IX, 86	IX, 183	X, 7	IX, 117	X, 56	IX, 56
IX, 87	IX, 184	X, 8	X, 3	X, 57	IX, 57
IX, 88	IX, 185	X, 9	IX, 72	X, 58	IX, 61
IX, 89	IX, 99	X, 10	X, 4	X, 59	IX, 62
IX, 90	IX, 100	X, 11	X, 5	X, 60	IX, 77
IX, 91	IX, 12	X, 12	IX, 171	X, 61	X, 18
IX, 92	IX, 18	X, 13	IX, 170	X, 62	X, 19
IX, 93	IX, 160	X, 14	IX, 172	X, 63	X, 20
IX, 94	IX, 150	X, 15	IX, 85	X, 64	IX, 78
IX, 95	IX, 141	X, 16	XIII, 20	X, 65	XI, 5
IX, 96	IX, 148	X, 17	XIII, 21	X, 66	IX, 233
IX, 97	IX, 152	X, 18	X, 6	X, 67	IX, 132
IX, 98	IX, 44	X, 19	X, 7	X, 68	XII, 5
IX, 99	IX, 205	X, 20	IX, 105		
IX, 100	IX, 206	X, 21	X, 8	XI, 1	XI, 2
IX, 101	IX, 169	X, 22	XIV, 16	XI, 2	XI, 1
IX, 102	IX, 200	X, 23	XIV, 17	XI, 3	XI, 14
IX, 103	IX, 207	X, 24	X, 9	XI, 4	XI, 6
IX, 104	IX, 47	X, 25	IX, 76	XI, 5	XI, 7
IX, 105	IX, 208	X, 26	IX, 113	XI, 6	IX, 188
IX, 106	IX, 218	X, 27	X, 10	XI, 7	IX, 189
IX, 107	IX, 219	X, 28	IX, 198	XI, 8	XI, 8
IX, 108	IX, 222	X, 29	X, 11	XI, 9	IX, 238
IX, 109	IX, 213	X, 30	IX, 168	XI, 10	IX, 239
IX, 110	IX, 215	X, 31	X, 12	XI, 11	IX, 54
IX, 111	IX, 216	X, 32	IX, 3	XI, 12	XI, 9
IX, 112	IX, 220	X, 33	IX, 75	XI, 13	XI, 10
IX, 113	IX, 223	X, 34	X, 13	XI, 14	XI, 43
IX, 114	IX, 224	X, 35	X, 14	XI, 15	XI, 44
IX, 115	IX, 214	X, 36	X, 15	XI, 16	XI, 11
IX, 116	IX, 226	X, 37	X, 16	XI, 17	IX, 36

Edit. Maur. —	*nostra*
XI, 18	*IX, 192*
XI, 19	*IX, 193*
XI, 20	*IX, 194*
XI, 21	*IX, 37*
XI, 22	*XI, 12*
XI, 23	*IX, 123*
XI, 24	*IX, 174*
XI, 25	*XI, 13*
XI, 26	*XI, 16*
XI, 27	*XI, 17*
XI, 28	*XI, 36*
XI, 29	*XI, 35*
XI, 30	*XI, 18*
XI, 31	*XI, 19*
XI, 32	*XI, 20*
XI, 33	*XI, 21*
XI, 34	*XI, 22*
XI, 35	*XI, 23*
XI, 36	*XI, 25*
XI, 37	*XI, 24*
XI, 38	*IX, 97*
XI, 39	*IX, 118*
XI, 40	*XIII, 30*
XI, 41	*IX, 145*
XI, 42	*IX, 146*
XI, 43	*IX, 83*
XI, 44	*XI, 26*
XI, 45	*XI, 27*
XI, 46	*XI, 28*
XI, 47	*XI, 29*
XI, 48	*IX, 20*
XI, 49	*IX, 21*
XI, 50	*XI, 30*
XI, 51	*XI, 31*
XI, 52	*XI, 32*
XI, 53	*XI, 33*
XI, 54	*XI, 34*
XI, 55	*XI, 38*
XI, 56	*XI, 40*
XI, 57	*XI, 42*
XI, 58	*XI, 41*
XI, 59	*XI, 47*
XI, 60	*XI, 50*
XI, 61	*XI, 51*
XI, 62	*XI, 48*
XI, 63	*XI, 49*
XI, 64	*XI, 56*[a]
XI, 65	*XI, 39*
XI, 66	*XI, 37*

Edit. Maur. —	*nostra*
XI, 67	*XI, 52*
XI, 68	*XI, 45*
XI, 69	*XI, 46*
XI, 70	*IX, 221*
XI, 71	*XI, 53*
XI, 72	*XI, 54*
XI, 73	*IX, 7*
XI, 74	*XI, 55*
XI, 75	*IX, 217*
XI, 76	*XI, 56*
XI, 77	*XI, 58*
XI, 78	*XI, 59*
***XII,** 1*	*XII, 1*
XII, 2	*IX, 136*
XII, 3	*IX, 144*
XII, 4	*IX, 119*
XII, 5	*IX, 131*
XII, 6	*IX, 133*
XII, 7	*XII, 2*
XII, 8	*XII, 3*
XII, 9	*IX, 190*
XII, 10	*IX, 35*
XII, 11	*IX, 71*
XII, 12	*XII, 4*
XII, 13	*IX, 74*
XII, 14	*IX, 73*
XII, 15	*IX, 130*
XII, 16	*IX, 63*
XII, 17	*IX, 64*
XII, 18	*IX, 70*
XII, 19	*IX, 17*
XII, 20	*IX, 124*
XII, 21	*IX, 126*
XII, 22	*IX, 125*
XII, 23	*IX, 127*
XII, 24	*XII, 6*
XII, 25	*IX, 128*
XII, 26	*IX, 159*
XII, 27	*IX, 6*
XII, 28	*XII, 8*
XII, 29	*XII, 9*
XII, 30	*XII, 11*
XII, 31	*XII, 10*
XII, 32	*XII, 12*
XII, 33	*XII, 13*
XII, 34	*IX, 115*
XII, 35	*IX, 157*
XII, 36	*IX, 191*

Edit. Maur. —	*nostra*
XII, 37	*IX, 88*
XII, 38	*XII, 14*
XII, 39	*IX, 8*
XII, 40	*IX, 13*
XII, 41	*IX, 19*
XII, 42	*IX, 209*
XII, 43	*IX, 236*
XII, 44	*IX, 84*
XII, 45	*IX, 96*
XII, 46	*IX, 98*
XII, 47	*XIV, 15*
XII, 48	*XII, 15*
XII, 49	*IX, 106*
XII, 50	*XII, 16*
***XIII,** 1*	*XIII, 3*
XIII, 2	*XIII, 4*
XIII, 3	*XIII, 5*
XIII, 4	*XIII, 6*
XIII, 5	*XIII, 8*
XIII, 6	*XIII, 7*
XIII, 7	*XIII, 9*
XIII, 8	*XIII, 11*
XIII, 9	*XIII, 12*
XIII, 10	*XIII, 13*
XIII, 11	*XIII, 10*
XIII, 12	*XIII, 15*
XIII, 13	*XIII, 16*
XIII, 14	*XIII, 17*
XIII, 15	*XIII, 14*
XIII, 16	*XIII, 18*
XIII, 17	*XIII, 19*
XIII, 18	*XIII, 22*
XIII, 19	*XIII, 23*
XIII, 20	*XIII, 24*
XIII, 21	*XIII, 25*
XIII, 22	*XIII, 26*
XIII, 23	*XIII, 27*
XIII, 24	*IX, 120*
XIII, 25	*IX, 122*
XIII, 26	*XIII, 29*
XIII, 27	*XIII, 31*
XIII, 28	*XIII, 32*
XIII, 29	*XIII, 28*
XIII, 30	*XIII, 33*
XIII, 31	*XIII, 34*
XIII, 32	*XIII, 35*
XIII, 33	*XIII, 36*
XIII, 34	*XIII, 37*

Edit. Maur. —	*nostra*	*Edit. Maur.* —	*nostra*	*Edit. Maur.* —	*nostra*
XIII, 35	*XIII, 38*	*XIII, 45*	*XIII, 47. 49. 50*	*Appendix V*	*V, 57ª*
XIII, 36	*XIII, 39*	*XIII, 46*	*XIII, 48*	„ *VI*	—
XIII, 37	*XIII, 40*	*XIII, 47*	*IX, 92*	„ *VII*	—
XIII, 38	*XIII, 41*			„ *VIII*	*VIII, 36*
XIII, 39	*XIII, 42*	***XIV, 1—14***	*XIV, 1—14*	„ *IX*	*XI, 15*
XIII, 40	*XIII, 43*	*XIV, 15*	*IX, 95*	„ *X*	*XII, 7*
XIII, 41	*XIII, 44*	*Appendix I*	—	„ *XI*	*III, 67*
XIII, 42	*XIII, 45*	„ *II*	*II, 1*	„ *XII*	*XIII, 1*
XIII, 43	*IX, 14*	„ *III*	*II, 2*	„ *XIII*	—
XIII, 44	*XIII, 46*	„ *IV*	—		

IN NOMINE DOMINI INCIPIT
EPISTOLAE EX REGISTRO
DOMNI GREGORII
DE INDICTIONE I.

MENSE SEPTEMBRI INDICTIONE I.

VIII, 1.

Gregorius I papa Petrum, episcopum Corsicae (Aleriensem), ut idololatras conciliare christianae fidei pergat, hortatur. Solidos quinquaginta ad vestimenta baptizandis emenda mittit. De possessione quadam presbytero ecclesiae montis Negeugni reddita, de episcopio faciendo, de latore praesentium acolytho facto addit. *597, Sept.*

Codd. R et ϱ: Indictio I cap. 1.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 1; G: Lib. VII. ind. I ep. 2. — Iaffé Reg. 1488 (1123).

GREGORIUS PETRO EPISCOPO CORSICAE.

Susceptis epistolis fraternitatis vestrae magnas omnipotenti Deo gratias retulimus, quia de congregatione multarum animarum nos dignatus est relevare [1]. Et ideo fraternitas vestra sollicite studeat opus quod coepit auxiliante Domino ad perfectionem deducere; et sive eos qui aliquando fideles fuerunt, sed ad cultum idolorum neglegentia aut necessitate faciente reversi sunt, festinet [a] cum indicta [b] paenitentia aliquantorum dierum ad fidem reducere, ut reatum suum plangere debeant et tanto firmius teneant hoc, ad quod adiuvante Domino [c] revertuntur, quanto illud perfecte defleverint, unde discedunt, sive eos qui needum baptizati sunt, ammonendo, rogando, de venturo iudicio terrendo, rationem quoque reddendo, quia ligna et lapides colere non debent [2], festinet fraternitas tua omnipotenti Domino congregare, ut in adventu eius cum districtus dies

In nomine *cet. om. ϱ*, ϱ 1; ita R 1.* Incipit Registrū Gregorii Inditione prima *ed. pr.*
Mense *cet. om. ϱ*, ϱ 1; ita R 1, qui:* sep̄ *abbrev.*

VIII, 1 titulum om. ϱ 1; Crisanto ep̄o Spolitano *R* 1;* Anastasio ep. Antiocheno *(cf. ep. seq.) Vat. F (ed. M) et Vindob. 4372* — Corsica *R 1.* a) festinent *ϱ* 1. 4.* b) *ex* indicat *corr. R 1.* c) *ita ϱ*, ϱ 1, Vat. A;* auxiliante dn̄o *Vatic. D;* deo adiuvante *R 1.*

VIII, 1. Ex ep. VI, 22 apparet Petrum episcopum Aleriae fuisse. 1) Cf. quae noster de rusticis paganis in Sardinia degentibus mandat ep. IV, 23. 26 etc. 2) Cf. ep. VIII, 4 p. 7 n. 4.

iudicii venerit, in numero sanctorum possit tua sanctitas inveniri. Quod enim opus utilius et sublimius acturus es, quam ut de animarum vivificatione et collectione cogites et tuo Domino, qui tibi locum praedicandi dedit, inmortale lucrum reportes?

Transmisimus autem[d] fraternitati tuae quinquaginta solidos ad vestimenta eorum qui baptizandi sunt comparanda[3].

Presbytero ecclesiae quae in Negeugno[e] monte sita est[4] possessionem quam tua fraternitas petiit dari fecimus, ita ut quantum praestat tantum de solidis quos accipere consueverat minus accipiat[5]. Vestra autem fraternitas petiit, ut sibi episcopium[f6] in ecclesia, quae non longe ab eodem monte est, facere debeat. Quod omnino libenter accepi, quia quantum vicina fuerit, tantum prodesse animabus illic consistentibus amplius poterit.

Latorem vero praesentium pro intercessione sanctitatis vestrae acolitum fecimus; quem ad obsequia tua retransmisimus[g], ut, si in lucrandis[h] animabus amplius servierit, proficere amplius possit.

VIII, 2.

Gregorius I papa Anastasium, episcopum Antiochenum, incommoda fortiter ferre iubet. Addit de novis haereticorum turbis. Quae ipse barbarorum gladiis ac iudicum perversitate patiatur, breviter percurrit. *597, Sept.*

Codd. R et ρ: Indictio I cap. 2.
Edd. M: Lib. VIIII. ep. 2; G: Lib. VII. ind. I. ep. 3. — Iaffé Reg. 1489 (1124).

GREGORIUS ANASTASIO EPISCOPO ANTIOCHIAE.

Suscepi epistolas suavissimae beatitudinis vestrae, quae pro verbis lacrimas pluebant[a]. Vidi namque in eis nubem more suo in altum volantem, sed quandam caliginem tristitiae ferentem nec penetrare in ipso exordio facile valui, unde et quo iret[b], quia pro ipsa quam dixi caligine ad plenum causas non intellexi. Hoc tamen sanctissimos vos
2. Tim. 3, 1 s. semper, sicut et facitis, reducere ad mentem decet, quod praedicator gentium dicit: 'In novissimis temporibus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati' et cetera, quae mihi labor est dicere et vobis non est necessarium[c] audire. Ecce in sancta senectute beatitudo vestra multis tribulationibus laborat. Sed perpendat, cuius sedem sedeat. Numquid non illius[1], cui voce veritatis dictum est:
Ioh. 21, 18. 'Cum senueris alius te cinget et ducet[d] quo non vis'? Sed haec dicens recolo, quod sanctitas vestra in multis adversitatibus etiam a iuventute desudavit. Cum bono ergo
Isa. 38, 15. rege dicat: 'Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animae meae'. Sunt autem

d) autem *om. ρ 1.* e) Egengno *Vat. 1.* f) *ita scr. Gussanv.;* episcopum *codd. omn.* g) *ita R 1;* transmisimus *cet. codd.* h) *ex* illucrandis *corr. R 1.*

VIII, 2 in titulo: Anthiociae *ρ 1;* Antiocho *R 1;* Anthioceno *R* 1.* a) *ita R 1;* fluebant *cet. codd.* b) coiret (*pro* quo iret) *ρ* 1. 4.* c) nobis necessarium non est *R 1.* d) et alius te cingit et ducit *ρ* 1;* ducet *ex* ducit *ρ 1.*

3) *De vestibus baptismalibus cf. ep. V, 17 n. 5. VIII, 23.* 4) *De eadem basilica* in loco Nigeuno in possessione quae Cellas Cupias appellatur iuris s. R. eccl. *agitur ep. VI, 22.* 5) *Cf. in* petitione dedicationis oratorii *(Diurn. f. 10) verba haec:* cui basilicę ad luminaria vel ad alimonias ibidem servientibus offero ill. et ill. *et in* responso *(f. 11):* donatione legitima, id est ill. et ill. vel ill. prestantes liberos a fiscalibus titulis solidos tot.

VIII, 2. De Anastasio cf. ep. I, 7 n. V, 41 n. 1) *Scil. S. Petri, de cuius sede Antiochena cf. ep. V, 42 p. 337 n. 1. VII, 37 p. 486 n. 1.*

multi, qui delectationem suam, sicut scribitis, de nostris sibi vulneribus faciunt. Sed
scimus, qui dixit: 'Plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contri- Ioh. 16, 20.
stabimini'. Ubi[e] et protinus adiunxit: 'Sed tristitia vestra vertetur in gaudium'. Quia
vero iam patimur praedicta, restat, ut etiam promissa sperare debeamus. Hi enim de
quibus dicitis, quia ipsi addunt[f] onera, qui sublevare debuerunt, scio, quia illi sunt, qui
veniunt in vestitu ovium et intus sunt lupi rapaces [2]. Sed tanto magis tolerandi sunt
quanto nos non solum per malitiosam mentem, sed etiam per religiosum habitum perse-
quuntur. In hoc autem, quod soli prae aliis habere appetunt, quod dignum non fuerat,
ut vel cum fratribus haberent[g], nullo modo turbamur, quia in omnipotenti Deo confi-
dimus, quod hi qui aliena appetunt etiam suis citius privantur[h]. Scimus enim qui dixit:
'Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur'. Et rursum[i] scriptum est: 'Ante ruinam exal- Luc. 14, 11 et 18, 14. Matth. 23, 12.
tatur[k] cor'. Prov. 16, 18.

His autem diebus, sicut invenio, nova hereticorum bella consurgunt, de quibus
vestrae beatitudini iam antea scripsi [3], ita ut prophetas, evangelia[l] et dicta patrum omnia
evacuare moliantur. Sed permanente vita vestrae sanctitatis in protectoris[m] nostri
gratia speramus, quod eorum ora citius obmutescant, quae contra soliditatem veritatis
aperta sunt; quia et quamlibet acuti gladii immittantur[n], cum saxum feriunt, fracti resi-
liunt. Hoc autem magna Dei omnipotentis est gratia, quod in ipsis, qui a sanctae
ecclesiae doctrina divisi sunt, unitas non est, quia omne regnum in se divisum non
stabit [4]. Et sancta ecclesia suptilius in sua semper eruditione instruitur, dum hereticorum
quaestionibus impugnatur, ita ut aperte impleatur, quod per psalmistam contra hereticos
de Deo dictum est: 'Divisi sunt ab ira vultus[o] eius et adpropiavit cor illius[p]'. Nam Ps. 54, 22.
dum ipsi in pravo errore suo dividuntur, cor nobis Dei adpropiat[q], quia eruditi ad-
versitatibus intellectum eius suptilius invenimus.

Quae autem mala a barbarorum gladiis, quae a perversitate iudicum patimur,
beatitudini vestrae narrare fugio, ne eius gemitum augeam, quem[r] minuere consolando
debueram. Sed in his omnibus auctoris nostri me praecepta consolantur dicentis: 'Haec Ioh. 16, 33.
locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis'. Penso
enim, quibus dictum est: 'Haec est hora vestra et potestas tenebrarum'. Si ergo po- Luc. 22, 53.
testas lucis post erit[s], quia electis dictum est: 'Vos estis lux mundi', et sicut scriptum Matth. 5, 14.
est: 'Optinebunt eos iusti in matutino', omne, quod in hora et potestate tenebrarum Ps. 48, 15.
patimur, lugendum non est.

Indicat autem suavissima mihi sanctitas vestra, quod mecum, si potuisset fieri, sine
carta et calamo loqui voluisset, et dolet, quod nobis orientis paene et occidentis spatium
interiacet. Sed hoc[t] quod sentio verum, dico: et in carta mihi mens vestra sine carta
loquitur, quia in verba[u] vestrae sanctitatis sola caritas sonat, et divisi locis[v] non sumus,
quia[w] ex dono omnipotentis Domini dilectionis vinculo unum[x] sumus. Cur igitur accipere
pennas columbae deargentatae [5] quaeritis, quas iam habetis? Pennae quippe eius sunt
caritas Dei et proximi. Per ipsas enim sancta ecclesia evolat[y], per ipsas terrena omnia

e) Unde ϱ* 2. 3. f) adduerunt ϱ 1. g) habere R 1. h) *in* priventur *corr.* ϱ 1. i) rursus ϱ*. k) exaltabitur ϱ* 2. 3. l) evangelica ϱ* 1. 4, *sed corr.* ϱ* 4. m) *ex* pectoris *corr.* ϱ* 2. n) inmitantur *ex* imitantur *corr.* ϱ 1; imitantur R 1, ϱ* 1. 4, *sed in* inmittantur *corr.* R 1: mittantur ϱ* 2. 3; minitantur *coni. Ew. In marg.* nota *add.* ϱ 1. o) vultis ϱ* 2. 3. p) adpropriavit c. eius R 1; adpropiavit c. e. ϱ* 1; appropinquavit cor illius ϱ 1, ϱ* 2. 3. q) adpropriat ϱ* 1; appropriat ϱ 1. r) quae ϱ* 1. 4. s) *ita* R 1, ϱ 1; poterit ϱ* 1. 4; postea erit ϱ* 2. 3, t) *omitt.* hoc R 1. u) R 1 *corr. in* verbis. v) loci ϱ* 1. 4. w) qui R 1 *ubi verba* qui *usque* sumus *in margine tantum adiciuntur.* x) *ita* R 1; non ϱ* 1. 4; nexi *corrigit ex* n *cum rasura* ϱ* 2; nexi *et* ϱ* 3; on *post ras. un. litt., et suprascr.* con ϱ 1. y) volat R 1.

2) Cf. Matth. 7, 15. Cf. not. sequentem. 3) De Cyriaco Constantinopolitano agitur: cf. ep. VII, 24. 31. 4) Cf. Marc. 3, 24. 5) Cf. Ps. 67, 14. 54, 7.

transcendit, quas si vestra sanctitas non haberet, ad me cum tanta[z] caritate per epistolas non venisset.

Rogo autem[a], ut pro mei cordis infirmitate enixius oretis, quatenus omnipotens Deus mentem meam a malis omnibus pro vestra intercessione tueatur et citius me de tot procellis huius tempestatis eripiat atque in aeternae quietis litore[b] perducat.

Benedictiones[5] vero locupletissimas omnes, quae directae sunt, suscepi: quae mihi vir Dei pauper spiritu transmisisti, de quibus dicitis: Quid enim det pauper, nisi ea, quae paupera[c] sunt? Sed nisi vos per humilitatis spiritum pauperes essetis, benedictiones vestrae locupletes non fuissent.

Omnipotens Deus sua vos a malis omnibus protectione custodiat et, quoniam vita vestra bonis omnibus valde est necessaria, post longa adhuc tempora vos ad caelestis patriae gaudia perducat.

VIII, 3.

Gregorius I papa Donum, episcopum Messanensem, hortatur, ut Faustino, viro eloquentissimo, et quae pater eius Peltrasius pro sepultura ecclesiae Messanensi reliquerit, et mancipia per Sisinnium, defensorem eiusdem ecclesiae, inique adempta restituat.

597, Sept.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 3.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 3; G: Lib. VII. ind. I. ep. 4. — Iaffé Reg. 1490 (1125).

GREGORIUS DONO EPISCOPO MESSANAE.

Filius noster Faustinus vir eloquentissimus[1] ad nos veniens questus nobis est, quod pater eius quondam Peltrasius aliqua vestrae[a] ecclesiae sepulturae suae gratia iuris alieni reliquerit. Et quidem, quid de hac re saeculi leges habeant, et ipse novit et nos audivimus: quia heres ad solvendum cogitur, si auctor eius vel[b] aliena legaverit[2]. Sed quia fraternitatem vestram lege Dei, non autem lege saeculi novimus vivere, valde mihi iniustum videtur, ut calix electrinus et puer, qui cuiusdam ecclesiae in possessione eius positae dioceseos Consentinae[c] ecclesiae esse perhibetur, a tua fraternitate teneatur. Cum enim et vir reverentissimus Palumbus[d][3], nunc episcopus, tunc vero archidiaconus, ita fuisse testatus est, vos omnino eius fidei credere et restituere aliena debuistis. Fibulam[e] vero auream quam praedictus vir moriens pariter reliquit, considerare, ut arbitror, debuistis, quae esset summa eius substantiae, si quid esset, unde hi quos reliquerat sustentari debuissent, et tunc pro sepultura eius accipere; quamvis nostrum institutum noveris nos antiquam consuetudinem nostram a nostra ecclesia omnino vetuisse nec cuiquam assensum praebere, ut loca humandi corporis pretio possint adipisci. Nam si gentiles[f], ut arbitramur, viri Sicimitae Abrahae pro Sara[g] mortua atque in loco proprio humanda sepulturam gratis optulerunt et vix magna eius importunitate coacti sunt, ut pretium de loco sepulturae perciperent, nos qui episcopi dicimur de

z) tante ϱ* 1. a) *hic fere in marg. add. ϱ* 1. 4:* rogavit pro infirmitate orare. b) licore *ex* liquore *corr.* ϱ 1. c) pauperis ϱ* 1.

VIII, 3 in titulo: Bono *R 1* — Mensa *R 1;* Messa ϱ *1;* Messalino *R* 1.* a) vestra ϱ 1, ϱ* 1, *sed corr.* ϱ 1. b) *post* eius *ras.,* vel *om.* ϱ 1. c) Constantine ϱ* 1. 4. d) Pailumbus ϱ* 1. e) tabulam ϱ 1. f) *in marg. hic add.:* de pretio sepulturae ϱ* 1. 4. g) *ex* Sarra *(ita* ϱ* 3) *corr.* ϱ 1, ϱ* 2.

5) De hoc verbo cf. ep. VI, 58 n. 5.

VIII, 3. De Dono cf. ep. VI, 8 n. — 1) Idem commemoratur in ep. VII, 35. 2) Recte citant edd. C. I. VI, 37, 10; adde Inst. II, 20, 4. 3) De Palumbo, episcopo Consentiae, cf. ep. IX, 122. 134.

humandis fidelium corporibus pensa facere quid debemus[4]? Hoc ergo fraternitatis vestrae iudicio committimus[h].

[i]Hoc quoque nobis praedictus eloquentissimus vir questus est Sisinnium[5] defensorem ecclesiae tuae inrationabiliter iuri[k] suo mancipia competentia detinere. De quibus etiam iudicio sanctae memoriae Maximiani episcopi[6], ut ea detentator redderet. esse[l] asserit definitum, sed eorum restitutionem hactenus voluntarie distulisse[m]. Hortamur ergo fraternitatem tuam, ut, si manifeste causa iam iudicata est, quae statuta sunt compleantur. Alioquin[n] deputato executore ad fratris et coepiscopi nostri Secundini[7] partes fac ire[o] iudicium, ut, dum, cuius sint iuris mancipia de quibus quaestio vertitur, eius fuerit[p] sententia declaratum, nec hic praeiudicium nec ille videatur invidiam sustinere.

VIII, 4.

Gregorius I papa Brunichildae, reginae Francorum, significat pallium Syagrio, episcopo (Augustodunensi), petitum ab imperatoreque concessum variis de causis non ad ipsum Syagrium, sed ad Candidum, presbyterum suum, missum esse. Addit de simonia; de episcopis ex laicorum ordine non sumendis; de schismaticis reconciliandis; de idololatria opprimenda. De benivolentia in Augustinum episcopum collata gratias agit. Codicem expetitum mittit. *597, Sept.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 4.

Edd. M: Lib. IX. ep. 11; G: Lib. VII. ind. I. ep. 5. — Jaffé Reg. 1491 (1169).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Quanta in omnipotentis Dei timore excellentiae vestrae mens soliditate firmata sit, inter alia bona, quae agitis, etiam in sacerdotum eius laudabiliter dilectione monstratis; et magna nobis fit de christianitate vestra laetitia, quoniam, quos venerantes ut famulos re vera Christi diligitis, augere honoribus studetis.

Decet enim vos, excellentissima filia[a], decet tales existere, ut subiectae possetis esse[b] dominatori[c]. In eo enim regnum potestatis[d] vestrae et subiectis gentibus confirmatis, in quo timori omnipotentis Domini mentis colla subicitis, et unde vosmetipsas servitio creatoris subditis, inde vobis vestros subditos ad servitium devotius obligatis.

Susceptis itaque epistolis vestris, valde nobis excellentiae vestrae studium placuisse signamus atque fratri[e] et coepiscopo nostro Syagrio[f 1] pallium dirigere secundum

h) committet *ϱ 1;* com̄itti *ϱ* 1.* i) *add.* et *ϱ* 2. 3.* k) *ex* iure *corr. ϱ 1 et, ut videtur, R 1;* iure *ϱ*.* l) *ex* et se *corr. ϱ 1;* et se *ϱ* 1.* m) detulisse *ϱ* 1.* n) alioquid *ϱ* 1.* o) facere *ϱ 1, ϱ* 1.* p) fuerint *ϱ* 1.*

VIII, 4 in titulo: Brunigide *R 1;* Brunichildę *R 3. R* 1;* Bruginildę *ϱ 1. — R 3 add. in marg.:* G. propter Augustum et Mellitum et ceteros ab ea iuvandos Brunihilde nondum infamatę talia concedit et scribit. Sed et ante facinora in multis, ut aiunt, ipsa erat ad bonum idonea. a) excellentissimae filiae *in omnibus msc. legitur praeter ϱ 1:* excellentissima filia. b) subiectæ possetis *ϱ* 1,* subiecti possitis *ϱ* 2. 3, om.* esse; subiecta esse possitis *corr. ex* subiectę possetis *ϱ 1.* c) dominari *ϱ*.* d) potestati *ϱ*.* e) fratri *om. ϱ* 1.* f) Suagrio *R 1;* Siagrio *ϱ 1 (ex Syagr.) et ϱ* 1.*

4) Cf. Genes. 23. — Eadem fere scribit noster ep. VIII, 35. 5) Sisinni nomen, ut videtur, in Sicilia et Italia meridionali usitatum: cf. Marini pap. dipl. p. 109. 248 et ep. II, 28. X, 2. 6) De Maximiano, ep. Syracusano, a. 594 mortuo cf. ep. I 14a n. 1. V, 20 n. 1. 7) De Secundino, ep. Tauromenitano, cf. ep. I, 71 n. 4; an idem fuerit, cui noster Anastasii, episcopi Corinthi, causam iniunxit, (cf. ep. V, 57. 62) dubium est.

VIII, 4. De Brunichilda cf. ep. VI, 5 n. VI, 49 n. — 1) De Syagrio, ep. Augustodunensi, cf. ep. VI, 52 n.

postulationem vestram voluimus. Propter quod et serenissimi domni imperatoris, quantum nobis diaconus noster, qui apud eum responsa ecclesiae faciebat[1], innotuit, prona voluntas est et concedi hoc omnino desiderat[2], atque multa de praedicto fratre nostro tam vobis, quam etiam aliis testificantibus ad nos bona perlata sunt, maxime vitam eius Iohanne regionario[3] ad nos remeante cognovimus. Et quid in fratre nostro Augustino[a] fecerit[4], audientes[b] redemptorem nostrum[c] benedicimus, quia eum sacerdotis nomen etiam operibus implere sentimus. Sed res plurimae restiterunt, quae nos hoc interim facere minime permiserunt. Primum siquidem, quia is qui pallium ipsum venerat accepturus[d] scismaticorum errore[5] tenetur implicitus[e]. Deinde quod non id[f] ex vestra petitione, sed ex nobis[g] transmissum voluistis intellegi. Extra hoc autem quia nec is qui eo uti desiderat directa ad nos hoc sibi largiri speciali petitione poposcerat et tantam causam nullo modo praebere sine eius postulatione debuimus, maxime quia et prisca consuetudo optinuit, ut honor pallii nisi exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti[6] dari non debeat. Nos tamen, ne vestrae excellentiae desiderium sub praetextu cuiusdam excusationis forsitan videremur velle differre[h], dilectissimo filio nostro Candido presbytero[7] pallium praevidimus dirigendum iniungentes ei, ut vice nostra congrua id debeat observatione tribuere. Unde necesse est, ut ex opere suprascriptus[i] frater et coepiscopus noster Syagrius[k] facta cum aliquantis suis episcopis petitione hoc sperare atque eam[l] praedicto debeat dare[m] presbytero, quatenus digne eiusdem pallii usum cum Dei gratia valeat adipisci.

Ut ergo haec vobis cura ante oculos creatoris nostri in fructu sit, christianitatis vestrae sollicitudo diligenter invigilet et nullum, qui sub regno vestro[n] est, ad sacrum ordinem ex datione pecuniae vel quarumlibet patrocinio personarum seu proximitatis iure patiatur accedere, sed ille ad episcopatus vel alterius sacri ordinis officium eligatur, quem dignum vita et mores ostenderint, ne, si[o], quod non optamus, honor venalis fuerit sacerdotis[p], simoniaca in illis partibus heresis, quae[q] prima in ecclesia prodiit et patrum sententia est damnata, consurgat et regni vestri, quod absit, vires inminuat. Nam grave omnino et ultra, quam dici potest, facinus est spiritum sanctum, qui omnia redemit, venundare[8].

Sed et hoc[r] vobis curae[s] sit, ut, quia, sicut nostis, neophytum egregius praedicator ad sacerdotii regimen omnino vetat accedere[9], nullum ex laico patiamini episcopum consecrari[t]. Nam qualis magister erit, qui discipulus non fuit? Aut quemadmodum ducatum gregi dominico praebeat, qui disciplinae pastoris subditus ante non fuerit?

a) Agustino *ϱ* 1.* b) audietis *ϱ 1.* c) redemptori nostro *R 3.* d) *R 3:* nuntium dicit regine *suprascr. corrector.* e) implicatus *ϱ* 1.* f) id *erad. R 1.* g) vobis *ϱ* 2.* h) diffidere *ϱ*, ϱ 1.* i) s̅s̅ *R 1. ϱ* 2;* s̅ *ϱ* 1;* superscriptus *ϱ* 3;* operes sunt *ϱ 1.* k) Suagrius *R 1,* Siagrius *ϱ 1 (ex* Syagr.*) et ϱ* 1.* l) a *post ras. ϱ 1.* m) *in* dari *corr. ϱ 1.* n) nostro *ϱ* 1.* o) nisi *ϱ* 1.* p) sacerdotis *omn. codd., sed in* sacerdotii *corr. ϱ 1.* q) quem *ϱ* 1.* r) haec *ϱ*, ϱ 1.* s) *in* cura *corr. ϱ* 2.* t) nullum — consecrari *om. ϱ* 2. 3.*

1) *Sabinianus, ut videtur. Cf. ep. VIII, 6 n. 1.* 2) *Nota Gregorium hic consensum imperatoris requirere, de quo nihil scribebat, cum aliis episcopis, ne quidem cum Leandro Hispalensi pallium mitteret. Sed cf. ep. Vigilii papae a. 543 I-K. 912 et a. 546 I-K. 918. Loening, Gesch. d. D. Kirchenr. II p. 92 ss.* — 3) *Idem Iohannes commemoratur in ep. IX, 220. Fortasse idem est, qui in ep. II, 47* sedis nostrae notarius *appellatur; cf. ib. n. 1.* 4) *Cf. ep. VI, 52 n.* 5) *De tribus capitulis cf. infra.* — *Cf. Diurn. f. 45:* fidem autem quam in tuis epistolis breviter adscripsisti *et f. 46:* fidem autem fraternitatis tuae, quamvis in epistola quam direxisti subtiliter debuisses exponere. 6) *Cf. Diurn. f. 47:* pallii usum ... ab apostolica sede sicut decuit poposcistis *et not. praeced. Adde ep. V, 58. 60 et ib. p. 369 n. 2, ubi etiam petitio Childeberti regis commemoratur.* 7) *De Candido cf. ep. V, 31 p. 311 n. 3.* 8) *Cf. ep. V, 58 p. 369 n. 4.* 9) *Cf. 1. Tim. 3, 6.*

Si cuius ergo talis vita constiterit, ut ad hunc[a] dignus sit ordinem promoveri, prius ministerio debet ecclesiae deservire, quatenus longae exercitationis usu videat, quod imitetur, et discat, quod doceat, ne forte onus regiminis conversionis novitas non ferat[b], et ruinae occasio de provectus inmaturitate consurgat[1].

Qualiter autem se excellentia vestra erga fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum[c] exhibuerit[2] quantamque illi[d] sibi Deo[e] aspirante caritatem impenderit, diversorum fidelium relatione cognovimus: pro quo gratias[f] referentes divinae potentiae misericordiam deprecamur, ut et hic vos sua protectione custodiat et, sicut inter homines, ita quoque et post multorum annorum tempora in aeterna faciat vita regnare.

Praeterea hos[g] quos ab unitate[h] ecclesiae scismaticorum error dissociat, ad unitatem pro vestra mercede studete concordiae[i] revocare. Nam non aliud in[k] ignorantiae suae hactenus caecitate volvunt[l], nisi ut ecclesiasticam fugiant disciplinam et perverse habeant, ut voluerint, vivendi licentiam: quia nec quid defendant nec quid sequantur, intellegunt. Nos autem Chalcedonensem[m] synodum, de qua illi sibi pestiferae nebulas[n] excusationis adsumunt, per omnia veneramur et sequimur et, si quis[o] de fide eius minuere aut addere aliquid[p] praesumpserit, anathematizamus. Sed ita illos erroris labes inbibit, ut ignorantiae suae credentes universam ecclesiam atque omnes quattuor patriarchas non ratione sed malitiosa tantummodo mente refugiant, ita ut is qui ad nos a vestra[q] excellentia missus est, cum quaereretur a nobis, cur[r] universali ecclesia[s] separatus existeret, se ignorare professus est. Sed neque quid diceret neque quid audiret, valuit scire[3].

Hoc quoque pariter hortamur, ut et[t] ceteros subiectos vestros sub disciplinae debeatis moderatione restringere, ut idolis non immolent, cultores arborum non existant, de animalium capitibus sacrificia sacrilega non exhibeant[4], quia pervenit ad nos, quod multi Christianorum et ad ecclesias[u] occurrant et, quod dici nefas est, a culturis daemonum non abscedant. Quoniam vero omnino Deo nostro haec displicent et divisas mentes non possidet, providete, ut ab his debeant inlicitis salubriter coerceri, ne, quod absit, non eis ad ereptionem, sed ad poenam sacri fiat baptismatis sacramentum. Si quos igitur violentos[v], si quos adulteros, si quos fures vel aliis pravis actibus studere cognoscitis, Deum de eorum correctione placare[w] festinate, ut per[x] vos flagellum perfidarum gentium, quod, quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est, non inducat, ne, si, quod non credimus, divinae ultionis iracundia sceleratorum[y] fuerit actione[z] commota, belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei praecepta non revocant[5]. Necesse est ergo, ut omni studio et oratione adsidua ad

a) adhuc *R 1*. b) conferat (*om.* non) *ρ 1*. c) Agustinum *ρ* 1*. d) ille *ρ* 1*. e) Deo sibi *ρ**. f) gr̄a *R 1*. g) *ex* hoc *corr.* eos *R 3*. h) *corr. in* unitatis *R 1*. i) concordiam *R 1*. k) ob *ante* aliud *suprascr. R 1; om.* in *ρ*, ρ 1*. l) volvuntur *codd. n.* m) Calcedonensem *R 1, ρ 1;* Calcyd. *ρ* 1:* Calcid. *ρ* 2. 3*. n) nebulis *ρ 1*. o) quid *ρ 1*. p) quis (s *in ras.*) *ρ 1;* quid *ρ* 1*. q) nra *R 1*. r) *exut corr. R 1*. s) ecclesię *R 1*. t) et *om. ρ 1*. u) *R 1 corr.* ecclesia *in* ecclesiam. v) violentes *ρ* 2. 3*. w) placere *ρ 1, ρ* 1. 2, sed corr. ρ 1, ρ* 2*. x) super *ρ* 2. 3*. y) sceleratori *R 3*. z) actio *ρ* 2. 3*.

1) Cf. ep. V, 58 p. 370 n. 1. 2) Cf. ep. VI, 57. 3) De tribus capitulis in Galliis cf. ep. V, 59 n. 1. 4) De hoc ritu cum apud alios Germanorum populos tum apud Langobardos et Francos usitato cf. Mone, Gesch. des Heidenthums im nördl. Eur. (Creuzer, Symbolik V—VI) § 96 (tom. II p. 198 ss.). § 89 ss. passim. § 85 (p. 86 ss.). Maurini locum Agathiae hist. I, 7 citant, ubi de Alemannis disserit: 'δένδρα τε γάρ τινα ἱλάσκονται καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν καὶ λόφους καὶ φάραγγας καὶ τούτοις ὥσπερ ὅσια δρῶντες ἵππους τε καὶ βόας καὶ ἄλλα ἄττα μυρία καρατομοῦντες ἐπιθειάζουσιν'. Cf. ep. VIII, 1. 19. 29. Greg. dial. III, 27. 28. L. Lang. Liutpr. 84. Concil. Turon. a. 567 c. 22; Autissiod. c. 1. Acta S. Barbati (Troya, c. d. II p. 506.) 5) De Avaris noster videtur scribere; cf. Paul. diac. IV, 11: Hunni quoque, qui et Abares dicuntur, a Pannonia in Turingam ingressi, bella gravissima cum Francis gesserunt. Brunichildis tunc regina cum nepotibus adhuc puerulis Theudeperto et Theuderico regebat Gallias, a quibus accepta Hunni pecunia revertuntur ad propria. *Cf. etiam ep. IX, 154.*

redemptoris nostri converti misericordiam festinemus, ubi tutus omnibus locus est et magna securitas. Nam illic quemquam solide persistentem nec periculum conterit nec metus exagitat.

Codicem vero, sicut scripsistis, praedicto dilectissimo filio nostro Candido presbytero vobis offerendum transmittimus, quia boni vestri studii esse participes festinamus. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat atque a perfidis gentibus regnum vestrum sui extensione brachii defendat vosque post longa annorum curricula ad gaudia aeterna perducat[a].

MENSE OCTOBRIO INDICTIONE I.

VIII, 5.

Gregorius I papa Venantio, episcopo Lunensi, monasterii ab eo fundati SS. Petro et Iohanni et Paulo atque Hermae et Sebastiano consecrandi licentiam concedit.

597, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 5.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 4; G: Lib. VII. ind. I. ep. 6. — Iaffé Reg. 1492 (1126).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO LUNENSI.

Fraternitatis vestrae insinuatione didicimus, quae habetur[a] in subditis, intra civitatem Lunensem in domo propria monasterium ancillarum Dei pro vestra devotione fundasse, quod in honore beati Petri apostolorum principis et sanctorum martyrum Iohannis et Pauli atque Hermae et Sebastiani desideras consecrari. Et ideo, frater carissime[b], si nullum corpus ibidem constat humatum, data primitus a fraternitate tua donatione legitima, id est: calicem argenteum unum habentem uncias VI, patenam argenteam habentem libras[c] II, sindones II[d], coopertorium super altare unum, lecta strata numero X, in aeramentis capita XX, in ferramentis[e] capita XXX, in caespite fundum Faborianum et Lumbricata in integro constitutum[f] territorio Lunensi miliario ab urbe eadem plus minus[g] secundo iuxta fluvium Macram[h] cum servis duobus, id est Mauro et Iohanne[i], et boves[k] paria[l] II tantum, gestisque municipalibus[m] allegatis[n], praedicti monasterii oratorium absque missa publica[o] sollemniter consecrabis, et cetera secundum morem[1].

a) *ϱ* 1. 4 add. in marg.:* prohibet ex laico epm fieri — de Calcidonensem concilio — de cultoribus arborum.

Mense octubrio *etc. R 1;* octob *vel* octb *abbr. cet. codd.* — I *om. ϱ* 1. 4.*

VIII, 5. a) habentur *ϱ* 2. 3. Vatic. E.* b) fratres carissimi *ϱ* 1. 4.* c) unc *in ras. R 1.* d) *R 1 corr. in* duos *(ita et Vat. F).* e) ferramenta *ϱ*. Vatic. E.* f) in *add. R 1.* g) plus minus *in R 1 super rasuram scribitur; ϱ* 1 legit pro his verbis* populum; plm *abbr. cet.* h) *ex* f. quam Macram *corr. ϱ 1;* f. quam Macra *ϱ*, Vat. E;* f. Cammacra *R 1;* f. Macha *Vat. F.* i) Maurum et Ioham *ϱ 1;* Maurum et Iohem *Vat. E. F;* Mauro *ex* Maura *corr. R 1.* k) *ex* vobe *corr.* boum *R 1.* l) pariter *ϱ* 2. 3.* m) municispalibus *ϱ*, Vat. E, sed corr. Vat. E.* n) alligata *aut* allegata *codd. praeter R 1 ubi* allegata *in* allegatis *corrig.* o) *sic R 1;* missas publicas *ϱ* 1;* missis publicis *in ras. ϱ 1.*

VIII, 5. Haec epistula scripta est secundum f. Diurni 11 (responsum oratorii dedicandi). — *De Venantio cf. ep. IV, 21 n.* 1) *In f. Diurni 11 sequuntur haec:* ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisteria construantur nec presbiterum constituas cardinalem, sed et si missas fieri sibi fortasse maluerit, a dilectione tua noverit presbiterum postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus presumatur. sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis.

MENSE NOVEMBRIO INDICTIONE I.

VIII, 6.

Gregorius I papa Amos, episcopo Hierosolymitano, mandat, ut Petrum acolythum, qui excommunicatione affectus Constantinopoli fugerit, comprehendi iubeat Romamque comprehensum inventa occasione mittat. *597, Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 6.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 6; G: Lib. VII. ind. I. ep. 7. — Iaffé Reg. 1493 (1127).

GREGORIUS AMOS EPISCOPO HIEROSOLIMORUM.

Cum[a] fraternitatem vestram confidamus canonum statuta et vigorem diligere[b] disciplinae, ne clerici nostri[c] vobis ad evitandam[d] districtionem ecclesiastici[e] ordinis falsitas subripere valeat, eius culpam sanctitati vestrae indicare prospeximus, ut sollicitudine vestra disciplinae possit summitti, quam refugit. Comperimus autem, quod Petrus acolitus, quem dilectissimo filio nostro Sabiniano diacono[1] responsa ecclesiastica facienti observare in urbe regia feceramus, fugiens ad vestram ecclesiam venerit. Quod si verum est, in tuto[f] eum facere[g] fraternitas vestra et inventa[h] huc studeat occasione remittere; aut si forte hoc metuens a vestra discessit ecclesia et per diversa loca, ne comprehendi valeat, latitat, in omnibus parochiis vestris, ut diligenter requiratur, iniungite et inventum ad nos, sicut praefati sumus, transmittite[i]. Quem etiam volumus per vos, quia sit communione privatus, agnoscere, nec dominici corporis ac sanguinis, quousque ad nos redeat, audeat mysteria sumere, nisi forte vicino mortis insistente periculo[k].

VIII, 7.

Gregorius I papa Leoni, episcopo Catanensi, scribit de quarta reditus ecclesiastici parte inter clericos pro merito dividenda. *597, Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 7.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 7; G: Lib. VII. ind. I. ep. 8. — Iaffé Reg. 1494 (1128).

GREGORIUS LEONI EPISCOPO CATENENSIUM.

Ad hoc locorum gradus rationis ordo distinxit et iudicia esse constituit, ut nec praepositi in opprimendos se frustra valeant occupare subiectos nec subiectis iterum contra suos praepositos effrenata sit resultandi licentia[a]. Et ideo quia per quintam decimam nuper indictionem[1] elapsam ecclesiae tuae acoliti dato contra te capitulari[2]

Mense *cet.:* nobembrio *R 1:* nov *vel* novbri *abbr. cet. codd.* — 1. *om.* ϱ* *1. 4.*

VIII, 6 in titulo: Hyerosolimorum *ϱ 1;* Ierosolimorum *R* 1.* a) Dum *R* 1.* b) *ita ϱ* 2. 3 et ex* dirigere *corr. ϱ 1;* dirigere *R 1. ϱ* 1. 4.* c) *post* ne *ras. ϱ 1; pro* ne clerici nostri *scribit R 1* nec in nostris (s *post add.*) d) ad ebitan *ϱ* 1;* ad debitam *ϱ* 2. 3.* e) ecclesiasticis *ϱ* 1.* f) tuto *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. in* tuto *ϱ* 2; R 1 post* in *supra rasuram scribit* venire, *om.* tuto. g) *R 1 supra rasuram:* faciat. h) invento *ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* i) transmitte *ϱ* 1.* k) *ϱ* 1. 4 add. in marg.:* de prohibitione corporis ac (et *ϱ* 4*) sanguinis dni.

VIII, 7 in titulo: Catenensium *R 1;* Cathanensium *ϱ 1, ϱ* 1. 4, R* 1;* Cathenensium *ϱ* 2. 3.* a) laetitia *ϱ*.*

VIII, 6. De Amos cf. ep. VII, 29 n. 4. — Verba cum *usque* disciplinae *repetuntur in falsa epist. apud Reginon. de synod. caus. l. II. app. 1 c. 31. 1) De Sabiniano apocrisiario non multo ante Romam reverso cf. ep. III, 51 n. 3. VII, 25 n. 1.*

VIII, 7. De Leone cf. ep. I, 70 p. 90 n. 3. IV, 34 n. VI, 45 n. — 1) 596 Sept. 1 — 597 Sept. 1. 2) Idem verbum occurrit in ep. I, 39a. I, 40. XIII, 47.

quaedam conquesti sunt, ne aut in tuae fraternitatis invidia remanerent aut illos in suis videremur petitionibus non audire, dilectissimo filio nostro Cypriano[b] diacono[3] ea suptiliter inquirenda mandavimus; qui iniuncta cognoscens, quid de capitulo unoquoque decreverit, inquisitioni nostrae est suptilius patefactum. Et quia inter alia de quarta portione[4] clerus hoc tenendum statuit, ut unam portionem hi qui in sacro loco sunt positi et reliquas duas clerus accipiat, et latores praesentium Donatus presbyter nec non et Theodosianus atque Viator diacones[c] aliorum quoque qui in sacrato[d] sunt ordine constituti relationem ad nos deferentes conquesti sunt hoc contra antiquam consuetudinem in suo gravamine praeiudicialiter statutum, quippe quia de eadem quarta semper duas se partes et tertiam clerum perhibent consecutum, et petiverunt, ne haec diffinitio[e] in suo praeiudicio permaneat[f]. Sed nos hoc fraternitatis tuae dispositioni oportere praevidimus committendum; volumus ergo, ut, quicquid ecclesiae tuae ex reditu vel quolibet alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare atque eam secundum Dei timorem presbyteris, diaconibus ac clero[g], ut tibi visum fuerit, discrete dividere, ita sane, ut unicuique, si[h] meritum laboris exegerit, libera tibi sit iuxta quod provideris[i] largiendi licentia, quatenus et hi qui merentur etiam temporali se sentiant commodo consolari[k] et alii adiuvante Domino eorum ad melius contendant imitatione proficere[l].

VIII, 8.

Gregorius I papa Vitalianum, episcopum Sipontinum, vehementer incusat, quod Tulliani, quondam magistri militiae, filiam monasterium deserere siverit, iubetque, ut una cum Sergio defensore eam retrahat. *597, Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 8.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 8; G: Lib. VII. ind. I. ep. 9. — Iaffé Reg. 1495 (1129).

GREGORIUS VITALIANO EPISCOPO SIPONTINO.

Si custos religiosi habitus aut esse nosses episcopus, filiae[a] gloriosae memoriae Tulliani magistri[b] militiae[1] te illic posito nec[c] proiectis religiosis vestibus ad saecularem reverti habitum, nec ad nos licuisset perversam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad praesens[d] inlicita impune commissa est. Nam si[e], sicut praefati sumus[f], sollicitus extitisses, prius ad nos ultio mulieris

b) Cipriano *R 1.* c) diaconus *ϱ* 2. 3.* d) sarato *ϱ* 1. 2.* e) definitio *ϱ 1.* f) permaneant *ϱ 1. ϱ* 1.* g) *pro* ac clero *scribit R 1* acolis. h) sicut *ϱ* 2. 3, ut videtur.* i) *ita R 1;* praev. *cet. codd. n.* k) consolatur *ϱ* 1;* conso latos *ϱ 1.* l) *ϱ* 1. 4 in marg. add.:* de partione rerum.

VIII, 8 in titulo: Sypontino *ϱ 1;* Siponti *ϱ* 4;* Sepontino *R* 1.* a) filiam *ϱ 1;* filia *corr. in* filiam *ϱ* 2.* b) magister *ϱ* 1;* magisteri, *sed corr. R 1.* c) ne *ϱ 1, R 1, ϱ* 1, sed ϱ 1, R 1 corr. in* nec. d) appresens *ϱ 1, ϱ* 1, sed corr. ϱ 1.* e) si *om. codd.* f) *add.* si *ϱ* 2. 3 et om., sed post. add. ϱ 1.*

3) De Cypriano rectore patrimonii Siciliae cf. ep. III, 55 n. 4) Confer ep. V, 12 n. 3 et ep. V, 48, ubi Leontio Ariminensi visitatori scribit de quattuor iuxta consuetudinem faciendis portionibus. Hac in epistula Gregorius agit de quarta portione presbyteris diaconis acolythis etc. destinata, quomodo distribuenda sit secundum locorum gradum. Cum clerici sacrati duas partes accipere consuerissent, tertiam non sacrati (proprie: clerus*), e contrario Leo his duas partes attribuisset, Gregorius decrevit quartam distribuendam esse secundum locorum gradus, sed ad episcopi arbitrium.*

VIII, 8. Una certe cum ep. seq. transmissa. — Vitalianus etiam in ep. IX, 112. 174 commemoratur. Post annum 593 successerat Felici: cf. ep. I, 51 n. — 1) Tullianus non nisi hic et in ep. seq. commemoratur.

pravissimae quam culpa debuit pervenire. Quia ergo tantum hebes[g] tantumque es neglegens, ut nisi canonicam in te fueris coercitationem[h] expertus, in aliis districtionem[i] et disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse sollicitus, congruo tibi, si Domino placuerit, tempore[k] demonstrabimus[l]. Praesentia igitur scripta suscipiens evigila et excitatus saltem[m] exequere, quod pressus nunc usque ignavia distulisti. Instantiae ergo tuae sit praedictam mulierem una cum Sergio defensore nostro[2] comprehendere et statim non solum ad male contemptum habitum sine excusatione aliqua revocare, sed etiam in monasterio, ubi omnino districte valeat custodiri, detrudere[n] et ita omnem circa illam[o] sollicitudinem exhibere, ut, quam sit nefarium quod commisit, ex tua possit districtione cognoscere. Qua in re si quis, quod non credimus, laicorum aliquo tibi ingenio temptaverit obsistendum, a sacratissimae eum communionis participatione suspende nobisque renuntiare festina, ut, quantum sit execrabile quod praesumit, postquam consideratione propria non advertit[p], emendationis qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita te cautum ac stude vigilantem ostendere, ut culpam tuam non geminare neglectus, sed aliquantisper valeat sollicitudo minuere.

VIII, 9.

Gregorius I papa Sergio, defensori suo, ob neglegentiam graviter increpato, sub poena praecipit, ut una cum Vitaliano, episcopo Sipontino, Tulliani, quondam mag. mil., filiam in monasterium quam celerrime reducat. *597, Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 9.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 9; G: Lib. VII. ind. I. ep. 10. — Iaffé Reg. 1496 (1130).

GREGORIUS SERGIO DEFENSORI NOSTRO.

Si homo esses aut districtionem aliquam habuisses, ita regularis[a] disciplinae debuisti custos existere, ut ea quae illic inlicite committuntur ante vindicta[b] corrigeret[c], quam ad nos eorum nuntius[d] perveniret. Sed dum nimia te facit[e] stultitia neglegentem, non solum de illis offendimur, sed etiam ad ulciscendum desidiam tuam nihilominus provocamur. Omni ergo dilatione omnique excusatione postposita filiam gloriosae memoriae Tulliani magistri militum[f], quae proiectis quas sponte adsumpsit religiosis vestibus indumentis se laicis deturpavit, una cum fratre et coepiscopo nostro Vitaliano festina comprehendere atque ad religiosum rursum habitum revocare ac in monasterio mittere.

g) abes *R 1;* habes *ϱ* 1. 2, sed R 1. ϱ* 2 corr. in* hebes; ebes *in marg. ϱ 1;* hębes *ϱ* 3.* h) *in* coercitionem *corr. ϱ* 2.* i) distinctionem *ϱ* 1.* k) tempora *ϱ* 1.* l) demonstramus *codd. n., sed corr. ϱ 1. R 1.* m) *ex* salutem *corr. R 1.* n) detrahere *R 1.* o) illum *ϱ* 1.* p) avertit *ϱ* 1.*

VIII, 9 in titulo: defeñ ñ ñro *ϱ* 1.* a) regulari *ϱ 1, ϱ* 1, sed in* regularis *corr. ϱ 1.* b) vindictam *ϱ 1, ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ 1.* c) corrigeres *ϱ*.* d) nuntium *R 1, ϱ* 1. 2, sed corr. R 1, ϱ* 2.* e) facis *R 1.* f) filia gloriosa memoriae Tulliano magistro militis *ϱ* 1;* filiam gloriosi Tulliani magistro (*corr. in* magistri) militum *R 1;* mil. *ϱ 1, ϱ* 2. 3, sed m. post.* icie *add. ϱ* 2; ex* magistro *corr.* magistri *etiam ϱ 1.*

2) De hoc cf. notam ad ep. sequentem.

VIII, 9: cf. ep. praecedentem. — Eidem Sergio, qui Siponti degebat, misit noster ep. IX, 110. 112. 169. 200. Iohannes diac. II, 53 Sergium defensorem Calabritani (patrimonii) *commemorat. Constat igitur eum patrimonia et per Apuliam et per Calabriam rexisse; sed notandum est et Iohannem diac. l. l. Romanum quendam* notarium Apuli (patrimonii) *commemorare et Pelagium I in ep. I-K. 1022 (= Coll. Brit. 50) scribere de Lucio defensore in patrimonio Apuliae provinciae: cf. Grisar l. l. p. 339. Equidem crediderim et in fonte, ex quo Iohannes hausit, et in ep. Pelagii Apuliam pro* Apulia et Calabria *positam esse.*

ubi stricte[g] omnino valeat custodiri. Nec eius custodiam aliquatenus relevari permittas, quousque nostra denuo scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re neglegens vel lentus extiteris, ita in te districtissime noveris vindicandum, ut quod ex te nescis poena possis resecante cognoscere, quia, sicut diximus, si[h] intellectum hominis habuisses, haec quae facere modo praeceperis, a te[i] debueramus[k] etiam cum ultione ante[l] facta cognoscere[m].

VIII, 10.

Gregorius I papa Eusebio Thessalonicensi, Urbicio Dyrrachiensi, Constantio Mediolanensi, Andreae Nicopolitano, Iohanni Corinthio, Iohanni Primae Iustinianae, Iohanni Cretensi, [Iohanni] Scodritano, Iohanni Larissensi, Mariniano Ravennati, Ianuario Caralitano et omnibus Siciliae episcopis interpretatur hanc imperatoris legem: „Ne hi qui militiae vel rationibus sunt publicis obligati, ad ecclesiasticum habitum veniant vel in monasteriis convertantur". Per triennium probentur, priusquam monachicum habitum suscipiant.

597, Nov.

Codd. R et ρ: Indictio I. cap. 10.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 5; G: Lib. VII. ind. I. ep. 11. — Iaffé Reg. 1497 (1131).

GREGORIUS EUSEBIO THESSALONICENSI, URBICIO DIRACITANO, CONSTANTIO MEDIOLANENSI, ANDREAE NICOPOLITANO, IOHANNI CORINTHENSI, IOHANNI PRIMAE IUSTINIANAE, IOHANNI CRETENSI, [IOHANNI] SCODRITANO, IOHANNI LARISSAEO, MARINIANO RAVENNATI, IANUARIO CARALIS SARDINIAE ET OMNIBUS EPISCOPIS SICILIAE.

Legem quam[a] piissimus imperator dedit, ne fortasse[b] hi qui militiae vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant vel in monasteriis convertantur, vestrae studui fraternitati transmittere hoc maxime exhortans, quod hi qui saeculi actionibus implicati sunt in clero ecclesiae propere suscipiendi non sunt: quia[c], dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter quam vixerunt

g) districte *ρ 1.* h) si *om. R 1.* i) ad te *ρ* 1;* ante *ex* a te *ρ 1;* ante *ρ* 2. 3.* k) debueras *ρ 1. ρ* 1.* l) a te *ρ*. ρ 1.* m) *ρ* 1. 4 in marg. add.* de proiectis vestibus religiosis et assumptis laicalibus.

VIII, 10 in titulo: duo priora nomina tantum minio scripta sunt; cetera atramento nigro quasi ad contextum pertinerent. — Urbitio *ρ* 1* — Diricitano *ρ 1* — Constantino *codd. n., sed corr. in* Constantio *R 1* — Nicopotalitano *R 1* — Iohanni *om. codd. add. Wisbaum l. l. p. 27; cf. ep. IX, 156* — Sihoritano *ρ* 1. 4; ante vocem* Scoritano *(ita et ρ* 2. 3) rasuram unius litterae profert R1;* Ycoritano *R* 1* — Larisse ob *ρ* 1;* Larisse *et ras. unius litt. ρ 1* — Mariano *(post* Mari *ras.) ρ 1* — Ravennatia *ρ*.* — a) quem *ρ* 1. 4.* b) forsitasse *ρ* 1.* c) qui *ρ 1.*

VIII, 10. Eosdem metropolitas, quibus haec epistula inscripta est a nostro episcopos suos vel sibi commissos appellari in ep. V, 39 (p. 329 n. 2) recte contendit Wisbaum l. l. p. 27; iidem episcopi praeter Italicos in titulo ep. IX, 156 nominantur. De episcopis Siciliae, qui metropolita carebant, cf. Wisbaum l. l. p. 46 s. Maximus Salonitanus et hic et in ep. IX, 156 deest, quippe qui sine Gregorii auctoritate electus sit. — Eusebio scripsit noster ep. IX, 196. XI, 55; nota hunc adhuc primum locum obtinere, quamquam iam Primae Iustinianae episcopus papae vicarius erat; de provinciis Thessalonicensibus et Iustinianis cf. Nov. Iust. 11; sed dioecesis episcopi Primae Iustinianae Gregorii temporibus iam ampliata esse videtur: cf. ep. III, 6 s. et Wisbaum l. l. p. 30. — De Constantio cf. ep. III, 29 ss. — Dyrrhachium Epiri novae, Nicopolis Epiri veteris urbs; de Andrea cf. ep. VI, 7 n. 1. — De Iohanne Corinthio cf. ep. V, 57 n.; de Iohanne Primae Iustinianae episcopo ep. V, 10 n. 1. — Iohannes Scodritanus qui non nisi hic et in ep. IX, 156 commemoratur, inter Stephanum et Constantinum episcopus erat: cf. ep. I, 36 n. 2. — De Iohanne Larissaeo cf. ep. III, 6 p. 164 n. 2; de Mariniano ep. V, 51 n. 5; de Ianuario ep. V, 2 n. 2 etc. —

vivunt, nequaquam student saeculum[d] fugere, sed mutare[1]. Quod si etiam tales quique monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a rationibus publicis fuerint absoluti. Si qui[e] vero ex militaribus numeris in monasteriis[f] converti festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita suptiliter fuerit inquisita; et iuxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari et[g] tunc monachicum[h] habitum Deo auctore suscipere. Qui si ita sunt[i] probati atque suscepti[k] et pro anima sua paenitentiam de perpetratis culpis agere student, pro eorum vita et lucro caelesti non est eorum conversio rennuenda[2]. Qua de re etiam serenissimus et christianissimus imperator, mihi credite, omni modo placatur et libenter eorum conversionem suscipit, quos in rationibus publicis implicatos non esse cognoscit.

MENSE DECEMBRIO INDICTIONE I.

VIII, 11.

Gregorius I papa Sabinianum, episcopum Iadertinum, ob Maximi (Salonitani) societatem paenitentia in monasterio perfunctum in gratiam recipit. Responsali suo Constantinopolitano res eius commendatas nuntiat. De Florentio episcopo Epitaurensi per Natalem, quondam episcopum Salonitanum, in exilium pulso, ab Epitaurensibus repetito sciscitatur. 597, *Dec.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 11.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 10; G: Lib. VII. ind. I. ep. 12. — Jaffé Reg. 1498 (1132).

GREGORIUS SABINIANO EPISCOPO IADERTINO.

Sicut perseveranti culpae debetur iure vindicta, ita resipiscentibus est venia concedenda: nam ut res illa contra se merito iracundiam excitare, sic haec in sua prorsus dilectione[a] solet concordiam propagare. Et ideo quia fraternitatem tuam a consortio et communione Maximi[b][1], ubi te prius neglectus[c] impulerat, in tantum postea gravitas sacerdotii ad animum reducta suspendit, ut eius sola nullatenus patereris[d] esse segregatione[e] contentus, nisi et[f] in monasterii te claustra recipiens dudum commissa defleres,

d) saeculum *om.* ϱ* *1.* e) quis ϱ* *1.* f) monasterio ϱ*. ϱ *1.* g) et *om.* ϱ*. h) monachum ϱ* *1.* i) sint ϱ *1.* k) suspecti ϱ *1.* ϱ* *1, sed corr.* ϱ *1.*

Mense *cet.*: dec̄ *abbr.* ϱ *1*, decembr. ϱ*; decembrio *R 1*; decembri *(ad ep. praeced.) R* 1* — I *om.* ϱ* *1.4.*

VIII, 11 in titulo: Sabiano ϱ* *1;* Sabino ϱ* *4.* a) dilectatione ϱ* *1.* b) maxime ϱ*. c) neglegens ϱ* *2. 3.* d) pateris ϱ* *1.* e) segregatio ϱ* *1.* f) ut ϱ* *3.*

Constitutio, de qua hac in epistula agitur, sine dubio cum hoc vel simili epilogo a Mauricio edita est: ταῦτα τοίνυν ἅπαντα οἵ τε ὁσιώτατοι πατριάρχαι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις φανερὰ ποιείτωσαν, οἱ δὲ τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς θεοφ. ἐπισκόποις δηλούτωσαν, ἐκεῖνοί τε τοῖς μοναστηρίοις τοῖς ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν χεῖρα καθεστῶσιν γνωριζέτωσαν κ. τ. λ. (Nov. Iust. 5). Sed de eadem constitutione suscepta scribit noster iam ep. III, 61: eandem legem per diversas terrarum partes feci transmitti *(cf. ib. n. 15 et ep. III, 64). Hac epistula noster eisdem episcopis, quibus antea legem et exhortationem, quandam interpretationem transmittere videtur simili modo conceptam quo ep. III, 61 scripserat. — 1) Eadem fere verba in ep. III, 61. — 2) Cf. quae noster de eadem re episcopo Neapolitano scripserit in ep. X, 9 et Nov. Iust. 5 c. 2; 123 c. 35.*

VIII, 11. De Sabiniano cf. ep. VII, 17 n., qua noster eum frustra, ut videtur, hortatur, ut Romam veniat. 1) De Maximo, praesumptore Salonitano, cf. ep. V, 6 n. 1 etc.

eapropter in nostra te gratia ac[g] communione receptum esse non dubites. Nam quantum nos prius culpa tuae caritatis offenderat, tantum paenitentia mitigavit. Hortor igitur[h], dilectissime frater, ut gregi dominico pastoralem sollicitudinem instanter impendas, lucrum de commissis ovibus facere diligenter invigiles, ut tanto tibi copiosae retributio mercedis exuberet, quanto[i] in adventu aeterni iudicis multiplices laboris fructus optuleris[k]. Stude itaque in culpa lapsos eruere, stude errantibus regrediendi viam ostendere, stude communione privatos ad communionis salubriter gratiam revocare. Sit ceteris caritatis[1] vestrae reversio ereptionis officium, sit salutis exemplum, quatenus, dum errantes gressus ovium ad saepta summi pastoris sollicitudinis vestrae cura direxerit, nec ipsae luporum dentibus relinquantur expositae et te in aeterna vita[m], quod[n] summopere petendum[o] est, dignae[p] compensatio retributionis excipiat[q].

De causa vero quam[r] nobis scripsistis[2], ut debeamus, ne in urbe regia contra vos subripiatur, esse solliciti, animos vestros res ista non turbet. Nam responsali nostro[3] omnino studiose mandavimus, ut[s] sollicitum cautumque se debeat exhibere, et confidimus de Dei nostri potentia, quia id[t] agitur, ut vos nullius[u] contra rationem aut turbare quoquo modo aut premere possit adversitas.

Praeterea[v] habitatores Epitaurensis civitatis Florentium, quem suum esse dicunt[w] episcopum, sibi a nobis restituendum studiosissime poposcerunt[4] asserentes frustra eum ad solam tantum modo voluntatem Natalis quondam[x] episcopi detrusum exilio. Et ideo si[y] quid de eius causa fraternitas vestra cognovit, nobis suis suptiliter epistolis innotescat. Si autem needum cognovit, requirat nobisque renuntiet[z], ut, quicquid de eo statuendum sit, certi deliberare adiutore Domino valeamus.

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE I.

VIII, 12.

Gregorius I papa inter Candidum, abbatem Romani monasterii S. Andreae ad clivum Scauri, et Maurentium, magistrum militiae, quae de Iohannis, Maurentii fratris, hereditate convenerant, condiciones confirmat. *598, Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 12.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 11; G: Lib. VII. ind. I. ep. 13. — Iaffé Reg. 1499 (1134).

GREGORIUS CANDIDO ABBATI MONASTERII SANCTI ANDREAE AD CLIVUM SCAURI.

Sicut loci nostri consideratio providere nos ammonet, ut monasteriorum negotia pacis intentio salubri fine distinguat[a], sic iterum ratione constringimur consensus nostri

g) a *ϱ 1. ϱ* 1. 2; in* ac *corr. ϱ 1, in* ad *corr. ϱ* 2;* ad *ϱ* 3.* h) *ita R 1. ϱ 1;* hortamur ergo *ϱ*.* i) quantum *ϱ 1. ϱ* 1. 2.* k) *add.* ac *ϱ* 1.* l) caritati *ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. ϱ 1. In marg. add.* Nota *ϱ 1.* m) vitae *ϱ* 1.* n) quando *ϱ 1.* o) repetendum *ϱ 1. ϱ* 1.* p) digna *ϱ* 1.* q) suscipiet *corr. in* suscipiat *R 1.* r) qua *ϱ 1. ϱ* 1. 2.* s) *om.* ut *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed post. m. add. ϱ* 2.* t) *om.* id, *supra rasuram* ita *scrib. R 1.* u) nullus *ϱ* 1.* v) propterea *m. s. XII in* praeterea *corr. ϱ* 2;* praeterea *cet. codd., etiam ϱ* 3.* w) quae s. e. ducunt *ϱ* 1.* x) *ita R 1;* quod *ϱ 1, ϱ* 1, sed corr. ϱ 1; ras. post* Natalis *ϱ* 2;* coepiscopi, *om.* quondam *ϱ* 3.* y) si *om. ϱ 1.* z) nobis quae renuntiat *ϱ* 1.*

Mense *cet.:* I *om. ϱ* 1. 4.*

VIII, 12 in titulo: monasteriis *R 1.* a) discingat, *sed* c *in ras. ϱ 1.*

2) Epistula quadam, qua Sabinianus, ut videtur, ad ep. VII, 17 responderat. 3) Responsalis iam illo tempore Anatolius diaconus fuit: cf. ep. VII, 27 n. 6. 4) De eadem causa agitur ep. III, 8. 9.

VIII, 12. Ex hac epistula efficitur non solum epistulas, sed etiam praecepta in registrum recepta esse. — Candidus Maximiano aut Mariniano successisse videtur: cf. ep. I, 14a. VIII, 17 n. 1.

auctoritate, quae utiliter decisa fuerint, roborare, ne forte cuiusquam excusationis obiecta, quod a religioso proposito et aequitate valde dissentit, aliquid in dubium contentio recidiva perducat et gignat ex pace litigium. Proinde quoniam inter te Candidum abbatem monasterii sancti Andreae apostoli positi[b] in hac urbe Romana in clivum Scauri, agentem utilitates eiusdem monasterii et Maurentium[c] gloriosum magistrum militiae[d][1] causa successionis hereditatisque[2] Iohannis fratris consanguinei praedicti viri, qui in suprascripto monasterio conversus est ac defunctus, cum nostro quoque consensu commodae sollicitaeque transactionis pagina[e] interveniente decisa est: denique ut, cum fidei memorati gloriosi[f] sinceritas olim nobis veraciter et bene comperta ad satisfactionem posset omnino suscipere[g], etiam dato corporaliter sacramento firmaret nihil se in fraude versatum aut aliquid occultasse, sed omnia integre prodidisse; idcirco huius decreti praeceptique[h] nostri serie transactionem decisionemque inter te et praefatum Maurentium gloriosum habitam[i] ratam habentes per omnia confirmamus nec in totum[k] partemve[l] aliqua ratione convelli, sed eam perpetuam habere decernimus firmitatem[m]. Cui rei si quis, quod non credimus, contrariam afferre quoquo modo temptaverit voluntatem, ille quidem reum se ante Deum[n] esse noverit, qui nititur ea quae utiliter sunt finita rescindere: nam eidem decisioni transactionique nihil se derogare cognoscat. At ergo ut[o] saepe dicti gloriosi Maurentii inlibata maneret securitas et tu nihil de his quae decisa sunt valeas dubitare, simile ei praeceptum pro utraque partium munitione concessimus.

VIII, 13.

Gregorius I papa Adeodato et Maurentio, episcopis Afris a paribus Paulum episcopum, latorem praesentium, commendat. *598, Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 13.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 12; G: Lib. VII. ind. I. ep. 14. — Iaffé Reg. 1500 (1135).

GREGORIUS ADEODATO ET MAURENTIO EPISCOPIS AFRICAE A PARIBUS.

Multum, frater carissime, sinceritatis tuae bono congaudeo, quod gravitatem, qua[a] praeditum[b] te dudum audieram, praesentium portitoris Pauli fratris et coepiscopi nostri[1] testificatio confirmavit. Qui tanto latius, quanta[c] in vobis sollicitudo eccle-

b) positum ϱ*. ϱ 1. c) Morentium R 1. d) mil *abbr.* R 1. ϱ 1. e) pagine ϱ* 1. f) glo *codd. n., sed suprascr.* osi viri R 1, si mag mil *m. post.* ϱ 1. g) *ita* R 1. ϱ* 2. 3; susciperet ϱ* 1; sufficere *coni. Mommsen; verba* et bene *usque* suscipere *om.* ϱ 1. h) pręcepti quoque ϱ 1. i) habet tamen R 1. k) totam ϱ* 2. 3. l) partem vel ϱ*. ϱ 1. m) *om.* decernimus firmitatem ϱ* 2. 3. n) *om. hoc verb. et* ante *ex* ande *corr.* R 1. o) *ita* ϱ 1; et *cet. codd.*

VIII, 13 in titulo: Andeodato R* 1. ϱ 1, *sed corr.* ϱ 1 — et *om.* ϱ* — Africa ϱ*. R 1. ϱ 1, *sed. corr.* ϱ 1 — ac paribus R* 1. a) quę ϱ* 1. b) predictum R 1. ϱ* 1, *sed corr.* R 1 c) quanto ϱ 1. R 1, *sed corr.* R 1.

1) De hoc Maurentio, mag. mil. Campaniae, antea, ut videtur, chartulario cf. ep. I, 3 n. 2. VI, 31 p. 410 n. 4; cui noster nonnullas epistulas misit, ultimam (IX, 162) m. Iunio a. 599; in fine eiusdem anni Godiscalcus dux Campaniae ei successisse videtur: cf. ep. X, 5. *2) Praeter filios et uxorem nemo nisi monasterium ius in hereditate defuncti monachi habebat: cf. Nov. Iust. 5 c. 5; 123 c. 38; Reg. S. Benedicti c. 58:* res si quas habet aut eroget prius pauperibus aut facta sollemniter donatione conferat monasterio.

VIII, 13 una certe cum ep. VIII, 15 transmissa. — De Adeodato cf. ep. III, 48 n.; Maurentius alias non occurrit. — De nota a paribus *cf. ep. I, 24 n. —* *1) De Paulo nunc Constantinopoli reverso cf. ep. VI, 59 n. 1.*

siastici ordinis quantaque cura sit rectitudinis indicavit, quanto[d] hoc et praesens comperit et in sua amplius defensione cognovit. Quia ergo magnum, sicut nostis[e], coram Deo nostro est in bonis quemquam indesinenter operibus permanere, fraternitatis vestrae se sollicitudo ad fovendas partes iustitiae decenter exacuat[f] et contra ecclesiastici vigoris[g] moderamina, prout possibile fuerit, provisionis suae sollicitudo fieri nihil permittat. Nec vos res aliqua ab huiusmodi intentione removeat. Sed si qua sunt, quae dilectionis vestrae[h] sinceritatem offendunt et regulas canonicae discretionis excedunt, vigilantiae eis[i] studete curam impendere atque ea[k] hortando, suadendo, terrendo emendare caritatis unitate servata, in quantum vires suppetunt, Deo adiuvante, contendite[l] et excessus auctorem coercitionis[m] sacerdotaliter freno restringere; atque eum ab invio itinere lingua duce et actione reducite[n] et ita vestram in omnibus efficaciam exhibete, ut Deus omnipotens, qui bonae voluntatis auctor et intentionis inspector est, velle vestrum et hic adiuvet et in futura vita remuneret.

Suprascriptum[o] vero Paulum fratrem et coepiscopum nostrum fraternitati vestrae commendantes hortamur, ut[p] idonee caritatem vestram debeat experiri, quam praedicat[q].

VIII, 14.

Gregorius I papa Victori et Columbo, episcopis Numidiae, a paribus mandat, efficiant, ut quas ecclesias ante quindecim annos decessori Crisconii episcopi, praesentium latoris, abstulerit Valentio episcopus, Crisconio restituat. 598, *Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 14.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 28; G: Lib. VII. ind. I. ep. 15. — Iaffé Reg. 1502 (1153).

GREGORIUS VICTORI ET COLUMBO EPISCOPIS NUMIDIAE A PARIBUS.

Quanto cordi nostro laetitiam ecclesiae ordo inculpabiliter custoditus infundit, tanto rescissus taedium doloris imponit, quod pravitatis temeritas in eversionem disciplinae[a] temptat et quae sunt olim laudabiliter statuta dissolvere et quae fortius punienda praesumere. Praesentium itaque portitoris Crisconii fratris et coepiscopi nostri[1] querella ad nos insinuante[b] pervenit, quod nulla exigente culpa vel concilii definiente sententia ecclesiae eius parochiae antiquitus deputatae ab Valentione[c] fratre et coepiscopo nostro[1] ante fere quindecim annos sint inrationabiliter occupatae, atque eum insuper[d] res decessoris ipsius ad suum, quod dici[e] grave est, arbitrium abstulisse. Quod si ita se veritas habet, quam[f] perversum quamve sit execrandum, praecipue religiosi[g] proposito, dicere non valemus. Hac igitur in re, quia nec lenitas nec aliqua debet esse dilatio, fraternitatem vestram praesenti epistola commonemus[h] sollicitius requirentes[i], si querella eius manifesta esse constiterit, ablatarum rerum et occupatarum parochiarum restitutione[k] dilectio vestra sine mora succurri provideat et ita omnia vobis

[d]) quanta *ϱ* 1.* [e]) gaudium *add. man. post. R.* [f]) *ex* exacuet *corr. ϱ 1.* [g]) vigores *ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. ϱ 1.* [h]) nostrae *ϱ* 1.* [i]) vigilantiae *(om.* eis*) ϱ 1. ϱ* 1;* vigilanti eis R *1, quae verba corr. in* vigilanter eis; vigilanter *(om.* eis*) ϱ* 2. 3.* [k]) ea *om. ϱ* 1.* [l]) condite *ϱ* 1.* [m]) cohertionis *ϱ 1.* [n]) *ita ϱ 1;* deducite *ϱ* 1;* reducere *in* reducite *corr. R 1.* [o]) supra s̄s̄tum *ϱ 1.* [p]) *hic ras. exhibet ϱ 1 et* ut *om.* [q]) quam laudat *R* 1.*

VIII, 14 in titulo: om. a paribus *R* 1.* [a]) disciplina *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ 1. ϱ* 2.* [b]) *in* insinuando *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2.* [c]) ab Avalentione *ϱ* 1 et a Maurinis prolati codd. Vatic. tres;* a Valentio *Vat. B; etiam ϱ* 2 erasa una littera scribit* ab Valentione: *R 1. ϱ 1. ϱ* 3:* ab Valentione. [d]) insuperes *ϱ* 1.* [e]) dicit *R 1.* [f]) quam *om. ϱ* 1.* [g]) *ita R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. ϱ 1 in* religioso; religioso *ϱ* 2. 3.* [h]) ut *post. add. ϱ* 2.* [i]) *supra rasuram* requireretis *R 1.* [k]) restitione *ϱ* 1.*

VIII, 14. De Victore et Columbo cf. ep. II, 46 n. IV, 35 n. *1) Neque Crisconius neque Valentio alias occurrunt.*

solaciantibus cessante[l] excusatione iustitia favente recipiat, ut nec hunc labor observationis afficiat nec de eius[m] damno[n] aliquid lucri invasor adquirat. Accendat ergo vos zelus aequitatis, accendat iustitiae rectitudo. Ad custodiendam in cunctis antiquam ecclesiastici ordinis dispositionem operam instanter[o] impendite, districtos sollicitosque vos inter culpas et innocentiam[p] exhibete, quatenus et iustitiae causam[q] habentibus magna de rectitudinis vestrae sit zelo fiducia et inquietis de futuro omnis excedendi amputetur occasio.

VIII, 15.

Gregorius I papa Columbo, episcopo Numidiae, Paulum episcopum, praesentium latorem, impense commendat. *598, Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 15.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 13; G: Lib. VII. ind. I. ep. 16. — Iaffé Reg. 1501 (1136).

GREGORIUS COLUMBO EPISCOPO NUMIDIAE.

Qualiter de fraternitatis vestrae debeamus caritate praesumere, ex mentis nostrae quam circa vos habemus qualitate colligimus. Nec aliter vos apostolicam sedem diligere, quam ipsa vos diligit, arbitramur. Unde necesse est, ut eos, quos ecclesiae beati Petri apostolorum principis, ut oportet, devotos esse cognoscimus, vobis, cuius vitam[a] et actio sacerdotis ornat et dignitas, peculiarius commendemus, de cuius scilicet sinceritate firmum experimentum de praeteritis iam tenemus.

Frater igitur et coepiscopus noster Paulus[1] praesentium portitor, quantis illic fluctibus quantisque adversitatibus quatiatur, sanctitatem vestram memorat non latere. Qui quoniam querellas, quas de eo ad vos pervenisse signastis, non veras[b] esse, sed instigatione adversantium contra se asserit excitari et omnia se fidit patrocinante veritate vobis cognoscentibus adiutore posse Domino superare, hortamur, dilectissime frater, ut ei, in quibus iustitiae fuerit ratio manifesta, manum decenter praebere solacii atque sacerdotali cum compassione debeas adiuvare. Nulla ergo vos res ab aequitatis studio, nulla suspendat potentia personarum: sed innitens praeceptis dominicis omnia quae sunt rectitudinis adversa contemne; in defendendas partes iustitiae constanter insiste: odia pro veritate, si qua sunt, sustinere non rennuas, ut tanto[c] maiorem in adventu redemptoris nostri fructum mercedis invenias, quanto eius mandata non neglegens in favore te iustitiae et defensione impenderis.

l) cessant ϱ* *1.* m) nec *ex* ne *corr. et* eius *om. R 1.* n) dampni ϱ* *1.* o) instate *R 1.* p) innocentiae ϱ* *1. 4.* q) iustitia cum ϱ *1.* ϱ* *1. 2;* ϱ* *2 corrigit delendo* cum: iustitiam; *R 1:* iusti *et supra rasuram* tie causam; iusti curam habentibus *coni. Mommsen.*

VIII, 15 in titulo: episcopo *om.* ϱ*. ϱ *1.* a) vita ϱ *1.* ϱ* *1. 2, sed corr.* ϱ* *2.* b) noveras ϱ* *1.* c) tantum ϱ* *1; ex* tantum *corr.* tum ϱ* *2.*

VIII, 15 una cum ep. VIII, 13 transmissa. — De Columbo cf. ep. II, 46 n. — 1) De Paulo nunc Constantinopoli reverso ep. VI, 59 n. 1.

MENSE MARTIO INDICTIONE I.

VIII, 16.

Gregorius I papa Bonifatio, primo defensori, privilegium primicerii defensorum mittit atque constituit septem defensores regionarios cum priore esse. *598, Mart.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 16.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 14; G: Lib. VII. ind. I. ep. 17. — Iaffé Reg. 1503 (1137).

GREGORIUS BONIFATIO PRIMO DEFENSORI.
PRIVILEGIUM PRIMICERII DEFENSORUM.

Ecclesiasticis utilitatibus fideliter insudantes congruae remunerationis sunt beneficio prosequendi, ut et nos respondisse eorum digne obsequiis videamur et[a] illi ex indulta consolationis[b] gratia utiliores existant. Quia igitur defensorum officium[1] in causis ecclesiae[c] et obsequiis noscitur laborare pontificum, hac eos concessa prospeximus[d] recompensationis praerogativa gaudere[e] constituentes, ut, sicut in schola notariorum atque subdiaconorum[2] per indultam longe retro pontificum largitatem sunt regionarii constituti, ita quoque in defensoribus septem, qui ostensa suae experientiae utilitate placuerint[f], honore regionario decorentur[g]. Quos quolibet per absentiam pontificis et sedendi in conventu clericorum habere licentiam et honoris sui privilegia[h] in omnibus statuimus optinere. Praeterea si quis ad prioris locum veniens in alia[i] fortasse provincia propter utilitatem propriam degit[k], hunc[l] necesse est primatus locum[m] per omnia carere[n], ut ille prior defensorum omnium possit existere, qui et ante prioratus locum in ecclesiasticis utilitatibus obsequiis[o] pontificis non destitit per sedulam praesentiam permanere. Haec itaque constitutionis nostrae decreta, quae pro defensorum sunt privilegiis et ordinatione disposita, perpetua[p] stabilitate et sine aliqua constituimus refragatione servari, sive[q] quae scripto decrevimus[r], seu quae in eis in nostra praesentia videntur esse disposita, nec a quoquam pontificum in totum partemve[s] ea[t] qualibet[u] occasione convelli decernimus vel mutari[v]. Nam nimis est asperum et praecipue bonis sacerdotum moribus inimicum niti quempiam quacumque rationis excusatione et quae bene sunt ordinata rescindere et exemplo suo docere ceteros sua quandoque post se constituta dissolvere[w].

Mense *cet. ad praeced. ep. trahit R* 1.* — mar. *abbr. R1. ϱ 1. ϱ* 2. 3;* aiar *pro* mar. *ϱ* 1. 4* — indictione I *R* 1, sed om. R1. ϱ*. ϱ 1.*

VIII, 16 in titulo: Bonifacio *ϱ 1. R* 1* — *ex* primo *corr.* primicerio *R 1* — privigl *abbr. ϱ*.* a) ut *ϱ* 3.* b) cogitationis *ϱ 1.* c) ecclesiis *ϱ* 1.* d) perspeximus *ϱ 1.* e) gaugaudere *ϱ* 1.* f) *ex* placuerit *corr. ϱ 1;* placuerit *R 1.* g) *ex* decorentur *corr.* decoretur *R1.* h) privilegiae *ϱ* 1.* i) alio *ϱ* 1. 4.* k) deget *ϱ 1. ϱ* 1. 2. 4, sed corr. ϱ* 2.* l) hoc *ϱ* 1. 4.* m) *ex* loco *corr.* loca *ϱ 1.* n) *ita scr. Mommsen;* curare *codd.* o) *add. manus posterior in R 1:* ve. p) disposita perpetua disposita *ϱ 1.* q) seu *ϱ* 1.* r) deferimus *ϱ 1.* s) partem vel *ϱ* 1.* t) ea *om. R 1.* u) quelibet *ϱ* 1.* v) id est temptari *add. ϱ* 2. 3.* w) *add. in marg.* de defensoribus *ϱ* 1,* defensoribus *ϱ* 4.*

VIII, 16. De Bonifatio cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 nº. 2. 1) De defensoribus cf. ep. V, 26. 2) Cf. lib. pont. v. Clementis et v. Fabiani; Duchesne, ét. s. l. lib. pont. p. 194; Hinschius, Kirchenr. I, § 41.

MENSE APRILI INDICTIONE I.

VIII, 17.

Gregorius I papa Marinianum, episcopum Ravennatem, de privilegiis monasterii SS. Iohannis et Stephani Classitani certiorem facit eaque servari iubet. *598, Apr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 17.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 15; G: Lib. VII. ind. I. ep. 18. — Iaffé Reg. 1504 (1138).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare, anteactum vos officium quod in regimine monasterii exhibuistis[1] informat. Et ideo quia monasterium beatorum Iohannis et Stephani, quod in Classitana civitate est constitutum, cui communis filius Claudius abbas[a][2] praeesse dinoscitur, multa a decessoribus vestris praeiudicia atque gravamina pertulisse cognovimus[3], oportet, ut fraternitatis vestrae provisio eorum de futuro quietem salubri ordinatione disponat, quatenus conversantes illic in Dei servitio ipsius quoque gratia suffragante mente libera perseverent. Sed ne ex ea quae magis emendanda est consuetudine quisquam illic quolibet tempore quicquam molestiae praesumat inferre, necesse est, ut haec quae inferius enumeranda curavimus ita fraternitatis vestrae studio debeant custodiri, ut ex eis non possit ulterius inferendae inquietudinis occasio repperiri[4].

Nullus igitur ultra[b] audeat de reditibus, rebus[c] vel cartis[d] praedicti monasterii vel de loco aliquo quod[e] ad eum pertinet quocumque modo qualibet exquisitione minuere nec immissiones vel dolos aliquos[f] facere. Sed si qua forte causa inter Ravennatem ecclesiam et praefatum monasterium evenerit et pacifice non potuerit ordinari, apud electos[g] a partibus timentes Deum sine voluntaria dilatione mediis sacrosanctis evangeliis[5] finiatur. Defuncto vero abbate non extraneus nisi de eadem conversatione, quem sibi propria voluntate congregatio elegerit, et qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur[6]. Quod si aptam inter se personam invenire nequiverint, sollerter de aliis monasteriis sibi similiter eligant ordinandum. Neque viventi[h] abbati quaecumque persona qualibet occasione in suo monasterio praeponatur, nisi forte extantibus, quod absit, criminibus quae sacri canones punire monstrantur. Pariter autem custodiendum est, ut invito eiusdem[i] monasterii[k] abbate ad[l] ordinanda alia monasteria aut ad[m] ordines sacros vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. Sed si abundantes fuerint, qui ad celebrandas Deo laudes vel utilitates

Mense *cet. ad ep. praeced. trahit R* 1* — aprili *R* 1;* āp̄ *abbr. ϱ 1. ϱ* 1. 4;* apr. *ϱ* 2;* aprilis *R 1* — indictio *R 1* — I *om. ϱ* 1. 4.*

VIII, 17 in titulo: Martiano *ϱ 1* — Rav̄ *abbr. R 1;* Ravenati (ti *in ras.*) *ϱ 1.* a) abba *ϱ*; ceteris locis:* abb̄ *abbr. ϱ 1. ϱ* 1.* b) *ita ϱ 1;* ultra *om. ϱ* 1. R 1.* c) *ita ϱ* 1. 2;* hereditibus *in* hereditatibus *corr. R 1* (*om.* reditibus); rebus (*om.* reditibus) *ϱ 1.* d) artis *in* castris *corr. R 1.* e) qui *ex* quot *corr. R 1, ex* quod *ϱ 1:* quod *ϱ* 1. 2.* f) dolosas aliquas *ϱ 1. ϱ* 1. 2;* dolos aliquas *R 1.* g) delectos *ϱ*.* h) venienti *R 1, ϱ* 1. 2, sed* vel viventi *in marg. add. ϱ* 2;* viventi *ϱ* 3 et in ras. ϱ 1.* i) eidem *ϱ* 1.* k) *ex* monasterio *corr. ϱ* 2.* l) *om.* ad *R 1. ϱ 1. ϱ* 1; sed in R 1 manus secunda hoc verbum addit.* m) *om.* ad *ϱ* 1.*

VIII, 17 una, ut videtur, cum ep. seq. transmissa. — De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. 1) *Ioh. diac. III, 7:* (Gregorius) ex monachis suis Marinianum Ravennae ... praesulem ordinavit; *Maximiano igitur successisse videtur: cf. ep. I, 14 a. not.* 2) *De Claudio cf. ep. II, 45 p. 146 n. 2.* 3) *Cf. ep. VI, 24.* 4) *De monasteriorum privilegiis in universum cf. ep. V, 47 n. 2; V, 49. Loening l. l. II p. 378 ss. Ex hac epistula magna pars falsi privilegii I-E. 1366 (998) conficta est; cf.* Wisbaum *l. l. p. 37 s.* 5) *Recte Maurini adnotant: cf. C. I. III, 1, 14 et ep. IX, 129.* 6) *Cf. C. I. I, 3, 46; Nov. Iust. 123 c. 34 (Nov. Iust. 5 c. 9); Reg. Benedicti c. 64.*

monasteriorum complendas sufficiant, abbas[n] cum devotione de his qui superfuerint offerat, quos dignos[o] coram Deo potuerit[p]. Quod si sufficienter habens dare noluerit, tunc Ravennae episcopus ad ordinanda alia monasteria de his qui supersunt tollat[q]: ad ecclesiasticum tamen officium nullus exinde producatur, nisi quem abbas loci ammonitus propria voluntate optulerit. Quisquis autem ex praedicto monasterio ad ecclesiasticum ordinem pervenerit, ulterius illic nec potestatem aliquam nec licentiam habeat habitandi.

Observandum quoque est, ut descriptio[r] rerum aut cartarum eiusdem monasterii ab ecclesiasticis fieri non debeat[s], si[t] quando res exigit, sed abbas loci cum abbatibus aliis rerum inventarium faciat.

Quotiens autem pro utilitate monasterii sui ad pontificem Romanum abbas venire vel transmittere forte[u] voluerit, ei modis omnibus liceat.

Praeterea cum episcoporum adventus desideranter a monasteriis debeat expectari, quia tamen hospitandi occasione praedictum monasterium temporibus decessoris vestri nobis fuisse nuntiatum est praegravatum, oportet, ut hoc sanctitas vestra decenter debeat temperare, ut visitandi exhortandique gratia ad monasterium, quotiens placuerit, ab eiusdem civitatis antistite[v] accedatur, sed sic caritatis officium illic episcopus impleat, ut gravamen aliquod[w] monasterium non incurrat. Vestram vero fraternitatem praedictus abbas non solum non metuit ad monasterium frequenter accedere, sed etiam desiderabiliter concupiscit sciens, quod per vos substantia monasterii omnino gravari non possit[x].

VIII, 18.

Gregorius I papa Mariniano episcopo Ravennati Claudium (monasterii SS. Iohannis et Stephani in Classe) abbatem, latorem praesentium, Roma revertentem commendat.

598, Apr.

Codd. R et ϱ: Indictio I cap. 18.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 16; G: Lib. VII. ind. I. ep. 19. — Iaffé Reg. 1505 (1139).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Quod communem filium Claudium abbatem latorem praesentium longa apud nos haetenus mora retinuit, res illa fecit, quod magnum nobis, sicut nostis, erat in verbo[a] Dei solacium; quem etiam hic adhuc volueramus diutius retinere, nisi[b] et ipse ad suum monasterium festinasset[c] et nos congregationi fratrum eius praesentiam esse omnino necessariam[d] sciremus[e]. Et ideo, quia illum, sicut[f] petiit et exigebat utilitas, relaxandum esse prospeximus, commendantes eum hortamur, ut sanctitas vestra sacerdotali illum affectione suscipiat, paternam illi monasteriisque[g] ipsius caritatem, sicut decet, impendat, benignitatis suae eum consolatione refoveat, in eius se tuitionem

n) abbate ϱ* 1. o) dignas ϱ* 1. p) vel putaverit *in marg. add.* ϱ* 2; putaverit ϱ* 3; viderit *Vat. B.* q) *ex* tollant *corr.* ϱ 1; tollant R 1. r) discriptio ϱ 1. ϱ* 1. s) debeant ϱ* 1. 2. t) sed ϱ* 1. u) *om.* vel transmittere forte R 1. v) antiste R 1. w) aliquid ϱ* 1. x) de ordinationibus *add.* ϱ* 1, de ordinatione ϱ* 4.

VIII, 18 in titulo: Mariano ϱ* 1. 4; Mauretino ϱ 1; eidem cui supra R* 1. a) verbi ϱ 1. ϱ* 1. b) *ita* ϱ* 1 *et ex* si *corr.* R 1; si ϱ 1. ϱ* 2. 3. c) festinasse R 1. ϱ 1. ϱ* 1, *sed corr.* R 1, *et in marg. scr.:* non festinasset ϱ 1; non festinasse ϱ* 2. 3. d) necessarium ϱ* 1 *et in ras.* ϱ 1. e) *in* nesciremus *corr.* ϱ 1. f) illam, *om.* sicut ϱ* 1. g) vel o *add. supra lin.* ϱ 1.

VIII, 18 una transmissa cum ep. praeced.; quam cf.

instanter adcommodet et praesidii sui beneficio liberum[h] ab omni inquietudine redditum quieti[i] et utilitatibus fratrum vacare permittat atque peculiariter, sicut a nobis eum scit diligi, diligat, quatenus et caritatis[k] vestrae affectum, quem[l] olim expertus est, in se multiplicius recognoscat et nos in vobis invenisse se[m] gaudeat.

VIII, 19.

Gregorius I papa Agnellum, episcopum Terracinensem, hortatur, coerceat eos, qui arbores colant et „alia contra christianam fidem" perpetrent. Ut Maurus, vir clarissimus comes, eum adiuvet, iam se mandasse addit. A murorum vigiliis quemquam se excusare vetat. *598, Apr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 19.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 18; G: Lib. VII. ind. I. ep. 20. — Iaffé Reg. 1507 (1140).

GREGORIUS AGNELLO EPISCOPO TERRACINENSI.

Pervenit ad nos quosdam illic, quod dici nefas est, arbores colere[1] et multa alia contra christianam fidem inlicita perpetrare: et miramur, cur hoc fraternitas vestra districta emendare ultione distulerit. Eapropter scriptis vos praesentibus adhortamur, ut hos diligenti investigatione perquiri et veritate cognita talem[a] in eis faciatis exerceri vindictam, quatenus et Deus placari possit et aliis eorum ultio correctionis[b] exemplum sit. Scripsimus autem et Mauro viro clarissimo comiti[c][2], ut fraternitati vestrae in hac re debeat adhibere solacia, dum modo ad comprehendendos eos invenire excusationem aliquam non possitis.

Quia vero comperimus multos se a murorum vigiliis excusare, sit fraternitas vestra[d] sollicita et[e] nullum neque per nostrae vel[f] ecclesiae suae[g] nomen aut quolibet alio modo defendi a vigiliis patiatur, sed omnes generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus melius auxiliante Domino civitatis valeat custodia[h] procurari[i][3].

VIII, 20.

Gregorius I papa Mariniano, episcopo Ravennati, Iohannis, praesentium latoris, uxorem, cuius condicio in controversiam vocata sit, commendat. *598, Apr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 20.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 20; G: Lib. VII. ind. I. ep. 21. — Iaffé Reg. 1508 (1141).

h) liberam ϱ* *1; u in ras. ϱ 1.* i) quietum ϱ*. k) caritati ϱ* *1.* l) quę ϱ *1:* que ϱ* *1.* m) se *om., sed post. add. R 1.*

VIII, 19 in titulo: Gagnello ϱ* *4* — Teracinense ϱ *1:* Terracinense ϱ* *1. 2, sed. corr.* ϱ* *2;* Terracinensem *R 1; om. hoc verb. R* 1.* a) *R 1 et* ϱ *1:* tal *et in rasura* em; ϱ* *1:* talia; *ita et* ϱ* *2, sed corrigit in* talem. b) correptionis ϱ*. c) $\overline{\text{vc}}$ comiti ϱ *1;* vicem committi ϱ* *1;* comiti *(ita* ϱ* *3) post rasuram 2 litt.* ϱ* *2;* vicario comiti *R 1.* d) vestra *om.* ϱ* *1.* e) ut *R 1.* f) vel *om. R 1.* g) suae *om., sed in marg. add.* ϱ* *2.* h) valeant custodie *(ita* ϱ* *3) ex* valeant custodia *corr.* ϱ* *2.* i) provocari ϱ *1.* ϱ* *1. 4.* — ϱ* *1. 4 add. in marg.:* de custodia civitatis.

VIII, 19. De Agnello cf. ep. VII, 16 n. — 1) De arborum cultoribus cf. ep. VIII, 4 p. 7 n. 4. 2) Maurus, cuius non nisi hic mentio fit, tribunus castri (cf. ep. I, 34. II, 6) Terracinensis fuisse videtur comitatus dignitate ornatus. Cf. ep. I, 13. IX, 53. 71. 121. 3) Nota tunc temporis iam omnes incolas ad muros defendendos vocatos esse. Cf. ep. VIII, 32 n. 5 ss. IX, 11; 162; 240.

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Iohannes praesentium portitor queritur uxorem suam molestias Georgii cuiusdam refugientem diu in saeptis venerabilibus residere[1] et nullum hactenus invenire solacium. Cuius quia de condicione esse controversiam asserit et vestrae eam fraternitati petiit commendandam, his vos hortamur affatibus, ut eidem mulieri servata[a] aequitate tuitionem debeatis impendere et a nullo eam contra rationis ordinem gravari aliquo modo permittatis[b]. Sed si de statu eius quaestio perseverat, studii vestri sit, ut sine oppressione aliqua legali modo ad iudicium veniatur, quatenus, dum veritate cognita quod iuris ordo suaserit fuerit definitum, neutra[c] se pars aliquod[d] doleat praeiudicium pertulisse.

MENSE MAIO INDICTIONE I.

VIII, 21.

Gregorius I papa Iohanni, episcopo Syracusano, Felicem, praesentium latorem, Christianum, commendat, qui ex Samaraei cuiusdam servitio per Maximianum, episcopum Syracusanum, liberatus, a Samaraei filio ad christianam fidem converso reposcatur.

598, Mai.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 21.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 21; G: Lib. VII. ind. I. ep. 22. — Jaffé Reg. 1509 (1142).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Felix praesentium portitor questus nobis est, cum sit de christianis natus parentibus[a], a quodam Christiano Samaraeo[1], quod[b] dici scelus est, esse donatum: et dum huiusmodi superstitionis[c] homines christiana quolibet modo mancipia possidere nec ratio legis[2] nec reverentia religionis admittat, se[d] tamen per decem et octo annos[e] in eius asserit servitio permansisse; sed cognoscente hoc decessore vestro sanctae memoriae Maximiano[f3] ab eo se zelo, sicut decuit, sacerdotali commoto de Samaraei nefario servitio liberatum. Sed quia eiusdem Samaraei filius post quinque annos factus dicitur Christianus et suprascriptum[g] Felicem in eius servitium, quantum ipse dicit, quidam nituntur redigere, sanctitas vestra haec quae edocti[h] sumus diligenter inquirat et, si ita ei esse constiterit, eum tueri studeat et a nullo sub qualibet occasione gravari

VIII, 20 in titulo: Mauriniano *ϱ* 1. 4;* Mauriano *ϱ 1; ex* Maurin. *corr.* Marin. *ϱ* 2.* a) *ex* servate *(ita ϱ* 1) corr. R 1.* b) *ex* permittas *corr. ϱ* 1.* c) *ex* neultra *(ita ϱ* 1) corr.* neutra *ϱ* 4,* non ultra *R 1; ex* ne *(ras. 1 litt.)* ultra *corr.* neutra *ϱ 1.* d) *ita codd., sed in* aliqua *corr. R 1.*

Mense *cet.:* mai *ϱ** — I. *om. ϱ* 1. 4* —

VIII, 21 in titulo: Siracuñ *ϱ* 1.4;* Siracusa *ϱ* 2. 3;* Ciracusano *ϱ 1;* Syr̄ *R 1;* Siracusano *R* 1.* a) par *erad. R 1.* b) *in* amareo quo *corr. R 1.* c) *ex* superstitiones *(ita ϱ* 1) corr. R 1. ϱ 1.* d) sed *ϱ* 1; post* se *ras. 1 litt. ϱ 1.* e) annis *ϱ 1.* f) *ex* Maximiniano *corr. R 1.* g) spm̄ *ϱ* 1;* ssm̄, *sed in marg.:* supradictum *R 1;* sstum *ϱ 1.* h) *ita ϱ 1;* h́ docti *ϱ* 1;* docti *R 1.*

VIII, 20. De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. 1) De asylis ecclesiasticis cf. ep. I, 35 n. 2. IX, 4 n. 3.

VIII, 21. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. — 1) De Samaraeis vel Samaritanis in Sicilia degentibus cf. ep. VI, 30 n. 1. 2) Cf. C. I. I, 10: ne christianum mancipium haereticus vel paganus vel Iudaeus habeat vel possideat vel circumcidat. *Nov. 144 (Iustini II.) in f. 3) De Maximiano, ep. Syracus., cf. ep. I, 14a n. 1. V, 20 n. 1.*

permittat, quia, dum superstitiosae sectae[i] mancipia dominos suos ad fidem praecedentia servitio eorum aperte redigi iura prohibeant, quanto magis hic de christianis parentibus natus et factus a parvulo Christianus hanc non debet quaestionem aliquo modo sustinere, maxime quia nec patris esse servus potuit, quem liquet[k] ex prava potius praesumptione poenam posse[l] venientem de legibus sustinere? Et ideo, sicut diximus, ita eum sanctitatis vestrae defensio rationabiliter tueatur, ut nulli eum[m] sub quolibet argumento sit aliquatenus affligendi licentia.

VIII, 22.

Gregorius I papa Rusticianae patriciae, ut Constantinopoli Romam redeat, suadet; auri libras decem deferente Petro, homine eius, ad redimendos captivos missas accepisse se scribit. Addit de Strategio et Eudoxio. 598, *Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 22.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 22; G: Lib. VII. ind. I. cap. 23. — Iaffé Reg. 1510 (1143).

GREGORIUS RUSTICIANAE PATRICIAE.

Iam dudum vestrae excellentiae me scripsisse et saepius imminuisse[a] reminiscor, ut beati Petri apostolorum principis limina revidere festinet[b]. Et quae tanta sit Constantinopolitanae civitatis delectatio quaeve Romanae urbis oblivio, ignoro: optinere apud vos hac ex re nunc usque nil merui. Quantum enim ad colligendas aeternae vitae mercedes vestrae animae expedire possit, quantum etiam gloriosae filiae vestrae domnae Eusebiae[c 1] in omnibus congruat, et nos suptiliter attendimus et vos considerare suptilius potestis. Filium vero meum Petrum hominem vestrum[2], quem ultra aetatem suam sapere et maturitati[d] studere cognovi, si requiritis, invenietis, quantus[e] hic omnium habitantium circa excellentiam vestram amor sit quantumque desiderium, ut vos revidere[f] mereantur. Et si praecipiente[g] Deo sacris eloquiis ammonemur[h], ut etiam inimicos diligere debeamus[3], pensandum nobis est, quantae culpae sit etiam amantes minime amare. Ac[i] si forte dicitur, quod amantur[k], nos certissime scimus, quia nemo potest diligere quos non vult videre. Sin vero gladios Italiae ac bella formidatis, sollicite debetis aspicere, quanta beati Petri apostolorum principis in hac urbe protectio est, in qua sine magnitudine populi et sine adiutoriis militum[4] tot annis[l] inter gladios inlaesi Deo auctore[m] servamur[n]. Haec nos, quia amamus, dicimus. Sed omnipotens Deus quicquid animae vestrae in perpetuum, quicquid opinioni domus in praesenti conspicit expedire, concedat.

i) *ex* recte *(ita ϱ* 1. 3) corr. ϱ* 2.* k) *ita ϱ 1;* quemlibet *R 1. ϱ* 1:* quamlibet *ϱ* 2. 3.* l) posse *in* posset *corr. R 1. ϱ* 2;* posset *ϱ* 3.* m) cum *ϱ* 1.*

VIII, 22 in titulo: patricis *R 1.* a) *ita R 1;* inminisse *ϱ 1;* aminuisse *(ita ϱ* 1) erad. et suprascr.* vel monuisse *ϱ* 2;* vel monuisse *ϱ* 3.* b) festinat *ex* festinaut *corr. ϱ* 1.* c) Eusevię *R 1.* d) maturitatis *R 1. ϱ 1;* maturitatem *ϱ* 1;* maturitati *ϱ* 2. 3.* e) quantis *ϱ* 2. 3;* quantas *R 1. ϱ 1.* f) videre *ϱ 1.* g) precipientes *R 1.* h) commonemur *ϱ* 2. 3.* i) *in* at *corr. R 1.* k) *ita R 1. ϱ* 1;* amantes *ϱ 1. ϱ* 2. 3.* l) vel *add., sed erad. ϱ* 1.* m) adiutore *ϱ* 2. 3 et sec. cd. M. Vat. B. D.* n) servamus *ϱ* 1.*

VIII, 22. De Rusticiana cf. ep. II, 27 n. — 1) Cf. ep. II, 27 n. 4. 2) Idem certe in ep. IX, 83 vicedominus Rusticianae appellatur. De familia domus vestrae *scribit noster in ep. XI, 26 et de* exc. v. hominibus vel nobil. neptium vestrarum *in ep. XIII, 26 Rusticianae missis. 3) Cf. Luc. 6, 27 et 35. Matth. 5, 44. 4) Sed cf. ep. IX, 240.*

Decem vero auri libras[o] [5], quas in captivorum redemptione[p] excellentia vestra transmisit, praefato filio meo deferente suscepi. Sed peto, ut superna gratia, quae vobis concessit eas pro animae vestrae mercede tribuere, mihi etiam concedat sine aliquo peccati contagio dispensare, ne, unde vos peccata tergitis, nos[q] inde maculemur[r]. Omnipotens Deus, qui debilitatem corporis vestri et peregrinationem vestram [6] conspicit, de sua semper gratia et dulcissimi[s] filii mei domni Strategii [7] vos vita et salute consoletur, quatenus cum et vobis per longa tempora et sibi ad aeternitatem nutriat vosque cum omni domo[t] vestra et bonis praesentibus repleat et supernam gratiam habere concedat. Gloriosum vero domnum Eudoxium[u] [1] nostra[v] petimus vice salutari[w].

VIII, 23.

Gregorius I papa Fantino defensori mandat, in Agrigentinum territorium se conferat Iudaeorumque christiana sacra suscipere cogitantium consilium confirmet. Qui si diem paschalem expectare noluerint, episcopum moneri iubet, ut paenitentia et abstinentia quadraginta dierum indicta aut die dominico aut magna festivitate eos baptizet. Monasterium S. Stephani in Agrigentino territorio eiusque abbatissam Dominam commendat.

598, Mai.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 23.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 23; G: Lib. VII. ind. I. ep. 24. — Iaffé Reg. 1511 (1144).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Domina[a] abbatissa monasterii sancti Stephani [1], quod in Agrigentino est territorio constitutum, indicante comperimus multos Iudaeorum ad christianam fidem divina gratia inspirante velle converti, sed esse necessarium, ut[b] aliquis illic ex nostro mandato debeat proficisci[2]. Proinde huius tibi auctoritatis tenore praecipimus, ut omni excusatione summota ad praedictum locum pergere et desiderium eorum tuis Deo propitio adhortationibus adiuvare festines. Quibus tamen si longum vel triste videtur sollemnitatem sustinere paschalem et eos nunc ad baptisma festinare cognoscis, ne, quod absit, longa dilatio eorum retro possit animos revocare, cum fratre nostro episcopo loci ipsius loquere, ut paenitentia ac abstinentia quadraginta diebus indicta aut die dominico aut, si celeberrima festivitas fortassis occurrerit, eos omnipotentis Dei misericordia protegente baptizet, quia et temporis qualitas propter eam quae saevit[c] cladem[d] impellit[e], ut desideria eorum nulla debeant[f] dilatione differri [3]. Quoscumque vero ex

o) liber *ϱ 1.* p) *in* redemptionem *corr. R 1.* q) *ex* non *corr. R 1.* r) maculemus *ϱ* 1.* s) duci s̅s̅ *R 1.* t) *ex* modo *corr. R 1.* u) Endoxium *codd. n.;* Eudoxium *recte ed. M.* v) vestra *ϱ* 1. 2. 4.* w) *ϱ* 1. 4 add. in marg.:* ortatio (oratio *ϱ* 4*) Gregorii, ut veniatur alimina sancti Petri.

VIII, 23 in titulo: defeñ *ϱ 1;* defensorem *R 1.* a) Domna *ϱ 1;* Dn̅a̅ *R 1;* Domina *ϱ* 1. 2. 3;* Domnina *ϱ* 4.* b) ut *suprascr., sed erad. R 1.* c) *ita conic. cum cod. Bess. Maur.;* p. eam quęsivit *ϱ 1;* propterea quęsivit *R 1, ϱ* et post* qualitas *erad.* et *R 1.* d) claude *R 1.* e) *ita R 1. ϱ 1. ϱ* 3;* impelli *ϱ* 1. 2, sed unam litt. post* impelli *erad. ϱ* 2.* f) *ex* debeat *corr. R 1.*

5) 10 librae auri = 720 solidi = plus quam 9000 Mark. *6) In montem Sina: cf. ep. IV, 44.* *7) Cf. ep. II, 27 n. 4; ep. XI, 26. XIII, 26.*

VIII, 23. De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. — 1) Rocchus Pirrus in Sicilia sacra I, 695 asserit huius monasterii vestigia etiam suo tempore ad mille p. ab urbe Agrigentina exstitisse. *2) De Iudaeis in Sicilia cf. ep. V, 7 n. 2; II, 38 in.* *3) Cf. Diurn. f. 6:* Synodale quem accipit episcopus: .. sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate et pentecosten noverit esse prebendum, exceptis his qui mortis urguente periculo, ne in eternum pereant, talibus oportet remediis subvenire.

eis pauperes et ad vestem sibi emendam[g] non sufficere posse cognoscis, te eis vestem, quam ad baptisma habeant[4], comparare volumus ac praebere: in quibus pretium quod dederis tuis noveris rationibus imputandum. Si vero sanctum pascha elegerint expectare, item[h] cum episcopo loquere, ut modo quidem cathecumini fiant atque ad eos frequenter accedat geratque sollicitudinem et animos eorum ammonitione[i] suae adhortationis accendat, ut, quanto quae[k] expectatur[l] est[m] longa festivitas, tanto se praeparare[n] et[o] eam desiderio ferventi[p] debeant sustinere.

Praeterea cum omni studio ac diligentia studii tui sit perscrutari, utrum suprascriptum[q] monasterium, cui antedicta Domina[r] praeest, sufficiens sibi sit an necessitatem aliquam patiatur: et quicquid in veritate cognoveris vel quid de his qui baptizari desiderant[s] actum fuerit, nobis suptiliter indicare festina[t].

MENSE IUNIO INDICTIONE I.

VIII, 24.

Gregorius I papa Sabinianum, episcopum Iadertinum, inimicitias Maximi Salonitani fortiter ferre iubet. Anatolii diaconi auxilium promittit. De lapso quodam presbytero, de privilegiis ecclesiae Iadertinae, de Marcello scribit. *598, Iun.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 24.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 24; G: Lib. VII. ind. I. ep. 25. — Iaffé Reg. 1513 (1145).

GREGORIUS SABINIANO EPISCOPO IADERTINO.

Satis, frater[a] carissime, de sinceritate tua laetificor, quod eam sollicita[b] discriptione[c] iudicii et ubi oboediendum[d] est oboedire et ubi resistendum est resistere studio sacerdotali cognosco. Cum quanta namque te devotionis alacritate summiseris his quae ob[e] culpam praeteriti excessus indiximus[f], litterarum tuarum quas per latorem praesentium direxisti pagina reseravit[g]. Nec enim poterat aliter a dilecto fratre suscipi, quam diligenter[h] mandatum est. Unde in omnipotentis Dei miseratione confido, quia ita eius te gratia protegit[i], ut per hoc etiam ab aliis absolutus salubriter paruisse te gaudeas. De hoc vero quod se contristari caritas tua Maximi praevaricatoris et excommunicati aemulatione signavit, turbari non debet, sed decet, ut ad modicum tumentes inaniter fluctus patienter tolerando[k] sustineas et undarum spumas perseverantiae virtute sub-

g) emenda ϱ 1. ϱ* 1. h) idem *codd. n., sed in* item *corr. R 1.* i) ammonitionis ϱ* 1. k) quae *om.* ϱ* 2. 3. l) expectaturus ϱ* 1; expectatura ϱ 1. m) est *om.* ϱ* 2. 3. n) praeparent ϱ* 2. 3. o) ut ϱ* 1. p) fruenti ϱ* 1; ferbenti, *sed* rb *in ras. R 1.* q) *ita R 1.* ϱ 1; s. dictum ϱ*. r) Domnina ϱ 1; Domnica *R 1*; Domina ϱ* 1. 2. s) desiderat ϱ 1. t) ϱ* 1. 4 *add. in marg.:* de baptizandis iudeis — de bapt. his qui in egritudine s̄ — de cathicuminis instruendis.

Mense *cet.:* indictio *R 1.*

VIII, 24 in titulo: Gregorius *om.* ϱ* 1. 4 — Sabiano ϱ* 1. 4 — Iatertino ϱ* 3. a) fr̄ *ex* frm̄ *corr. R 1:* fratrum ϱ 1. b) solliciti, *suprascr. in fine:* a ϱ* 2; sollicita ϱ* 3. — *Verba* satis *usque* solliciti *litt. uncial.* ϱ* 2. 3. c) discriptione ϱ 1. ϱ* 1; descriptione *R 1.* ϱ* 2. 3; discretione *ed. M.* d) oboedium ϱ 1. e) hoc ϱ 1. f) addiximus ϱ 1. g) servavit ϱ* 1; *post rasuram:* avit ϱ* 2, vit ϱ* 3; reseravit *R 1.* ϱ 1, *sed in* ϱ 1 *post* reser *ras. 1 lit.* h) *ita* ϱ*. ϱ 1; diligente, *suprascr.* a *R 1.* i) *in* proteget *corr. R 1.* k) tollerando ϱ* 1.

4) Eiusmodi vestis mentio fit in ep. V, 17 (n. 5): VIII, 1 (n. 3).

VIII, 24. De Sabiniano cf. ep. VII, 17 n.

sternas. Novit enim patientia levigare quod grave est et constantia superare quod saevit. Animos ergo tuos adversitas non deiciat, sed accendat. Audentiorem te vigor in omnibus sacerdotalis ostendat. Nam vere[l] documenta veritatis[m] sunt promptiorem in duris et fortiorem se quemquam in contrariis exhibere. Ut igitur rectitudinis robur a bono deliberationis suae nulla valeat impulsione convelli, mentis gressus in eius[n] petrae soliditate, sicut coepistis[o], dirigite, in qua redemptorem nostrum per totum mundum fundasse nostis ecclesiam, quatenus recta sinceri[p] cordis vestigia in devio itinere non offendant.

Ea vero quae nobis scripsistis vel praesentium lator coram positus[q] explicavit[r] non nos credatis neglegenter omittere, sed de his omnino sollicite cogitamus.

Dilectissimo autem[s] filio nostro Anatolio[t] diacono[1] iam et prius[2] et nunc iterum[3] omnia suptiliter indicavimus hortantes, ut, quicquid ad utilitatem ac quietem caritatis vestrae vel filiorum vestrorum[u] pertinet, creatoris nostri auxilio suffragante augere[v] stricte ac studiose festinet. Et ideo fraternitatem vestram nec maeror afficiat nec inimicitia cuiuslibet affligat. Nam divinitatis gratia opitulante in proximo adesse confidimus, ut et praefati praevaricatoris[w] et excommunicati praesumptio districtius reprimatur[4] et vestra quies, sicut desideratis, adveniat. Excellentissimo quoque filio nostro exarcho, qui nobis eum studet commendare, de pravitate ipsius scribere nequaquam omisimus[5].

Presbyterum vero, de quo nos fraternitas tua latoris praesentium relatione[x] consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere aut revocari posse cognoscas[6]. Circa quem tamen mitius agendum est, propter quod commissum facinus facili dicitur professione confessus.

Praeterea pariter hic portitor quaedam ecclesiae vestrae privilegia a nostris concessa prodecessoribus[y] intimavit[z][7]. De quibus scriptis caritatis vestrae suptilius nos volumus informari vel, si qua ex eis scripta in ecclesiae vestrae scrinio reiacent[a], eorum huc[b] exemplaria transmitti necesse est, ut, quicquid ad honoris vestri reverentiam vel genium[c] praefatae[d] ecclesiae pertinet, libenti animo reparare possimus.

Glorioso autem communi filio domno Marcello[8], si hic venire voluerit, instantius suadete, quia omnino eum videre desidero. Si vero illic stare elegerit[e], ita vos ei in caritate qua[f] convenit exhibete, ut affectui[g] ipsius quem circa vos habet respondere[h], sicut condecet[i], valeatis.

Omnipotens Deus gratiae suae dono vos custodiat[k], protegat et cor vestrum in ea quae ei sunt placita semper accendat[l].

---

l) namque (vere *om.*) *R 1.* m) vereatis *ϱ 1.* n) mei *pro* in eius *ϱ* 1.* o) cepistis *ex* cepisti *corr. R 1.* p) sinceris *ϱ 1. ϱ* 1.* q) positis *ϱ* 1.* r) *in* explicuit *corr. R 1.* s) autem *suprascr. R 1.* t) Anatholio *ϱ* 1. 2.* u) ñrorum *R 1.* v) *ita codd. n., sed in* agere *corr. R 1.* w) predicatoris *ϱ**. x) *hic add. in marg.* Nota *ϱ 1.* y) *ita R 1. ϱ 1;* praedec. *ϱ**. z) *ex* innitavit *corr.* immutavit *R 1.* a) *in* iacent *corr. ϱ* 2.* b) hunc *ϱ* 1; post* u *ras. 1 litt. ϱ 1.* c) gentium *R 1.* d) praefata *ϱ* 1.* e) voluerit *ϱ* 2. 3.* f) *ex* quia *corr. R 1.* g) affectu *R 1. ϱ* 1. 2, sed corr. R 1. ϱ* 2.* h) *ex* responde *corr. R 1.* i) concedet *ϱ 1.* k) custodia *ϱ 1. ϱ* 1.* l) accendant *ϱ 1;* accedat *in* accendat *corr. ϱ* 4.*

1) De Anatolio, responsali Constantinopoli, cf. ep. VII, 28 n. 6. 2) Cf. ep. VIII, 11. 3) Haec epistula in nostra collectione desideratur. 4) Cf. VIII, 36. 5) Etiam haec epistula deperdita est. — Cf. ep. V, 6 p. 286 n. 2. 6) Cf. ep. V, 18 p. 299 n. 1. Adde ep. IV, 26. 7) Quaenam haec privilegia fuerint, nescio; fortasse Sabinianus pallium a papa petiit, quod Maximo Salonitano nondum concessum erat. 8) De Marcello vel Marcellino, scholastico vel iam proconsule Dalmatiae, cf. ep. III, 22 n. 7; IV, 38 n.; IX, 158. 237 et C. I. L. III, suppl. nº 9527 (Bull. Dalm. XIII (1890) p. 49).

VIII, 25.

Gregorius I papa Victorem, episcopum Panormitanum, motus petitione Hebraeorum, qui Romae habitant, hortatur, ne Iudaeos Panormi degentes iniuriis affici patiatur utque iudices electi litem aut componant aut ad se deferant. 598, Iun.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 25.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 25; G: Lib. VII. ind. I. ep. 26. — Iaffé Reg. 1514 (1146).

GREGORIUS VICTORI EPISCOPO PANORMITANO.

Sicut Iudaeis non debet esse licentia quicquam in synagogis suis ultra quam permissum est lege [1] praesumere, ita in his quae eis concessa sunt nullum debent praeiudicium sustinere. Quae autem nobis in hac urbe Roma habitantes Hebraei [2] pro his qui Panormi degunt conquesti sunt, data vos ab eis petitio [a], quae in subditis tenetur, informat [3]. Si igitur querimonia eorum veritate fulcitur, oportet, ut fraternitas [b] vestra legis serie diligenter inspecta ita eis, quicquid hac de re decretum est, custodire debeat ac servare, ut nec ipsa aliquid iniustum facere nec illi pati praeiudicium videantur. Si vero est aliquid, quod ad restituendum ea quae sunt postulata rationabiliter possit obsistere, iudices a partibus eligantur, qui ea quae aequitati conveniunt valeant definire [3]. Quod si forte illic [c] contentio ipsa finiri [d] nequiverit, ad nos venire [e] causam necesse est, quatenus sine vestra invidia [f] quae amica iustitiae visa fuerint decernantur [g]. Quousque ergo causa ipsa finem accipiat, a consecratione locorum quae ablata dicuntur fraternitas se vestra suspendat.

VIII, 26.

Gregorius I papa Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Pantaleoni, notario suo, in negotiis suis occupato ad colligenda vasa sacra per clericos Italos in Sicilia vendita tempus concedat. 598, Iun.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 26.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 26; G: Lib. VII. ind. I. ep. 27. — Iaffé Reg. 1515 (1147).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Quia pervenit ad nos, quod quidam ex Italiae ecclesiis [a] clerici [b] vasa sacra in Sicilia venumdarent, idcirco Pantaleonem notarium [c] [1] nostrum direximus [d], ut eadem vasa sollicita investigatione requireret. Qui [e] postquam in vestrae sanctitatis est obse-

VIII, 25. a) pretio *ϱ* 1.* b) paternitas *R 1. ϱ 1.* c) illi *ϱ* 1.* d) finire *ϱ* 1.* e) veniret *ϱ** 1. f) vestrae invidiae *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2. Ita etiam Vat. D, qui add.* scrupulo *et Vat. F, qui* peste *pro* vestrae *exhibet, sec. ed. M.* g) *ex* fuerit decernuntur *corr. R 1.*

VIII, 26: tot. tit. in ras. ϱ 1. 4* — Siracusano *codd. n.* a) *ita ϱ 1;* ecclesię *R 1. ϱ* 1;* ecclesia *ϱ** 2. 3. b) cli *ϱ 1;* clerici *in* clericis *corr. R 1.* c) notarium *om. R* 1.* d) dixerimus *ϱ 1.* e) quem *ϱ*. ϱ 1.*

VIII, 25 una certe cum seq. ep. transmissa. — De Victore cf. ep. I, 70 n. 4. III, 27 n. 1. 1) Cf. e. g. Nov. Iust. 146; Cassiod. Var. II, 27. 2) Iudaeorum colonia Romae commemoratur apud Cassiodor. Var. III, 45. IV, 43. 3) De hac causa cf. ep. IX, 38.

VIII, 26. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. 1) De Pantaleone cf. ep. III, 40 n.; eidem missae sunt ep. IX, 19 (de eadem causa). XIII, 37. Ecclesiae nonnullae Italiae meridionalis ob Langobardorum incursionem desertae erant: cf. ep. VII, 35 et VII, 23 p. 467 n. 5.

quio occupatus, eandem causam eum cognovimus neglexisse. Oportet ergo[f], ut fraternitas vestra congrua[g] debeat sollicitudine providere et tempore, quo[g] utile esse crediderit, eum ad peragenda ea ipsa debeat relaxare, quatenus et ipsa de illo[h] possit habere solacium et ipse salubriter valeat quae sibi sunt mandata Deo adiuvante peragere, quia necesse est, ut indictione subsequenti huc veniat[2] et suptiliter nos coram positus de cunctis[i] informet.

VIII, 27.

Gregorius I papa Iohannem, episcopum Syracusanum, quo iure diaconi Catanenses campagis calceati procedant, exquirere iubet. 598, *Iun.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 27.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 27; G: Lib. VII. ind. I. ep. 28 — Iaffé Reg. 1516 (1118).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Ecclesiastici[a] vigoris ordo confunditur, si aut temere inlicita praesumantur aut impune non concessa temptantur[b]. Pervenit itaque ad nos diaconos ecclesiae Catenensis calciatos campagis[c 1] procedere praesumpsisse: quod quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit nisi solis tantum modo diaconibus ecclesiae Messanensis[d], quibus olim a praedecessoribus[e] nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tantae[f] temeritatis ausus non est leviter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra suptilitate perquirat et, si ita, sicut ad nos pervenit, invenerit verum esse[g] vel alicuius hoc auctoritate praesumpserit[h], nobis suptiliter innotescat, ut cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si neglegenter ea quae male usurpantur omittimus, excessus viam aliis aperimus[i].

MENSE IULIO INDICTIONE I.

VIII, 28.

Gregorius I papa Eulogio, episcopo Alexandrino, gesta martyrum ab Eusebio Caesariensi collecta se neque cognovisse neque quaerentem in archivo et bibliotheca invenisse respondet; se uti collectione nominum martyrum secundum singulos dies digestorum. De lignis Alexandriam missis et de „benedictione S. Marci" scribit. 598, *Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 28.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 29; G: Lib. VII. ind. I. ep. 29. — Iaffé Reg. 1517 (1149).

f) ergo *om.* ϱ*. ϱ *1.* g) *verba* congrua *usque* quo *om.* ϱ *1.* h) illa de ipso ϱ* *1.* i) omnibus *R* 1.*

VIII, 27: totus tit. in ras. ϱ* *1* — Siracusano *codd. n.* a) ecclesiasticis ϱ* *1.* b) *ita* ϱ *1.* ϱ* *1. 2;* temnantur *R 1.* c) *in* campanis *corr.* ϱ* *2.* d) Missanensis ϱ *1.* ϱ* *1. 2.* e) prodecessoribus ϱ *1.* ϱ* *1.* f) tanta ϱ* *1.* g) *ita R 1;* utrum a se ϱ *1.* ϱ*. h) *ita R 1.* ϱ *1:* presumpserint ϱ*. i) de praesumptis vestibus non concessis *in marg.* ϱ* *1. 4.*

Mense *cet. om. R* 1* — I *om.* ϱ* *1. 4.*

2) Cf. ep. IX, 112.

VIII, 27 una certe cum ep. praeced. transmissa. 1) campagus *genus calceamenti, quo diaconi Romanae ecclesiae utebantur; cf. Ducange h. v.*

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

Utilis semper est docti viri allocutio, quia aut discit audiens quod nescire se[a] noverat aut cognoscit, quod est amplius, id quod se et nescisse nesciebat. Qua in re ex audientium[b] numero ego nunc[c] factus sum, cui[d] sanctissima vestra beatitudo scribere studuit, ut cunctorum martyrum gesta, quae piae memoriae Constantini temporibus ab Eusebio Caesariense collecta[e] sunt, transmittere debeamus. Sed haec neque si sic[f] collecta sint neque si sint, ante vestrae beatitudinis scripta cognovi[g]. Ago ergo[h] gratias, quia sanctissimae doctrinae vestrae scriptis eruditus coepi scire quod nesciebam. Praeter illa enim quae in eiusdem Eusebii libris de gestis sanctorum martyrum continentur[1] nulla in archivo[i] huius nostrae ecclesiae vel in Romanae urbis bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quaedam in unius codicis volumine collecta. Nos autem paene omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno codice nomina habemus atque cotidianis diebus in eorum veneratione missarum[k] sollemnia agimus. Non tamen in eodem volumine, quis qualiter sit passus, indicatur, sed tantum modo nomen, locus et dies passionis ponitur[2]. Unde fit, ut multi[l] ex diversis terris atque provinciis per dies, ut praedixi, singulos cognoscantur martyrio coronati. Sed haec habere vos beatissimos credimus. Ea vero quae transmitti voluistis quaerentes quidem non invenimus, sed adhuc non invenientes quaerimus et, si potuerint inveniri, transmittimus[m].

De lignis autem quod scribitis, quia brevia fuerint[n], navis per quam transmissa sunt qualitas fecit, quia[o], si maior navis venisset, potuimus ligna etiam maiora transmittere[3]. Quod autem dicitis, quia, si maiora transmittimus[p], pretium datis[q], largitati quidem gratias agimus, sed accipere pretium evangelio interdicente prohibemur. Nos enim ea quae transmittimus ligna non emimus[4], et quomodo possumus pretium accipere, cum scriptum sit: 'Gratis accepistis, gratis date?' Nunc ergo iuxta modum navis per Matth. 10, 8.
nauclerium[r] parva ligna transmisimus[s], quorum notitia subter adnexa est. Sequenti vero anno, si omnipotenti Deo[t] placuerit, maiora praeparamus[5].

Benedictionem[6] autem sancti Marci evangelistae, immo quod est verius, sancti Petri apostoli[7] in ea dulcedine qua est[u] transmissa suscepimus et salutationis alloquium persolventes petimus, ut beatitudo vestra pro nobis orare dignetur, quatenus et a malis praesentibus mereamur citius eripi et a futuris gaudiis non excludi.

VIII, 28 in titulo: ita R 1. ϱ 1; Alexan̄ *abbrev. ϱ* 1. 4;* Alexandriae *ϱ* 2. 3.* a) se se *R 1; in marg. add.* Nota *ϱ 1.* b) audientum *ϱ 1;* audiendum *ϱ* 1.* c) non *ϱ* 1.* d) cum *ϱ* 1.* e) collata *R 1.* f) *ita R 1; deest* sic *in ϱ 1. ϱ* 1; Maur.:* non *pro* sic *cum Vat. B. F.* g) cognovimus *R 1.* h) *ex* ego *corr. R 1.* i) archibo *codd. n., sed corr. ϱ* 2.* k) *om.* veneratione missarum *R 1.* l) multis *ϱ* 1.* m) *ita ϱ* 1. 2. R 1, sed corr. ϱ* 2 in* transmittemus *(ita ϱ 1).* n) fuerit *ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* o) qua *ϱ* 1.* p) si maiora transmittimus *om. R 1.* q) *ita ϱ*. ϱ 1;* dabitis *R 1.* r) *in* nauclerum *corr. ϱ* 2.* s) transmittimus *ϱ* 1.* t) deo *om. ϱ* 1.* u) quae *(pro* qua est*) ϱ* 1.*

VIII, 28: cf. ep. sequentem. — De Eulogio cf. ep. V, 41 n. 1) Praeter historiam ecclesiasticam et librum Eusebii de martyribus Palaestinae (Migne XX c. 1457 ss.) exstant fragmenta cuiusdam τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγῆς (ib. c. 1519 ss.). Eusebius in h. e. IV, 15 scribit de τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτυρίοις. 2) Ad hunc locum cf. Duchesne, ét. sur le lib. pontificalis p. 192 et Gelasii decretum de recipiendis et non recipiendis libris III. c. 4 (Thiel l. l. p. 458); constat Romanam ecclesiam acta martyrum non eadem, qua aliae, diligentia conscripsisse et collegisse. 3) Eadem scripserat noster in ep. VI, 58 in fine; sed cum ep. VII, 37 ligna non misit. 4) Nam ex patrimoniis, ut videtur, transportabantur. 5) Cf. ep. IX, 175; ep. X, 21. 6) De hoc verbo cf. ep. VI, 58 n. 5. 7) De sede S. Petri Alexandrina cf. ep. VI, 58 p. 432 n. 2; VII, 37 p. 486 n. 1.

VIII, 29.

Gregorius I papa Eulogio, episcopo Alexandrino, de valetudine queritur; de haereticorum Alexandrinorum conversione gaudet. Narrat Augustinum, monasterii sui monachum, a Germaniarum episcopis episcopum consecratum Anglorum gentis plus quam decem milia in sollemnitate Dominicae nativitatis primae indictionis baptizasse. De Eudoxio haeretico se ab eo informatum esse gratias agit. De erroribus ecclesiae Constantinopolitanae sententiam eius laudat. Reprehendit eum, quod in epistula ad sese missa verbis: „sicut iussistis" et appellatione „universalis" usus sit, quamquam haec appellatio a Chalcedonensi synodo pontifici Romano oblata sit. *598, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 29.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 30; G: Lib. VII. ind. I. ep. 30. — Iaffé Reg. 1518 (1150).

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

Communis filius praesentium lator sanctitatis vestrae scripta deferens aegrum me repperit, aegrum reliquit [1]; qua ex re contigit, ut ad largum vestrae beatitudinis fontem brevis epistolae meae vix parva potuisset aqua resudare. Superni autem muneris fuit, ut in dolore corporis positus suavissimae sanctitatis vestrae scripta susciperem [a], quae me de doctrina Alexandrinae ecclesiae, de conversione [b] hereticorum [2], de concordia fidelium sublimiter laetificaret, quatenus ipsa mentis laetitia immanitatem mihi molestiae temperaret. Et quidem de bonis vestris nova semper exultatione gaudemus, sed tamen ita vos perfecte agere nova esse nullo modo deputamus. Quod enim crescit sanctae ecclesiae populus, quod ad caeleste horreum spiritales segetes multiplicantur, hoc de omnipotentis Dei gratia, quae in beatissimis vobis large influit, numquam habuimus incertum. Gratias itaque omnipotenti Domino solvimus, quia impletum videmus in
Prov. 14, 4. vobis esse quod scriptum est: 'Ubi plurimae segetes, ibi manifesta fortitudo boum'. Si enim bos fortis aratrum linguae in terra cordis audientium non traxisset [c], tanta fidelium seges minime surrexisset [d].

Sed quoniam in bonis quae agitis [e] scitur [f], quod et aliis congaudetis, vestrae vobis gratiae vicem reddo [g] et non dissimilia [h] nuntio, quia, dum gens Anglorum in mundi angulo posita in cultu lignorum ac lapidum [3] perfida nunc usque remaneret, ex vestrae mihi orationis adiutorio placuit, ut ad eam [i] monasterii mei [k] monachum in praedicatione transmittere Deo auctore debuissem. Qui data a me licentia a Germaniarum episcopis episcopus factus [4] cum eorum quoque solaciis ad praedictam gentem in finem mundi perductus est, et iam nunc de eius salute et opere ad nos scripta pervenerunt, quia

VIII, 29 in titulo add. ubi memorat in sc̄a Calcedonense synodum papa Romanum universalem oblatum *ϱ 1. ϱ* 1. 2. 4, sed post* Calcedonense *corr. in* synodo papae Romano universale nomen *ϱ* 2, et ita ϱ* 3;* ubi memorat in sc̄a Calcidonensi synodo papam Romanum universalem appellatum *R* 1;* u. m. i. s. C. synodo universalem oblatam *Bess. (sec. ed. V.)* a) suscipere *ϱ 1.* b) eccl., de convers. *om. ϱ* 2. 3;* conversatione *pro* conversione *R 1.* c) contraxisset (non *suprascr.*) *R 1.* d) *om. verba* tanta *usque* surrexisset *R 1, sed in marg. add.:* tot animarum segetes non apparerent. e) *om. verba* sed *usque* agitis *ϱ* 2. 3.* f) *ita ϱ* 1; R 1 corr.* scit *in* scio, *ϱ 1 in* sit, *ϱ* 2 corr.* scio *in* sciens, *quem ϱ* 3 sequitur.* g) *R 1:* viceret d *(sequitur rasura duarum litterarum), quod corr. in* vice reddo. h) dissilia *ϱ* 1.* i) eum *R 1. ϱ* 1, sed corr. R 1.* k) mon̄ mei *postea add. R 1.*

VIII, 29: cf. ep. praecedentem. — 1) De Gregorii valetudine cf. ep. X, 14. 2) De eadem re scribit noster in ep. VII, 37. An iam de Agnoitis agitur? cf. ep. X, 14. 21. 3) Cf. ep. VIII, 4 p. 7 n. 4. Mone, Gesch. d. Heidenth. § 86. 4) De Augustino cf. ep. VI, 49 n. 3. Adde Moral. in Iob. XXVII c. 11 (6). Ioh. diac. II, 36 ex Bedae h. eccl. I, 27: A. venit Arelas et ab archiepiscopo eiusdem civitatis Aetherio, iuxta quod iussa s. patris Gregorii acceperat, archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est; *sed nota tunc Virgilium episcopum Arelatensem fuisse. Adde* interrogationem Augustini IX *(I-E. 1843).*

tantis miraculis vel ipse vel hi qui cum eo transmissi sunt in gente eadem coruscant, ut apostolorum virtutes in signis quae exhibent imitari videantur. In sollemnitate autem Dominicae nativitatis, quae hac prima indictione transacta est, plus quam decem milia Angli ab eodem nuntiati sunt fratre et coepiscopo nostro baptizati. Quod idcirco narravi, ut cognoscatis, quid in Alexandrino populo loquendo et quid in mundi finibus agitis orando. Vestrae enim orationes sunt in eo loco ubi non estis, quorum operationes sanctae monstrantur in eo loco ubi estis.

Praeterea de Eudoxii[l] heretici[m] persona,[5] de cuius errore in latina lingua nil repperi, mihi a vestra[n] beatitudine largissime gaudeo satisfactum[o]. Virorum quippe fortissimorum Basilii, Gregorii atque Epiphanii testimonia protulistis, et manifeste peremptum cognoscimus eum in quo heroes[p] nostri tot iacula dederunt.

De his vero erroribus qui nunc in Constantinopolitana ecclesia probantur exorti[q] doctissime omnia, et ut iudicium tantae sedis proferri decuit, respondistis[6]. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, quia[r] adhuc arcae Dei insunt tabulae testamenti[7]. Quid est enim sacerdotale cor, nisi arca testamenti, in qua, quia spiritalis doctrina viget, procul dubio tabulae legis iacent.

Indicare quoque vestra beatitudo studuit iam se quibusdam non[s] scribere superba vocabula, quae ex vanitatis radice prodierunt, et mihi loquitur dicens 'sicut iussistis'. Quod verbum iussionis, peto, a meo auditu[t] removete, quia scio, qui sum, qui estis: loco enim mihi fratres estis, moribus patres. Non ergo iussi, sed quae utilia visa sunt indicare curavi. Non tamen invenio vestram beatitudinem hoc ipsum quod memoriae vestrae intuli perfecte tenere voluisse. Nam dixi nec mihi vos nec cuiquam alteri tale aliquid scribere debere[u], et ecce in praefatione epistolae, quam ad me ipsum qui prohibui direxistis[v], superbae appellationis[w] verbum universalem me papam dicentes imprimere curastis. Quod, peto, dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur quod alteri plus, quam ratio exigit, praebetur. Ego enim non verbis quaero prosperari, sed moribus. Nec honorem[x] esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est honor universalis ecclesiae. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego[y] vere[z] honoratus sum[a], cum singulis quibusque honor debitus[b] non negatur. Si enim universalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur universum. Sed absit hoc. Recedant verba[c] quae vanitatem inflant, caritatem vulnerant.

Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo atque post a subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc umquam vocabulo voluit, ut, dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum[8].

Proinde debitum salutationis alloquium solvens peto, ut in sanctis orationibus vestris mei memores esse dignemini, quatenus a peccatorum meorum nexibus, quia meis meritis non[d] valeo[e], vestris intercessionibus absolvar[f].

---

l) de indo. XII. *ϱ 1. ϱ* 1;* Ennoxii *in* Endoxii *corr. ϱ* 2;* Eudoxii *R 1. ϱ* 3.* m) heretica *ϱ* 1.* n) *ex* aurem *corr. R 1.* o) satisfactis *ϱ* 1.* p) eroes, *in marg.* heroes *R 1;* erotes *ϱ 1;* errores *ϱ* 1.* q) ex hortis *ϱ* 1.* r) qui *ϱ 1.* s) quibus, *ras. 3 litt., om.* non *R 1.* t) *R 1 corr.* peto auditu *in:* peto ab auditu meo; *ϱ* 1:* p. a meo auditui. u) tenere *ϱ* 1.* v) dum rexistis *in* direxistis *corr. R 1.* w) super appellationis *in* superstitionis *corr. R 1; ita et Vatic. B sec. cd. M.* x) *in marg. add.* Nota *ϱ 1.* y) ergo *ϱ 1.* z) vero *ϱ* 1.* a) *R 1 om.* sum, *quod post. add.* b) *ex* debitis *corr. R 1.* c) *ex* vera *corr. R 1.* d) *verba* quia *usque* non *om. R 1.* e) *in* valeam *corr. R 1.* f) *in* absolvi *corr. R 1.* — *ϱ* 1. 4 add. in marg.:* de consecratione Agustini — de universali papa.

5) De Eudoxio cf. ep. VII, 5 p. 448 n. 2; VII, 31 n. 4. 6) Cf. ep. VII, 31. 7) Cf. Hebr. 9, 4. 8) De hac fabula cf. ep. V, 37 p. 322 n. 3.

VIII, 30.

Gregorius I papa Secundino, episcopo Tauromenitano, mandat, ut monasterium monasterio Castelliensi adiunctum ordinet, ne in laici cuiusquam potestatem deveniat.
598, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 30.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 31; G: Lib. VII. ind. I. ep. 31. — Iaffé Reg. 1519 (1151).

GREGORIUS SECUNDINO EPISCOPO TAUROMENITANO.

Querimoniam[a] monachorum monasterii Castelliensis[b] [1] oblata ab eis[c] petitio[d], quae tenetur in subditis, patefecit. Proinde fraternitas vestra haec[e] quae asserunt sollicita perscrutari cura studeat et, si ea invenerit veritate subsistere, tuitionem illis impendat[f] et monasterium[g], quod monasterio eorum unitum[h] est[2], secundum consuetudinem deputatis de congregatione eorum illic monachis, praevideat[i] ordinari, quia rationis ordo non patitur, ut monasterium ipsum, et maxime contra voluntatem fundatorum, ab eorum dispositione ad arbitrium suum praesertim laica persona subducat aut aliquod[k] sibi in id ius[l] debeat vindicare.

VIII, 31.

Gregorius I papa Dominici, episcopi Carthaginiensis, erga se studium laudat.
598, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 31.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 33; G: Lib. VII. ind. I. ep. 33. — Iaffé Reg. 1520 (1152).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO CARTHAGINENSI.

Scripta sanctitatis vestrae quae latore praesentium deferente[a] suscepimus ita sacerdotalem modestiam loquebantur, ut auctoris sui corporalem nobis quodam modo praesentiam blandirentur. Nec enim sermo rarus aliquid officit, ubi manet animis[b] continuus dilectionis[c] affectus. Magna autem caritatis virtus est, dilecte frater, quae sinceritatis suae vinculo alterna mutuo affectu corda constringit et ea a gratiae non sinit[d] compage dissolvi[e], disiuncta coniungit, unita custodit et ignotos sibi imagine reddit cognitos per amorem. Quisquis igitur in huius cardinem mentem figit[f], cum[g] de supernae patriae habitaculo cuiuslibet adversitatis impulsio non evellit, quoniam, quocumque se verterit, a mandatorum limine non excedit. Unde et in eiusdem caritatis laude per

VIII, 30 in titulo: Tauromenia *ϱ* 1. 4;* Taurom̄ *cet. codd. n.* a) querimonia *codd. n.* b) Scatelensis *ϱ* 1.* c) *in* ei *corr. R 1;* eius *ϱ 1.* d) *post* petitio *ras., om.* quae *R 1;* petitione *ϱ* 1.* e) in *add., sed erad. R 1.* f) impertiat *in ras. R 1.* g) monachi *ϱ* 2. 3.* h) munitum *ϱ* 1.* i) *in* provideant *corr. ϱ* 2.* k) *ita R 1;* aut aliquid *bis ϱ* 1;* aliquod aut aliquod *ϱ* 4;* aut aliquis *ϱ* 2. 3.* l) in cuius *ϱ* 1.*

VIII, 31: capitulo XXXI *ϱ* 1. 2* — Cartaginense *R 1;* Charthaginensi *ϱ 1;* Cartaginensi *ϱ* 1;* Cartaginensis *ϱ* 4.* a) deferentes *ϱ* 1.* b) *ita R 1. ϱ* 2;* animi *ϱ 1;* animus *ϱ* 1.* c) dilectationis *ϱ* 1;* delectationis *ϱ* 2. 3.* — *Hic fere in marg. add.* Nota *ϱ 1.* d) desinit *ϱ* 1.* e) cum age dissolvit *ϱ* 1.* f) fugit, *sed* u *erad. R 1.* g) cum *ϱ 1.*

VIII, 30. De Secundino cf. ep. I, 71 n. 1. 1) Hoc monasterium a Cassiodoro conditum in civitate Squillacio situm erat: cf. ep. VIII, 32. Aut Vivariense ob vivaria aut Castelliense ob montem Castelli appellatur et a Cassiodoro describitur in libro de instit. divin. litterar. c. 29. — 2) Fortasse hoc monasterium in dioecesi Tauromenitana situm erat. De unitis monasteriis cf. ep. X, 18; XI, 54; XIII, 4. Wisbaum l. l. p. 34.

egregium praedicatorem dicitur: 'Quae[h] est vinculum perfectionis'. Quantae itaque sit Col. 3, 14. laudis, aspicimus, quae perfectionem non solum in mente[i] generat, sed etiam ligat. Quia ergo[k] huius virtutis igne succensum tuarum te prodidit[l] locutio litterarum, uberi in Domino exultatione laetificor atque opto, ut haec in te magis magisque resplendeat, quia lux gregis est flamma pastoris. Decet enim, decet Dominicum sacerdotem moribus et vita clarescere, quatenus in eo tamquam in[m] vitae suae speculo plebs commissa et eligere, quod sequatur, et videre possit, quod corrigat.

Scientes praeterea, unde in Africanis partibus sumpserit ordinatio sacerdotalis exordium [1], laudabiliter agitis, quod sedem apostolicam diligendo ad officii vestri originem prudenti recordatione recurritis et probabili in eius affectu constantia permanetis. Certum quippe est, quia vestro honori additis, quicquid ei reverentiae ac devotionis sacerdotaliter exhibetis, quia per hoc, ut vicaria erga vos dilectione astringi debeat, invitatis.

Quod superest, carissime fratrum[n], omnipotentem Dominum adsidua oratione poscamus, quatenus cordis nostri gressus in veritatis suae tramitem dirigat et, ut ad caelestia regna perducat, nominis officium protectionis suae gratia operibus nos exhibere concedat.

MENSE AUGUSTO INDICTIONE I.

VIII, 32.

Gregorius I papa Iohanni, episcopo Scyllacensi, privilegia monasterii Castelliensis valde commendat; monachis quae „sub exenii quasi specie" abstulerit, reddi iubet; mandat, ut curet, ut eis solaticum ab habitatoribus castri Scyllacii praebeatur. 598, *Aug.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 32.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 34; G: Lib. VII. ind. I. ep. 34. — Iaffé Reg. 1521 (1154).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SCILLITANO.

Grave nimis et contra sacerdotale constat esse propositum[a] velle[b] cuiusquam monasterii[c] privilegia[d] olim indulta confundere et ad inritum quae sunt pro quiete disposita niti deducere. Questi itaque nobis sunt monachi monasterii[e] Castelliensis[f 1], quod in fraternitatis vestrae civitate est constitutum, quia eidem[g] monasterio[h] quaedam contra[i] ea quae a[k] prodecessoribus[l] vestris[m] permissa[n] ac[o] consuetudine longa servata

h) quod *ϱ 1.* i) mentem *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* k) *ita R 1;* igitur *cet.* l) prodiit *R 1. ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed in* prodidit *corr. R 1. ϱ* 2.* m) in *om. ϱ* 1. 2.* n) *ita ϱ 1:* frm̄ *R 1;* fratrem *ϱ* 1.*

VIII, 32 in titulo: Scyllitano *ϱ 1* — Item de privilegiis monasteriorum beatus Gregorius ad Ihum̄ ep̄m Sillitanum *R 4.* a) prepositum *R 1.* b) vel *ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* c) cuiquam monasterio *R 4;* cuiusquam monasterium *ϱ* 1.* d) privilegio *ϱ*. ϱ 1.* e) monasterii *om. ϱ*. ϱ 1.* f) Casteliensis *R 4.* g) *ex* eadem *corr. R 1;* isdem *R 4.* h) monachis *R 4.* i) contra *om. R 4.* k) (q)ue a *om., sed post. add. R 1;* a *om. ϱ 1. ϱ* 1.* l) praedec. *R 4 et ex* prodec. *corr. ϱ* 2.* m) nr̄is *R 1.* n) promissa *ϱ 1. R 1, sed corr. R 1.* o) a *in* ae *corr. R 1;* a *ϱ 1. ϱ* 1;* ac *om. R 4.*

VIII, 31. De Dominico cf. ep. II, 52 n. 1) *F. Muenter, primordia eccl. Africanae (1829) c. 4. contendit Africanam ecclesiam Romanam matrem habuisse vel certe veteres patres hanc ei originem vindicasse. Ex locis ab eo allatis nota ep. Innocentii papae I-K. 311 (Coustant I p. 856) et nostri ep. I, 75.*

VIII, 32. De Iohanne cf. ep. II, 37 n. 1) *Cf. ep. VIII 30 n. 1.*

sunt, festinetis inducere et antiquam ordinationem[p] quadam praeiudicii novitate turbare. Proinde his fraternitatem vestram hortamur affatibus, ut, si ita est, ab eius se molestia[q] sine aliqua excusatione contineat[r] et, quae ei[s] sunt diutius custodita, nullius occasionis temptet usurpatione convellere, sed cuncta inlibate et sine aliqua studeat refragatione servare et plus sibi in eodem monasterio, quam prodecessoribus[t] suis licuit, noverit non licere[2].

Quia vero pariter[u] questi sunt fraternitatem tuam quaedam de monasterio sub exenii[v 3] quasi specie abstulisse, necesse est[w], si quid[x] te indecenter recolis accepisse, sine[y] dilatione restituas, ne avaritiae[z] graviter culpa redarguat, quem largum erga monasterium[a] sacerdotalis debuerat magis munificentia[b] demonstrare. Servatis itaque omnibus, quae a tuis, sicut diximus, prodecessoribus[t] permissa[c] sunt ac servata[d], curae tuae sit circa actus ac[e] vitam consistentium illic monachorum vigilantem existere et, si quempiam illic prave conversari aut in aliquam inmunditiae, quod absit, culpam inveneris[f], districta[g] ac regulari emendatione corrigere. Nam sicut ab his quae incongrue usurpantur fraternitatem vestram volumus abstinere, ita[h] in his quae ad disciplinae rectitudinem vel animarum custodiam pertinent[i] esse sollicitam modis omnibus ammonemus[k].

Indicaverunt etiam praedicti monasterii monachi castrum[l] quod Scillacium[m] dicitur[4] in solo iuris monasterii eorum esse fundatum[5] atque ob hoc habitantes illic factis libellis[6] solaticum[n 7] singulis annis expondisse[o] persolvere, sed postea contempsisse et ab eadem se praestatione supervacue suspendisse. Fraternitas ergo vestra suptiliter veritatem curet addiscere et, si ita reppererit[p], instanter studeat, ut ea quae promiserunt, quia et ratio exigit, praebere non differant, quatenus et illi[q] quiete quod tenent possideant et monasterii iura praeiudicium non incurrant.

Praeterea questi nobis sunt praedicti monasterii monachi abbatem suum terram intra Scillacinum[r] castrum, quae in sexcentos pedes extenditur, sub praetextu fabricandae[s] ecclesiae fraternitati tuae donationis titulo concessisse; et ideo volumus quantum parietes possunt aedificatae ecclesiae circumdare iuri[t] ecclesiae vindicari. Quicquid vero extra parietes eiusdem ecclesiae esse potuerit, in iure monasterii sine difficultate

p) antiquum (u *in ras.*) ordinem ϱ *1.* q) sermolestia ϱ* *1.* r) continere *R 4.* s) eis ϱ *1; illis R 4.* t) praedec. ϱ*. u) pariter *om. R 1.* v) encenii *in ras., in marg.:* exenio *(ita* ϱ* *3)* ϱ* *2.* w) ut *add.* ϱ *1.* ϱ* *1.* x) qui ϱ* *1.* y) aliqua *add. R 4.* z) avaritia ϱ* *1.* a) *ita* ϱ *1. R 4;* mon̄, *post add.* un *R 1;* monasteria ϱ*. b) *ex* magnificentia *corr. R 1.* c) promissa ϱ *1.* ϱ* *1. R 1, sed in* permissa *corr. R 1.* d) ac servata *erad. et suprascr.* de cetero *R 1.* e) et *R 4.* f) *in* aliqua — culpa *corr. R 1.* ϱ* *2;* invenerit *R 4.* g) districtę ϱ* *1. 2.* h) ut *add. R 1.* i) pertinet ϱ*. ϱ *1. R 4;* esse *om. R 4.* k) *cetera desunt in R 4.* l) castro ϱ*. m) Scyllacium ϱ *1.* ϱ* *2. 3;* Scyllatium ϱ* *1.* n) *ita* ϱ *1.* ϱ* *1 et* (cum *in ras.*) *R 1;* solatium ϱ* *2. 3.* o) spondisse ϱ* *2. 3.* p) repperit ϱ *1.* q) illic ϱ *1.* r) Scyllacinum ϱ *1.* ϱ* *1 et* (*ex* Scyllinum) ϱ* *2;* Scillacinum *R 1.* s) fibricande ϱ* *1.* t) in *pro* iuri ϱ* *1.*

2) De monasteriorum privilegiis cf. ep. V, 47. 49. VIII, 17. *3) De exenio cf. ep. V, 16 n. 8. Marini, pap. dipl. nº. 137 et notas.* *4) Nota aliud esse castrum aliud civitatem Scillacium; de civitate scribit Cassiodorus Var. XII, 15:* quia modo non habet muros, civitatem credis ruralem, villam iudicare possis urbanam. *Castrum, cum Cass. scripsit, nondum exstructum erat.* *5) Dubitari non potest quin hae terrae monasterio Castelliensi propriae fuerint. Cf. Grisar l. l. p. 335 ss. Wisbaum l. l. p. 4. Equidem crediderim* habitantes, *qui hic commemorantur,* milites *fuisse (cf. ep. IX, 205 s.) castraque tunc ob Langobardorum invasionem in Italia condita esse. Cf. librum meum Untersuchungen etc. p. 59 ss. 156; ep. VIII, 19 n. 3.* *6) Libellus est petitio conducentis: cf. C. I. XI, 66, 2. Postea ei praesertim contractus ita appellabantur, quibus praedia in annos 29 locabantur: cf. Codicem Bavarum* (cod. tradit. eccl. Ravenn. *ed. Bernhart) et diplomata a Fantuzzi collecta passim. Adde ep. II, 3 n. 2. IX, 194.* *7) Idem certe quod terraticum in codice Bavaro. Cf. ep. V, 57a p. 364 n. 7 et D. 43, 8, 2, 17:* vectigal enim hoc sic appellatur solarium ex eo, quod pro solo pendatur *et Ducange s. v. solagium.*

aliqua revertatur, quia nec mundanarum legum nec sacrorum canonum statuta permittunt res monasterii de iure eius quolibet titulo segregari[8]. Eapropter[u] donationem eiusdem terrae, quae contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restitue[v].

VIII, 33.

Gregorius I papa Leontio exconsuli, qui oleum sanctae crucis et aloes lignum miserit, gratias agit beatique Petri et clavem sepulcralem et catenarum partem muneri dat.

598. Aug.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 33.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 35; G: Lib. VII. ind. I. ep. 35. — Jaffé Reg. 1522 (1155).

GREGORIUS LEONTIO EXCONSULI.

Quia in magna domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et 2. Tim. 2. 20.
fictilia et quaedam quidem in honore, quaedam autem[a] in contumelia, quis ignoret, quod in universae ecclesiae sinum et alii velut vasa contumeliae rebus deputantur infimis, alii vero honoris vasa rebus aptantur[b] mundis? Et tamen plerumque contingit, ut et cives Babyloniae in angaria serviant Hierusalem et cives Hierusalem, id est caelestis patriae, in angaria deputentur[c] Babyloniae. Cum enim electi Dei magnis moribus praediti, modestia ornati, lucra propria non quaerentes terrenis deputantur rebus, quid aliud quam sanctae Hierusalem cives in Babyloniae opere serviunt? Et cum quidam in pravis moribus effrenati locum sancti honoris tenent atque in ipsis quae bene facere videntur propriam laudem quaerunt, quid aliud quam cives Babyloniae supernae Hierusalem angarias exsolvunt? Sic etenim Iudas apostolis ammixtus diu redemptorem humani generis praedicavit, signa cum ceteris fecit, sed quia Babyloniae cives fuerit, Hierusalem caelesti opus suum in angaria persolvit. At contra Ioseph in Aegyptum ductus terreno palatio servivit, curam ministerii in rebus temporalibus gessit, quicquid iuste regno transitorio debebatur, exhibuit. Sed quia sanctae Hierusalem cives extitit, servitium Babyloniae in sola, ut praedictum est, angaria ministravit. Huius ergo, bone vir[d], esse te sequacem credo, quem terrenis actibus implicatum mansueto spiritu agere, humilitatis arcem per omnia custodire et singulis quae iusta sunt tribuere cognosco. Tanta enim de vestra gloria a multis bona referuntur, ut mihi haec non libeat audire, sed cernere: eius tamen quem videre me non licet bona me pascit opinio. Sanctae autem ecclesiae, id est omnium electorum, typum[e] tenens[f] mulier, quae alabastrum fudit, domum replevit unguento[1]; et nos quotiens de bonis aliquid audimus, suavitatis auram quasi per narem

u) et propter *ϱ 1.* v) *ϱ* 1. 4 in marg. add.:* de eo qui aliquid abstulit de monasterio.

VIII, 33. a) vero *R 1.* b) *ex* addantur *corr. R 1.* c) deputantur *ϱ 1.* d) viri *ϱ* 1.* e) typus *ϱ* 1. R 1, sed corr. R 1.* f) *in* tenet *corr. R 1.*

8) Nov. 7 c. 1: μήτε τινὰ . . . μοναστηρίου ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡγούμενον ἢ ἡγουμένην ἢ τινα ὅλως προεστῶτα τῶν εὐαγῶν συστημάτων ἄδειαν ἔχειν ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον κ. τ. λ. Nov. 120. Cf. etiam Diurn. f. 74 (cautio episcopi): ecclesiastica predia ... nec a me alienanda quolibet titulo esse promitto *et synodum Romanam a. 502 etc.*

VIII, 33 cum sequenti ep. in Siciliam missa esse videtur. — De Leontio cf. ep. VIII, 34. IX, 4. 32. 34. 46. 55 ss. 63. 106. 130. 182. XI, 4, ex quibus intellegere licet ei ab imperatore extraordinarium quoddam munus commissum esse, ut in Italia et Sicilia inquisitiones de magistratuum, qui iam non in actione positi erant, ratiociniis faceret, emendanda emendaret, reos puniret. — Titulus exconsule *dignitatem non munus spectat; de chartis exconsulatus cf. ep. II, 36.* 1) *Cf. Matth. 26, 7. Marc. 14, 3 ss. Luc. 7, 37 s. Iohann. 12, 3.*

2. Cor. 2, 15. trahimus: et Paulus apostolus cum dicebat: 'Christi bonus odor sumus'[g], patenter datur intellegi, quia saporem se quidem praesentibus[h], sed odorem absentibus exhibebat. Nos itaque, qui praesentiae saporem[i] non possumus, per odorem vestrae absentiae nutrimur.

De[k] hoc etiam valde gaudemus, quod munera quae transmisistis vestris moribus dissimilia non fuerunt. Oleum quippe sanctae crucis et alois lignum suscepimus: unum quod tactum[l] benedicat[m], aliud quod per incensum bene redoleat. Decebat igitur, ut bonus vir ea transmitteret, quae iram nobis Domini placare potuissent. Alia quoque in cellariis multa[n] misistis, quia, sicut mente et carne subsistimus, necessarium fuit, ut a vobis in utroque contineri deberemus[o]. De quibus transmissis tamen dulcissima mens vestra valde se erubescere fatetur atque eidem[p] verecundiae scutum caritatis opponere. Sed in his haereo[q] verbis omni modo[r], quia in tali eius[s] mentis attestatione cognosco, quod numquam possit aliena tollere, qui et hoc ipsum erubescit[t], quod propria largitur. Parva vero appellatis munera vestra, quae magna sunt: sed, credo, ut adhuc amplius ex ipsa gloriae vestrae humilitate proficiant. Et petitis, ut haec bona mente suscipiam[u]. Sed inter ista ad memoriam cuiusdam viduae duo[v] minuta reducite. Si enim illa Deo placuit, quae bono animo pauca optulit[2], cur non hominibus placeat, qui mente humili multa dedit? Praeterea benedictionem vobis sancti Petri apostolorum principis, clavem sacratissimi sepulcri eius, in qua benedictio de catenis illius est inserta, transmisimus, ut quod eius collum ligavit ad martyrium, hoc vestrum ab omnibus peccatis solvat[w] [3].

VIII, 34.

Gregorius I papa Adeodatae illustri significat se Decii episcopi (Lilybitani) causam Iohanni episcopo (Syracusano) et Leontio viro glorioso cognoscendam permisisse.

Codd. R et ϱ: Indictio I cap. 34.
Edd. M: Lib. X. ep. 49; G: Lib. VII. ind. II. ep. 55. — Iaffé Reg. 1523 (1334).

GREGORIUS ADEODATAE INLUSTRI.

Magnam nobis laetitiam gloriae vestrae ingessit epistola, quod[a] aeternae vitae desiderium vos habere signavit: sed quia huiusmodi studium fugitiva mundi solet gloria praepedire, hortamur, ut mentis vestrae saluberrimam deliberationem res quaelibet transitura[b] non revocet nec ab incepto eam[c] tramite deviet, sed magis supernae patriae amor accendat[d], praemia mansura sollicitent[e] et[f] ad venturi iudicis promissionem certa semper adspirent[g], atque ex temporalibus aeterna mereetur, ut ex hoc et in vera gloria esse et inter matronas possetis[h] caelestes ascribi. Reducite[i] ad animos prosperitates temporum, multitudinem hominum, dignitatum pompas, matronarum gloriam[k], divitiarum

g) deo *post. add.* ϱ* 2. ϱ* 3. h) sequentibus ϱ* 1. i) *in* sapore *corr.* ϱ* 2; per *ante* saporem *add. edd.* k) de *in ras. R 1, om.* ϱ 1. l) *ex* tacito *corr. R 1.* m) et *add.* ϱ 1. n) multis *R 1.* ϱ* 1. o) *ex* continere debemus *corr. R 1;* continere deberemus ϱ* 1. p) idem ϱ* 1. q) *ita coni. Mommsen;* ergo *R 1.* ϱ 1. ϱ* 1, *sed corr. in* ego *R 1;* ego ϱ* 2. 3. r) fateor *suprascr. R 1.* s) *ita* ϱ*; talibus ϱ 1; talis *et ras. 1 litt. R 1.* t) *ex* ebescit *corr.* ϱ* 1. u) suscipiamus ϱ* 1. v) duo *om. R 1.* w) ϱ* 1. 4. *add. in marg.:* de scis viris qui (quod ϱ* 4) aliquando implicantur terrenis rebus.

VIII, 34 in titulo: inlustris *R 1.* ϱ* 1. 4. a) *ita R 1.* ϱ* 1; quo ϱ 1. b) *in* transitoria (*ita* ϱ* 3) *corr.* ϱ* 2. c) eum ϱ*. ϱ 1. d) *ex* accendatur *corr. R 1.* e) *ex* sollicitet *corr. R 1.* f) *in* ut *corr. R 1.* g) *in* adspiret *corr. R 1.* h) *in* possitis *corr. R 1.* i) reducte *R 1.* k) gloriarum ϱ* 1.

2) *Cf. Marc. 12, 42 s. Luc. 21, 2 s.* 3) *De clavibus S. Petri cf. ep. I, 25 n. 5; VI, 6 n. 4.*

abundantiam. Attendite[l] haec omnia ubi vel quid facta sunt, et ex hoc pensate, quam nulla sint, et quia, qui ista diligit, somnium vigilans videt. Haec itaque recordatio magna vobis debet esse[m] instructio, quoniam pro magno diligi non debet quicquid fine concluditur. Illa ergo appetenda, illa summopere diligenda sunt, quae nec inventa transeunt nec adepta deficiunt. Sed quia ad eorum[n] desiderium anhelare sine divinae misericordiae gratia nullus valet, oramus omnipotentem Dominum, ut haec vobis et eligendi velle et posse tribuat optinendi[o], quatenus et hic vos in suo vivere[p] timore concedat et postea in sanctarum martyrum sorte recipiat.

Paterna itaque caritate gloriam vestram salutantes indicamus de causa fratris et coepiscopi nostri Decii[1] hoc nobis visum fuisse, ut eam audiendam fratri et coepiscopo nostro Iohanni[2] et Leontio viro glorioso[3], quia bonus et iustus vir dicitur, committere[q] deberemus securi maxime, quia, ubi praedicti fratris et coepiscopi nostri[r] in iudicio[s] interest, nec ei[t] subripiatur nec pars ecclesiae possit praeiudicium sustinere.

VIII, 35.

Gregorius I papa Ianuario, episcopo Sardiniae (Caralitano), praecipit, ne solidos a Nereida, clarissima femina, pro sepultura filiae exigat. De aliis causis agat cum Redempto, defensore suo, praesentium latore, quem ad iudicia facienda in Sardiniam miserit.

Codd. R et ϱ: Indictio I. cap. 35.
Edd. M: Lib. IX. ep. 3; G: Lib. VII. ind. II. ep. 56. — Iaffé Reg. 1524 (1158).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO SARDINIAE.

Questa nobis est Nereida[a] clarissima femina[b], quod ab ea[c] tres[d] solidos[e] pro filiae suae sepultura[f] fraternitas vestra velit exigere atque ei[g] super doloris gemitum maiorem dispendii studeat inferre[h] molestiam. Quod si ita se veritas habet, quia grave nimis et procul est a sacerdotis officio pretium de terra concessa putredini quaerere et de alieno velle facere luctu compendium, ab hac se petitione fraternitas vestra contineat et molesta ei de cetero[i] non existat, maxime quia et Hortulanum quondam[k], de quo

l) accendite *ϱ* 1. 2, sed in* atcendite *corr. ϱ* 2;* att. *in ras. R 1. — Hic fere in marg. add.* Nota *ϱ 1.* m) esse *om. ϱ* 1.* n) horum *ϱ 1.* o) tribuet et obtienendi *ϱ* 1.* p) vivere *in ras. ϱ 1.* q) committe *ϱ* 1.* r) coepiscopo nostro *ϱ* 1.* s) indico *ϱ* 1.* t) *ita R 1;* eis *cet. codd.*

VIII, 35 in titulo: Sardine *R 1.* a) Necreida *R 1:* Nercida *ϱ 1;* Nerei *ϱ* 1:* Nerea *ϱ* 2. 3.* b) cl. f. *R 1. ϱ 1* et *in marg. add.:* clarissima femina *R 1; om.* c. f. *ϱ*.* c) eam *ϱ*. ϱ 1;* ab ea *in ras. R 1.* d) cum *ϱ*. ϱ 1; om.* cum *et suprascr.* III *R 1.* e) solidis *ϱ* 2. 3.* f) *ex* sepultis *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2; ex* sepulture *ϱ 1;* sepulta *R 1.* g) ei *om. ϱ*. ϱ 1.* h) inferri *ϱ*, sed corr. ϱ* 2.* i) *in* cetera *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2.* k) *in* quodam *corr. R 1;* quendam *(e in ras.) ϱ* 2. 3.*

VIII, 34. Eidem Adeodatae, quae in civitate Lilybitana monasterium condebat, ep. XI, 5 missa est; cf. ep. IX, 233. 1) De Decio, ep. Lilybitano, cf. ep. VI, 13 n. 2. 2) De Iohanne, ep. Syracusano, cf. ep. VI, 18 n. 3) De Leontio cf. ep. VIII, 33 n. Leontio et Iohanni noster etiam causam, de qua in ep. IX, 4 agitur, committit. Verisimile est hanc et illam causam unam eandemque atque Theodorum, de quo noster in ep. IX, 4 scribit, praedecessorem Decii fuisse: cf. ep. V, 23.

VIII, 35 una cum ep. IX, 2 per Redemptum transmissa, sed tamen a registratore alio mense in registrum recepta est. Cf. N. A. III p. 615. De Ianuario, episcopo Caralitano cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 n.

se ipsam[l] asserit filiam suscepisse, ecclesiae vestrae non in parva quantitate munificum memorat extitisse. Hoc autem vitium et nos, postquam Deo auctore ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus et pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus memores, quia, dum Abraham a filiis Ephron[m], hoc est filio[n] Soor[o], sepulcrum pretio[p] ad humandum corpus coniugis[q] postularet, praemium accipere renuit, ne commodum videretur de cadavere consecutus. Si ergo tantae considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur[r], hoc facere non[s] debemus?[1] Unde ne hoc avaritiae vitium, ne vel in alienis denuo temptari praesumatur, ammoneo. Sed si quando aliquem in ecclesia vestra sepeliri conceditis[2], siquidem parentes ipsius, proximi vel heredes pro luminaribus sponte quid[t] offerre voluerint, accipere non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi omnino[u] prohibemus, ne[v], quod valde inreligiosum est, aut venalis[w], quod absit, dicatur ecclesia aut vos de humanis videamini[x] mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studetis quaerere quolibet[y] modo compendium.

Alias vero causas quas[z] praedictae Nereidae[a] est complexa petitio, hortamur, ut aut pacifica, si fieri potest, ordinatione definias aut certe in deputato a nobis iudicio personam instructam dirigere non omittas, quia ad hoc Redemptum defensorem nostrum[3] praesentium illic portitorem direximus, ut et partes in iudicio observare compellat et executionis suae instantia ad effectum quae fuerint iudicata[b] perducat[c].

VIII, 36.

Codd. R et ϱ: Indictio I cap. 36.
Edd. M: Appendix VIII; G: ante librum VII. ind. I.

Levatus est Maximus praesumptor in Dalmatia[a] contra votum domni papae Gregorii a militibus per indictionem undecimam et in contumacia vel praesumptione fuit annis VII[1]. Post haec, post castigationem et flagella beatissimi atque apostolici papae Gregorii egressus de Dalmatia venit in civitate Ravennate ad beatissimum Marinianum[b] archiepiscopum[2] et iactavit se tensus[c] intra civitatem in media silice clamans et dicens[d]: 'Peccavi Deo et beatissimo papae Gregorio'. Et acta paenitentia per[e] tribus horis, tunc[f] cucurrit exarchus Callinicus, Castorius cartularius[g] ecclesiae Romanae

l) ipsum *ϱ* 1;* ipsa *(om.* se*) ϱ* 2. 3.* m) Ebron *R 1. ϱ* 1;* Ephron *ϱ 1;* Effron *ϱ* 2. 3.* n) filium *R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. R 1;* filio *ϱ* 2. 3.* o) *ita R 1. ϱ 1;* Sohor *ϱ* 1;* Sehor *ϱ* 2;* Sochor *ϱ* 3.* p) pretium *R 1. ϱ* 1, sed corr. R 1.* q) coniugi *ϱ 1. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2;* corpusingi *ϱ* 1.* r) dicimus *R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. R 1.* s) non *om. ϱ* 1.* t) quod *ϱ 1.* u) omnimodo *ϱ*.* v) num *ϱ* 1.* w) fortasse, *ut videtur, add. ϱ*.* x) videmini *ϱ 1.* y) quodlibet *ϱ* 1.* z) quae *R 1. ϱ* 1.* a) *ita R 1 in ras.;* Nereaede *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed in* Nereæ *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2.* b) indicata *ϱ* 1.* c) *ϱ* 1. 4 add. in marg.:* de prohibitione pretii sepultura.

VIII, 36 titulum de satisfactione et penitentia Maximi prevaricatoris *add. R* 1 in indice.* a) Dalmatias *ϱ* 1. R 1, sed corr. R 1.* b) *ex* Marianum *corr. ϱ* 2;* Maurinianum *ϱ* 3.* c) *in* extensus *corr. R 1.* d) *ex* stilice clamantem et dicentem *corr. R 1.* e) per *erad. R 1.* f) tunc *del. R 1.* g) Cast. cartularius *om. R 1.*

1) Cf. Genes. 23. et ep. VIII, 3 n. 4. 2) Cf. dial. IV, 50, ubi de hac quaestione agitur, an prosit animabus, si mortuorum corpora in ecclesia fuerint sepulta, et ep. I, 12. 3) Cf. ep. IX, 2.

VIII, 36. Nescio cur hoc additamentum epistulis in archetypo adiectum sit; sed in registro non fuisse crediderim. Si eu respicis, quae hic narrantur, ad calcem indictionis II. reiciendum est; sed ordinem, quem codices exhibent, sequimur. — 1) De causa Maximi cf. ep. V, 6 p. 286 n. 1. 2) Hoc titulo episcopi Ravennates ante medium saeculum VII. et autocephaliam non usi esse videntur.

cum archiepiscopo Mariniano[h], et levatus coepit ampliorem paenitentiam coram eis agere. Tunc duxit eos ad sanctum corpus beati Apollinaris et iuravit de[i] omnibus[k] quae adversus eum dicta de mulieribus vel ex scismate simoniaco fuerant mixtum[l] se non[m] esse[n] [3]. Tunc revertens Castorius cartularius adduxit secum diaconem eiusdem Maximi, nomine Stephanum. Relato[o] omnia, quae a Maximo satisfacta[p] essent, tunc motus ad misericordiam beatissimus[q] papa Gregorius direxit pallium ad confirmationem eiusdem episcopi, id[r] est VIII. Kalendas Septembris indictione secunda[r] [4].

h) Marianiano *ϱ* 1;* Mauriniano *ϱ* 3.* i) se *(om.* de*) ϱ* 1;* se de *R 1. ϱ* 2.3, sed* se *erad. R 1. ϱ* 2.* k) *in* omni *corr. R 1;* omnia *ϱ* 1.* l) mundum *in ras. R 1.* m) non *om. R 1.* n) *ex* esset *corr. R 1.* o) *ita ϱ* 1;* relata *ϱ* 2.3;* referens *in ras. R 1.* p) *in* facta *corr. R 1.* q) beatissimus *om. R* 1.* r) *verba* id *usque* secunda *om. ϱ* 1. R* 1.*

3) Cf. ep. IX, 177. *4) Cf. ep. IX, 234.*

MENSE SEPTEMBRI INDICTIONE II.

IX, 1.

Gregorius I papa in Ianuarium, episcopum Caralitanum, invehitur, quod „dominico die, priusquam missarum sollemnia celebraret, ad exarandam messem latoris praesentium perrexerit et post missarum sollemnia etiam terminos possessionum illius eradicare minime timuerit"; cum episcopo ipsi parcere velit, consiliarios duorum mensium excommunicatione affici iubet. *598, Sept.— Oct.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 37; C: cap. 64.
Edd. M: Lib. IX. ep. 1; G: Lib. VII. ind. II. ep. 1. — Iaffé Reg. 1525 (1156).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALIS.

1. Tim. 5, 1. Praedicator omnipotentis Domini Paulus apostolus dicit[a]: 'Seniorem[b] ne increpaveris'. Sed haec eius[c] regula[d] in ea re servanda[e] est, cum culpa senioris exemplo[f] suo non trahit[g] ad interitum[h] corda iuniorum. Ubi autem senior iuvenibus exemplum ad interitum praebet, ibi districta increpatione feriendus[i] est. Nam[k] scriptum est:
Isai. 42, 22. 'Laqueus iuvenum omnes vos'. Et rursum propheta dicit: 'Et peccator centum annorum
Isai. 65, 20. maledictus est'. Tanta autem nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam, nisi adhuc humanitus[l] pensaremus, fixa iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi est, quod dominico[m] die priusquam missarum sollemnia celebrares[n], ad exarandam messem latoris[o] praesentium[1] perrexisti et post exarationem eius missarum sollemnia celebrasti. Post missarum sollemnia etiam terminos possessionum[p] illius eradicare minime timuisti. Quod factum quae poena debuit insequi, omnes qui audiunt sciunt. Dubii autem de tanta hac perversitate fueramus; sed filius noster Cyriacus[q] abbas[r 2] a nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognovisse[s] perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur: aliquando resipisce[t] senex atque a[u] tanta te[v] levi-

Mense *cet. om. C. ϱ* 1* — sept *abbr. R 1*, septembr. *ϱ* 2. 3* — mense septembrio ind. I *R* 1 capiti praecedenti add.* —

IX, ad indictionem 1 trahit R 1 in utroque indice. Omisit hanc ep. ϱ* 1. — In titulo:* Caralis *ex* Calaris *corr. C 3.* a) dicens *C 1. 3.* b) *corr. ex* soniorem *C 2.* c) eius haec *ϱ* 2. 3.* d) *om. hoc verbum C 4;* regulę *C 3.* e) non *(post* servanda*) erad. C 2.* f) *corr. ex* exempla *C 2.* g) tradat *C.* h) introitum *C 3.* i) ferendus *C 1. 2. R 1; sed corr. C 2 m. 2 et R 1.* k) quam *C, sed corr. C 2 m. 2. in* quia; quia *C 4.* l) *corr. ex* humanitas *R 1.* m) dominicorum *omnes codices, sed corr. R 1.* n) celebraris *C 1. 2 3. R 1. ϱ 1; sed corr. in* celebrares *C 2. R 1. ϱ 1.* o) *ex* latores *corr. C 1. ϱ 1.* p) *ita C 1. 2. 3;* possessionis *R 1. ϱ* 2. 3.* q) Quiriacus *C;* Cyriacus *ϱ 1. ϱ* 2. 3.* r) abba *C.* s) *ex* cognoscisse *corr. C 2.* t) respice *C 1.* u) a *om. C 4:* ad *C 3.* v) te *om. C 2. 4. ϱ 1;* tantam levitatem *C 4.*

IX, 1 quamquam ind. II. in registrum relata est, fortasse iam una cum sequenti ep. m. Augusto scripta erat. — De Ianuario cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss. 1) Donatus hanc epistulam transmisit, ut apparet ex ep. IX, 11 (n. 4), ubi de eadem re agitur. 2) De Cyriaco cf. ep. IV, 23 n. 2.

tate morum[w] et operum[x] perversitate[y] compesce. Quanto[z] morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior atque timidior debes. Et quidem poenae sententia in te fuerat iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cum senectute novimus interim tacemus[a]. Eos vero, quorum consiliis haec egisti[b], in duobus[c] mensibus excommunicatos esse decernimus, ita ut, si quid eis intra[d] duorum mensium[e] spatium humanitus[f] evenerit, benedictione viatici non priventur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus[g] existe, te quoque sollicite custodi, ne, si eis in malo discipulus fueris, quibus magister in bono esse[h] debuisti, nec[i] simplicitati tuae nec ulterius senectuti[k] parcamus.

IX, 2.

Gregorius I. papa Vitali, defensori Caralitano, mandat, ut excommunicationem in Ianuarii, episcopi Caralitani, consiliarios statutam exsequatur pretiumque tritici xenii nomine sibi per Redemptum defensorem, latorem praesentium, missi restituat.

598, Sept. — Oct.

Codd. C: cap. 65.
Edd. M: Lib. IX. ep. 2; G: Lib. XI. ep. 53. — Iaffé Reg. 1526 (1157).

GREGORIUS VITALI DEFENSORI CARALIS.

Quid de fratre Ianuario episcopo agnovimus[a], et lator praesentium et exemplaria scriptorum nostrorum te poterunt informare[b], atque ideo excommunicationem, quam super perversos eius consiliarios[c] dari[d] decrevimus, tua experientia sollerter exequatur[e], ut cadentes discant, quatenus incaute ambulare non debeant[1].

Praeterea pretium tritici quod nobis exenii nomine fuerat transmissum, per latorem praesentium Redemptum[f] defensorem[2] transmisimus. Videat experientia tua, ne vel tu vel ipse qui detulit alicuius[g] eo in pretio commodi participari praesumat, sed[h] totum singulis vel simul omnibus inlibatum restituat eorumque mihi scripta de eodem pretio transmittat; quia, si[i] aliter quam ammoneo factum cognovero, vindictam ex eadem causa non mediocriter exercebo.

---

w) horum *C 1. 2. 3; levitatem m. C 4.* x) et operum *om. ρ* 2. 3.* y) perversitatem *C 4.* z) qui quanto *C 4.* a) *corr. ex* iacemus *C 2.* b) exegisti *omittentes* haec *ρ* 2. 3.* c) *corr. ex* diebus *C 3.* d) *ita R 1. ρ 1. ρ* 2. 3;* infra *C.* e) mensuum *C 2. 3. ρ 1, sed alteram* u *C 2 erad. et corr. ρ 1.* f) huminitatis *corr. in* himunitatis *C 3;* huminitus *ρ 1.* g) avitus *C 3.* h) esse *om. C.* i) ne *C 1. 2. 3, sed corr. in* nec *C 2.* k) senectuti ulterius *C 2. 4; om.* ulterius *C 1.*

IX, 2 in titulo: defensor Carali *C 1.* a) *om. hoc verb., sed add. in rasura trium tantummodo litterarum C 2.* b) *corr. ex* infirmare *C 2.* c) consiliario *C 1.* d) dare *C 3.* e) *corr. ex* exsequamur *C 3.* f) Redemptum *om. C 4.* g) *ita scr. Mommsen;* alibi ex *codd. n.;* aliquid ex *scr. ed. M.* h) *addit C 2 (cum signo omissionis) in margine manu secunda* sed — restituat. i) quia si *corr. ex* quasi *C 1.*

IX, 2, quamquam postea in registrum relata est, iam m. Aug. scripta esse videtur: cf. n. 2. — Vitalis, rector patrimonii Sardiniae, Sabino (de quo cf. ep. III, 36 n.) successisse videtur. Eidem misit noster ep. IX, 123. 203. XIV, 2, unde apparet eum fere usque ad finem pontificatus Gregorii Sardiniae provinciam administrasse. Deest in catalogo rectorum, quem Ioh. diac. II, 53 exhibet. Cf. Grisar l. l. p. 355. 1) *De hac causa cf. ep. praecedentem.* 2) *De Redempto, speciali, ut videtur, missione, in Sardiniam misso cf. ep. VIII, 35, una, ut videtur, cum hac epistula transmissa.*

IX, 3.

Gregorius I. papa Secundino, episcopo Tauromenitano, scribit, veniam det praesentium latoris, Leonis cartarii, uxori, quae cum viro ob adulterii suspicionem relicto religiosam vestem induisset, ad eundem suspicione liberatum redierit. 598, Sept.— Oct.

Codd. C: cap. 66.
Edd. M: Lib. X. ep. 32; G: Lib. VIII. ep. 32. — Iaffé Reg. 1527 (1316).

GREGORIUS SECUNDINO EPISCOPO TAUROMENITANO.

Praesentium portitor Leo cartarius[a] [1] ad nos veniens indicavit uxori suae[b], quae relicto eo pro fornicationis crimine, quo[c] vehementius stimulatam aiebat[d] atque ob[e] hoc religiosam vestem induerat, reum se[f] nullatenus[g] extitisse, adeo[h] ut, sicut[i] ait, requirente fraternitate vestra, cui huius rei cognitionem ante hoc[k] fere triennium mandaramus, in[l] nulla[m] claruerit[n] post initum[o] coniugium fornicationis culpa[p] collapsum: adiciens quoque, quod eidem uxori[q] suae districtissima sacramenta praebuerit[r] insontem se ea de re unde illam[s] mordebat suspicio[t] permansisse et idcirco[u] propria eam sponte ad se reversam[v]. Sed quia communione illa[w] cum familia sua pro hoc solum modo[x] a fraternitate vestra privata manserit[y], quod ad eum clam[z] postpositis[a] vobis redierit, volumus, familia[b] quidem ipsius sacram communionem recipiat et dominae[c] ea culpa in huius afflictionis poena diu non teneat. De ipsa vero, hoc est de uxore praedicti portitoris, hoc vos observare necesse est, ut, si manifeste constat, quia contra coniugem suum[d] dicere nihil potuit, sed insuper suspicio ipsius praestito, ut edocti sumus[e], sacramento amputata est atque post hoc sua ad eum sponte reversa est, et in ea quoque temperanda est censura iudicii, ut longo iam tempore communione minime[f] privetur. Si autem aliter se veritas quam nobis insinuatum est fortassis habuerit, fraternitatis vestrae suptiliter scripta nos instruant, ut, quid fiendum sit, nostris iterum discurrentibus epistolis agnoscatis.

IX, 4.

Gregorius I. papa Domitiano, episcopo metropolitano (Melitinensi) respondet Leontium gloriosum in Sicilia consistere necdum Romam venisse; suo hortatu Gregorium expraefectum et alios „qui in saeptis ecclesiasticis residebant" cum Marco scribone in Siciliam rationis reddendae causa profecturos. Litem „de substantia quondam Theodori episcopi" se Leontio et Iohanni episcopo (Syracusano) commisisse. 598, Sept.— Oct.

Codd. C: cap. 67.
Edd. M: Lib. X. ep. 50; G: Lib. VIII. ep. 50. — Iaffé Reg. 1528 (1335).

IX, 3 in titulo: epi *C 2* — Tauromente *C 1;* Tauroment *C 2;* Tauromenim *C 3.* a) thastharius *C 3.* b) uxoris s. *C 2;* uxorem suam (*om.* quae) *C 4.* c) quibus *C 1. 2;* cum rei crimine se v. stimulatum *C 4;* quo eum v. stimulatum *Vat. D (ed. M.).* d) agebat *C 1. 2. 3.* e) ad *C 1.* f) *ita scr. Ewald;* seu se (*pro* reum se) *C 1. 2. 3;* privatam se *C 4; Maurini post* se *scribunt* culpabilem, *et veteres edd. praeterea post* uxoris suae *add.* causam. g) nultatenus *C 1; verba* nullatenus *usque* requirente *om. C 2 et in marg. add. m. 2.* h) ab eo *codd. n.* i) et sic *C 4.* k) hoc *om. C 4.* l) in *om. C 3.* m) nullo, *ut videtur, C 4.* n) clarerat *C 1.* o) initium *C 1. 2. 3.* p) in culpa (*om.* forn.) *C 4.* q) uruxori *C 1;* uxoris *C 2. 3.* r) et *add. C 4.* s) illa *codd. n.* t) se *add. C 4.* u) ideo *C 4.* v) reversa *C 1. 2. 3.* w) communionem illam *codd. n.* x) solum (*om.* modo) *C 2.* y) privatam asserit *C 2.* z) eundem *C 3. 4.* a) *ita C 4;* postpositi *C 1. 3;* postposita, *sed corr. m. 2, C 2.* b) familiam *C 1. 2. 3;* familia *C 4.* c) dominam *C 4.* d) suam *C 1. 2. 3.* e) edoctissimus *C 3.* f) minime *om. C 3. 4.*

IX, 3. De Secundino cf. ep. I, 71 n. 4. 1) Cartarium idem esse ac cartularium apparet ex ep. II, 29. III, 3. V, 38.

GREGORIUS DOMITIANO EPISCOPO METROPOLITAE.

Quam[a] magna[b] caritatis sit in mente vestra sinceritas, etiam res ipsa testatur, quod dilectionis affectum, quem coram positis exhibetis, servare absentibus[c] non cessatis. Proinde multum nos ad diligendum gloriosum Leontium[1] communem filium epistolarum vestrarum testificatio provocavit, quia, dum illum sanctitati[d] vestrae in amicitiis indicastis[e] esse coniunctum, qualis iam sit, ostenditur, scilicet quia bono viro nisi bonus homo placere[f] non potuit. Et ideo non inmerito diligendus est, qui vobis[g] invenitur familiariter[h] coniunctus. Isdem autem gloriosus vir in Sicilia se retinuit et ad Romanam urbem needum venit. In his tamen quae ei pro publica utilitate serenissimorum dominorum iussione mandata sunt, in quantum ratio fuit[i], minime suffragari distulimus. Gloriosum etenim Gregorium[k] expraefecto[2] vel alios[l] qui in saeptis ecclesiasticis residebant[3], hortari studiose curavimus[m], ut exirent[n] et rationes suas debuissent exponere. Qui egredientes cum Marco viro magnifico scribone[4], qui ad eorum exhibitionem venerat, accepto verbo[5] ad Siciliam ire parati sunt.

Praeterea de[o] substantia quondam[p] Theodori episcopi[q] [6], quam[r] ecclesiae vestrae iuri[s] scripsistis fuisse suppositam[t], plus amplius aliud quod fieret[u] non fuit, quam ut antefato[v] gloriosissimo Leontio, de quo tanta testificamini, cui et causam ipsam asseritis commendatam, atque Iohanni fratri et coepiscopo[w] nostro, de cuius sanctitate et sollicitudine certi sumus, huius negotii[x] audientiam mandaremus hortantes, ut et veritatem cum omni studeant[y] suptilitate perquirere et ita contentionibus partium[z] secundum iustitiam citius finem imponere, quatenus nec homines sanctae fraternitatis vestrae longa illic valeat dilatio[a] retinere nec pars altera inaudita se pati praeiudicium conqueratur. Quicquid enim alteri hac de re[b] fuerit statutum[c], certi estote, quia sine mora complebitur. Nam sicut sine iudicio quemquam nolumus[d] condemnari, ita quae definita fuerint nulla patimur excusatione differri[e]. Omnipotens autem Deus sua vos propitiatione[e] circumtegat gressusque vestros in timoris sui tramite conservet vosque pro me ad orandum excitet, ut et[f] vestris intercessionibus mea studia in viam vitae dirigantur.

IX, 5.

Gregorius I. papa Amandino significat ea, quae per Paulum latorem praesentium, et Timarcum excubitorem transmissa sint, suscepta esse; se exarcho per Timarcum

IX, 4 in titulo: Domitano *C 1. 2;* Domiciano *C 3. 4.* — metropolo *C 3.* a) quia *C 3. C* 1.* b) magnae *C 2. 3. 4.* c) abscentibus *C 3.* d) sanctitatis *C 1.* e) indicastis *om. C 4.* f) *ita scrib. edd.;* latere *C 1. 2. 3;* herere *C 4.* g) *ita scrib. edd.;* quo vivus *C 1. 2;* quo vivis *C 3;* quo vobis *C 4.* h) famulariter *C 3.* i) sinit (ratio *post. suprascr.*) *C 1.* k) Grecorum *C 4.* l) aliis *C 4.* m) curabimus *C 1. 2. 3.* n) exiret *C 1. 2. 3:* exirent *C 4.* o) de *om. C 1.* p) *ita scribo;* quod *C 1. 2. 3;* quam *C 4.* q) Theodoro episcopo *C 3. 4;* Theodori episcopo *C 1. 2.* r) quem *C 1. 2. 4.* s) iuris *codd. n.* t) subpositum *C 1. 2. 3.* u) *ita C 4;* fieri *cet.* v) antefacto *C 1. 2. 3.* w) coepiscopi *C 1.* x) nec otii *C 3.* y) studeat *C 2.* z) parvum *C 1. 2. 3.* a) dilectio *C 3.* b) de hac re *C 1.* c) statum *C 1.* d) volumus *C 1. 2. 3, sed corr. in* uol. *C 2 m. 2.* e) differri — propitiatione *C 2 m. 2 suppl. in margine.* f) et *om. C 4.*

IX, 4. De Domitiano, episcopo Melitinensi, cf. ep. III, 62 n. et n. 1. *1) De Leontio exconsule cf. ep. VIII, 33 n.* *2) De Gregorio, expraefecto praetorio, cf. ep. V, 36 p. 320 n. 2; is mense Novembri in Siciliam profectus esse videtur (cf. ep. IX, 50. 55 ss.), valetudine antea retentus (cf. ep. IX, 77).* *3) De Libertino expraetore (ep. IX, 5 n. 5. XI, 4), de Crescentio* vicario *(ep. IX, 182), de Laurentio, qui Bonifatii quondam numerarii rationes reddere debebat (ep. IX, 63. 130), et fortasse de Apollonio mag. mil. (ep. IX, 16. 34) agi videtur. — De asylo ecclesiastico cf. ep. I, 35 n. 2. Adde ep. VIII, 20. X, 17. C. I. I, 12. Nov. Iust. 128 c. 13. Loening l. l. I p. 317 ss. II p. 536 ss.* *4) De scribonibus cf. ep. II, 38 p. 137 n. 3. V, 29 n.* *5) Cf. ep. in n. 3 laudatas.* *6) De hac causa cf. ep. VIII, 34 n. 3.*

scripsisse „ut cautiones agentium vices Iohannis praefecti simul et palatini" mitterentur. De Libertino addit. *598, Sept.—Oct.*

Codd. C: cap. 68.
Edd. M: Lib. X. ep. 52; G: Lib. VIII. ep. 52. — Iaffé Reg. 1529 (1337).

GREGORIUS AMANDINO.

Ea quae per Paulum latorem praesentium et Timarcum excubitorem[a] [1] gloria vestra transmisit et quo[b] voluistis[c] modo suscepta sunt[2]: sed excellentissimo filio nostro exarcho per suprascriptum[d] excubitorem[a] qui ad eum profectus est scripsimus, ut cautiones[3] agentium vices Iohannis praefecti simul et palatini[4] hic[e] transmittere debeat, indicantes ei[f], quia, nisi illas direxerit, usque ad adventus vestros ea quae a[g] gloria vestra transmissa sunt non tangantur, sed vobis remeantibus[h] conserventur.

De persona autem gloriosi Libertini[5] quaedam ad nos ante pervenerant et necesse fuit, ut ea vobis sicut revera filiis quos diligimus minime taceremus. Et quantum[i] in gloriae[k] vestrae epistolis invenimus, moleste[l] illa, quod non decuit, suscepistis, dum quando nihil[m] asperum scripsisse meminimus, sed hortati sumus, ut cum eo caritatem et gratiam haberetis. Sed quia ad haec aspera[n] vobis rescribentibus, ne ipsam ad nos[o] epistolam mitteretis, per somnium vos[p] scripsistis esse prohibitos, omnipotenti Deo gratias agimus, qui sic vos vigilantes[q] custodit[r], etiam dormientes ammoneat. Sed quia in eodem somnio et a me vos in eadem causa reprehensos scribitis, qualis vobis sim, vel ex hoc colligite et, quando vos paterna adhortatione convenio, moleste suscipere non debetis, quia, qui dormientibus purus sum, vigilantibus duplex non[s] esse patior.

IX, 5 in titulo: Quirino exprefecto *C* 1 (cf. ep. seq.).* a) excubitorum *C 1.* b) et quod *C 3;* eo quo *C 4.* c) voluisti *C 1.* d) superscr. *C 1. 2. 3.* e) hinc *C 3.* f) ei *om. C 4.* g) a *om. C 1.* h) *ex* remanentibus *corr. C 2.* i) quantam *C 3.* k) gloria *C 1.* l) molesta *C 1.* m) nil *C 2 — Mommsen del.* quando. n) aspera *C 3. 4;* vespera *C 1. 2;* vesperi *Vat. D (ed. M).* o) ad nos *om. C 4.* p) nos *C 3.* q) vigilanter *C 3.* r) ut *add. C 4, ut videtur.* s) non (*scil.* purus), duplex *scr. Mommsen.*

IX, 5. Eidem, ut videtur, Amandino, domestico, ep. IX, 56 in Siciliam missa est. *1) De excubitoribus cf. ep. I, 31 n.* *2) De frumento publico agi videtur, quod in horrea ecclesiastica suscipiebatur. Quo modo suscipiendum fuerit, ex hoc loco ep. IX, 115 apparet:* ut quae summa eiusdem sitonici ab horreariis ecclesiae sit suscepta, prodi inter acta publica debuisset. *Cf. libr. meum Untersuch. etc. p. 100 ss. 174.* *3) Cautiones vel apochae numeratae pecuniae vel specierum collatarum collatoribus a susceptoribus dabantur; cf. cum alia loca (cf. Dirksen h. v.) tum Nov. Iust. 128 c. 3: ὑπὲρ δὲ τῶν δημοσίων συντελειῶν τὰς ἀποχὰς ἤτοι ἀμεριμνίας, μερικάς τε καὶ πληναρίας, πᾶσι τρόποις παρὰ τῶν τὰ δημόσια ὑποδεχομένων γίνεσθαι διορίζομεν, σημαινούσας τὴν τῶν χρημάτων ποσότητα καὶ τῶν εἰδῶν κ. τ. λ.* *4) Hic Iohannes praefectus praetorio Italiae fuisse videtur: cf. ep. X, 8, quae aut ad eundem Iohannem aut ad eius decessorem data est. (Sed eodem tempore alius Iohannes praef. urbi fuit: cf. ep. VII, 34 n.) Mommsen (N. A. XV p. 182 s.) putat* Palatini *nomen proprium esse atque de Palatino patricio agi, qui in ep. XI, 4 commemoratur; sed quo munere illum functum fuisse credendum sit, nescio; num magistrum officiorum tunc in Italia fuisse nemo est, qui credat. Idem contendit agentem vices Iohannis etiam in hac epistula Dulcitium, v. m., esse, de quo in ep. X, 8 agitur. Alium esse hunc praefectum, alium palatinum et ego cum Mommseno contendo (contra Diehlium l. l. p. 161). Sed nescio an post et:* Iohannis *iterum legendum sit et de eodem palatino v. c. agatur, cuius in ep. IX, 113 mentio fit. De hoc certe dubitari non potest: et praefectum et palatinos in tali re intervenire potuisse. Agentes vices praefecti praetorio non tantum in specialibus missionibus, sed etiam vicariatus magistratura fungentes cum in Italia tum Romae tunc fuisse equidem haud crediderim. Cf. ep. supra laudatas.* *5) De Libertino expraetore cf. ep. III, 37 n. IX, 4 n. 3. XI, 4.*

IX, 6.

Gregorius I. papa Quertino expraefecto, ut Bonito praeturam impetret, petenti respondet se molestum negotiosumque munus illi imponi nolle. 598, *Sept.—Oct.*

Codd. C: cap. 69.

Edd. M: Lib. XII. ep. 27; G: Lib. X. ep. 30. — Iaffé Reg. 1530 (1460).

GREGORIUS QUERTINO EXPRAEFECTO.

Epistolam gloriae vestrae suscepimus, in qua scripsistis, ut pro glorioso filio nostro Bonito agere debeamus, quatenus praeturae illi amministratio[1] committatur[2]. Et quidem nos eundem filium nostrum non modo, sed multi sunt anni quod novimus et idcirco concurrere illi per omnia festinamus, sed non in[a] illa re, de qua amaritudines possit et tribulationes incurrere. Nam[b] amministratio[c] ipsa uni[d] priori ipsius et alii minori oblata est, et miscere se nullo modo voluerunt scientes omnino grave esse, et praesertim hoc tempore, hanc amministrationem suscipere[e]. Si ergo illis grave fuit, quanto magis isti debet esse difficile, qui nobis in actione est. Additur[f 3], quia et inutile et valde laboriosum est hominem litteratum ratiociniorum[g] causas adsumere et in eis se[h], quod non expedit, obligare. Super haec autem res illa nos revocat, quia nullum de hac actione bene exisse recolimus, nisi gloriam vestram, de qua omnipotentem Deum[i] petimus, ut eam usque ad finem continua protectione[k] custodiat. Et ideo considerantes in eius laesione miscere nos nolumus. Nam quod modo putatur utile, certum est, quia postmodum plenum laboris erit[l] atque dispendii. Si autem sic utilitatibus suis aestimat oportere[m] et vult agere, ut sibi haec amministratio committatur, nos contrarii non sumus, sed iam[n] modo futuris tribulationibus ipsius condolemus, quia, quid[o] passurus sit, exemplo praecedentium non nescimus.

IX, 7.

Gregorius I. papa Mariniano abbati eiusque successoribus ecclesiae S. Georgii in loco, qui „ad sedem" dicitur, positae, cui ecclesiae monasterium eius coniunctum sit, curam concedit. 598, *Sept.—Oct.*

Codd. C: cap. 70.

Edd. M: Lib. XI. ep. 73; G: Lib. IX. ep. 68. — Iaffé Reg. 1531 (1423).

GREGORIUS MARINIANO ABBATI.

Quia ecclesiam sancti Georgii[a] positam in loco, qui ad sedem dicitur, minorem quam oportet diligentiam habere cognovimus, utile[b] esse prospeximus[c], quoniam mo-

IX, 6 in titulo: experfecto *C 3* — cui supra *C* 1 (cf. tit. ep. praec.).* a) in *om. C 4.* b) et *add. C 4.* c) *add. et delet* nostra *C 3.* d) *ex* una *corr.* uni *C 2 m. 2.* e) accipere *C 3.* f) in actionem additur *C 1;* in actione est additur *(corr. in* additus) *C 2;* in actione est. Additur *C 3. 4, edd.; fortasse scrib.:* novus in actione? g) ratiocinationum *C 4.* h) esse *C 4.* i) dominum *C 3. 4.* k) profectione *C 1. 2. 3.* l) est *C 3.* m) oportunum *aut* competere *coni. Mommsen.* n) etiam *C 1.* o) quicquid *C 4.*

IX, 7 in titulo: Mariano *C 2 in ind.;* Maioriano *C 3; ita et in indice C 1 et C 3* — abbate *C 1. 2. 3.* a) Gregorii *C 1. 2, sed corr. in* Georgii *m. 2 C 2.* b) utilem *C 1. 2. 3.* c) *add.* ut *C 1. 2. 3.*

IX, 6. Quertinus alias non occurrit; nomen fortasse corruptum est; epistula docet eum, antequam praefectus fuisset, praetorem fuisse, nisi hic in titulo expraefecto *pro* expraetore *scriptum est. Cf. Diehl, l. l. p. 127; libr. meum Untersuch. etc. p. 149; H. Cohn, l. l. p. 112 ss.* 1) *Scil. in Sicilia.* 2) *De alia commendatione eiusmodi agit noster ep. II, 36.* 3) *Cf. ep. IX, 4 n. 3. V, 38 p. 325 n. 4 et hunc locum ep. V, 36 p. 320:* de quibus patenter intellego, quia eos non sua acta, sed mea persona gravat *etc.*

IX, 7 una cum sequentibus et fortasse cum praecedente epistula in Siciliam missa esse videtur. — De Mariniano vel Martiniano, qui nostri monasterium Panormi rexit, cf. ep. I, 54 n. 2. II, 38 p. 138 n. 1.

nasterium tuum eidem ecclesiae noscitur esse coniunctum, eius tibi curam committere hortantes, ut et sollicitudinem illic congruam studeas adhibere et[d] psalmodiae officium sollemniter facias exhibere[d]. Quia ecclesiam ipsam reparatione[e] certum est indigere, volumus, ut, quicquid illic accedere potuerit, ipse accipere[f] atque in eius reparatione[g], ut praevideris, debeas erogare. Hanc vero sollicitudinis curam, quam tibi huius pagina praecepti mandavimus, tam te quam etiam successores tuos, qui monasterii tui regimen Deo auctore susceperint[h], exhibere et quae constituimus per omnia volumus observare.

IX, 8.

Gregorius I. papa Fantino defensori mandat, ut ex Servi-dei diaconi fortunis, ad ecclesiam Romanam hereditario iure pertinentibus, Aluminosae, ancillae Dei, proximae eius, legati titulo equas quattuor et xenodochio Anichiorum, cui Florentius diaconus praesit, equas decem cum emissario suo per latorem praesentium tribuat.

598, Sept.—Oct.

Codd. C: cap. 71.
Edd. M: Lib. XII. ep. 39; G: Lib. X. ep. 43. — Iaffé Reg. 1532 (1472).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Experientiam tuam iam credimus cognovisse dilectissimum quondam[a] filium nostrum Servum-dei diaconum[1] heredem sanctam Romanam cui Deo auctore deservimus ecclesiam[b] reliquisse. Et quia legati titulo quattuor equarum[c] capita Aluminosae ancillae Dei proximae suae dari constituit atque nos petente dilectissimo filio nostro Florentio diacono[2] xenodochio Anichiorum[d 3], cui praeesse dinoscitur, decem equarum[e] capita cum emissario suo praevidimus largienda, idcirco hac tibi praeceptione mandamus, ut latori praesentium, qui ad hoc illic[f] ex opere missus est, tam quattuor quae legata[g] sunt, quam decem equarum capita[h], quas xenodochio concessimus, de equabus praefati quidem diaconi, simul et emissarium[i] sine aliqua debeas excusatione vel mora contradere[k].

IX, 9.

Gregorius I. papa Gennadio, exarcho Africae, Droctulfum, praesentium latorem, ab hostibus ad rempublicam venientem commendat. *598, Sept.—Oct.*

Codd. C: cap. 72.
Edd. M: Lib. I. ep. 85; G: Lib. X. ep. 44. — Iaffé Reg. 1533 (800).

d) *verba* et — exhibere *om.* *C 2. 4, sed suppl. in margine C 2 m. 2.* e) reparationem *C 1. 2.* f) accedere *C 2.* g) rapa *C 1. 2. 3, sed corr. in* reparatione *(ita C 4) C 2. 3.* h) ceperint *C 4.*

IX, 8. a) *ita C 4;* dilectissime quod *C 1. 2. 3. 5.* b) *ex* ecclesię *corr.* ecclesiam *C 3.* c) equas *C 1. 2. 3, sed in* equarum *(ita C 4) corr. C 2 m. 2.* d) Anixiorum *C 3;* xenodochiorum *C 4.* e) decim aequar. *C 1. 2;* decima aequ. *C 3.* f) illi *C 1. 2.* g) levata *C 1. 2. 3.* h) decimae quarum c. *C 1. 2;* ęqua IX. cap. *C 3.* i) amessarium *C 1. 2.* k) contradicere *C 1. 2. 3, sed corr. in* contradere *C 2.*

IX, 8. De Fantino, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. 1) *Idem fortasse est, qui in ep. I, 42 p. 66 et XIII, 22 commemoratur.* 2) *Florentius* subdiaconus noster *commemoratur in ep. III, 15 et in dial. II, 8.* 3) *Sine causa, ut videtur, putaverunt quidam v. d. Gregorium ex Aniciorum stirpe fuisse. — Cf. etiam ep. IX, 63.*

GREGORIUS GENNADIO EXARCHO AFRICAE.

Droctulfus[1] praesentium portitor de hostibus ad rempublicam veniens opinionis[a] vestrae, quod longe lateque diffusum est, bono succensus est[b], ad excellentiae vestrae obsequia summo desiderio festinavit occurrere. Et quoniam nostra se apud vos poposcit epistola commendari, paterna dulcedine[c] salutantes petimus, ut eum, sicut Deus vobis incordaverit ac utile visum[d] fuerit, excellentia vestra ordinare dignetur, quatenus et ipse bona[e] quae de[f] vobis etiam positus adhuc inter[g] hostes audivit in se valeat experiri et excellentiae vestrae eius ante[h] omnipotentis Dei oculos inter ceteras merces adcrescat.

IX, 10.

Gregorius I. papa Fantino defensori mandat, ut praesentium latoribus, qui ad Romani mancipia in usum monasterii, ex eiusdem testamento Neapoli conditi, recolligenda in Siciliam profecti sint, auxilium praebeat. *598, Sept.—Oct.*

Codd. C: cap. 73.

Edd. M: Lib. X. ep. 3; G: Lib. VIII. ep. 4. — Iaffé Reg. 1534 (1286).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Mancipia iuris Romani[a] spectabilis memoriae viri, qui in domo sua quae in Neapolim sita est monasterium ordinari constituit[1], habitare in Sicilia[b] perhibentur. Et quia monasterium ipsum iuxta eius voluntatem Deo auctore esse noscitur[c] ordinatum, experientia tua praesentium portitoribus, qui ad recolligenda mancipia ipsa illic directi[d] sunt, omni studio solaciari festinet et recollectis eis possessiones[e] illis, ubi laborare debeant, te solaciante conducat. Et quicquid eorum labore accesserit reservato, unde ipsi[f] possint subsistere, reliquum ad praedictum monasterium experientiae tuae cura annis singulis auxiliante Domino transmittatur.

IX, 9 in titulo: Genandio *C 4* — patricio et exarcho *C* 1;* Affrici *C 1. 2. 5, sed in* Affricę *corr. C 2* — ex Affrici *(om. nominc) C 1 ind. 1.* a) opionis *C 1.* b) est *cum C 4 delet Mommsen.* c) dulcedinis *C 1.* d) *om. hoc verb. C 3.* e) boni *C 4; cetera et ep. sequentes (usque ad IX, 15) desunt in C 4, ubi m. 1 in marg. add. post lacunam:* Hoc de alia est epistola, quia deerant epistolae in eo libro contra quem iste scriptus est a LXXII usque ad LXXVIII, quoniam folium unum furtim secatum inde est. f) bona de quae v. *codd. n.* g) in *C 3.* h) antea *codd. n., sed corr. C 2.*

IX, 10. a) Romane *C 3* — iuris *del. Mommsen.* b) Siciliam *codd., sed corr. C 5.* c) poscitur *codd. n.* d) directa *C 2.* e) possessionem *C 2. 3.* f) *ex* illi *corr. C 3.*

IX, 9. De Gennadio cf. ep. I, 59 n. IV, 7 n. 1) Hic non idem esse videtur, ac Droctulfus dux, qui a Paulo diac. III, 18 s. et a Theophylacto Sim. II, 17 p. 103 B. commemoratur; nam praeter chronologiam etiam titulus respiciendus est: cf. libr. meum Unters. etc. p. 111.

IX, 10. De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. 1) Neque de exarcho huius nominis neque de expraetore (cf. ep. IX, 88) agitur; sed hic Romanus idem esse videtur ac is, qui in ep. IX, 165: clarissimae memoriae vir *dicitur. Si apographo credimus, quod exstat, Romanus v. cl. donationi a nostro, adhuc diacono, monasterio S. Andreae factae testis subscripsit (Marini, pap. dipl. nº. 89). Spectabilitatis titulus in Gregorii epistulis non nisi hic occurrit et in desuetudinem abiisse videtur. — Monasterium S. Sebastiani in domo quondam Romani constructum commemoratur etiam in ep. X, 18; cf. ep. IX, 165. —*

MENSE OCTOBRI INDICTIONE II.

IX, 11.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Sardiniae (Caralitano), scribit nec ab eo nec a Gennadio (exarcho Africae) contra hostes secundum admonitionem suam sollicitudinem adhibitam esse. Exarchum sibi scripsisse pacem cum Agilulfo per abbatem a se transmissum ordinatam esse; vigilantia tamen, quoad pacta conscripta sint, opus esse. De facinore superiore epistula vituperato et de Petro et Theodoro consiliario, item de causa Mariniani, episcopi (Turritani), addit. *598, Oct.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 38.
Edd. M: Lib. IX. ep. 4; G: Lib. VII. ind. II. ep. 2. — Iaffé Reg. 1535 (1159).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO SARDINIAE.

Quid in Sardinia hostes nostri fuerint operati, priusquam fraternitatis vestrae ad nos epistola perveniret, agnovimus et, quia hoc futurum dudum metuimus, evenisse quod praevidimus vobiscum nunc gemimus[1]. Quod si secundum ea quae tam vobis quam excellentissimo filio nostro Gennadio[a 2] hoc fore nuntiantes scripsimus sollicitudo fuisset adhibita, inimici illic aut non accederent aut accedentes periculum quod fecerunt incurrerent. Vel nunc ergo ea quae contigerunt vigilantiam vestram in futuris exacuant[b]. Nam et nos quicquid prodesse possumus, facere Domino[c] auxiliante nequaquam omittimus.

Cognoscatis autem abbatem, quem ad Agilulfum ante multum iam tempus transmisimus, pacem cum eo Deo propitio, quantum nobis ab excellentissimo exarcho scriptum est, ordinasse[3]. Et ideo quousque pacta de confirmatione pacis ipsius conscribantur[d], ne forte hostes nostri in hac dilatione ad partes illas iterum velint accedere, murorum vigilias et sollicitudinem in locis facite omnibus adhiberi. Et confidimus in redemptoris nostri potentia, quia adversariorum vobis incursus vel insidiae denuo non nocebunt.

Hoc vero quod scripsistis[e], multos contra vos nobis querellas deponere, verum est; sed inter diversa non nos sic res alia contristavit, quomodo id quod nobis dilectissimus filius noster Cyriacus[f] abbas[g] retulit, quia die dominico ante missas messem de agro quem Donatus possidebat feceris exarari. Quod ne parum esset, expleto sacrificio, per temetipsum illic accedens[h] terminos effodisses[4]. Ob quam rem hortor, ut officium quod geris sollicita mente consideres et, quicquid gravare potest aut opinionem tuam aut animam, omnino refugias. Ecce committere illud nullius suasione consentias. Non terrenarum rerum curam, sed animarum te ducatum suscepisse cognosce. Ibi ergo cor figere[i], ibi sollicitudinem, ibi totum debes studium adhibere atque de earum lucro diligentius cogitare, ut, dum venienti Domino multiplicata quae tradidit talenta reddideris, retributionis ab eo fructum consequi et inter fideles famulos in aeternam me-

Mense cet.: *ita R*1,* oct̄ *vel* octob̄ *abbrev. ceteri codd.*

IX, 11 in titulo: ex Sardie *corr.* Sardinie *R* 1;* Sardi *cum rasura 1 litt. R 1;* Sardis *ϱ 1. ϱ* 2. 3;* Sard. *abbrev. ϱ* 1. 4.* a) Iennadio *R 1.* b) exacuat *R 1. ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2;* exacuant *ϱ* 3.* c) deo *suprascr. R 1.* d) confirmantur *ϱ* 1.* e) *ex* scriptis *corr. R 1.* f) Ciriacus *R 1.* g) abba *ϱ*.* h) accedentes *R 1.* i) configere *ϱ* 1; verba:* ibi e. c. figere *om. R 1.*

IX, 11. De Ianuario, episcopo Caralitano cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8. 10 etc. *1) Cf. V, 34 n. 6. VI, 63 n. 3.* *2) De hoc cf. ep. I, 59 n. IV, 7 n.* *3) Non credo de Secundo agi (cf. ep. VI, 24 n. 9. VI, 63), sed de Probo, de quo cf. ep. IX, 44. 67; de pace cf. quae notavi ad ep. VI, 63 n. 2. IX, 66. 67. Exarchus iam tunc Callinicus erat: cf. ep. VII, 26 p. 472 n. 1.* *4) De eadem causa agitur ep. IX, 1. 2.*

rearis gloriam exaltari. Hoc autem quod obiurgo vel increpo, non ex asperitate, sed ex fraterna scito dilectione descendere, quia sacerdotem te apud omnipotentem Deum non nomine, quod solum ad poenam est, sed etiam meritis, quod ad mercedem respicit, inveniri desidero[k]. Nam dum unum in redemptoris nostri corpore membrum sumus, sicut in culpa tua dilaceror, ita quoque[l] et in bona actione laetificor.

Illud praeterea quod vultis, ut personam a nostro latere deputemus, cui causas vestras insinuare nobis referendas suptiliter debeatis, dilectissimo filio nostro Petro[5] et[m] Theodoro[n][6] consiliario quaecumque vultis scribite, ut per eos nobis insinuata, quicquid de his ratio suaserit, Domino valeat[o] revelante disponi.

De fratre autem et coepiscopo nostro Mariniano[p], dum pax cum praedicto Agilulfo perfecta[q] fuerit confirmata, erit cognitio[r] et fit[s] quicquid rationis ordo dictaverit.

IX, 12.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut Barbatianum, latorem praesentium, ad gubernandos monachos missum et in locum praepositi promotum, si nimiam de sua sapientia opinionem deposuerit, ad abbatis honorem perducat.

598, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 39; C: cap. 74.
Edd. M: Lib. IX. ep. 91; G: Lib. VII. ind. II. ep. 92. — Iaffé Reg. 1536 (1247).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM.

Quia servorum Dei pater, quos in Neapolitana[a] civitate[b] transmiseram[c], Deo, sicut ei placuit, disponente defunctus est, visum mihi est latorem praesentium Barbatianum monachum pro eorundem monachorum gubernatione transmittere. Quem ad praesens praepositum esse decernimus, ut, si eius vita tuae fraternitati placuerit, hunc post aliquantum temporis eorum patrem debeas ordinare[d]. Sunt enim bona quae in eo placeant. Sed hoc est in illo vehemens vitium, quia valde sibi esse sapiens videtur[1]. Ex qua radice quam multi[e] rami peccati valeant prodire, patenter[f] agnoscitur. Tua itaque sanctitas circa eum sollicite invigilet et[g], si hunc et cautum in regimine et humilem in suo sensu fieri cognoverit, tunc eum ad abbatis honorem Deo auctore perducat. Si vero minus in humilitate proficit, eius ordinationem differat mihique renuntiet.

---

k) *ex* desidera *corr. R 1; ϱ 1 ante* o *unam litt. erad.* l) quoque *om. ϱ 1.* m) et *suprascr. R 1; om. hoc verb. cet. codd.* n) Teodoro *ϱ 1.* o) valeant *ϱ* 1.* p) Mariano *ϱ 1;* Marianiano *ϱ* 1.* q) perfecta *codd. n., sed corr. R 1 in* perfecte. r) cognito *ϱ* 1.* s) fit *codd. n., sed corr. R 1 in* fiet.

*IX, 12 deest in ϱ*1; in titulo:* Furtunato *C* — Neapolym *C 1;* Neapoli *C 1 ind. 1;* Neapolitano *C 3;* Neapł *C 5.* — a) *ex* Neapolitanam *corr. R 1;* eapolitana *C 1;* Neopolitana *ϱ* 2. 3.* b) civitatem *ϱ 1.* c) *ex* transmisimus *corr. C 3.* d) *add.:* Nota. Sunt *etc. ϱ* 3 in marg.; ϱ* 2 eodem loco transpositionis signum cum rasura exhibet.* e) multi *om. R 1. ϱ 1. ϱ*.* f) faventer *C 1;* favente *C 3.* g) sed *C.*

5) Idem esse videtur, qui antea rector patrimonii in Sicilia et in Campania fuerat, collocutor Gregorii in dialogis, de quo cf. ep. III, 1 n. I, 1 n. 1. V, 28 n. 2. *6) Idem occurrit in ep. III, 18. XI, 4.* *7) De Mariniano, ep. Turritano, sine dubio agitur, (cf. thesim Wisbaumi dissertationi additam) de quo cf. ep. I, 59 n. 1. IX, 202.*

IX, 12. De Fortunato cf. ep. III, 58 n. *1) De Barbatiani postea a Fortunato abbatis facti* praecipitatione *cf. ep. X, 9.*

IX, 13.

Gregorius I. papa Venantio, patricio Panormitano, Samsonis gestorum interpretationem poscenti scribit ex morbo recreatum se eius voto responsurum. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 75.

Edd. M: Lib. XII. ep. 40; G: Lib. X. ep. 45. — Iaffé Reg. 1537 (1473).

GREGORIUS VENANTIO PATRICIO DE PANORMO.

Desiderantissimae vestrae excellentiae scripta suscepi, in quibus tantum de absentis collocutione gavisus sum, quantum et ipsum, qui locutus est, semper mihi cupio esse praesentem. Vultis vero, ut quaedam vobis de Sampsoni[a] factis allegorice[b] disserantur; sed tanta me corporis debilitas accedit, ut, si qua subire valuerint, exercere animus non adsurgat. Bono autem desiderio vestro congaudeo, quia, dum expositionem sacrorum verborum cupitis, quam stricte ipsum auctorem eorundem verborum quaeritis, demonstratis. Si igitur vires salutis recepero[c], auctore[d] omnipotenti Deo[e] vestris desideriis parebo. Oro autem, ut in cunctis actibus vestris gratia vos[f] superna custodiat, quatenus in bono opere et aspirando vos repleat et adiuvando confortet.

IX, 14.

Gregorius I. papa Iohanni, illustri viro Panormitano, quem ut videat magno desiderio afficitur, postquam „adfuit, qui sibi impossibilitatem navigii narravit", mutuum amorem testatur. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 76.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 43; G: Lib. XI. ep. 50. — Iaffé Reg. 1538 (1528).

GREGORIUS IOHANNI ILLUSTRI VIRO DE PANORMO.

Amorem circa nos vestrum, quem[a] corporali nobis visione[b] voluimus exhibere, scriptis et operibus adsidue demonstratis. Sed quid aliud haec exhibendo agitis, nisi ut plus quaeramus videre, quem docemur amplius amare? Et nihilominus[c] iam etiam murmur accepimus, quia non possumus videre quem amamus. Sed adfuit qui iam[d] mihi impossibilitatem navigii de vestra gloria narraret[e], atque ideo, quod amavi, retinui et, quod iratus fueram, peperci. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat et a malis omnibus gratia continua defendat.

IX, 13 in titulo: post Venantio *add.* ep̄o *C 2* — V. epatricio de parmu *index C 3, ubi in titulo ipso corr.* Panortna *in* Panorma; Panormu *C 1. 2. 5;* de Panormitana civitate *C* 1.* a) Samsori *C 3.* b) alligoriç *C 3.* c) recipero *codd. n.* d) *ex* auctorem *corr. C 2;* auctori *C 3.* e) dn̄o *C 2.* f) *ex* vobis *corr. C 2.*

IX, 14 in titulo: pro illustri viro *codd.* illo *exhibent; om. hoc verbum C 3 in titulo;* illi *C* 1* — Panormu *C 1. 2, sed in* Parnormu *corr. C 2; ex* Panortna *corr.* Panorma *C 3;* Panormitana civitate *C* 1.* — a) que *codd. n.* b) visivione (*om.* nobis) *C 2.* c) *ita scr.;* paulo minus *codd.* d) *hic alterum* qui *add. codd. n., sed corr. C 2.* e) narrare *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.*

IX, 13. De Venantio cf. ep. I, 33 n. VI, 40 n.; quamquam Ewald putasse videtur hunc Panormitanum alium fuisse ac Venantium Syracusanum.

IX, 14. Hic Iohannes alias non occurrit.

IX, 15.

Gregorius I. papa Iovinum, illustrem virum Catanensem, apud quem Cyprianus diaconus et post reditum e Sicilia „mente" remanserit, salutat cumque Romam venire cupit. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 77.

Edd. M: Lib. VIII. ep. 17; G: Lib. XII. ep. 25. — Iaffé Reg. 1539 (1133).

GREGORIUS IOVINO ILLUSTRI VIRO DE CATENA.

Dilectissimus filius meus Cyprianus diaconus[1] revertens mihi valde placuerat, si ad me totus[a] rediisset. Sed[b] postquam vestra gloria in Siciliam sese retinuit, certissime scio, quia praedictus filius meus ad me quidem corpore rediit, sed mente in Siciliam remansit[c]. Haec tamen dicens tantum[d] vestrae quieti congaudeo, quantum de meis occupationibus ingemesco. Atque hoc summopere exhortor, ut, si palatum cordis[e] dulcedo tetigit intimae suavitatis, ita[f] introrsus rapiatur animus, ut triste sit omne quod foris sonet, omne quod foris delectet. Laudo autem, quod humana conventicula cavetis, quia saepe animus, qui renovari in Deo per compunctionis gratiam coeperit, per humanae confabulationis iterum verba veterescit[g]. Quaesivi autem, qui[h] vobiscum adhaereant in lectionis[i] sacrae collegio, et neminem repperi et vehementer ingemui paupertatem boni. Et quamvis[k] peccator ego valde occupatus sum[l], tamen si ad beati Petri apostoli limina venire[m] volueris, in sacro eloquio strictum poteris me habere collegam. Omnipotens Deus caelesti vos protectione custodiat atque ab antiqui hostis insidiis munitos[n] permanere concedat.

IX, 16.

Gregorius I. papa Iohanni episcopo Syracusano Apollonium, magistrum militum, commendat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 78.

Edd. M: Lib. X. ep. 47; G: Lib. VIII. ep. 48. — Iaffé Reg. 1540 (1332).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Quamquam[a] glorioso Apollonio magistro militum[1] communi filio paterna vos pietate[b] noverimus impendere, quia tamen eundem dilectionis modum, quem circa eum sacerdotaliter exhibetis, nostris credidit apicibus augmentandum[c], idcirco his eum fraternitati vestrae epistolis commendamus hortantes, ut paternam in vos, sicut decet, consolationem

IX, 15 in titulo: Iuvino *codd.* — illo (illi *C* 1*) *pro* illustri viro *codd. n.; om.* illo *sed postea m. 2 suppl. C 3, cuius index:* illo de atena — Cathenensium civitate *C* 1* — *Maurini hanc ep. inscribunt:* Maurentio mag. mil. — a) tutus *codd. n.* b) et *C 1. 3.* c) *ex* revertit *corr. C 3.* d) dicet in tant. *C 3.* e) *ita scr. Maur.:* corpus *codd. n.* f) lita *codd. n.* g) virescit *C 3.* h) quod *C 3.* i) dilectionis *C 1. 2, sed corr. C 2.* k) *sequitur rasura 4 aut 5 litterarum in C 3. — Ante* et *incip. C 4.* l) *corr. in* sim *C 2.* m) venire *om., sed add. m. 2 C 2.* n) monitos *C 1.*

IX, 16 in titulo: ita C 1. 2 et ind. C 3, sed Siracusani *C 3.* a) *ita C 4:* quam *C. 1. 2. 3.* b) *om. hoc verbum C 1. 2. 3, sed add. m. 2* pietate *C 2;* paternam curam *C 4.* c) augmentandam *C 3.*

IX, 15. Etiam Iovinus ignotus est. 1) De Cypriano rectore patrimonii Siciliae cf. ep. III, 55 n. Eum hoc tempore Romam reversum esse ex hac epistula eiusque successorem in Syracusana regione inde ab indictione secunda Romanum fuisse ex ep. IX, 28 ss. cognoscimus.

IX, 16. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. 1) De Apollonio cf. ep. IX, 34. IX, 4 n. 3.

inveniat et solaciis vestris, quocumque[d] usus exegerit, comitante iustitia potiatur, quatenus, dum vestram erga se amplius fuerit dilectionem expertus, et ipse quod de vobis confidit, agnoscat et nostram sibi sentiat epistolam profuisse[e].

IX, 17.

Gregorius I. papa Maurentium, magistrum militum, rogat, ut sibi viginti quattuor sellas plectiles, de quibus iam Anthemio subdiacono scripsisset, mittat. Si Iulianus maior aut alius sellas habeat, item eas mittat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 79.
Edd. M: Lib. XII. ep. 19; G: Lib. X. ep. 23. — Iaffé Reg. 1541 (1453).

GREGORIUS MAURENTIO MAGISTRO MILITUM.

Cognoscat gloria vestra Anthemio nos subdiacono[1] scripsisse, ut aliquantas sellas plectiles[a] nobis dirigere studeat aut, si factas non invenerit, ipsum ad se artificem tollat, ut in domo eius debeat laborare et vel viginti quattuor sellas omnino bonas faciat[b]. Et ideo quia omnino nobis sunt[b] necessariae, gloria[c] vestra, ut hoc fieri possit, provideat[d]. Et si forte vos iam aliquas conquaesistis, nobis eas transmittite. Sed et Iuliano viro clarissimo maiori[2] excellentiae[e], aut si quis alter[f] habuerit, eas nobis dirigere procuretis. Ita ergo gloria vestra faciat, ut[g] haec quae scripsimus sollicitudinis vestrae debeant[h] modis omnibus instantia[i] procurari.

IX, 18.

Gregorius I. papa Victorem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut quem monachi Praecoritani ex ipsa congregatione unanimes elegerint, presbyterum ordinet. *598, Oct.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 40; C: cap. 80.
Edd. M: Lib. IX. ep. 92; G: Lib. VII. ind. II. ep. 93. — Iaffé Reg. 1542 (1248).

GREGORIUS VICTORI EPISCOPO PANORMITANO.

Desiderium quod ad[a] religiosum propositum[b] et animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua est Deo auctore dilatione complendum[c]. Et ideo quia

d) sicut *C 4.* e) profuisset *C 3, sed. corr.*

IX, 17 in titulo: militię *C 3, sed* militum *in indice.* a) pictiles *C 1;* plictiles *C 2. 3.* b) bonas faciat *in ras. et verba usque* nobis sunt *om. et in marg. suppl. m. post. C 3.* c) glorię *C 1.* d) prideat *C 4.* e) *Hic aliquid deesse videtur; sed* vestrae *cum ed. Maur. addendum non est; nam nusquam Maurentius excellentiae titulo honoratur.* f) aliter *C 3.* g) ut *hic om. C 4 et post* scripsimus *add.* h) debeat *C 1. 2. 3;* cura faciat haec omni (*om.* debeat modis) *C 4.* i) stantia *C 1. 2. 3, sed corr. C 2 m. 2.*

IX, 18 ante titulum capitulo *add. ϱ* 2. 3; deest haec ep. in ϱ*1 —* Panor̄ *R 1;* Panormo *ϱ* 2. 3.* a) a *C 1. ϱ 1.* b) praepos. *C. 1. 2. 3. ϱ 1;* propos. *cet. codd.* c) conplecta *C 3.*

IX, 17. De Maurentio cf. ep. VIII, 12 n. 1 et quae ibidem citantur. — 1) De Anthemio rectore patrimonii Campaniae cf. ep. I, 23 n. 2) An idem sit, qui postea (ep. XIII, 23) gloriosus dicitur, dubito. — Maior domi *quidam Callinici exarchi commemoratur in ep. IX, 154. De maioribus domus episcoporum cf. ep. XI, 53.*

monachorum congregatio quae in monasterio Praecoritano[d] [1] consistit pro sacris missarum sollemnibus[e] peragendis presbyteri[f] indigere probantur[g] officio atque de sua sibi congregatione in hoc ordine postulant consecrandum[h], fraternitatem vestram scriptis praesentibus adhortamur, ut eum quem sibi de congregatione sua unianimes[i] duxerint[k] eligendum, in praedicto monasterio sine mora vel excusatione aliqua presbyterum debeat ordinare atque eum nec in ecclesia nec in loco alio observare, sed illic iugiter permanere[l] ex nostra quoque auctoritate constituat, quatenus et ille, dum alibi non fuerit occupatus, in officio suo adsiduus possit et utilis inveniri et[m] congregatio[n] quae sibi eum[o] postulat ordinari, quotiens necesse fuerit, sacrificii[p] sollemnitatem veneratione debita celebrantes[q] valeat refoveri.

IX, 19.

Gregorius I. papa Pantaleoni notario mandat, ut argentum ecclesiarum, quae clerum et populum habeant in cimiliarchio ecclesiae deponat accepto de eodem deposito desuscepto; argentum ecclesiarum a clero et populo destitutarum Romam secum deferat clericorumque notitiam et res quae vetustate perire possint. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 81.

Edd. M: Lib. XII. ep. 41; G: Lib. X. ep. 46. — Iaffé Reg. 1513 (1474).

GREGORIUS PANTALEONI NOTARIO.

Expectabamus, ut nos experientia tua de argento ecclesiarum vel aliis rebus quas invenit omnino suptiliter redderet[a] certiores, ut ex eius enumeratione[b], quod[c] fieri debuisset, deliberare minutius potuissemus. Sed non nos ita renuntiatio[d] tua, ut oportebat, instruxit. Curae[e] ergo tuae sit, ut argentum ecclesiarum quae clerum et populum habent[f], apud quos praevideris, in cimiliarchio [1] ecclesiae sub omni sollicitudine et cautela deponas atque de eodem deposito desusceptum accipias[g]; argentum vero ecclesiarum quae pro peccatis a[h] clero et populo destitutae sunt tecum huc defer[i]. Si forte[k] tres aut quattuor clericos[l] de ipsis ecclesiis quarum[m] argentum tecum defers cognoveris remansisse, facta notitia, quis quomodo est vel ubi habitet[n], nobis defer, ut eis, si necessarium viderimus, quid singulis annis accipere debeant, statuere valeamus. Res vero quae vetustate perire possunt, tecum similiter defer, ut ex eis quod utile visum fuerit disponatur. Tu autem protegente Domino inventa navigii prosperitate revertere.

---

d) Praetonitanum *C 1. 2;* Praetoritanum *C 3;* Praetoritano *C 4.* e) sollemniis *R 1.* f) *hic add* qui *C.* g) *ex* probantur *corr. R 1* probatur. h) consecrandam *C 1.* i) *in* unanimes *(ita ϱ* 2. 3). corr. R 1;* uniames *ϱ 1.* k) dixerint *C 3.* l) *ex* permaneret *corr. R 1.* m) invenire *(om.* et*) C.* n) quoque *add. C 4.* o) *om., sed postea add.* eum *R 1. C 3.* p) sacrifitiis *C.* q) *in* celebrate *corr. R 1.*

IX, 19. a) reddere *C 1. 2. 3.* b) *ita scr. Mommsen;* renuntiatione *ed. M.;* remuneratione *codd. n.* c) quid *C 3. 4.* d) renuntio *C 1.* e) *ex* eum *corr. C 2 m. 2.* f) habet *C 1. 2. 3;* quod clerus et populus habet *C 4.* g) inde susceptum accipies *C 2.* h) ac *C 3.* i) deferre *C. 1. 2. 3;* defer et *C 4.* k) et si forte de argento quod *C 4.* l) clerici *C 1. 3. 4 et ex* clerico *corr. C 2.* m) parum *C 1. 2. 3;* quarum argentum *om. C 4.* n) *ita C 4;* habite *C 1. 3;* habitae *C 2.*

IX, 18. De Victore cf. I, 70 p. 90 n. 4. III, 27 n. 1. Cf. etiam ep. VI, 39 eidem missam de simili causa. *1) Hoc monasterium inter Gregoriana fuisse videtur, de quibus cf. ep. V, 4 n. 2. IX, 7 n.*

IX, 19. De Pantaleone cf. ep. III, 40 n. et VIII, 26, qua noster Iohanni Syracusano de iisdem negotiis scribit. *1) Cimiliarchia ecclesiarum etiam commemorantur in ep. III, 49 (n. 4). IX, 240.*

IX, 20.

Gregorius I. papa Urbicum abbatem increpat, quod Lucuscano monasterio duos eodem die praefecerit abbates: mane Domitium presbyterum, vespere latorem praesentium, Bonum servum Dei. Domitium presbyterum a Victore episcopo (Panormitano) abbatem ordinari iubet; praepositus Lucifer monachus fiat, non Catellus, quem Urbicus ordinare voluerit. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 82.
Edd. M: Lib. XI. ep. 48; G: Lib. IX. ep. 42. — Iaffé Reg. 1544 (1398).

GREGORIUS URBICO ABBATI.

Valde me[a] contristatum tua dilectio cognoscat, quod tantam[b] in congregatione monasterii nostri confusionem evenisse cognovi[c], dum de ordinando abbate aliquid in[d] monasterio Lucuscano[1] disponeres[e], non unum sed paene duo abbates fecisses: mane, sicut audio, Domitium[f] presbyterum[2], vespere vero latorem praesentium Bonum servum Dei. Ex qua re aspicio, quomodo dissoluta sit regula monasterii, dum[g] nec monachi eiusdem monasterii[g] tibi ad oboedientiam parati extiterunt nec tu constanter aliquid disponere potuisti. Unde vehementer ingemesco, quia aliter esse monasterium nostrum quam putabam invenio. Quod ex nulla alia re evenire[h] valuit[i], nisi quia tua dilectio in regimine suo inordinata est nec gravitate aliquid valet disponere, sed modo studet peccantibus leviter[k] blandiri[l], modo inordinate et extra modum nimie irasci. Nam si semetipsam tenere in mentis suae[m] ratione potuisset[n], ipsa eius maturitas haberi in reverentia potuit[o] et disciplinae in monasterio ordo servari. Hoc autem deterius factum puto, quod praedictum Bonum monachum de monasterio, ut construxit[p], sine mea iussione tollere praesumpsisti, maxime quia nec aetati eius expedire suspicor[q], ut possit in regimine praeesse. Ideoque volumus, ut Domitius[r] presbyter abbas esse Lucuscani[s] monasterio debeat eique praepositus Lucifer monachus fiat, in cuius requiescere solacio[t] valeat[u]. Ex nostra itaque auctoritate haec te disponere Deo adiuvante praecipimus. Cui dispositioni si quis praesumpserit ingratus existere, ad nos sine dubio transmittatur. Acceptis ergo[v] scriptis nostris fratrem et coepiscopum nostrum Victorem[3] ad Lucuscani[w] monasterium tua dilectio invitet, quatenus ipse illic missarum sollemnia celebrare et praedictum Domitium[f] auctore Deo abbatem ordinare[x] debeat[y][4]. Dum tuum consilium sequimur, in errore velut caeci ducebamur[z]. Nam Catellum monachum[a] in[b] Lucuscani[c] monasterio praepositum fieri dilectio tua voluerat[d]. Postquam fieri mandavimus, quia monachus non sit, agnovimus. Ex parva[e] enim eulogia[5], quam

IX, 20 in titulo: abbate *C 1. 2. 3.* a) me *om. C 1. 2. 3.* b) tantum *C 3.* c) quod *add. C 4.* d) in *om. C 4.* e) disponeris *C 1. 2. 3;* disposueris *C 4.* f) Dominicum *C 4.* g) *om.* dum — monasterii *C 3.* h) revenire *C 2.* i) potuerit *ante* valuit *delet C 3.* k) breviter *C 4.* l) *add.* quo *codd. n.* m) qua *C, sed corr. in* suae *C 2.* n) semetipsam mentis ratio teneret qua oratione non potuisset *C 4.* o) *ex* poterit *corr.* potuit *C 3; om. C 4.* p) construxerat *C 4. Haec verba* (de *usque* constr.) *fortasse del. sunt.* q) suspico *C 1. 3.* r) Dominicus *C 4.* s) Lupuscani *C 1. 2 et ita ex* Luuscano *corr. C 3.* t) solacia *C 2.* u) *ex* veniat *corr.* valeat *C 3.* v) autem *C 4.* w) Luscani *C 1;* Lucasani *C 3.* x) ordinare *om. C 1. 2. 3, suppl. supra lineam m. 2:* ordinari *C 2.* y) *add. m. 2 supra lineam* ne *C 2.* z) ducebantur *C 1. 2, in* ducamur *corr. C 2 m. 2.* a) Catellus monachus *C 1. 2; hic add.* quem *Mommsen;* Cautellus monachus *C 3.* b) in *om. C 4.* c) Luscani *C 1.* d) quod, *ut videtur, add. C 4.* e) parte *C 3.*

IX, 21. De Urbico, abbate S. Hermae in Panormo, cf. ep. II, 38 p. 139 n. 4. V, 4 n. 2. IX, 38. Rochus Pirrus l. l. II, p. 1068 ex hac epistula efficere conatur Urbicum generalem omnium (in Sicilia) monasteriorum praefectum *fuisse.* 1) *De hoc monasterio SS. Maximi et Agathae cf. Roch. Pirrum l. l. p. 1070 s.; de eodem agitur in ep. IX, 82; illud inter monasteria a Gregorio condita fuisse ex verbis* monasterii nostri *apparet.* 2) *Hic Domitius in ep. IX, 82 abbas dicitur huius monasterii.* 3) *De Victore, episcopo Panormitano, cf. ep. I, 70 p. 90 n. 4. III, 27 n. 1.* 4) *De ordinatione abbatis cf. ep. V, 47 n. 2. VIII, 17.* 5) *Verbo* eulogia *eodem sensu atque* benedictio *(cf. ep. VI, 58 n. 5) etiam in ep. XIII, 45 noster utitur.*

Bonus monachus accepit, partem petendo contentionem facere in itinere minime timuit. Quod ex quanta amaritudine cordis descenderit[f], tua poterat[g] dilectio scire, si regulam monachorum nosse[h] voluisset[6]. Ex discipulo autem tuo cognovimus, quia tu qui abbas diceris, esse adhuc monachus nescis[i]. Et credo, quod non disparis mentis sit[k] in hac divisione cellarum etiam Lucifer[l], quem praepositum fieri diximus. Sed tolerabilius est antiquiorem fratrem quam novum et puerum tolerare.

IX, 21.

Gregorius I. papa Urbico abbati praecipit, ut Petro, episcopo Triocalitano, solidos quadraginta ex monasterii Lucuscani pecuniis, quas apud eum esse Salerius notarius renuntiaverit, persolvat. Monachis quos ex eodem monasterio Petrus abstulerat, abbas monasterii alimonia et vestiarium annis singulis det. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 83.
Edd. M: Lib. XI. ep. 49; G: Lib. IX. ep. 43. — Iaffé Reg. 1545 (1399).

GREGORIUS URBICO ABBATI.

Dilectio tua praesentia scripta suscipiens de solidis[a] monasterii[b] Lucuscani, quos apud eam Salerius notarius noster[1] esse renuntiavit, sine mora vel excusatione aliqua quadraginta[c] solidos fratri nostro Petro Troecalitano episcopo[2] dare studeat. Sed et monachis, quos apud se de eodem monasterio praefatus frater[d] noster pro eorum salute abstulit, studii tui sit abbatem[e] antefati Lucuscani monasterii districtius imminere, ut alimonia[f] et vestiarium[g] annis singulis exinde praebere modis omnibus debeat[h].

IX, 22.

Gregorius I. papa Romano defensori mandat, ut qui in Sicilia defensorium usurpent, tonsuratores coerceat; qui inter eos strenui probati sint, epistulam defensorum accipiant. Fortunati rationes perscrutetur neque ei actionem ultra committat. Marcianum, qui et defensorem ementitus sit et Iohanni, episcopo (Syracusano), non oboediverit, in exilium agat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 84.
Edd. M: Lib. IX. ep. 62; G: Lib. X. ep. 47. — Iaffé Reg. 1546 (1475).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Pervenit ad nos[a] tonsuratos[b] [1] in Sicilia prava[c] sibi praesumptione defensorium[d] sumere atque eos non solum utilitatibus ecclesiasticis esse utiles, sed etiam hac occa-

f) distenderit *C 1. 2. 4.* g) poterit *C 3.* h) scire *C 4.* i) non sis *C 4.* k) sis *C 4.* l) cellerarius autem Luciferum *C 4.*

IX, 21 in titulo: U. abbate *C;* item eidem *C* 1.* a) solidos *C 1. 2. 3.* b) monasterio *C 2.* c) *pro* quadraginta: alta *C 3.* d) frater *om. C 4.* e) *ita codd. n.; sed fort. cum ed. M. scrib.:* abbati. f) alianonia *C 3.* g) vestiarum *C 3.* h) debeant *C 4.*

IX, 22. a) quod *add. codd.* b) tonsorator *codd. n.* c) parva *C 1. 2, sed corr. C 2.* d) defensorum *codd. n., sed corr. C 2;* nomen defensorum *scr. ed. M.*

6) Maurini recte hic notant: cf. reg. S. Benedicti c. 54.

IX, 21 una certe cum praeced. ep. transmissa. — De Urbico cf. ep. praeced. — 1) Idem, ut videtur, in ep. IX, 38 et in ep. XIII, 37 commemoratur. 2) De hoc cf. ep. V, 12 n.

IX, 22. De Romano defensore cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 15 n. 1 et IX, 29; ex qua epistula intellegi potest epistulas eiusdem mensis non eodem ordine in registrum relatas esse, quo scriptae essent. 1) In ep. II, 38

sione multa indisciplinata committere. Proinde experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut hoc diligenter inquirat[e]. Et si quos sibi, praeter eos qui huius rei[f] epistolas habent, hoc denuo nomen[g] usurpare reppererit[h], districta illud emendatione compescat. Si vero quosdam strenuos ac fideles in ecclesiasticis negotiis esse probaveris, suptiliter nobis de his te renuntiare[i] necesse est, ut[k], utrum digni sint epistola[2], iudicemus.

Praeterea a Fortunato[l] de his quae gessit rationes suptiliter perscrutari te volumus, et satisfactis omnibus quae re debere[m] constiterit, cum per patrimonium vel actionem aliquam ecclesiae nostrae transire ulterius non permittas[n], quia ita se, quantum ad nos pervenit, exhibuit, ut commune aliquid deinceps cum nostris habere non debeat.

Praeterea nuntiatum nobis est Marcianum quendam, qui nomen sibi defensoris adsumpsit, fratri et coepiscopo nostro Iohanni[3], cui patrimonii nostri curam commiseramus, exhibere oboedientiam distulisse. Require ergo; si verum est, exilio transmittatur, ut ex cuius ecclesiae honore sibi falsum nomen arripuit, amministranti[o] utilitates ipsius minime oboedisse[p] impunitum sibi cognoscat non[q] esse. Sed et si qui[r] sunt alii qui[s] ordinationi memorati fratris nostri inoboedientes forsitan extiterunt, districtam in eos ultionem modis omnibus vindicabis.

IX, 23.

Gregorius I. papa, inter Praeiectam et Fantinum, defensorem suum et rectorem patrimonii Panormitani, quae de possessionibus quibusdam in Panormitano territorio sitis convenerant, ea rata habet. *598, Oct.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 41.
Edd. M: Lib. IX. ep. 57; G: Lib. VII. ind. II. ep. 61. — Iaffé Reg. 1547 (1215).

GREGORIUS PRAEIECTAE.

Quotiens in quibusdam conventionibus noster expectatur assensus, ne in dubium veniant quae geruntur[a], ratihabitio[b] eas[c] pro securitate partium[d] debet[e] solidare. Proinde cognoscentes[f], quid inter dilectionem tuam et Fantinum defensorem nostrum ac rectorem patrimonii partium Panormitanorum[g] [1] convenerit de portionibus tibi com-

e) inquirat *om. C 4.* f) rei *om. C 4.* g) novem *C 1.* h) repperit *C 1. 2. 4, sed corr. C 2.* i) iste renuntiari *C 1;* his te renuntiari *C 2.* k) ut *om. C 1.* l) *ex* Futunato *corr.* Furtunato *C 2.* m) *ita C 4;* redivere *C 1. 3;* rediverte *C 2.* n) permittat *C 2.* o) tam ministranti *C 1. 2. 3;* iammin. *C 4.* p) cognoscat *hic add. C 4.* q) cognoscat non *om. codd. n.* r) quis *C 1. 2. 3; om.* qui *C 4.* s) aliqui *C 1. 2. 3;* aliquiqui *C 4.*

IX, 23 in titulo: in Praeiecto *corr. nigro atram. R 1;* Prelectae *ϱ 1. R* 1;* Praefectae *Vat. A (ed. M).* — illustri *add. R* 1.* a) quaeruntur *(pro* quae ger.*) ϱ* 1;* quae queruntur *ϱ* 2. 3 et Vat. D. E (ed. M).* b) *ita scr.;* ra*(et in ras.:* tio*) R 1;* rati *ϱ 1. ϱ* 1;* ratio, *ut videtur, ϱ* 2. 3. Cf. n. e)* c) *ita R 1. ϱ 1;* ea *ϱ* 1.* d) partium, *sed* i *in ras. R 1.* e) habiti *hic add. ϱ* 1,* habita *ϱ* 2. 3,* abiti *ϱ 1; ex* abit *corr.* habita *R 1.* f) agnoscentes *ϱ 1.* g) Panormitarum *ϱ 1.*

(p. 138 n. 4) scribit noster de laicis ut tonsorari debeant et actionarii sub rectore fieri *et ex ep. Pelagii I I-K. 956 (Baluzii Misc. III, 3) effici potest colonos et conductores Romanae ecclesiae tonsuratos fuisse. Cf. Diurn. f. 70; ep. Zachariae papae (Iaffé bibl. III p. 187; I-E. 2286) et Grisar l. l. p. 535 s.*

2) Scil. defensoria: cf. ep. V, 26. IX, 97. *3) Iohannes, episcopus Syracusanus (cf. ep. VI, 18 n.), inter Cyprianum (cf. ep. IX, 15 n. 1) et Romanum partes Syracusanas Romani patrimonii administrasse videtur.*

IX, 23. Praeiecta quae sit, non constat. Nota eam dilectionis titulo honorari. *1) De Fantino cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n.*

petentibus in massa Leucas[h] et Samanteria in provincia Sicilia[i] territorio Panormitano et domo in Panormitana civitate sita, quam ecclesiae nostrae dudum titulo donationis optuleras, nostrum in his adcommodamus assensum atque omnia, sicut[k] inter vos gesta sunt, per huius ratihabitionis[l] paginam confirmamus nec quicquam eorum a nobis successoribusque nostris deduci in irritum profitemur, quia valde ecclesiasticae est moderationi conveniens, ut, quae[m] ordinata fuerint vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

IX, 24.

Gregorius I. papa Martino scholastico respondet, de Crementii, episcopi (primatis Byzacii), causa ab eo se levius esse eruditum, quam ut iudicare de ea posset. Monet, cum in Sicilia manere, quam Romam venire maluerit, ut cum Iohanne, episcopo (Syracusano), agat. *598, Oct.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 42.
Edd. M: Lib. IX. ep. 58; G: Lib. VII. ind. II. ep. 62. — Iaffé Reg. 1548 (1216).

GREGORIUS MARTINO SCOLASTICO.

Cum de negotiis vilibus exorta causatio maioris, ut magnitudini tuae notum est, requisitionis[a] indigeat, quanta cura quantaque vigilantia episcoporum causae debeant perscrutari, sapientia tua consideret. In ea vero epistola quam per latorem praesentium transmisisti, pro quibus ad nos causis[b] a Crementio fratre et coepiscopo nostro[1] transmissus[c] fueris[d], superficie tenus indicasti et earum radicem penitus tacuisti. Quarum si nobis origo vel fuisset qualitas interius manifesta, quid de eis definiendum esset, praedicti fratris nostri animos responsione utique patenti ac congrua firmaremus. Illud tamen nobis omnino displicuit, quod aliquos episcoporum sine primatis[e] sui epistolis ad comitatum profectos esse[2] vel conventus significas inlicitos celebrare. Sed quia, sicut praefati sumus, causarum origo vel qualitas omnino nobis ignota est, pronuntiare aliquid definitive non possumus, ne, quod reprehensibile nimis est, de rebus non bene cognitis proferre sententiam videamur. Unde valde necessarium fuerat, si hic pro plenissima instructione nostra magnitudo tua nostris interrogationibus responsura tempore, quo[f] in Sicilia delata[g] est, perrexisset. Sed tamen postquam[h] fratrem et coepiscopum nostrum[i] Iohannem[3] vidistis, in eo et nos vidisse vos credimus. Et ideo quia de eisdem[k] nobis et ipse studuit causis scribere, ei quae nobis sunt visa rescripsimus. Qui[l]

h) massas Leucas *ϱ 1.* i) Siciliae *ϱ* 1.* k) sicut *R 1;* sicuti *cet.* l) *ita scr.;* ratiocinationis (ocina *in ras.*) *R 1;* rationis *ϱ 1;* ratio tuitionis *ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2 in* rata tuitionis *(ita ϱ* 3).* m) *ita* (ut *in ras.*) *R 1:* atque (*pro* ut, quae) *ϱ 1. ϱ*.*

IX, 24 in titulo: Martinus scolasticus *R 1.* a) inquisitionis *ϱ* 1.* b) causas *ϱ* 2. 3.* c) transmissas *ϱ* 2. 3.* d) fieri *ϱ*.* e) primatus *ϱ* 1.* f) quod *ϱ* 1.* g) dilata *codd. n., sed corr. R 1.* h) proquam *ϱ* 1.* i) nostrum *om. ϱ* 1.* k) hisdem *R 1.* l) quia *ϱ 1.*

IX, 24. Idem Martinus, vir eloquentissimus, occurrit in ep. IX, 27, ubi de eadem causa agitur. — De scolasticis cf. ep. I, 3 n. V, 34 n. *1) Idem primas Byzacenus commemoratur in ep. IX, 27. XII, 12 atque idem esse videtur, cui* (Clementio) *ep. IV, 13 missa est.* *2) Cf. ep. V, 59. 58:* sicubi autem longius episcoporum quisquam pergere forte voluerit, sine tuae sanctitatis auctoritate ei ad loca alia transire non liceat *et Loening l. l. I p. 420 s., qui citat conciliorum quorundam canones. Adde ep. Gelasii apud Thiel l. l. p. 486 (fr. 7) et p. 490 (fr. 13). Diurn. f. 74.* *3) De Iohanne, ep Syracusano, cf. ep. VI, 18 n.*

quoniam maturi providique consilii sacerdos est, si cum ipso causas pro quibus missus es[m], tractare volueris, certi sumus, quia in eo et quod utile est[n] et quod rationem habet[o], invenies[p].

IX, 25.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut convocatis tribus vel quattuor episcopis Lucillum, episcopum Melitensem, deponat et presbyteros diaconosque criminis socios, honoribus privatos, in monasteria releget noxiosque omnes excommunicet. Clerum et populum Melitensem ad novum episcopum eligendum admoneri iubet.

598, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 43; C: cap. 85.
Edd. M: Lib. IX. ep. 63; G: Lib. VII. ind. II. ep. 63. — Iaffé Reg. 1549 (1218).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Quae adversus Lucillum Melitae[a] civitatis episcopum[1] querella commota sit, ex[b] epistolarum vestrarum et gestorum[c] quae ad nos direxistis pagina declaratum est. Et ideo quia tanti[d] facinoris ultio nulla debet dilatione differri, fraternitas vestra tres vel quattuor de fratribus ac consacerdotibus[e] sibi nostris adhibeat[f], ut ipsis quoque praesentibus praedicta ac satisfacta veritate praedictum Lucillum de episcopatus ordine, quem huius sceleris contagio maculavit, studeat sine ambiguitate deponere[g]. Quia vero presbyteri quidam vel diacones proditae iniquitatis fuisse conscii ac participes memorantur[h], sanctitas vestra suptili indagatione discutiat. Et si ita reppererit, ab honoris sui et ipsos milites[i] gradu deiciat et in monasteriis, ubi digne valeant agere paenitentiam, deputet[k]. Sed quia[l] per hos multi in[m] huius labe peccati perhibentur esse collapsi, cunctos qui rei esse claruerint Domini corporis ac sanguinis participatione privare vos convenit atque eos vestris epistolis strictius ammonere, ut letaniis et orationibus operam dent et[n] peccati quam[o] contraxerunt[p] maculam flendo detergant. Quibus quando sit secundum modum paenitentiae[q] reddenda communio, iudicio vestro committimus. Hoc tamen sollicite vos providere necesse est, ut[r] his qui mortis urguentur periculo, viaticum non negetur. Curae praeterea sit vobis[s] clerum et populum Melitae[t] civitatis hortari, ut, quia sine proprio pastore esse non poterunt, ordinandum sibi eligant Deo propitio sacerdotem. Causam vero presbyterorum ac diaconorum, qui in lapsu accusati sunt, sollicite omnino rimamini. Et si rei criminis esse patuerint[u], severam in eis ultionem et canonicam exhibete, ut quanto[v] illorum iniquitas Deum potuit ad iracundiam provocare, tanto[w] eum vos placare emendatione districtissima[x] valeatis.

---

m) est *codd. n., sed corr. R 1.* n) ē *ϱ 1;* est *om. cet. codd.* o) *ex* habes *corr. R 1.* p) *ex* inveniet *corr. R 1.*

IX, 25 om. ϱ 1 — In titulo:* Siracusanus *R 1;* Siracusano *C 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3.* — Siracusani *C 3. R 1 add. in marg.:* ut presentibus quattuor vel tribus epis pro facinore suo deponitur eps. a) Maelitae *C 1;* Melitenę *C 4;* Militena *R* 1;* Militae *ϱ* 3.* b) ex *om. C 4.* c) *ex* et gestarum *corr.* gestorum *R 1;* egestorum *ϱ 1.* d) quantitati (*pro* quia tanti) *C 1.* e) sacerdot. *C 4.* f) exhibeat *C 3.* g) disponere *C 4.* h) memoratur *C. 1. 2. 3.* i) similiter *ϱ 1.* k) deputent *C 1. 3. R 1, sed corr. R 1;* deputentur *C 4.* l) qui *C 3.* m) in *om. C 1.* n) et *om. R 1. ϱ 1. ϱ* 2.* o) quod *C 4.* p) contraxerint *C 3.* q) paenitentia (*om.* modum) *ϱ 1.* r) ut *om. C 4.* s) vobis sit *C.* t) Meliate *C 3;* Melitenę *C 4.* u) potuerint *C 3. R 1, sed corr. R 1.* v) quantum *C.* w) tantum *C 3. 4.* x) districtissime *C 1. 2. 3.*

IX, 25. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. 1) De Lucillo cf. ep. II, 43 n.

IX, 26.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Syracusanum, docet se in referendis veteribus ecclesiae moribus consuetudines Constantinopolitanae ecclesiae non esse secutum; de alleluia, de subdiaconis spoliatis procedentibus, de kyrieleison, de oratione Dominica scribit; in Catanensi et in Syracusana ecclesia murmurantes instruere non desistat. 598, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 44.
Edd. M: Lib. IX. ep. 12; G: Lib. VII. ind. II. ep. 64. — Iaffé Reg. 1550 (1170).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Veniens quidam de Sicilia dixit mihi, quod aliqui amici eius vel Graeci vel Latini, nescio, quasi sub zelo sanctae Romanae ecclesiae, de meis dispositionibus murmurarent dicentes: Quomodo ecclesiam Constantinopolitanam disponit comprimere, qui eius consuetudines per omnia sequitur? Cui cum dicerem[a]: Quas consuetudines sequimur? respondit[b]: Quia alleluia[b] dici ad missas extra pentecosten tempora[c] fecistis; quia subdiaconos spoliatos procedere, quia kyrieleison dici, quia orationem Dominicam mox post canonem dici statuistis. Cui ego[d] respondi, quia in nullo eorum aliam ecclesiam secuti sumus.

Nam ut alleluia hic non[e] diceretur, de Hierosolymorum ecclesia ex beati Hieronymi traditione tempore beatae memoriae Damasi papae traditur tractum; et ideo magis in hac re[f] illam consuetudinem amputavimus, quae hic a Graecis fuerat tradita[1].

Subdiaconos autem ut spoliatos procedere facerem, antiqua consuetudo ecclesiae fuit. Sed quid[g] placuit cuidam nostro pontifici, nescio, qui eos vestitos procedere praecepit. Nam vestrae ecclesiae numquid traditionem a Graecis acceperunt? Unde habent ergo hodie, ut subdiaconi in eis[h] in tunicis procedant, nisi quia hoc[i] a matre sua Romana ecclesia perceperunt?

Kyrieleison autem nos neque diximus neque dicimus[k], sicut a[l] Graecis dicitur, quia in Graecis omnes simul dicunt, apud nos autem a clericis[m] dicitur, a populo respondetur[2] et totidem vocibus etiam Christe-eleison dicitur, quod apud Graecos nullo modo dicitur. In cotidianis autem missis alia quae dici solent tacemus[3], tantum modo kyrieleison et Christe-eleison dicimus, ut in his deprecationis vocibus[n] paulo diutius occupemur[o].

Orationem vero Dominicam idcirco mox post precem dicimus[p] [4], quia mos apostolorum fuit, ut ad ipsam solum modo orationem oblationis hostiam consecrarent, et valde mihi inconveniens visum est, ut precem[q] quam scolasticus composuerat super[r] oblationem diceremus et ipsam traditionem[s] quam redemptor noster composuit super

IX, 26 in titulo: cui supra *R* 1* — Syracusane *ϱ* 1. 4;* Siracusano *R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3.* a) dicerent *R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. R 1 in* diceret. b) ℞ *et* all. *abbrev. R 1. ϱ 1.* c) tempore *ϱ*.* d) ergo *ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* e) *ita R 1. ϱ 1; om.* non *ϱ*.* f) se *ϱ* 1.* g) quia *ϱ 1.* h) *ita codd. n. et codd. Vatic.;* subdiac̄ni lineis *ϱ* 1 solus;* lineis *scr. edd.* i) hoc *om. R 1.* k) diximus *ϱ 1.* l) a *om. R 1. ϱ* 1, sed add. R 1.* m) ecctis *(pro* a cl.*) ϱ 1.* n) deprecationibus *ϱ* 1.* o) occupemus *ϱ 1;* occupetur *R 1.* p) predicemus *(pro* precem dicimus*) ϱ 1.* q) *supra* precem *scr.* vel canonem *m. post. ϱ* 2.* r) composuerant (super *om.*) *ϱ* 1.* s) vel orationem *suprascr. m. post. ϱ* 2.*

IX, 26. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. *1) S. Augustinus, quem Gussanv. affert, tradit suo tempore alleluia in quibusdam ecclesiis non nisi per illos quinquaginta dies cantatum esse: ep. 55 (119) c. 17. Cf. Sozomenum, h. e. VII, 19 et Ioh. diac. v. Greg. II, 20, qui sine dubio ex hoc loco hausit.* *2) Kyrieleison Romae adventicium atque ex ecclesiis orientalibus importatum esse notat Duchesne, Origines du culte Chrétien (1889) p. 156 s. Iam Gussanvill. recte affert Conc. Vasens. a. 529 c. 3 (M. G. p. 56).* *3) De quadam litania noster agere videtur: cf. Duchesne l. l.* *4) Maurini afferunt Iohann. diac. l. l.:* orationem Dominicam mox post canonem super hostiam censuit recitari.

eius[t] corpus et sanguinem non diceremus. Sed et Dominica oratio apud Graecos ab omni populo dicitur, apud nos vero a solo sacerdote[5].

In quo ergo Graecorum consuetudines secuti sumus, qui[u] aut veteres nostras reparavimus aut novas et utiles constituimus, in quibus tamen alios non probamur[v] imitari? Ergo vestra caritas, cum occasio dederit, ut ad Catenensem civitatem pergat, vel in Syracusana ecclesia[w] eos quos[x] credit aut intellegit, quia de hac re murmurare potuerunt, facta collocutione[y] doceat et quasi alia ex occasione eos instruere non desistat. Nam de Constantinopolitana ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi apostolicae esse subiectam? Quod et piissimus domnus imperator et frater noster eiusdem civitatis episcopus adsidue profitentur[6]. Tamen si quid boni vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego et minores meos, quos ab inlicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim qui in eo se primum existimat, ut bona quae viderit, discere contemnat[z].

IX, 27.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, refert se de (Crementii) primatis Byzacii causa imperatoris iussu ad se delata iudicare antea non potuisse, adversante Theodoro, magistro militum, pretio decem auri librarum corrupto. Quae nunc sibi a primate proponantur, ea dubia videri. Cum Martino, viro eloquentissimo, qui de Africa provincia venerit, agere eum iubet, quaeque egerit, se probaturum scribit. 598, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 45.
Edd. M: Lib. IX. ep. 59; G: Lib. VII. ind. II. ep. 65. — Iaffé Reg. 1551 (1217).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Fraternitatis vestrae scripta suscepi, in quibus indicatis Martinum virum eloquentissimum de Africana provincia Syracusis venisse vobisque aliquid secreto[a] locutum fuisse. Et quidem fraternitas vestra quotiens occasionem repperit, amorem suum circa beatum Petrum apostolum non cessat ostendere. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, quia ubi illa est nos illic absentes non invenimur[b]. Causa tamen de qua agitur, needum sanctitas vestra suptilius agnovit. In quodam enim crimine Vizacenus primas[c] fuerat accusatus et piissimus imperator eum[d] iuxta statuta canonica per nos voluit iudicari. Sed acceptis decem auri libris tunc Theodorus magister[e] [1] obstitit, ut minime fieret. Tamen piissimus imperator ammonuit, ut transmitteremus et quicquid esset canonicum faceremus. Sed videntes contrarietates hominum eandem[f] causam inire[g] noluimus[h]. Nunc autem isdem primas[i] aliqua[k] de concilio[l] suo loquitur. Et valde est dubium, utrum pure an certe, quia a coepiscopis suis impetitur[m], nobis modo

t) sacrum *m. post. suprascr.* ϱ * 2, *quem sequitur* ϱ * 3. u) quia ϱ * *1. 2, sed corr.* ϱ * 2. v) *ita R 1.* ϱ * *3;* non probamus ϱ *1.* ϱ * *1;* comprobamur, *suprascr.* ñ ϱ * 2. w) Siracusanam ecclesiam *R 1;* Sir. *etiam* ϱ *1.* x) qui *in ras.* ϱ *1.* y) conlatione ϱ * *1.* z) contempnet ϱ *1.*

IX, 27 in titulo: Item eidem cui supra *R* 1;* Syracusana ϱ * *1. 4;* Siracusañ *R 1.* a) secrete ϱ *1.* b) invenimus ϱ *. ϱ *1.* c) primus *codd. n.* d) cum ϱ *. ϱ *1.* e) *ita R 1.* ϱ *1;* militum *add.* ϱ *. f) *ita* ϱ * *2. 3;* eundem *R 1.* ϱ *1, sed corr. R 1;* eadem ϱ * *1.* g) *ita R 1.* ϱ *1;* finire ϱ *. h) nolumus ϱ *1;* voluimus ϱ * *1.* i) prima *codd. n., sed corr. R 1.* k) *ex* aliqui *corr. R 1.* l) *ita R 1;* consilio *cet. codd.* m) impeditur ϱ * *1.*

5) Cf. Duchesne l. l. p. 167 ss. *6) Cf. ep. VI, 15 n. 4. V, 37 n.*

IX, 27. De eadem causa, quae hac ep. tractatur, agitur ep. IX, 24. *1) An idem fuerit, qui dux Sardiniae fuit, non constat: cf. ep. I, 46 n.*

talia loquatur; nam quod se sedi apostolicae dicit subici, si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis ei episcopus subiectus non sit[2]. Cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sunt. Tamen quod vestrae fraternitati placet, cum praedicto eloquentissimo Martino loquimini: vos enim tractate[n], quid agere debeat; cui nos breviter de causa rescripsimus, quia et hominibus incognitis passim[o] nos credere non debemus. Si tamen vos, qui eum in praesenti[p] conspicitis, cum loquendum[q] fixius aliquid iudicatis, vestrae hoc caritati committimus, de cuius amore in[r] omnipotentis Dei gratia certi sumus. Quae autem vos agitis, nos[s] egisse non dubitetis[t].

IX, 28.

Gregorius I. papa Libertino expraefecto Romanum defensorem, praesentium latorem, cui curam patrimonii in Syracusano et Catanensi tractu commiserit, commendat. Addit de alia causa, de qua Iohannes, episcopus (Syracusanus), scripserat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 86.

Edd. M: Lib. IX. ep. 21; G: Lib. VII. ind. II. ep. 20. — Iaffé Reg. 1552 (1180).

GREGORIUS LIBERTINO EXPRAEFECTO.

Gloriae vestrae cognita et experta nos devotio provocat epistolari vos alloquio causis adhibere[a] ecclesiasticis adiutores. Et ideo quia[b] Romano defensori[c] praesentium portitori curam[d] patrimonii ecclesiae nostrae quod in Syracusano atque Catenense tractu[e] situm est[f] Deo auctore commisimus[g] [1], salutantes gloriam vestram petimus, ut concurrere illi ac ferre solacium in omnibus debeatis. Et ne forsitan de novitate minus aliqua quae[h] sunt utilia comprehendat, vestris eum suptiliter consiliis informate atque ad agenda ea vestram illi, sicut consuestis[i], operam adhibete, quatenus, dum vobis opitulantibus utiliter quae ei sunt iniuncta peregerit[k], et vos de bono vestro[l] mercedem recipere valeatis et nos pro gloriae vestrae vita omnipotentis Dei misericordiam exorare enixius invitemur[2].

De capitulo autem de quo mihi lator praesentium est locutus vel reverentissimus frater noster Iohannes episcopus[3] scripsit, interim nil[m] temptari vel agi potuit, quia persona apud quam[n] agi poterat needum est in potestate aliqua confirmata.

---

n) tracte *ϱ 1.* o) possim *ϱ* 1.* p) presentiis *ϱ 1.* q) *ita codd. n., sed ex* cum loquendum *corr.* loquendi *R 1.* r) in *om. ϱ 1.* s) vos, *sed corr. in* nos *R 1.* t) quae autem vos egisse non debetis *ϱ* 1. 4;* quae a. v. egisse ñ dubitemus *ϱ* 2. 3.*

IX, 28. a) exhibere *C 1.* b) qui *C 3.* c) Romanum defensorem *codd. n.* d) causam *C 1. 2.* e) Catan. tractus *C 1. 2. 3.* f) a *add. C 4.* g) commissum est *C 3.* h) qui *C 3.* i) cognoscitis *C 4.* k) peregit *C 1. 2, sed corr. in* peregerit *C 2.* l) vestro *om. C 4.* m) nihil *C 1:* nil *C 2. 4;* vel *C 3.* n) quem *C 4.*

2) Cf. de eo, quod Gregorius de primatu ecclesiae Romanae sensit, libros in ep. V, 37 n. laudatos. Grisar in Ztschr. f. kath. Theol. IV (1880) p. 478 cet.

IX, 28. An in titulo: expraetori *scribendum est? Cf. de Libertino, qui tunc Leontio rationes reddebat ep. III, 37 n. VII, 19 n. 6. IX, 4 n. 3.* *1) Cf. ep. IX, 29.* *2) Similia occurrunt in Diurn. f. 54. 55* (preceptum commendaticium eunte rectore in patrimonio). *3) Syracusanus (cf. ep. VI, 18 n.). De qua causa agatur, nescio.*

IX, 29.

Gregorius I. papa Romano defensori patrimonium ecclesiae Romanae, in partibus Syracusanis, Catanensibus, Agrigentinis vel Messanensibus constitutum, a praesenti secunda indictione tradit administrandam. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 87.
Edd. M: Lib. IX. ep. 18; G: Lib. VII. ind. II. ep. 17. — Iaffé Reg. 1553 (1177).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Propositi[a] nostri cura nos ammonet ecclesiasticas utilitates strenuis agendas mandare personis. Et ideo quoniam te Romanum defensorem fidelem sollicitumque saepe[b] probavimus extitisse, patrimonium sanctae Romanae cui Deo miserante deservimus ecclesiae in partibus Syracusanis, Catenensibus[c], Agrigentinis vel Messanensibus[d] constitutum[1] a praesenti secunda indictione gubernationi tuae praevidimus[e] committendum. Unde necesse est te illic indifferenter[f] accedere, ut divini consideratione iudicii, nostrae quoque ammonitionis memor ita te[g] efficaciter ac fideliter studeas exhibere, ut nullius neglectus vel fraudis, quod absit, inveniaris sustinere periculum. Magis autem id agas, quatenus de fide et industria tua divinae possis gratiae[h] commendari. Ad familiam vero eiusdem patrimonii secundum morem praecepta direximus[2], ut nihil sit, quod te[i] ad[k] peragenda ea quae tibi iniuncta sunt in aliquo valeat impedire.

IX, 30.

[Gregorius I. papa] colonos et familiam sive fundum in Syracusano et Catanensi territorio constitutos (Romano) defensori suo oboedire iubet. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 88.
Edd. M: Lib. IX. ep. 19; G: Lib. VII. ind. II. ep. 18. — Iaffé Reg. 1554 (1178).

COLONIS ET FAMILIAE SIVE FUNDO IN SYRACUSANO ET CATENENSI TERRITORIO CONSTITUTIS.

Cognoscatis, quia[a] ad sollicitudinem vos defensoris nostri dispositio nostra pertinere constituit. Et ideo praecipimus[b], ut ad[c] ea quae vobis pro utilitatibus ecclesiasticis praeviderit iniungenda sine aliqua debeatis difficultate oboedientiam. Cui talem dedimus potestatem, ut eos qui inoboedientes vel temptaverint contumaces existere districta

IX, 29. a) praepositi *C 3.* b) se *C 1. 2;* que saepe *om. C 4.* c) Catan. *C 1;* Catenensibus *C 2;* Cathenensibus *C 3. 4.* d) *ita coni. Ewald;* m̃sibus *C 1;* mensibus *C 2;* Milensibus *C 4;* Melitensibus *coni. Wisbaum in thesi dissertationi adnexa.* e) gubernati praevidemus *C 4.* f) idifferentur *C 1.* g) *ita Diurn.;* memorate *codd. n.* h) gratia *C 1. 2. 3.* i) te *om. C 1.* k) ad *add. m. 2. C 2.*

IX, 30 in titulo: Siracusana *C 1. 2. 4;* Siracusano *C* 1 et index C 1;* Syracusano *ind. C 3* — Catan. *C 1. 2;* Catenensi *C 3 et index C 1;* Cathinensi *C* 1;* Cathenensi *index C 3. 4* — territorii *C 3.* a) quod *C 3.* b) praecepimus *C 3.* c) ad *om. codd. n.*

IX, 29. Huius ep. magna pars scripta est secundum f. Diurni 52: (preceptum) eunte rectore in patrimonio. — *De Romano cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX. 15 n. 1.* 1) *Messanensibus in hoc pleniore titulo (cf. ep. IX, 28. 30. 31. 33.) melius esse videtur, quam:* Mylensibus *vel* Melitensibus, *quamquam et Mylae in eadem parte Siciliae sitae sunt et Melita inter Siciliae episcopatus enumeratur (cf. ep. IX, 25. XIII, 22).* 2) *Cf. ep. seq.*

IX, 30. Haec epistula fere tota scripta est secundum f. Diurni 53: colonis et familię massarum sive fundorum in provincia ill. constitute. *Cf. ep. praecedentem.*

ultione corripiat. Pariterque illi demandavimus, ut mancipia si[d] quae foris latitant[e] vel a quoquam aliqui fines invasi sunt, sollicitudinis suae instantia in iura[f] ecclesiastica revocare non[g] differat[h]. Noveritis etenim cum periculo suo fuisse commonitum[i], ut nullam aliquando violentiam rebus alienis vel raptum qualibet excusatione facere praesumatis.

IX, 31.

Gregorius I. papa Cyridano Romanum defensorem, latorem praesentium, cui gubernationem patrimonii in Catanensibus et in Syracusanis partibus commiserit, commendat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 89.
Edd. M: Lib. IX. ep. 22; G: Lib. VII. ind. II. ep. 21. — Iaffé Reg. 1555 (1181).

GREGORIUS CYRIDANO.

Gloriae vestrae bonitas nuntio vero[a] diffusa tantam nobis de se certitudinem praebet, ut in nullo de ea diffidere, sed magis sicut revera sapienti filio ecclesiae nostrae debeamus peculiariter[b] commendare. Et ideo quia[c] Romanum defensorem[d] nostrum[e] praesentium portitorem ad gubernationem patrimonii ecclesiae nostrae in Catenensibus[f] ac in Syracusanis[g] partibus constituti Deo protegente transmisimus[1], salutantes paterna dulcedine gloriam vestram petimus, ut in cunctis affectum vestrae caritatis[h] inveniat et favoris vestri solaciis, quocumque necesse fuerit, potiatur, ut vobis praesentibus nos absentes esse non sentiat, quatenus, dum iniuncta sibi salubriter vestra ope expleverit, et nos vobis gratiarum possimus existere debitores et beatus Petrus apostolorum princeps, in cuius vos causis impenditis, hic vobis et in futuro[i] compenset[2].

IX, 32.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Syracusanum, docet et causam Leonis, episcopi (Catanensis), de quo Leontius exconsul questus esset, et causam Archelai medici et Domitiani, metropolitae (Melitinensis), Romano defensori iniunctam esse. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 90.
Edd. M: Lib. IX. ep. 23; G: Lib. VII. ind. II. ep. 22. — Iaffé Reg. 1556 (1182).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Filius noster gloriosus vir Leontius exconsule[a 1] de fratre et coepiscopo nostro Leone[b 2] graviter est questus, nosque eius querella omni modo perturbavit, quia ita

d) *ita Diurn. f. 53;* si *om. codd. n.* e) stant *C 4.* f) iurae *C 1. 2, sed corr. C 2;* iure (ecclesiastico) *C 4.* g) non *om. C 1. 2, sed m. 2 add. C 2.* h) differ *C 1;* differt *corr. in* differat *C 2.* i) *ita Diurn. f. 53;* commotum *codd. n.*

IX, 31. a) veraci *C 3. 4.* b) specularliter *C 1. 2. 3;* spetialiter *C 4;* peculia rite *coni. Mommsen.* c) ideoque *codd. n.; om.* et *C 4.* d) defensoris *codd. n.* e) nostri *C 4.* f) Cathenensibus *C 1. 4;* Caten. *C 2;* Chaten. *C 3.* g) Sirac. *C 3.* h) caritas *C 1;* caritatis *corr. in* caritas *m. 2. C 3.* i) *ita Diurn. f. 54. C 4:* rotu *C 1. 2. 3.*

IX, 32 in titulo: Siracusano *C 1. 3, sed in indicibus:* Syr. — a) ex consolatu *codd. n.* b) de fratris et coepiscopi nostri Leonis *C 1. 2. 3;* vita *suppl. Ew.*

IX, 31. Cyridano postea cura sitonici *mandata est: cf. ep. IX, 115.* *1) Cf. ep. praecedentes.* *2) Cf. Diurni f. 54. 55.*

IX, 32. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. *1) De Leontio cf. ep. VIII, 33 n.* *2) De Leone Catanensi cf. ep. I, 70 p. 90 n. 3. IV, 34 n. VI, 45 n.*

praecipitanter et leviter ab episcopo agi non[c] debuit. Quam causam suptiliter exequendam venienti Romano defensori[3] commisimus[d].

De vestra autem fraternitate is qui ab eo directus est queritur, quod in Archelai[e] viri carissimi medici[f 4] defensione fratris et coepiscopi nostri Domitiani metropolitae[5] utilitas gravetur. Et quidem tueri iuste filios suos vel, sicut est, forte sanctae ecclesiae negotia[g] vestra fraternitas debet et nullam occasionem[h] dare adversariis maledicti gratia. Quod tamen vos per omnia custodire etiam ista loquendo non ambigo; eidem tamen Romano venienti[i] etiam de hac causa iniunximus, ut[k] vobiscum debeat quae sunt recta disponere.

IX, 33.

Gregorius I. papa Petro in Sicilia Romanum defensorem, latorem praesentium, cui patrimonium ecclesiae suae in Syracusanis et Catanensibus et vicinis locis commiserit, commendat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 91.
Edd. M: Lib. IX. ep. 20; G: Lib. VII. ind. II. ep. 19. — Iaffé Reg. 1557 (1179).

GREGORIUS PETRO SICILIAE.

Scientes devotionis affectum[a] paternis commendationibus ampliari, necesse est, ut ea quae agere vos sponte confidimus gloriae vestrae in his favorem nostris augere[b] epistolis festinemus. Indicamus itaque Romano defensori latori praesentium patrimonium ecclesiae nostrae quod in Syracusanis[c] atque Catenensibus[d] vicinisque[e] locis esse noscitur constitutum Dei[f] protegente gratia credidisse. Et propterea[g] salutantes paterno affectu petimus, ut vestra eum fovere providentia debeatis atque in omnibus ei vestrum, sicut de vobis confidimus, auxilium commodetis, ut, dum in gloriae vestrae solacio vel favore subsidium consolationis habuerit, et vos, qualem circa nos caritatem geritis[h], manifestius ostendatis[i] et nos[k] voluntati vestrae respondere, dum necesse fuerit, per omnia festinemus.

IX, 34.

Gregorius I. papa Leontio exconsuli Apollonium, magistrum militum, latorem praesentium, commendat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 92.
Edd. M: Lib. X. ep. 48; G: Lib. VIII. ep. 49. — Iaffé Reg. 1558 (1333).

c) ne *C 3.* d) commissus *C 1. 2. 3.* e) *An* clarissimi *scribendum?* — Archelaici *C 4;* Marchilai *(pro* in A) *Vat. A (ed. M).* f) media *C 3.* g) negotio *C 1. 2;* necotio *C 3.* h) occansionem *C 1. 3, sed corr. C 3;* occusaonem *C 2.* i) veniente *C 1. 2. 3.* k) ut *bis C 1.*

IX, 33 in titulo: Gregorius *om. C 3* — Petrus *C 1* — Sicilia *C 1. 2. 3 in titulis;* Siciliae *C 1. 3 in indic. C 4;* Siciliensi *C 2 in argumento.* a) affectu *C 1. 4 et ita corr. ex* affectum *C 2. 3.* b) agere *codd. n.* c) Sirac. *C 3. 4.* d) Cathen. *C 1. 4;* Caten *C 2;* Cathan. *C 3* — quae *hic add. C 1. 2. 3,* quod *C 4.* e) que *hic om. codd. n.* — vicis *C 3.* f) Deo *codd. n.* g) propter *C 2. 3, sed corr. C 2 m. 2;* quapropter *C 4.* h) geretis *C 1.* i) *ex* ostenditis *corr. C 1.* k) vos *C 1;* nos *in* vos *corr. C 2.*

3) Cf. epistulas praecedentes. 4) Cf. ep. V, 32 (n. 5), in qua iam de eadem causa agi videtur. 5) Melitinensis: cf. ep. III, 62 n. IX, 4.

IX, 33. Cf. ep. praecedentes. — Non verbis, sed sensu etiam haec ep. f. Diurni 54. 55 simillima est. — Quis Petrus fuerit, non constat; sed nota eum gloriae titulo honorari.

GREGORIUS LEONTIO EXCONSULE.

Scientes gratia paterna vos scripta[a] suscipere, si illud peragere[b] studeamus, gloriam vestram ultro non est dubium operari[c]: filiorum nostrorum desideria non patiamur[d] contristari[e]. Et ideo quia gloriosus filius noster Apollonius[f] magister militum[1] lator[g] praesentium nostris se apud vos voluit apicibus commendari, salutantes gloriam vestram[h] paterna dilectione petimus, ut salva ratione gratiam vestri[i] favoris inveniat et patrociniorum opem in quocumque necesse fuerit consequatur, quatenus, dum gloria vestra ea quae sponte consuevit impendere nostra quoque commendatione praestiterit, et ipse se optatum in vobis gaudeat invenire subsidium et nos uberes sincerissimae bonitati vestrae gratias referamus.

IX, 35.

Gregorius I. papa Fantino defensori scribit de xenodochio ex testamento Isidori, illustris memoriae viri, in urbe Panormitana constituendo. *598. Oct.*

Codd. C: cap. 93.
Edd. M: Lib. XII. ep. 10; G: Lib. X. ep. 11. — Iaffé Reg. 1559 (1441).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Ea quae fienda mandat piae[a] voluntatis intentio[b], ut ad effectum[c] valeant pervenire, cura debet sacerdotalis existere. Proinde experientiae tuae praecipimus, ut heredibus Isidori[d] inlustris memoriae viri adsidue et fortius debeat imminere, ut xenodochium quod auctor eorum per[e] ultimae voluntatis arbitrium in Panormitana[f] fieri civitate constituit sine aliqua difficultate quae sunt disposita implere festinent[g], ne, si amplius adhuc neglegendum putaverint, iam iram Dei[h] de legibus venientem, quam[i] huiusmodi dispositionem implere differentes merentur, incurrant[1]. Si vero deputata in eorum xenodochio[k], quod fiendum est, quantitas[l] videtur forte non posse sufficere, locus[m] in quo xenodochium ipsum fuerat constituendum vel quicquid ibi relictum est xenodochio sancti Theodori[2], quod in praedicta civitate a Petro quondam constitutum est, applicetur, quatenus et heredes a sollicitudine vel labore constituendi xenodochii valeant exui et voluntas defuncti salubriter sumat effectum[n], dum, etsi in loco alio, ipsi tamen rei quicquid a testatore deputatum est erogatur. Ita experientia tua sollicitudinem gerat, ut unum e duobus sine aliqua debeat fieri[o] tarditate.

IX, 34 in titulo: exconsuł *abbr. C 1. 3 et argum. C 1;* ex consule *ind. C 3;* ex consultū *C 2;* ex consolatu *ind. C 1. 2.* a) scripta *om., sed add. m. 2 C 2.* b) praeagere *C 1. 2, sed corr. C 2.* c) ut *hic add. C 4.* d) patimur, *ut videtur, C 2.* e) contristristari *C 1; ex* constristari *corr. C 3.* f) Appollonius *C 2. 3, sed corr. C 3.* g) latore *C 1. 2. 3.* h) vestram *om. C 1.* i) vestram *C 1.*

IX, 35. a) pia *C 3.* b) intentio *om. C 1.* c) ut affectum *C 1. 2. 3, sed corr. C 2.* d) Hisidori *C 1. 2;* Ysidori *C 3.* e) pro *C 3.* f) Panormita *C 1. 2 et ex* Panormite *corr. C 3.* g) festinet *C 2. 3.* h) iamtyram de *C 1. 2. 3;* iam tyrannide *C 4.* i) in *hic add. C 3.* k) xenodochia *C 3.* l) *ex* quantas *corr. C 1.* m) locum *C 1. 2. 3.* n) affectum *C 1. 2.* o) fieri *om. codd. n., sed add. m. 2. C 2;* compleri *C 4.*

IX, 34. De Leontio eiusque munere cf. ep. VIII, 33 n. IX, 4 n. 3. *1) De Apollonio cf. ep. IX, 16 n. 1.*

IX, 35. De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. *1) Cf. C. I. I, 3, 45.* *2) De monasterio S. Theodori cf. ep. I, 9. V, 4 n. 1. 2; Roch. Pirrum in Sic. sacra p. 21. 23.*

IX, 36.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono (Campaniae), Theodoram, Sabini defensoris viduam, a filio eiusque socero Aligerno omnibus fraudatam rebus, commendat.
598, Oct.

Codd. C: cap. 94.
Edd. M: Lib. XI. ep. 17; G: Lib. IX. ep. 11. — Iaffé Reg. 1560 (1365).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Theodora relicta Sabini defensoris[1] misso hic homine suo questa[a] nobis est a filio suo et Aligerno quodam, cuius filiam isdem filius eius in coniugio suo sortitus est, deceptam se, ut omnes res suas tempore nuptiarum eidem filio suo donationis titulo legaret[b], et nunc se ab eis valde despici atque contemni adeo[c], ut ablatis rebus ipsius nihil ei unde possit nutriri remanserit. A quibus etiam insuper tantam se adversitatem asserit sustinere, ut nec servum iuris sui ei servire vel[d] in aliquo solaciari permittant. Et quia, si ita se[e] res habet, grave nimis et contra Deum est, huius tibi auctoritatis tenore praecipimus, ut veritatem cures addiscere et, si ita repperies[f], ecclesiasticam tuitionem impendere atque eam in omnibus salva ratione adiuvare festines, quatenus te illic posito nullum denuo gravamen vel oppressionem a praedictis viris quolibet[g] modo sustineat. Sed et providere studii tui sit, ut in[h] id quod se deceptam queritur et legaliter valeat subveniri, quia omnino crudele[i], ut mulier, quae ex filii persona debuit habere solacium, per eum magis necessitati vel cogatur inopiae subiacere. Quod si forte quies vel solacium ipsius te procurante non potuerit[k] ordinari, nobis renuntiare festina, ut, quid post haec facere debeas, nostra iterum[l] praeceptione cognoscas.

IX, 37.

Gregorius I. papa Romano defensori mandat, ut Argentio, praesentium latori, ecclesiae Romanae colono, curam hospitalitatis habenti terrulam modiorum decem possessionis Disterianae reddat „diebus vitae suae".
598, Oct.

Codd. C: cap. 95.
Edd. M: Lib. XI. ep. 21; G: Lib. IX. ep. 16. — Iaffé Reg. 1561 (1370).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Quia praesentium portitorem Argentium colonum ecclesiae nostrae curam hospitalitatis habere cognovimus, necesse est, ut in parte aliqua eius studium[a] adiuvemus. Idcirco huius tibi praeceptionis auctoritate mandamus, ut terrulam modiorum plus minus, sicut asserit, decem possessionis Disterianae quam tenuit reddere ei sine aliqua mora vel excusatione festines, ut eam diebus vitae suae habeat atque ex ipsa rationibus

IX, 36 in titulo: diacono *C1 tantum in titulo; in ind. cum cet. codd.:* subdiac. a) questo *C3.* b) ligaret *C1;* legaretur *C2. 4;* ligaretur *C3.* c) dispiciat. contemnens ab eo *C1. 2. 3;* despiciet contempni adeo *C4.* d) *ita C2. 3. 4;* nec, *ut videtur, C1.* e) se *om. C4.* f) repperieris *C3.* g) vires quodlibet *C3.* h) in *om. C4.* i) *ita scr. edd.;* credibile *codd. n.* k) poterit *C4.* l) igitur *C3.*

IX, 37. a) studii *C4.*

IX, 36. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae. cf. ep. I, 23 n. *1) Savino, defensori Sardiniae, ep. III, 36 missa est.*

ecclesiasticis nihil impendat[1], sed in ea illi[b] quam exhibet hospitalitate proficiat, quia dignum est, ut bono laudandoque operi[c] concurrere ac ferre consultum modis omnibus debeamus.

IX, 38.

Gregorius I. papa Fantino, defensori (Panormitano), scribit se iam antea Victori episcopo praecepisse, ne synagogas Panormitanas occuparet; nunc autem iniuria Victoris per Salerium notarium suum patefacta mandat, ut episcopus synagogarum, quas temere consecraverit, pretium, a Venantio patricio et Urbico abbate constitutum, Iudaeis persolvat codicesque et ornamenta ablata restituat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 96.

Edd. M: Lib. IX. ep. 55; G: Lib. VII. ind. II. ep. 59. — Iaffé Reg. 1562 (1213).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Ante aliquantum tempus Victori fratri et coepiscopo nostro scripsimus[1], ut, quoniam quidam[a] Iudaeorum data nobis petitione questi fuerunt synagogas in civitate Panormitana positas cum hospitiis suis fuisse ab eo inrationabiliter occupatas[b], quousque causa, utrum[c] iuste factum esset[d], potuisset agnosci, ab earum se consecratione[e] suspenderet, ne forte in eorum sola voluntate versari praeiudicium[f] videretur. Et quidem nos praedictum fratrem nostrum incongrue[g] aliquid egisse sacerdotii eius respectus facile credere non permisit. Sed quia Salerio[h] notario nostro[2], qui postea illic praesens inventus est, renuntiante comperimus nullam extitisse causam, pro qua potuissent rationabiliter occupari, atque eas esse inconsulte ac temere consecratas, idcirco experientiae tuae praecipimus, ut, quia quod semel[i] consecratum est Iudaeis non valet ultro restitui, quantum a filiis glorioso Venantio patricio[3] et Urbico[k] abbate[4], synagogae ipsae cum his[l] hospitiis quae sub ipsis sunt[m] vel earum parietibus[n] cohaerent atque hortis ibi coniunctis aestimatae fuerint, studii tui sit, ut praefatus frater et coepiscopus noster dare pretium debeat, quatenus et quod[o] occupari fecit, in iure[p] ecclesiae ipsius valeat permanere[q] et illi opprimi[r] aut aliquam pati iniustitiam nullo modo videantur. Codices vero vel ornamenta pariter ablata quaeruntur: si manifeste tulta[s] sunt, et ipsa[t] sine aliqua volumus ambiguitate restitui, quia[u], sicut illis quicquam in synagogis suis facere et, ut ipsi prius scripsimus, ultra, quam lege decretum est, non debet esse licentia, ita eis contra iustitiam et aequitatis ordinem nec praeiudicium nec aliquod[v] debet inferri[w] dispendium.

---

b) illi *om., sed suppl. m. 2. C. 2.* c) opere *C 1. 2.*

IX, 38. a) qui iam *C 1. 2. 3; haec verba om. et hic add.:* sicut questi fuerunt *(om.* data — fuerunt*) C 4.* b) occupatus *C 1. 2. 3;* agnovimus *add. C 4.* c) an *Vatic. A.* d) f. esse *C 1. 2. 3;* facta esset *C 4.* e) congregatione *codd. n.* f) iudicium *Vat. A.* g) in congregatione *C 4.* h) solerio *C 3.* i) semel *om. Vat. A.* k) Urbicio *C 1. 2. 3.* l) ipsae cuius *C 1. 2.* m) sunt *om. C 1. 2. 3;* sit *C 4.* n) parentibus *C.* o) hoc *Vat. A.* p) ius *Vat. A.* q) *ita C 1. 4;* pervenire *C 2;* provenire *Vat. A.* r) optimi *C 1. 2. 3, sed corr. C 2 m. 2;* illi o. aut *om. C 4.* s) stulta *C 3.* t) ipse *C 3.* u) qui *C 1.* v) aliquo *C 1. 2.* w) inferre *C 1. 2. 3.*

IX, 37. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 15 n. 1. IX, 28 ss. 1) Nota hic colonum diebus vitae suae omni pensione liberari. — De hospitalitate cf. ep. XI, 21; interrog. Augustini I. (I-E. 1843).

IX, 38. Haec et sequentes epistulae una certe navi, sed per diversos latores transmissae sunt. — De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. 1) Ep. VIII, 25. 2) De Salerio cf. ep. IX, 21 n. 1. 3) De Venantio cf. I, 33 n. VI, 40 n. 4) De Urbico cf. ep. IX, 20 n.

IX, 39.

Gregorius I. papa Fantino, defensori Panormitano, mandat, ut Ianuariam, praesentium latricem, ab Ingenui, Anastasii et Bonifatii iniuriis tueatur. 598, Oct.

Codd. C: cap. 97.

Edd. M: Lib. IX. ep. 83; G: Lib. VII. ind. II. ep. 84. — Iaffé Reg. 1563 (1239).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI PANORMITANO.

Ianuaria praesentium latrix[1] maxime se molestiam ab Ingenuo[a], Anastasio atque Bonifatio[b] contra iustitiam pati commemorat, denique[c] ut de possessione quam per plurimos annos asserit possedisse etiam, sicut ipsa ait, nitantur expellere. Et quia[d] contra eos se ecclesiastica petiit debere tuitione defendi[e], experientia tua praedictos viros ad se revocet eosque ammoneat, ut manu[f] facere nihil praesumant[g]. Sed si quid sibi contra suprascriptam[h] mulierem credunt iuste posse competere, iudices cum ea eligant et, quae inter eos fuerint definita, tuo[i] pro quiete partium[k] solacio[l] compleantur. Si vero eos differre cognoveris, antefatae[m] mulieri[n] salva aequitate tuitionem impendat[o] et eam contra rationis ordinem nullo modo gravari permittat.

IX, 40.

Gregorius I. papa Fantino, defensori Panormitano, mandat, cogat Candidum defensorem, ut Tamno Iudaeo, praesentium latori, cuius debitum vendita nave eius restitutum sit, chirographum reddat. 598, Oct.

Codd. C: cap. 98.

Edd. M: Lib. IX. ep. 56; G: Lib. VII. ind. II. ep. 60. — Iaffé Reg. 1564 (1214).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI PANORMITANO.

Indicavit Nostamnus[a] Iudaeus praesentium portitor navem suam atque res alias Candidum defensorem[1] nostrum cum aliis creditoribus occupasse[b] atque eas pro credita quam dederant[c] pecunia venumdasse et a cunctis debiti[d] cautionibus[2] restitutis solum apud se praefatum defensorem obligationis chirographum[e] tenuisse et saepius se supplicanti Iudaeo[f] reddere contempsisse. Et[g] quia, ut ait, sors est debiti satisfacta, experientiae tuae praecipimus, ut cum omni suptilitate curet addiscere et, si ita reppererit[h], districta compulsione perurgueat[i], quatenus omni mora[k] postposita cautionem praedicti portitoris restituat. Ita[l] ergo sollicitudo tua studeat, ut denuo ad nos hac de causa querella non redeat[l].

IX, 39 in titulo: eidem ipsi *C* 1.* a) ingenio *C 3.* b) *ita C 2;* Bonifacio *C 1.* c) adeo *C 4.* d) qui *C 1.* e) defensi *C 3.* f) *in* malum *corr. C 2;* illi mali *C 4.* g) praesumat *C 1. 2. 3.* h) *superscr. codd. n.* i) tua *codd. n.* k) parium *codd. n.* l) solatia *codd. n.* m) *ita corr. ex* antefactę *C 2;* antefacię *C 1;* antefatuę *ex* antefactę *corr. C 3.* n) mulieris *C 1. 2. 3.* o) *ex* inpendat *corr.* inpendaut *C 3.*

IX, 40 in titulo: item eidem *C* 1* — Panormo *C 1;* Panorm̄. *C 3.* a) Nostamnos *C 1. 2;* Nortamnus *C 3;* nobis Tamnus, *ut videtur, C 4.* b) occupasset *C 1. 2. 3.* c) debuerat *Vat. A (ed. M).* d) debitis *codd. n.* e) cyrocraphum *C 1;* cyrografum *C 2;* cyrographum *C 4.* f) supplicantem ideo *C 2. 3. 4;* supplicantem Iudaeo *C 1.* g) contempsisset *C 3.* h) repperit *C 2.* i) perurgue ut *C 1. 2. 3;* perurgue *C 4.* k) ora *C 1. 2.* l) *om.* Ita ergo *usque ad finem C 3.*

IX, 39. Cf. ep. praeced. — 1) De eadem, ut videtur, Ianuaria agitur in ep. IX, 180. 181.

IX, 40. Cf. ep. praeced. — 1) Sub dispositione rectoris Panormitani alii etiam defensores fuisse videntur: cf. ep. IX, 22. 2) De aliis cautionibus cf. ep. IX, 5 n. 3.

IX, 41.

Gregorius I. papa Felicem in Sicilia de suis ad Iohannem, episcopum Syracusanum, litteris erudit monetque, ne constituendo iudicio de possessionibus ei, ut queritur, iniuste a Syracusanis actoribus ablatis difficultates afferat. 598, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 46; C: cap. 99.
Edd. M: Lib. IX. ep. 14; G: Lib. VII. ind. II. ep. 101. — Iaffé Reg. 1565 (1172).

GREGORIUS FELICI SICILIAE.

Susceptis magnitudinis vestrae epistolis contristati sumus, quod ab actoribus[a] ecclesiae Syracusanae[b] quasdam[c] possessiones[1], quas vos tenuisse dicitis, occupatas[d] inrationabiliter indicastis[e]. Sed credimus, quia hoc ad fratris et coepiscopi nostri Iohannis[f 2] notitiam non pervenit[g]: nam absolute poterat cognita veritate, si quid inlicite factum est, emendare. Et ideo quia[h] legali provisione decretum est tam momenti[i 3] quam proprietatis causam[k] in uno eodemque iudicio debere[l] cognosci nec nos contra inauditam partem[m] aliquid possumus definire, praedicto fratri nostro scripsimus, ut actores[n] ecclesiae suae deputare debeat, qui vobiscum sine mora electorum possint[o] subire iudicium, ne aut vos res vestras sine cognitione, sicut querellam facitis, amittere[p] aut pars altera videatur praeiudicium[q] sustinere. Gloria ergo vestra nullas[r] in eligendos[s] iudices[t] difficultates[u] interserat aut differat[v] ad causam accedere. Nam omnino de suprascripti[w] fratris et coepiscopi nostri[x] moribus certi sumus, quia facere, quicquid rationis ordo exegerit, non recuset.

IX, 42.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, praecipiat ecclesiae suae actoribus, qui Felicem, virum magnificum, possessionibus quibusdam illicite privasse dicantur, ut causam apud electos cognitores agant. 598, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 47; C: cap. 100.
Edd. M: Lib. IX. ep. 13; G: Lib. VII. ind. 2. ep. 102. — Iaffé Reg. 1566 (1171).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Felix vir magnificus[a] suis nobis epistolis questus est[b] fraternitatis vestrae actionarios possessiones quas tenuerat inlicite et contra iuris ordinem pervasisse petens ablata[c] sibi restitui et se cum eis, si tamen causam voluerint[d] dicere, paratum esse in

IX, 41. *Ante titulum repetunt datum:* mense Octobri indictione (indictio *ϱ 1*) II *R 1. R* 1. ϱ 1. ϱ* 2.3 (cf. ep. IX, 11). Deest haec ep. in ϱ* 1. — In titulo: post* Felici *ras. 1 litterae R 1;* Felicis *ϱ* 3* — Sicilia *R 1. ϱ 1. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2;* e̅p̅o̅ de Sicilia *R* 1.* — a) auctoribus *R 1. C 4.* b) Sirac. *C 3. 4. ϱ* 3.* c) quosdam *C 3.* d) occupatus *C 3.* e) *ex* indicatis *corr.* indicastis *R 1;* indicastis *ϱ* 2. 3.* f) Iohanni *C 1. 2. 3;* ihis uisi *R 1 sed delet* nisi. g) pervenerit *C 4.* h) qui *ϱ 1.* i) monenti *ϱ 1.* k) causa *C.* l) *ita R 1. ϱ* 2. 3. C 4;* deberet recogn. *C 1. 2. 3;* debere agnosci *ϱ 1.* m) inaudita parte *C.* n) aut actores *C 1;* aut auctores *C 2;* ut auctores *C 3. R 1. ϱ 1.* o) possit *C. R 1. ϱ 1. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2.* p) *ex* admittere *corr. R 1.* q) post iudicium *ϱ 1.* r) nullus *C 1.* s) *ex* eligendo *corr.* eligendos *C 3;* eligendo *C 4.* t) iudices *om. C.* u) *ex* facultates *corr. C 3.* v) aut differat *om. ϱ* 2. 3.* w) superscriptis *C 1. 2;* s̅c̅i̅s̅ *R 1;* s̅c̅i̅ *ϱ* 2. 3;* s̅s̅t̅i̅ *ϱ 1.* x) coepiscopis nostris *C 3.*

IX, 42 *om. ϱ* 1. — In titulo:* Sirac. *C 3. ϱ* 2. 3. R* 1;* Syracusanae *ϱ 1.* a) *ita C. Vat. B;* v̅.̅ m̅. *abbr. R 1. ϱ 1;* v̅r̅ *R* 1; om. haec verba ϱ* 2. 3.* b) *om.* est *C 3.* c) ablatas *C 4.* d) voluerit *C 1. 2.*

IX, 41. Hic Felix idem esse videtur, qui in ep. II, 24 cartularius dicitur (cf. ib. n. 1). — De eadem contentione agit noster et in ep. sequenti (una certe cum hac transmissa) et in ep. IX, 90. 91 mense Ian. a. 599 scriptis. 1) *De possessione* Asinaria *agitur: cf. ep. IX, 91.* 2) *De Iohanne, ep. Syracusano, cf. ep. VI, 18 n.* 3) *I. e. possessionis.*

iudicio sine aliqua dilatione consistere. Quod si ita est, quia, quid legalis ratio[e] habeat, non nescitis, oportet, ut omni mora postposita actores[f] vestrae ecclesiae deputetis, ut cum eo[g] debeant eligere cognitores, qui tam momenti quam principalis rei[1] quaestionem cognoscere valeant et finire, ne, si[h] qualibet occasione dilatum[i] fuerit, et ipse pati praeiudicium et[k] partes ecclesiae non habere iustitiam videantur. Ita[l] ergo agite, ut sub omni celeritate iudicium eligatur[l]. Nam nos sic[m] causas ecclesiae vestrae fieri volumus, ut nec dispendium contra aequitatem sustineat nec ad vestram[n] possit aliquid invidiam[o] sustinere[p].

IX, 43.

Gregorius I. papa Scolastico defensori mandat, ut Alexandro Frigisco, ecclesiae Romanae colono, praesentium latori, qui in domo a Cypriano diacono Cataniae aedificata per tres annos laboraverit, iustum mercedem persolvat. *598, Oct.*

Codd. C: cap. 101.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 32; G: Lib. IX. ep. 15. — Iaffé Reg. 1567 (1369).

GREGORIUS SCOLASTICO DEFENSORI.

Alexander Frigiscus praesentium portitor colonus[a] ecclesiae nostrae questus nobis est in domo eiusdem[b] ecclesiae, quae Cathenae a[c] dilecto filio nostro Cypriano[d] diacono[1] fabricata est, triennii se tempore[e] laborasse et mercedes non ut dignum est accepisse[2]. Et quamquam per tempora ipsa dicatur apud plurimos laborasse, unde etiam, dum hic esses[f], notitiam accepisti, hac tibi tamen auctoritate praecipimus, ut diligenter inspicias et, si plus in eadem domo, quam mercedes accepit[g], operatus est[h], volumus, ut secundum laboris modum, si quid super quattuordecim solidos et tremisses[i] duo, quos a memorato diacono accepit, dignus est, addere ei quod iustum videris debeas[k]; tuis rationibus imputatur[l].

IX, 44.

Gregorius I. papa Theodoro, curatori Ravennae, studio eius per Probum abbatem cognito, de opera componendae paci tributa gratias agit. Queritur Ariulfum „sub condicione, si sibi in quoquam excessum non fuerit aut si nullus contra Arogis ambulaverit, sacramenta praestitisse“ et Warnifridam omnino non iurasse. Regis nuntios, ut ipse pacto subscriberet, postulasse; sed se propter iniuriam ab Agilulfo in beatum Petrum

e) leg. ratio quia quid *C 1. 2;* quia leg. r. quid *C 4.* f) auctores *C 3; om. verba* vestrae *usque* cognitores *et add. al. m. ϱ 1.* g) ea *C 2.* h) nisi *C 1.* i) dilatatum *C 1. 2. 3, sed corr. C 2.* k) ad *hic add. C 4.* l) *verba* ita *usque* eligatur *om. C 4;* eligantur *C 3.* m) si *C 1.* n) neque vestrum *C 4.* o) mundi iam *C 3.* p) pertinere *R* 1.*

IX, 43. a) colonum *C 3.* b) id est eiusdem *C 4;* idem *C 1. 2;* idē *C 3.* c) a *om. C 1.* d) Cipriano *C 3.* e) trienne se tempus *C 3.* f) esse *C 1. 4.* g) acceperit, *ut videtur, C 4.* h) est *om. C 1. 2. 3.* i) trimisses *C 1. 2. 3.* k) debeas *om. C 1. 2.* l) imponatur *C 4.*

IX, 42. Cf. ep. praecedentem. 1) I. e. proprietatis.

IX, 43 transmissa per Alexandrum colonum. — Scolasticus idem esse videtur, ad quem ep. IX, 194 data est. 1) De Cypriano, rectore patrimonii Siciliae cf. ep. III, 55 n. 2) Nota colonos, quamquam glebae adscripti erant, tamen etiam extra massam, ad quam pertinebant, mercede laborasse. — Pretium laboris fixum et statutum etiam Gregorii tempore fuisse ex hac epistula effici potest.

Basilio, viro clarissimo, dictam et quia „inter eum et exarchum petitores sumus et medii" a subscriptione abstinere. Agat igitur, sicut ab exarcho iam poposcerit, ut „antequam homines ipsi ab Arogis revertantur, rex eis sub festinatione scripta transmittat, in quibus eis praecipiat, ut nos subscribere non petant". Addit de Augusti causa ipsumque Theodorum consolatur et responsalem missurum esse promittit. *598, Oct.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 48.
Edd. M: Lib. IX. ep. 98; G: Lib. VII. ind. II. ep. 103. — Iaffé Reg. 1568 (1255).

GREGORIUS THEODORO CURATORI RAVENNAE.

Licet multa de vobis ad nos olim referentibus responsalibus nostris, quae animos nostros laetificarent, pervenerint, nunc tamen[a] remeans filius noster Probus abbas[b] [1] tanta de gloriae vestrae amplius caritate retulit, quanta[c] de bono revera et christianissimo decet filio praedicari. Et quoniam tantum sibi a vobis affectum impensum ac tale studium in ordinanda pace[2] vos habuisse narravit, quale nec in nostris civibus[d] qui illic ante inventi[e] sunt extitit, supernae protectionis misericordiam postulamus, ut hanc vobis vicem in corpore in anima et hic et in futuro retribuat, qui[f] pro multorum salute vigilanter agere quae erant utilia non cessatis[g].

Indicamus itaque Ariulfum[h] de servanda pace, non ut rex ipsius iuravit, sed sub condicione: si sibi in quoquam[i] excessum non fuerit aut si nullus contra Arogis ambulaverit, sacramenta praestasse[3]. Quod quia omnino iniquum atque dolosum est, nos, tamquam si non iurasset, habemus, quia in aliquid parum[k] facilem sibi excedendi occasionem inveniet et plus nos, si de eo suspecti non fuerimus, decipiet. Uuarnifrida[l] [4] vero, ad cuius consilium isdem Ariulfus[m] cuncta agit, omnino iurare despexit. Et id contigit, ut ex pace, quam multum desideravimus, nos in his partibus nullum paene remedium habere possimus, quia de eisdem hostibus de quibus suspecti nunc usque fuimus adhuc et in posterum suspecti sumus.

Cognoscat praeterea gloria vestra homines regis qui hic transmissi sunt inminere, ut in pacto debeamus subscribere[5]. Sed recordantes eorum quae Agilulfus Basilio viro clarissimo[n] [6] per nos in beati Petri dixisse fertur iniuria, quamvis hoc penitus isdem

IX, 44 in titulo: Ravenna *R 1;* Raveñ *abbr. ϱ* 1. 4,* Rauñę *ϱ 1.* a) autem *ϱ*.* b) abba *ϱ* 1;* abƀ *ϱ* 2. 3.* c) quanto *ϱ 1.* d) vicibus *ϱ* 1.* e) invente *ϱ* 1.* f) que *R 1.* g) *ita R 1;* cessastis *cet. codd.* h) Auriulfum *ϱ 1.* i) sibi (bi *erad. ϱ* 2*) in quodam *ϱ* 2. 3.* k) pactorum *coni. Mommsen.* l) Uuarnefrida *ϱ 1.* m) Auriulfus *ϱ 1. ϱ* 1.* n) v̄c *abbr. ϱ 1;* v̄o *R 1;* vico *ϱ* 1;* vic̄ *ϱ* 2. 3.*

IX, 44. Ad eundem Theodorum ep. IX, 92. 116. 133 datae sunt. — Ravennae *locum, quo epistula mittitur, designare neque ad curatoris munus pertinere credo; in ceteris ep. loci designatio deest. Hegel l. l. p. 111. 184 putat de curatore civitatis agi (cf. Cassiod. Var. VII, 12). Sed dubitari potest, utrum is, qui gloriae titulo honoratur, idem fuerit, qui antea* praefectus classis Rav. cum curis eiusdem civitatis *dicebatur (cf. libr. meum Unters. etc. p. 47. Not. dign. Occ. 42, 7. C. I. L. XI, 1 p. 6 cum notis Bormanni. C. I. L. X, 3344), an alius cuiuscunque curae non municipalis munere functus sit. Cf. etiam Diurn. f. 62:* iudicibus Ravenne. *1) Idem, ut videtur, Probus, abbas monasterii SS. Andreae et Luciae* quod appellatur Renati *et in dial. IV, 12. 17. 19. 38 et in ep. IX, 67 commemoratur eique testandi facultas a Gregorio conceditur (I-E. post 1798. Maur. app. IX.) m. Oct. a 600. Cf. ep. IX, 11 n. 3. 2) De hac pace cf. ep. VI, 63 n. 2. IX, 66. 67. Paul. diac. IV, 12. Adde contin. Prosperi Havn. in M. G. Chron. min. I p. 339:* ut quinque centenaria, quae dudum, cum ad obsidendam Romam Agilulfus rex venisset, per singulos annos dare Langobardis statuerant, persolverent Romani. *Indutiae unius fere anni fuisse videntur: cf. ep. X, 16 m. Iul. a. 600 scriptam. 3) De Ariulfo, duce Spoletano cf. ep. II, 7 n. II, 45. V, 36 p. 317 n. 1 et de Aroge, duce Beneventano, ep. II, 45 p. 145 n. 6. De his ducibus, qui maiore sine dubio potestate fungebantur, quam ceteri duces Langobardorum cf. Pabst in Forsch. II p. 452 ss. — Cf. ep. IX, 66:* ut hanc pacem, sicut promissum est pure custodiant. *4) Quisnam fuerit, utrum vir an femina fuerit, nescimus. 5) Cf. ep. V, 34 n. 2. 3. 4. 6) Idem, ut videtur, in ep. IX, 153 commemoratur.*

Agilulfus negaverit, a subscriptione tamen abstinere[o] praevidimus, ne nos, qui inter eum et excellentissimum filium nostrum domnum[p] exarchum petitores sumus et medii, si[q] quid forte clam sublatum fuerit, falli in aliquid videamur et nostra ei promissio in dubium veniat et, si qua de futuro, quod absit, necessitas fuerit, occasionem inveniat, qualiter nostrae petitioni consentire non debeat[r]. Et ideo petimus, ut, sicut et a praedicto excellentissimo filio nostro poposcimus, gloria vestra ea qua[s] nobis caritate unita est[t] peragat, quatenus, antequam homines ipsi[7] ab Arogis revertantur, rex eis sub festinatione scripta transmittat, quae tamen ad nos deferantur, in quibus eis praecipiat, ut nos subscribere non petant. Sed si tantum est, gloriosum fratrem nostrum[u 8] vel unum de episcopis aut certe archidiaconem subscribere faciemus.

De persona vero Augusti gratias agimus atque studemus, ut cum adversario suo causam suam secundum aequitatem definiat, quia ita illi, ne[v] illuc[w] exhiberetur, laborem imponi noluimus[x], ut[y] tamen adversario ipsius iustitiam non negemus[y].

De aliis autem quia digne vobis gratias agere needum occurrimus, in subsequenti responsalem dirigimus, per quem in caritate qua ad alterutrum nexi sumus amplius miserante Domino constringamur[z]. Praeterea gloriae vestrae maeror nos vehementer afficit; sed quia vir sapiens[a] ea quae post consolationem dicenda sunt cuncta novit, verbis vos[b] consolare[c] cessamus, sed oratione prosequimur[d] petentes, ut omnipotens Deus vitam et salutem vestram vestrorumque omnium pietatis suae protectione custodiat et cor vestrum in afflictione positum consoletur.

IX, 45.

Gregorius I. papa Iohanni Sorrentino, Agnello Terracinensi, Felici Portuensi, Fortunato Neapolitano, Primenio Nucerino, Glorioso Ostiensi, Albino Formiensi episcopis praecipit, ut Gregorio expraefecto, basilicam aedificaturo, martyrum reliquias concedant.

598, Oct.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 49; C: cap. 102.
Edd. M: Lib. IX. ep. 25; G: Lib. VII. ind. II. ep. 11. — Iaffé Reg. 1569 (1173).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SORRENTINO, AGNELLO EPISCOPO TERRACINENSI, FELICI EPISCOPO PORTENSI, FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM, PRIMENIO EPISCOPO NUCERIA, GLORIOSO EPISCOPO OSTIA, ALVINO EPISCOPO FORMIAE.

Gloriosus filius noster Gregorius expraefecto[a 1] sanctuaria beatorum martyrum in diocesis vestrae locis quiescentium sibi postulat debere concedi, in quorum honorem[b]

o) tamen *et hic add. R 1.* p) fil. n. domnum *om. ϱ 1.* q) si *om. R 1.* r) debeatur *ϱ* 1.* s) *ex* ea quae *corr. ϱ* 2;* eaque *ϱ* 1.* t) unitatē *(om.* est*) ϱ 1.* u) vrm *R 1.* v) nec *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* w) illud *ϱ 1;* illic *ϱ* 1.* x) nuluimus *ϱ* 1;* voluimus *ϱ* 2. 3;* volumus *Vat. A (ed. M).* y) *verba* ut *usque* negemus *om. R 1.* z) constringamus *R 1. ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* a) vis rapiens *R 1.* b) vos *om. ϱ* 1.* c) consolare *in* consolari *(ita ϱ*3) corr. ϱ* 2.* d) *ex* prosequitur *corr. ϱ* 2.*

IX, 45 om. ϱ 1. — In titulo: C:* G. Ioh. epi Surrento (Surento *C 1*) Furtunato *et cet. om.* — Sorrent *R 1;* Sorent *ϱ* 2. 3;* Sorretensi *R* 1.* — *ex* Neapl *corr.* Neapoli *ϱ* 2;* Neapolitano *R* 1* — *ex* Nuceria *corr.* Nucerie *(ita ϱ* 3. R* 1) ϱ* 2* — Hostia *R 1;* Osti *ϱ* 2. 3;* Hostie *R* 1* — Formię *R* 1;* Formę *cet.* — a) exprefectis *R 1. ϱ 1.* b) honorum *C 1. 2.*

7) Iidem certe ep. IX, 66. 67 m. Nov.—Dec. transferunt cum pacis instrumento. *8) Non de quodam fratre Gregorii Glorioso (cf. ep. I, 42 p. 66 n. 5) neque de Glorioso, episcopo Ostiensi (cf. ep. IX, 45) agi videtur, sed eorum opinioni accedo, qui putent hic de Palatino patricio, quem noster in ep. XI, 4 gloriosum fratrem suum appellat, agi.*

IX, 45 scripta est secundum f. Diurni 12. — De Iohanne cf. ep. I, 40 n. 1; de Agnello ep. II, 6 n. III, 13. V, 57a p. 366 n. 5; de Felice ib. n. 9; de Fortunato III, 58 n.; neque Primenius Nuceriae (cf.

basilicam propriis sumptibus[c] aedificari desiderat. Et ideo, fratres carissimi, praefati[d] desideriis ex nostra vos praeceptione convenit oboedire, ut devotionis suae in consecratione[e] quam postulat potiatur[f] effectum[g].

IX, 46.

Gregorius I. papa Romano, defensori Siciliae, mandat, hortetur Leontium (exconsulem), ne quid „de insulis" constituat adversus seniorum et civium Neapolitanorum privilegia per Mauricium imperatorem, ipso Gregorio Constantinopoli suffragante, confirmata.

598, Oct.—Nov.

Codd. C: cap. 103.
Edd. M: Lib. X. ep. 53; G: Lib. VIII. ep. 53. — Iaffé Reg. 1570 (1338).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Pervenit ad nos, quod quidam pravae[a] voluntatis studio[b] contra seniores[1] et cives Neapolitanae civitatis de insulis iuris eorum glorioso filio nostro Leontio[2] nitantur subripere, ut eos[c] iniuste damnis possint[d] affligere[e 3]. Idcirco hac praeceptione iniungimus, ut debeas esse sollicitus, quatenus apud eum hac de causa subreptionis locus nullus inveniatur[f]; ubi si[g] forte aliquid dictum vel ipsum quid praeiudicialiter, quod non credimus, facere forte cognoveris, ex nostro illi mandato dicere te volumus, ut malorum hominum verbis assensum praebere[h] et in hoc se peccato miscere non debeat, quia, licet retro principum[i] iussionibus omnino de[k] eisdem[l] insulis sint muniti[m], nobis tamen, dum in regia sumus[4], suffragantibus ita serenissimi domini Mauricii[n] principis elicita iussione eorum stricta iura munita[o] sunt, ut non habeant, unde iuste debeant formidare. Pro qua re[p], ut et tu diligentius informare et antedicto glorioso filio nostro, si causa se dederit, liquide satisfacere valeas[q], earundem tibi iussionum[r] exemplaria praevidimus transmittenda. Sed et si[s] necessarium fuerit, ipsas faciemus authenticas destinari[5]. Tantum est, ut, sicut diximus, studeas esse sollicitus, ut subripiendi cuiquam illic locus non pateat.

---

c) proprietatibus *C.* d) *ita R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3. Diurn. G;* praefatis *C;* praefati desiderii *Diurn. Vat.* e) secratione *C 1. 2. 3, sed corr. in* sacratione *(ita C 4) m. 2. C 2.* f) patiatur *C 3.* g) *ita cum Diurn. Vat. R 1. ϱ 1. C 1. 4;* affectum *C 2;* effectu *cet. codd.*

IX, 46 in titulo: pro Romano: Iohanno *C 3, sed recte in indice:* Iohanni *C 4.* a) prae *C 1.* b) studium *C 1. 2. 3:* homines *C 4.* c) ut in eos *C 1.* d) damnes possunt *C 1. 2. 3.* e) afficere atque affligere *C 4.* f) locus nullus inveniat *C 1. 2. 3;* nullum locum inveniant *C 4.* g) *om.* si *C 1.* h) praeberet *C 1. 2. 3.* i) principem *C 1. 2. 3.* k) *om.* de *C 3.* l) eiusdem *C.* m) monti *C 1;* moniti *C 2. 3. 4.* n) Maurici *C 3.* o) monita *C 1. 2. 3.* p) volumus *add. C 4.* q) vel eas *C 2. 3, sed corr. C 2. m. 2;* unde *hic add. C 4.* r) iussionem *C 2. 3.* s) si (et *suprascr. m. 2.) C 2.*

ep. III, 39 n. 2) episcopus alias occurrit neque Gloriosus neque Albinus, qui Bacaudae successit (cf. ep. VII, 16 n. 1). 1) *De Gregorio cf. ep. V, 36 p. 320 n. 2; IX, 4 n. 2.*

IX, 46. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. 1) *Hegel l. l. p. 184 putat seniores hic principales civitatis appellari; cf. ep. IX, 76. 84 et nov. Maioriani de curial. in f. Iidem* priores *dicuntur in ep. III, 15: cf. Wisbaum l. l. p. 50.* 2) *De Leontio exconsule cf. ep. VIII, 33 n. IX, 4 n. 3.* 3) *De eadem causa agitur in ep. sequenti et in ep. IX, 53.* 4) *Cf. ep. V, 53a n. 1.* 5) *De his verbis:* exemplaria *et* authenticae *cf. Bresslau, Urkundenlehre I p. 78 s. et C. I. I, 23. 3.*

IX, 47.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit se per Stephanum aliosque cognovisse populum Neapolitanum in duas partes esse divisum, quarum una Theodoro, maiori populi, adhaereat; quo facilius restitui concordia possit, mittat, qui adversariis respondeat. *598, Oct.—Nov.*

Codd. C: cap. 104.
Edd. M: Lib. IX. ep. 104; G: Lib. VII. ind. II. ep. 109. — Iaffé Reg. 1571 (1261).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Quorundam in Neapolitana[a] civitate consistentium relationem[b] de quibusdam capitulis Stephano[1] deferente suscepimus. De quibus[c] Theodorus vir magnificus maior[d] populi[2] ante ad nos veniens questus iam fuerat a fraternitate tua in eis fuisse praeiudicium inrogatum. Sed et alteram quorundam item[e] relationem in praedicta urbe degentium[f], qui suprascripti[g] maioris populi partem sequuntur, accepimus. Ex quibus liquido comperimus[h] in duas se partes populum divisisse[i]. Et quia et nobis[k] triste et tibi grave est inter habitatores memoratae civitatis prodisse discordiam, quorum unitati ac concordiae studere debueras, idcirco fraternitatem tuam his hortamur affatibus[l], ut cessante omni excusatione personam hic instructam sub festinatione transmittas, quae aut[m] in electorum aut certe in deputatorum a nobis iudicio et, si qua pro tuis[n] partibus sunt, agere et adversariorum intentionibus ac obiectis valeat per omnia respondere, ut veritate cognita salubrem hic finem causa[o] suscipiat, quatenus rationabiliter omnibus capitulis quae in altercatione venerant[p] terminatis nullas in hac contentione in gravido[q] vires accipiat, sed sola inter te et filios tuos pax, sicut decet, et caritas perseveret. Quia ergo exortae contentiones nulla illic possunt[r] ratione discingi, quippe ubi tanta in habitatoribus est nata discissio[s], ut nullus, qui possit in iudicio residere, sine[t] defendendae alternae partis studio remaneret, ita fraternitas tua faciat[u], ut in[v] transmittenda, sicut diximus, persona nullam tarditatem qualibet excusatione subiungat.

IX, 48.

Gregorius I. papa Romano defensori mandat, ut Callixeno, parvulo Stephaniae viduae, latricis praesentium, filio, domum Catanensem, a Mammonia avia ecclesiae Romanae dono datam, restituat. *598, Oct.—Nov.*

Codd. C: cap. 105.
Edd. M: Lib. IX. ep. 26; G: Lib. VII. ind. II. ep. 23. — Iaffé Reg. 1574 (1183).

IX, 47 in titulo: Furtunato *C 2 et C 1 in ind. 1* — Neapolȳ *C 1;* Neapl. *C 3.* a) in apolitiana *C 3.* b) relatione *codd. n.* c) quibusdam *C 4.* d) maioris *codd. n.* e) idem *codd. n.* f) degentii *C 1. 2. 3;* degenti *C 4.* g) superscriptis *C 1. 2. 4;* per scriptis *C 3.* h) conferimus *C 3.* i) divisisset *C 1. 2. 3.* k) vobis *C 1. 2. 3.* l) affectibus *codd. n.* m) ut *codd. n.* n) pro totius *C 1. 2. 4;* protinus *C 3.* o) causas *C 1.* p) venerat *C 1. 2;* venerit *C 3.* q) *ita scr. Mommsen;* ingravido *edd.* r) possit *C 3.* s) *ex* dissensio *corr.* discessio *C 3.* t) sine *C 1. 2. 3;* nec sine *C 4.* u) faciat *om. C 1. 2; ita C 4.* v) in *om. Vat. A (ed. M).*

IX, 47. Cf. ep. praecedentem. — De Fortunato cf. ep. III, 58 n. 1) An idem, qui in ep. VI, 32 commemoratur? 2) Idem Theodorus commemoratur in ep. IX, 76 et in ep. IX, 53, ex qua efficitur maiorem civitatis eundem esse, qui etiam patronus civitatis dicitur. Cf. Hegel l. l. p. 184. Wisbaum l. l. p. 50.

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Quamvis[a] ea quae ad ecclesiae iura perveniunt alienari legis ratio non permittat[1], temperanda tamen interdum censura districtionis[b] est, ubi misericordiae respectus invitat, maxime[c] quando[d] tanta est quantitas, quae nec dantem onerat[e] et accipientis pauperiem[f] iuxta aliquid consolatur. Et ideo quia Stephania[g][2] praesentium latrix cum Callixeno filio suo parvulo, quem de Petro quondam viro suo se[h] suscepisse et nimia asserit pauperie laborare, huc veniens adsidua obsecratione[i] et lacrimis a nobis exigit, ut domum possessionis in civitate Catenensium[k], quam Mammonia[l] quondam socrus ipsius praedicti[m] Callixeni avia[n] ecclesiae nostrae titulo donationis optulerat, eidem Callixeno[o] restitui faceremus, asserens memoratam Mammoniam alienandi eam non habere licentiam, sed antefati Callixeni[o] filii sui per omnia iuris esse: cui[p] rei dilectissimus filius noster Cyprianus[q] diaconus[3], qui causam cognitam habuit, contradictor[r] extitit inquiens praedictae mulieris querimoniam non habere[s] iustitiam nec posse rationabiliter ad filii sui nomen domum ipsam vindicare sive repetere[t]; sed ne suprascriptae[u] mulieris[v] lacrimas inanes relinquere et plus sequi rigoris viam quam causas videamur pietatis amplecti, hac[w] tibi praeceptione mandamus, ut memoratam domum saepe fato[x] Callixeno[y], simul et donationem[z] a Mammonia[a] factam[b] de domo ipsa, quia illic in Sicilia esse cognoscitur, reddere debeas, quia, sicut diximus, melius est in dubiis non districtionem[c] exequi, sed ad benignas potius partes inflecti, praesertim[d] dum ex parvae[e] rei cessione nec ecclesia gravatur et orfano atque pauperi misericorditer subvenitur.

MENSE NOVEMBRI INDICTIONE II.

IX, 49.

Gregorius I. papa Chrysanto, episcopo (Spoletano), petitione Pauli diaconi Reatini praecipit, ut in basilica beatae Mariae Reatina sanctuaria beatorum martyrum Hermae et Hyacinthi et Maximi consecret. *598, Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 50; C: cap. 106.
Edd. M: Lib. IX. ep. 15; G: Lib. VII. ind. II. ep. 12. — Iaffé Reg. 1580 (1174).

IX, 48. a) *ita C 4;* quatenus *cet. codd.* b) distinctionis *codd. n.* — eorum censura interdum d. *C 4.* c) maxima *C 1. 2. 3, sed corr. in* maximæ *C 2.* d) quanta *C 3.* e) dante honera *C 1. 2. 3;* d. honerat *C 4.* f) pauperim *C 1. 2. 3, sed in* pauperi *corr. C 3.* g) quasi Stefanico *C 3.* h) se *om. C 1. 2.* i) *ita C 4;* observatione *C 1. 2. 3, sed corr. m. 2. C 2.* k) *ita C 2:* Catanensium *C 1;* Catenentium *C 3;* Cathenensium *C 4.* l) Mamonia *C 3;* Ammonia *C 2.* m) *ita C 2. 4;* praedicti *om. C 1. 3.* n) *ex* Callixenii via *corr. C 2;* Callixenia *(om.* avia*) C 1.* o) Calix. *ut videtur, C 1. 2. 3.* p) cur ei *C 1. 2.* q) Ciprianus *C 4.* r) contradicto *C 1. 2. 3.* s) haberet *codd. n.* t) petere *C 4.* u) superscriptae *C 1. 2.* v) *add.* se *C 1. 2. 3.* w) haec *C 1.* x) facto *C 2. 3.* y) Calix. *C 3.* z) diaconem *C 4.* a) Mamonia *C 3.* b) donatione — facta *C 1. 2. 3.* c) distructionem *C 3.* d) praesentis *C 1. 2. 3.* e) pravae *C 4.*

Mense *cet. om. C. ϱ* 1 —* nove̅ *abbr. R 1,* nov̅ *ϱ* 2. 3,* novb̄ri *R* 1.*

IX, 48. Hanc ep. mense Novembri scriptam esse efficitur ex ep. IX, 199 de eadem re scripta. — De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. *1) Cf. C. I. I, 2, 21. Nov. Iust. 7. 46. 65. 120. Loening l. l. I p. 238 s.* *2) Stephania quaedam commemoratur in ep. III, 43. Cf. ep. IX, 199.* *3) De Cypriano, quondam rectore patrimonii Siciliae, cf. ep. III, 55 n.*

GREGORIUS CHRYSANTO EPISCOPO.

Paulus ecclesiae Reatinae diaconus petitoria nobis insinuatione poposcit, ut ad fontes in basilica[a] beatae Mariae semper virginis genetricis Dei et domini nostri Iesu Christi, quae est intra civitatem Reatinam posita, reliquiae beatorum martyrum Hermae[b] et[c] Hyacinthi[d] et Maximi debeant collocari. Et ideo[e], frater carissime, si in eodem loco nullum corpus constat humatum[e], sanctuaria praedictorum[f] martyrum cum reverentia sine ambiguitate suscepta[g] diligenter[h] consecrabis[1].

IX, 50.

Gregorius I. papa Dono, episcopo Messanensi, Gregorium expraefectum commendat. *598, Nov.*

Codd. C: cap. 107.
Edd. M: Lib. X. ep. 54; G: Lib. VIII. ep. 54. — Iaffé Reg. 1576 (1339).

GREGORIUS DONO EPISCOPO MESSANENSI.

Licet gloriosus filius noster Gregorius expraefecto[1] magnam de fraternitate vestra certitudinem habeat, ut sacerdotalem sibi a vobis impendi affectum non dubitet[a], quia[b] tamen caritati vestrae[c] modum nostra[d] commendatione fidit augeri, his vos[e] epistolis praevidimus adhortandos, ut[f] utilitati[g] ipsius concurrere atque in eius vos iuvamen impendere, quocumque ratio suaserit, debeatis[h]. Et quia aliqua[i] apud fraternitatem vestram agere pro sua, ut ait, cautela desiderat, locum apud vos, sicut bonos revera sacerdotes, inveniat et paterna sibi compati[k] dilectione vos cognoscat, quatenus, dum sollicitudinis ipsius cura vestrae caritatis studio fuerit relevata[l], et ipse confidentiam quam de vobis gerit operibus valeat experiri et fraternitas se vestra[m] postulantium desideriis videatur[n] salubriter impendisse.

IX, 51.

Gregorius I. papa Sereno, episcopo Anconitano, mandat, compellat Serenum diaconum, ut argenti a Fabio, Passivi episcopi Firmani decessore, apud eum depositi residua reddat aut una cum Armenio episcopo inter Serenum diaconum et actores Firmanos iudicium faciat. *598, Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 51; C: cap. 108.
Edd. M: Lib. IX. ep. 16; G: Lib. VII. ind. II. ep. 13. — Iaffé Reg. 1581 (1175).

IX, 49 om. ϱ 1. — In titulo: ita C 1. 4. ϱ* 2. 3;* Crisanto *R 1. R* 1;* Chrisanto *C 2. 3. ϱ 1 et index C 1.* — Spolitano *add. R* 1.* a) basilicae (*om.* in) *C.* b) Ermes *C 1. 2;* Hermesi *C 4.* c) *om.* et *C. ϱ 1; eradit ϱ* 2.* d) Iaquinthi *C 1. 2. 3;* Quinti *C 4;* Hiacinti *R 1. ϱ 1;* Hyacinti *ϱ* 2. 3.* e) *verba* ideo *usque* humatum *om. C 4.* f) praeditorum *C 3.* g) susceptas *C 1. 2. 3;* susceptus *R 1;* susceptos *ϱ 1.* h) indesinenter *C.*

IX, 50 in titulo: ita C 1; Mesanae *C 2. 4;* Mesana *C 3 (etiam in indice);* Messane civitatis *C* 1* — epō Aconitano *in indice C 1 confundens hunc titulum cum epistula sequenti.* a) dubitat *C 4.* b) qui *C 1.* c) *ita C 1 et (ex* caritate *v. corr. m. 2) C 2;* caritas vestra est *C 3.* d) erogare *hic add. C 1. 2. 3 (var. lect., ut videtur, pro* augeri*).* e) vobis *C 1.* f) ut *eradit C 3, om. cct.* g) utilitatis *C 1. 2. 3.* h) iubeatis *C 4.* i) qui aliqua *C 1. 2. 3.* k) *om. hoc verb. C 4.* l) revelata *C 1. 2. 3.* m) ves vestra *C 1;* se *om. codd. n.* n) optata *hic add. C 4.*

IX, 49. Chrysanto, ep. Spoletano, missae sunt ep. IX, 59. 107. 166. XIII, 39; fortasse tunc visitator ecclesiae Reatinae erat. (Cf. dial. I, 4.) 1) Cf. Diurn. f. 11. 16. 27.

IX, 50. De Dono cf. ep. VI, 8 n. 1) De Gregorio cf. ep. V, 36 p. 320 n. 2; IX, 4 n. 2.

GREGORIUS SERENO EPISCOPO ANCONITANO.

Vir reverentissimus Passivus[a] frater et coepiscopus noster[1] ad nos veniens indicavit argentum ecclesiae suae a[b] decessore suo Fabio apud Serenum diaconem tuum pro temporis qualitate esse depositum. Cuius parte aliqua restituta partem apud eum asserit reiacere et restituere eam quadam excusatione differre. Proinde his[c] fraternitatem vestram hortamur affatibus, ut eum ammonere studeat, quatenus quae accepit sine contentione restituat. Aut si forte ab eius restitutione aliqua se excusari ratione confidit, necesse est[d], ut inter eum atque actores[e] Firmanae ecclesiae una cum Armenio[f] fratre et coepiscopo nostro[2] cognoscere debeatis et suptiliter[g] veritate discussa ita huic causae finem imponere, ut nec antedictus diaconus pati praeiudicium nec praefata iniuste damnum videatur ecclesia[h] sustinere.

IX, 52.

Gregorius I. papa Demetrianum et Valerianum, clericos Firmanos, per Fabium episcopum duodeviginti abhinc annis ab hostibus redemptos, ut redemptionis pecuniam restituant, cogi vetat. *598, Nov.*

Codd. R et ρ: Indictio I. II. cap. 52; C: cap. 147.
Edd. M: Lib. IX. ep. 17; G: Lib. VII. ind. II. ep. 14. — Iaffé Reg. 1582 (1176).

GREGORIUS DEMETRIANO ET VALERIANO CLERICIS FIRMANIS.

Et sacrorum canonum statuta et legalis permittit auctoritas licite res[a] ecclesiasticas in redemptione captivorum impendi[1]. Et ideo quia edocti[b] a vobis sumus ante annos fere decem et octo virum reverentissimum[c] quondam[d] Fabium[e] episcopum ecclesiae Firmanae[f] pro redemptione vestra ac patris vestri Passivi fratris[g] et coepiscopi nostri, tunc vero clerici, necnon undecim matris vestrae libras argenti de eadem ecclesia[h] hostibus impendisse atque vos ex hoc quandam[i] habere formidinem, ne[k] hoc quod datum est a vobis quolibet tempore repetatur, huius praecepti auctoritate suspicionem vestram praevidimus auferendam[l] constituentes nullam vos exinde heredesque vestros quolibet[m] tempore repetitionis[n] molestiam sustinere nec a quoquam vobis[o] aliquam obici quaestionem, quia[p] ratio aequitatis[q] exposcit, ut quod studio pietatis[r] impensum est, ad redemptorum onus[s] vel afflictionem non debeat pertinere.

IX, 51 om. ρ 1. — In titulo: om.* Gregorius *C 2. 3* — Aconitano *C 2, sed corr.;* Acoritano *C 3 et in indice* Aconitana; Anehonitano *R* 1.* a) *om. hoc nomen C.* b) *om.* a *C 1. 2. 3. R 1.* c) his *om. ρ 1.* d) *om.* est *C 1. 3.* e) *corr. in* auetores *C 3.* f) Arminio *C;* Armoenio *ρ* 2. 3.* g) subtili *C 4.* h) eclę *R 1.*

IX, 52 om. ρ 1. In titulo:* Demetriasio *ubique in titulis C (sed corr. C 2), sed in indicibus et argumentis:* Demetriano — Firmani *R 1.* a) liciter *(deest res) C, sed corr. C 2.* b) quae docti *C.* c) *om.* v. r. *et add.* seu *C.* d) quod *R 1. ρ 1. C; ras 3 fere litt. ρ* 2.* e) Favium *C.* f) firmare *ρ 1. C 2.* g) Passibi *C* — fri *R 1; om. hoc verb. ρ 1 ρ* 2, sed ρ* 2 post add.* h) ecclesiae *C 3.* i) quondam *C 1.* k) nec *C 3. ρ 1.* l) auferandam *C 1.* m) quodlibet *C 3.* n) repetitionibus *C 1.* o) a vobis *C.* p) quae *C.* q) aequalitatis *C 2.* r) aetatis *R 1. C; verba* exposcit *usque* aetatis *in marg. suppl. C 3.* s) onus *supra lin. add. C 2.*

IX, 51. Eidem certe ep. IX, 99 m. Ian. a. 599 scripta est missa. Mortuus est Serenus ante m. Dec. a. 603: cf. ep. XIV, 11. 1) *De Passivo, episcopo Firmano, eiusque praedecessore Fabio cf. ep. IX, 52. 58. 71. XII, 4.* 2) *De Armenio, postea visitatore eccl. Anconitanae, cf. ep. XIV, 11.*

IX, 52. Valerianus in ep. IX. 58. 59 notarius ecclesiae Firmanae dicitur. 1) *Cf. ep. IV, 17 n. 1 (ubi legas 120 pro 129).*

IX, 53.

Gregorius I. papa Maurentium, magistrum militum, redarguit, quod eo in civitate Neapolitana residente Theodori viri magnifici, praesentium latoris, causam, quae ad patronum civitatis pertineat, tractari a Fortunato episcopo siverit. Vini urnae viginti, quas de insula Prochyta per annos duos Theodorus Vectani, castelli Misinatis comiti, dono dederit, quominus per comitis successorem quotannis exigantur, iubet prohiberi. Theodori causas et civitatis privilegia ei commendat. *598, Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio 1. II. cap. 53.
Edd. M: Lib. IX. ep. 69; G: Lib. VII. ind. II. ep. 71. — Iaffé Reg 1573 (1223).

GREGORIUS MAURENTIO MAGISTRO MILITUM.

Valde mirati sumus, ut vobis in Neapolitana[a] civitate positis venire ad nos pro quibusdam causis Theodorus vir magnificus[b] praesentium portitor[1] cogeretur, maxime dum in illa se re contra antiquum morem a fratre et coepiscopo nostro Fortunato[2] queratur praeiudicium pertulisse, quam ad curam dispositionemque patroni[c] eiusdem civitatis gloria vestra teste asserat sine dubio pertinere. Quod si ita se res habet, omnino contristamur, cur in eius vos defensione veritas non permovit, ut et libere, quod esset ratio, diceretis[d] et reservari quod longa sibi consuetudo iure vindicat[e] faceretis. Quia ergo grave nimis est contra veterem usum[f] sacerdotes sibi quicquam[g] arripere, unde in[h] laicorum videntur actus incidere[i], praedicto fratri[k] coepiscopoque nostro scribere quae nobis sunt visa curavimus ipsorumque ad vos scriptorum exemplar transmisimus[3], ut ex eis, quid debeat reservare[l], quam citius[m] gloria vestra[n] cognoscat.

Praeterea indicavit nobis suprascriptus portitor Vectani quondam[o], qui comes fuit in Misinati castello[4], propter quod eum nobilem fuisse noverat et paupertate nimia laborabat, viginti urnas vini per duos annos de insula Prochyta, quae ei vicina erat, misericordiae se intuitu fuisse largitum et nunc eas[p] de eadem insula successorem ipsius tamquam debitas[q] violenter exigere. Et quoniam hoc, ne[r] de cetero temptari debeat, postulat prohiberi, gloria vestra curet[s] addiscere et, si hoc quod queritur veritati subsistit et haec ante consuetudo non fuit, huius modi gravamen iustitia suadente compescat et studeat, ut pietatis amministratio in praefata insula onus praeiudicii non imponat.

Quia vero privilegia civitatis suae vel causas insulae vestrae a nobis[t] gloriae vestrae[u] petit commendandas, hortamur, ut vestram eis tuitionem impendere servata aequitate, quocumque necesse fuerit, debeatis et, si qua in re utilitas populi cui praeest contra rationis, sicut ait, ordinem praegravatur, imposita onera usque ad modum iustitiae vobis suffragantibus releventur nec privilegia eorum quolibet modo calcentur, sed omnia quae usus antiquitatis statuit, in omnibus intemerata serventur. Ita ergo in

IX, 53 in titulo: Maurentino *R* 1* — magistrum *ϱ* 1. 4.* a) ea apolitana *ϱ* 1.* b) v̄m̄ *R 1. ϱ 1;* (Theodorum) virum *ϱ* 1; post* Theodoru *in ras.* s vir *ϱ* 2;* vester *Vatic. D.E (ed. M.).* c) patronum *R 1;* patrum *scr. Mommsen.* d) disceretis *ϱ* 2. 3.* e) vindicta *R 1.* f) *add. in marg.* veterem usum servandum *R 1.* g) quicque *ϱ* 1.* h) in *om. ϱ* 1.* i) *ex* incedere (*ita ϱ* 1*) *corr. ϱ* 2.* k) yratrico *R 1;* yrato *ϱ* 1.* l) reseverare *R 1;* reservari *ϱ 1.* m) citius *om. codd. n;* quam citius *ed. M;* quam *in ras. ϱ* 2, om. ϱ* 3.* n) *in* n̄r̄a *corr. ϱ 1.* o) quod *R 1. ϱ*.* p) eos *codd. n.* q) debitis *R 1. ϱ* 1. 2;* debetis *ϱ 1.* r) d̄ūē *R 1.* s) curat *ϱ* 1.* t) nobis a *ϱ* 1.* u) gła eum *R 1.*

IX, 53 transmissa per Theodorum (cf. n. 1). — De Maurentio, mag. mil. Neapolitano, cf. ep. VIII, 12 n. 1. 1) *De Theodoro* maiore populi, *i. e., ut videtur, patrono civitatis cf. ep. IX, 47 (n. 2), in qua noster de eadem causa scribit.* 2) *De Fortunato, ep. Neapolitano, cf. ep. III, 58 n.* 3) *De epistula IX, 47 agi videtur.* 4) *De altero comite eiusdem castelli cf. ep. IX, 65. 121 et de comitibus in universum ep. I, 13 (n. 2) atque ep. VIII, 19 n. 2.*

his gloria se vestra decenter exhibeat, ut et ipsa partes fovere iustitiae comprobetur et hi qui commendati sunt bona nobis vestra, quae de vobis cupimus[v] semper audire, renuntient.

IX, 54.

Gregorius I. papa Romano, defensori Siciliae, mandat, ut Theclam, monasterii S. Mariae Neapolitani abbatissam, cum Alexandro, viro magnifico, genero eius, reconciliet. *598, Nov.*

Codd. C: cap. 148.
Edd. M: Lib. XI. ep. 11; G: Lib. IX. ep. 7. — Iaffé Reg. 1575 (1359).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Quia Tecla abbatissa monasterii sanctae Mariae, quod Neapolim in domo quondam[a] Felicis scolastici[1] constitutum est, contra Alexandrum virum magnificum[2] generum ipsius de quibusdam rebus causam habere dinoscitur et ad[b] hoc praesentium portitorem transmisit, ut causa ipsa illic cum eo, si potest fieri, pacifice decidatur[c], hac experientiae tuae auctoritate praecipimus, ut ei, quodcumque usus exegerit, salva ratione[d] solaciari ac concurrere non omittat. Sed et praedictum virum magnificum hortari studeat, ut omni contentione cessante ad decisionem causae ipsius pacis et ipse intentione perveniat, ne, si neglegendum putaverit, cum strepitu postea et dispendio cogatur efficere quod[e] bona voluntate implere postponit, quia, sicut edocti sumus[f], frequenter iam praedictae abbatissae per epistolas suas causam ipsam promisit decidere[g] et facere hoc hactenus supersedit. Tua ergo experientia ita agat, ut aut causa ipsa, sicut diximus, decidatur; aut certe, si te differre voluerit et videris, quia facere quae pacis sunt non volet, suptiliter nobis ea ipsa[h] renuntia, ut, quid pro[i] utilitate memorati monasterii agi debeat, sciamus.

IX, 55.

Gregorius I. papa Leontio, exconsuli Siciliae, Gregorium expraefectum commendat. *598, Nov.*

Codd. C: cap. 149.
Edd. M: Lib. X. ep. 55; G: Lib. VIII. ep. 55. — Iaffé Reg. 1577 (1340).

GREGORIUS LEONTIO EXCONSULI SICILIAE.

Cum iustitiae vigor in cognitione vestra et veritas iuvare sufficiat quos tuetur, cuiusquam apud vos commendatione opus non fuerat, quippe qui ea quae pro aequitate petenda sunt ex vobis impenditis[a]. Sed ne postulantium desideria, qui bonorum filio-

v) bona nobis ut cupimus ϱ* 2. 3; bona de vobis ut cupimus *Vat. D (ed. M.).*

IX, 54. a) quod *codd. n.* b) ad *om. C 3.* c) deciditur *C 1. 2.* d) ratio *C 3.* e) quid *C 3.* f) sicut te docti sumus *C 1;* sicut te doctissimus *C 2. 3, sed corr. C 2 m. 2.* g) *ex* dicere *corr. C 2.* h) *ita C 2. 3;* ipse, *ut videtur, C 1.* i) qui per *C 1.*

IX, 55 in titulo: exconsuł *C 1;* exconsule *C 2;* exconsol. *C 3;* exconsuli *C 1. 2 in argum. C* 1.* a) inpeditis *C 3.*

IX, 54. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. 1) *De scolasticis cf. ep. I, 3 n.; V, 34 n.* 2) *An idem est, qui in ep. I, 42 p. 68 l. 10 commemoratur et qui in titulo ep. XI, 8:* praetor Siciliae *appellatur?*

rum studium paterna crescere adhortatione confidunt, postponere videamur, idcirco illa apud gloriam vestram agere quae ultro exhibetis omnibus invitamur. Eapropter paterna dilectione[b] salutantes petimus, ut glorioso filio nostro Gregorio expraefecto[1] caritatis gratiam, qua estis praediti, largius tribuatis et servari illi in omnibus more vestro iustitiam faciatis, quatenus et ille quicquid aequitatis vestrae benignitate confidit seris[c] possit effectibus experiri et nos quae de vobis bona praedicantur multipliciter addiscentes adsidue pro gloriae vestrae incolumitate omnipotentem valeamus Dominum deprecari.

IX, 56.

Gregorius I. papa Amandino domestico Gregorium expraefectum commendat.
598, Nov.

Codd. C: cap. 150.
Edd. M: Lib. X. ep. 56; G: Lib. VIII. ep. 56. — Iaffé Reg. 1578 (1341).

GREGORIUS AMANDINO DOMESTICO.

Confidentes, quod gloria se vestra[a] in amicorum suorum solaciis devote[b] semper exhibeat, eorum vobis[c] causas commendare quos diligitis studemus. Atque ideo salutantes petimus, ut gloriosus filius noster Gregorius, quales vos hic habuit, illic tales inveniat et tam[d] apud gloriosum filium nostrum Leontium, quam[e] alibi, quocumque necesse fuerit, gloriae vestrae solacia consequatur ac magnam in vobis consolationem inveniat et, in quantum possibile est, ne cuidam iniustae possit afflictioni vel gravamini subiacere, gloriae vestrae sollicitudo studio vigilanti provideat et tranquillo maturoque hoc studeat consilio declinari, quatenus, dum suos vos, sicut decet, adiutores habuerit, et ipse et nos amplius cognoscere valeamus, quia, sicut de gloria vestra praesumimus, non ad faciem, sed, quod est valde laudabile, puras nostis[f] amicitias exhibere.

IX, 57.

Gregorius I. papa Secundino (Tauromenitano) et Iohanni (Syracusano), episcopis Siciliae, Gregorium expraefectum commendat. Curent, ut Leontius exconsul ei verbum, quod per Azimarchum scribonem praebuit, custodiat. *598, Nov.*

Codd. C: cap. 151.
Edd. M: Lib. X. ep. 57; G: Lib. VIII. ep. 57. — Iaffé Reg. 1579 (1342).

GREGORIUS SECUNDINO ET IOHANNI EPISCOPIS SICILIAE.

Bonorum nos hortatur dilectio filiorum utilitatibus eorum studiose concurrere et eos, in quantum ratio suppetit, adiuvare. Et ideo quanto se gloriosus filius noster

b) paternam (paterna *C3*) dilectionem *codd. n.* c) seram *codd. n;* veris *ed. M;* se [habiturum co]ram *vel sim. coni. Mommsen.*

IX, 56 in titulo: Amandico *C1 in ind. 1.* a) *ita C2;* gloriosae vestrae *C1;* gloriose vestra *C3.* b) devotae *C1;* devota *C2. 3.* c) *ex* votibus *corr.* vobis *C3.* d) *ex* tamen *corr. C2.* e) vel *C2. 3.* f) nostris *C3.*

IX, 57 in titulo: $\overline{\text{epo}}$ *codd. n.* — Iohanni $\overline{\text{epo}}$ (*om.* Sec. et) *C1. 2 in argum.*

IX, 55 transmissa una cum sequentibus ep. per Gregorium. — De Leontio cf. ep. VIII, 33 n. IX, 4 n. 3. — 1) De Gregorio, expraef. praet., cf. ep. V, 36 p. 320 n 2; IX, 4 n. 2.

IX, 56. Cf. ep. praeced. — Eidem certe Amandino ep. IX, 5 missa est; equidem crediderim Amandinum, quamquam haec epistula in Siciliam missa est, non Leontii, sed exarchi domesticum fuisse; domesticus dicebatur, qui officio militari praeerat: cf. Mommsen in N. A. XIV p. 504 ss.

Gregorius expraefecto benignum[a] cunctis exhibuit, tanto omnium debet uti solaciis[b], fraternitatem vestram his hortamur affatibus, ut ei illic venienti tam apud Leontium gloriosum exconsulem in disponendis[c] rationibus suis, quam apud alios, ubi causa poposcerit[d], opem ferre et partes ipsius sublevare favente iustitia festinetis[e], ut vobis sacerdotaliter concurrentibus nullam molestiam vel dispendium contra ordinem possit aequitatis incurrere. Quem si, quod[f] non credimus, gravari frustra in aliquo senseritis, apud praedictum gloriosum virum agere vos episcopali modestia servata[g] necesse est, ut verbum, quod ei per Azimarchum[h] virum magnificum scribonem[i] [1] praebuit, custodire debeat ac servare atque illum inrationabiliter[k] affligi vel sustinere dispendium minime patiatur. Ita ergo se fraternitas vestra erga eum sollicitam[l] curet ostendere et in eius se causis secundum Deum studeat[m] exhibere, ut et sacerdotale in vobis subsidium et paternam inveniat caritatem.

IX, 58.

Gregorius I. papa Passivo, episcopo (Firmano) mandat, ut oratorium in fundo Visiano iuxta muros civitatis Firmanae a Valeriano notario conditum beato Sabino consecret. 598, *Nov.*

Codd. R et ρ: Indictio I. II. cap. 54; C: cap. 152.
Edd. M: Lib. IX. ep. 70; G: Lib. VII. ind. II. ep. 72. — Iaffé Reg. 1583 (1225).

GREGORIUS PASSIVO EPISCOPO.

Valerianus notarius ecclesiae fraternitatis tuae [1] petitoria[a] nobis insinuatione suggessit[b], quod habetur in subditis, in fundo Visiano iuris sui iuxta muros civitatis Firmanae oratorium se pro sua devotione fundasse, quod in honore beati martyris Sabini[c] desiderat consecrari. Et ideo, frater carissime, si[d] in tuae parrochiae memorata constructio iure consistit et nullum corpus ibidem[e] constat humatum, percepta primitus[f] donatione legitima, id est in reditu solidos[g] tres liberos[h] a tributis fiscalibus[i], gestisque[k] municipalibus[l] allegata[m] praedictum oratorium absque missis publicis sollemniter consecrabis ita, ut[n] in eodem loco nec futuris temporibus[o] baptisterium construatur nec presbyterum constituas[p] cardinalem. Et si missas sibi[q] fieri forte[r] maluerit, a dilectione tua presbyterum[p] noverit postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus[s] praesumatur. Sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis.

---

a) benigno *C 2.* b) solatii *C 1;* solatius *C 3.* c) ponendis *C 1.* d) poposcebat *C 2.* e) sustinetis *C 3.* f) sicut (*pro* si, quod) *codd. n.* g) molestia servatam *C 2;* modestiam servatam *C 1;* servatam *etiam C 3.* h) Limarcum *corr. m. post in* Alim. *C 1;* Alimarchum *C 2;* Alimachum *corr. in* Alimarchum *C 3.* i) sacribonem *C 3.* k) inracibnabiliter *C 1.* l) sollicita *C 2. 3.* m) studeant *C 3.*

IX, 58 deest in ρ 1. — In titulo add.:* Firmanę ęcclę *R* 1; R 1 in margine:* de oratorio novo faciendo. — Passibo *C 1 (etiam in indice 1.) 3.* a) petitoris *R 1.* b) suggerit *R 1.* c) *ita R 1;* Savini *cet.* d) *om.* si *C.* e) id est *C 3.* f) firmitus *C.* g) soli *R 1.* h) liberis *C 1. 2;* libris *C 3.* i) piscalibus *R 1.* k) gestibusque *C 2. 3.* l) mancipalibus *C 1.* m) *ita R 1;* allig. *cet.* n) et *C 3.* o) *ita C cum Diurn.;* temp. fut. *R 1. ρ* 2. 3.* p) *om.* constituas *usque* presbyterum *C 1.* q) *cum Diurn. Vat.* sibi *C 2. 3. ρ* 2. 3;* ibi *cet.* r) forte fieri *ρ* 2. 3.* s) nullatenus *R 1.*

IX, 57. Cf. ep. praeced. — De Secundino, ep. Tauromenitano, cf. ep. I, 71 n. 4 et de Iohanne, ep. Syracusano, ep. VI, 18 n. 1) Azimarcho scriboni missae sunt ep. IX, 63. 73. 77. — Cf. ep. IX, 4 n. 3. 4.

IX, 58. Haec epistula scripta est secundum Diurni f. 11 (cf. ep. II, 9 n.) — De Passivo, ep. Firmano, cf. ep. IX, 51 n. 1. — 1) De Valeriano cf. ep. IX, 52 n. et ep. seq.

IX, 59.

Gregorius I. papa Chrysantum, episcopum (Spoletanum), hortatur, ut Valeriano, ecclesiae Firmanae notario, qui beato Sabino oratorium condiderit, eiusdem martyris sanctuaria praebeat. 598, *Nov.*

Codd. C: cap. 153.
Edd. M: Lib. IX. ep. 71; G: Lib. VII. ind. II. ep. 73. — Iaffé Reg. 1584 (1226).

GREGORIUS CHRYSANTO EPISCOPO.

Valerianus notarius ecclesiae Firmanae sanctuaria beati martyris Sabini[a] [1] oblata petitione sibi postulat debere concedi, quatenus in eius nomine oratorium propriis constructum sumptibus[b] possit sollemniter consecrari. Et ideo, frater carissime, praefati[c] desideriis ex nostro te mandato convenit oboedire, ut devotionis suae in consecratione quam postulat potiatur effectum.

IX, 60.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Narniensi, visitatori ecclesiae Teramnensis, administrationem quoque eiusdem ecclesiae demandat. 598, *Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 55.
Edd. M: Lib. IX. ep. 72; G: Lib. VII. ind. II ep. 74. — Iaffé Reg. 1585 (1227).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO NARNIENSI.

Fraternitati vestrae ecclesiae Teramnanae[a] [1] visitationis operam nos olim mandasse recolimus. Sed quia pervenit ad nos, quod peccatis facientibus nec clerus illic nec plebs tanta remanserit, quibus debeat interim[b] episcopus ordinari, utile esse prospeximus eandem[c] ecclesiam, vel quicquid ipsius est, quousque illam, ut Domino placuerit, ordinemus, vestrae Deo auctore dispositioni committere. Et ideo sollicitudinem vos convenit adhibere, ut[d] quicquid de possessionibus ecclesiae ipsius in qualibet re[e] accedere potuerit, vobis vel in reparatione eiusdem ecclesiae sive cleri[f] ipsius subventione proficiat, quatenus et vos remedium pro vestro labore capere et illi aliquod valeant sustentationis habere solacium. Mobile[g] vero praedictae ecclesiae facta suptiliter volumus describi notitia nobisque transmitti, ut ex hoc, quid fieri debeat, auctore Domino disponamus. Circa actus[h] autem vel disciplinam cleri vel filiorum ecclesiae ipsius magnam te curam habere necesse est atque ita super pastorali studio[i] vigilare, ut de animabus eorum non culpabilis, sed apud omnipotentem Deum[k] mercedem potius possis[l] adquirere.

IX, 59 in titulo: Crhysanto *C 1;* Chrisanto *C 2. 3;* Chrisaptho *C 1. 3 in indicib.;* Cristapto *C 1 in argumento* — Spolitano *add. C* 1.* a) Sav. *codd. n.* b) sumptilibus *C 3.* c) prefatis *C 2. 3.*

IX, 60 in titulo: Constantino *ϱ* 3* — Narniensis *R 1.* a) *ita R 1. ϱ 1;* trāmane *ϱ* 1;* steramnanę *ϱ* 2. 3;* terrananne *R* 1;* Terracinensis *Vat. A (ed. M).* b) iterum *Vat. D (ed. M).* c) eundem *R 1.* d) et *ϱ*.* e) qualibere *R 1.* f) *ex* clerici *(ita ϱ* 1) corr. ϱ* 2.* g) mobilia *Vat. D (ed. M).* h) auctus *ϱ* 2. 3.* i) studia *ϱ* 1.* k) dnm *R 1.* l) possit *R 1.*

IX, 59. Haec epistula scripta est secundum Diurni f. 12. Cf. ep. praeced. — De Chrysanto, ep. Spoletano, cf. ep. IX, 49 n. — 1) Catalani, de eccl. Firmana (1783), p. 101, notat etiam suo tempore caput S. Sabini in civitate Firmana asservatum esse.

IX, 60. De Constantio vel Constantino cf. V, 57a p. 366 n. 19. 1) De civitate Interamna (Terni) agitur.

IX, 61.

Gregorius I. papa Bonifatium, episcopum Regiensem, hortatur, ut ecclesiae suae cum Gregorio expraefecto litem componat eiusdemque homines ac possessiones commendatos sibi habeat. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 154.
Edd. M: Lib. X. ep. 58; G: Lib. VIII. ep. 58. — Iaffé Reg. 1586 (1343).

GREGORIUS BONIFATIO EPISCOPO REGIO.

Sacerdotali proculdubio convenit gravitati, ut, si quas ecclesiae suae causas[a] habuerit, aut pacifica eas ordinatione, si[b] fieri potest, aut certe iudicio interveniente sine mora definiat, ut sublata e[c] medio contentionis materia sola illi cum filiis suis pacis possit remanere concordia. Indicavit[d] itaque nobis gloriosus filius noster Gregorius expraefecto, quod inter se et ecclesiam vestram de locis quae competunt[e] aliqua sit orta contentio. Ob quam rem[f] hortamur, ut eam aut cessante iurgio finiatis aut certe dilatione summota ecclesiae vestrae actores ad electorum ire[g] iudicium faciatis, ut eorum definitione praecedente nec ille contra iustitiam gravari nec vestra praeiudicium videatur ecclesia sustinere. Quia vero homines suos et possessiones quas illic habet vobis[h] voluit commendari, oportet, ut vestra se[i] fraternitas in eius causis, quocumque ratio invitaverit, non omittat impendere atque ita eum in quibus valuerit iuvare[k] festinet, ut vobis[l] concurrentibus absentem se a suis esse utilitatibus non agnoscat[m].

IX, 62.

Gregorius I. papa Iohanni Sorrentino et Fortunato Neapolitano episcopis atque Anthemio subdiacono Gregorii expraefecti homines et possessiones commendat.
598, Nov.—Dec.

Codd. C: cap. 155.
Edd. M: Lib. X. ep. 59; G: Lib. VIII. ep. 59. — Iaffé Reg. 1587 (1344).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SURENTINO, FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM ET ANTHEMIO SUBDIACONO.

Ea quae filiis nostris ultro nos decet impendere, negare eis petentibus[a] non debemus. Et ideo quoniam filius noster gloriosus Gregorius expraefecto possessiones quas illic habet vel homines suos fraternitati vestrae a nobis studuit commendandos, scriptis vos praesentibus adhortamur, ut utilitatibus eius salva ratione concurrere et possessiones[b] atque homines ipsius tueri, sicut desiderat, debeatis nec eos contra iustitiam a

IX, 61. a) *ex* causis *corr. m. 2. C 2.* b) aut si pacif. si ord. *C 1.* c) sublate *C 1; om.* ut sublata e *C 3.* d) iudicabit *C 3.* e) conpetit *C 1. 2;* competit *C 3.* f) rem *om. C 1.* g) iure *C 1. 2. 3.* h) nobis *C 3.* i) vestras (*om.* se) *C 1.* k) iubaret *C 1.* l) *om.* ut vobis *C 3.* m) cognoscat *C 2. 3.*

IX, 62 in titulo: Sirentino *C 1;* Syrentino *C 1 in ind. C 2;* Saratino *corr. in* Saraentino *C 3;* Siracusano *C* 1* — Furtunato *C 3 et in argumentis C 1. 2* — Neapolym *C 1;* Neapolim *C 2. 3;* Neapolitano *C* 1* — Antemio *C 3.* — a) penitentibus *C 3.* b) *hic add.* eius, *post, ut videtur,* ipsius *om. C 1.*

IX, 61. Cf. ep. IX, 55 ss. et ep. seq. — De Bonifatio cf. ep. III, 4 n.

IX, 62. Cf. ep. praeced. — De Iohanne cf. ep. I, 40 n. 1; de Fortunato ep. III, 58 n.; de Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, ep. I, 23 n.

quibuslibet vexari, aut patiamini praegravari. Sed id agite, ut tuitione vestra praedicti filii nostri supplere[c] praesentiam valeatis, quia ita se cunctis[d], sicut nostis, exhibuit, ut omnium habere solacia mereatur.

IX, 63.

Gregorius I. papa Azimarchum scribonem rogat, curet, ut Laurentius, vir clarissimus, lator praesentium, apud Leontium exconsulem Bonifatii quondam numerarii, qui aliquam hereditatis partem xenodochio ad S. Petrum reliquerit, rationes sine difficultate exponat. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 156.
Edd. M: Lib. XII. ep. 16; G: Lib. X. ep. 18. — Iaffé Reg. 1588 (1448).

GREGORIUS AZIMARCHO SCRIBONI.

Magnitudinem vestram tempore quo[a] hic in Romana urbe fuit cognovisse[b] recolimus Bonifatium quondam numerarium[1] condito testamento[c] partem aliquam hereditatis suae xenodochio, quod ad sanctum Petrum apostolorum principem situm est[2], reliquisse. Et quoniam gerere nos sollicitudinem diximus, ut ad gloriosum filium nostrum Leontium[3] persona[d] pro exponendis ratiociniis ipsius mitteretur, curam, ut compleri debuisset, habuimus. Idcirco quia Laurentius vir clarissimus praesentium portitor ad hoc illic[e] noscitur esse transmissus[f], magnitudinem vestram paterna dilectione salutantes petimus, ut ei hac in[g] causa concurrere atque vestra, sicut de vobis confidimus, salva iustitia impendere patrocinia debeatis, quatenus, dum sincerissimae bonitatis vestrae fuerit ope suffultus, et de viduitate mulieris quondam Bonifatii et de pauperibus, quibus, sicut diximus, isdem Bonifatius hereditatis suae partem aliquam dereliquit, mercedem apud omnipotentem Deum[h] adquiratis.

IX, 64.

Gregorius I. papa a Maurilione, expraefecto, in Sicilia degenti, quotiens scribendi se occasio dederit, litteras poscit. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 157.
Edd. M: Lib. XII. ep. 17; G: Lib. X. ep. 19. — Iaffé Reg. 1589 (1449).

c) subplicę *add. supra lineam* se *C 3.* d) cuncti *C 1.*

IX, 63 in titulo: ita C 2; Azymarcho *C 1 et ita etiam in argumento,* Azimardio *in indice;* Atymarco *in indice C 3.* a) quod *C 3.* b) cognosse *C 2.* c) testamenti *C 1.* d) personam *codd. n.* e) *in* illuc *corr. C 2 m. 2.* f) transmisimus *C 1.* g) in hac *C 1.* h) dn̄m *C 2 et ex* deum *corr.* dominum *C 3.*

IX, 63 transmissa per Laurentium, eundem, qui ep. IX, 130, de eadem causa scriptam, m. Apr. a. 599 in Siciliam transtulit. — De Azimarcho cf. ep. IX, 57 n. 1. — *1) Bonifatium indictione IX. et X. numerarium fuisse ex ep. IX, 130 apparet; sed cuius officii numerarius fuerit, ignoramus; cf. Marini, pap. dipl. nº. 95 (a. 639):* Vitalianus v. c. ex numerariis scrin. cann. *et* Theodorus adi. Iohanni v. c. numerario *et ib. nº. 87.* *2) De xenodochiis in urbe Roma cf. ep. I, 42 p. 68 (xen.* de Via-nova*); ep. IX, 66ª. 82 (xen.* Valerii*); et, ut videtur, etiam ep. IX, 8 (xen.* Anichiorum*); praeterea in libr. pont. v. Vigilii c. 2:* fecit enim Vilisarius patricius xen. in via Lata *(Sª. Maria in Xenodochio: cf. not. Duchesni) et v. Stephani II. c. 4:* restauravit et quattuor in hac Rom. urbe sita antiquitus xenodochia . . . . et foris muros huius civitatis Rom. secus basilicam b. Petri apostoli duo fecit xenodochia *(cf. not. Duchesni).* *3) De Leontio exconsule cf. ep. VIII, 33 n. IX, 4 n. 3.*

GREGORIUS MAURILIONI EXPRAEFECTO.

Valde miramur, quod nos diversis de Sicilia venientibus gloria vestra incolumitatis suae nuntio relevare[a] postponit, et, utrum oblivioni caritatis an[b] occupationi debeat reputari, nescimus[c]. Et ideo salutantes paternae caritatis affectu[d] petimus[e], quotiens scribendi se occasio[f] dederit, de vestra nos salute, et qualiter circa vos agatur, refovete, quatenus, dum secundum desiderium nostrum de prosperitate vestra laeti fuerimus effecti, redemptori nostro agere pro vobis gratias valeamus. Omnipotens Deus misericordiae suae vos gratia tueatur et ab omni adversitate servet inlaesos atque custodiat.

IX, 65.

Gregorius I. papa Maurentium, magistrum militum, hortatur, ut Comitaticium, de Misenati castro bene meritum, in pristinam gratiam recipiat. 598, *Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 158.
Edd. M: Lib. VIII. ep. 19; G: Lib. X. ep. 20. — Iaffé Reg. 1590 (1450).

GREGORIUS MAURENTIO MAGISTRO MILITUM.

Veniens dilectissimus filius noster Cyprianus diaconus [1] laudabile Comitaticii[a] [2] nobis studium, et quam utilitatem in Misenati[b] castro fecerit, indicavit: sed et[c] multa de eo bona diversis testificantibus olim cognovimus. Et quia eum apud vos, sicut ante fuit, modo non esse audivimus, gloriam vestram petimus, ut, si quid est, unde iuste vestros animos fortassis offendit[d], nobis, quicquid illud est, remittatis eique plenam gratiam reddere atque illum in ea qua apud vos dudum fuit[e] familiaritate recipere debeatis et vestrum illi favorem, sicut revera proprio[f], salva ratione, quodcumque usus exegerit, impendatis. Ita ergo facite, ut de integra[g] ei gratia restituta aut[h] ipso renuntiante aut aliis referentibus possimus agnoscere.

IX, 66.

Gregorius I. papa Agilulfo, regi Langobardorum, de pace composita gratias agit. Duces „et maxime in his partibus constitutos", ut pacem turbare vetet, rogat.
598, *Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 159. — (Cf. Paul. diac., h. L., IV, 9.)
Edd. M: Lib. IX. ep. 42; G: Lib. VII. ind. II. ep. 41. — Iaffé Reg. 1591 (1202).

IX, 64 in titulo: in indicibus C 1. 3: Mariliano. a) revelare *codd. n.* b) hac se *codd. n., sed* h *del. C 2.* c) *ex* nesciamus *corr.* nescimus *C 2.* d) effectu *C 1. 2. 3, sed corr. in* affectu *C 2 m. 2.* e) ut *add. codd. n.* f) occasione *C 3.*

IX, 65. a) Comitatis *codd. n.* b) *ita scr. Wisbaum l. l. p. 49 (cf. ep. IX, 121);* inminati *C 1. 2;* inmaniti *C 3.* c) et *om. C 3.* d) *ita C 2;* ostendit *C 1.* e) quia a. v. est *C 3.* f) proprios *codd. n.* g) integro *in ras. C 2.* h) a *add. C 1.*

IX, 64. Maurilio etiam commemoratur in ep. I, 35 (n. 1); praefectus praetorio fuisse videtur.

IX, 65. De Maurentio, mag. mil. Neapolitano, cf. ep. VIII, 12 n. 1. 1) *De Cypriano, ante ind. II. rectore patrimonii Siciliae, tum Romam reverso cf. ep. III, 55 n. IX, 15 n. 1.* 2) *Comitaticius, qui Vectani (cf. ep. IX, 53 n. 4) successisse videtur etiam in ep. IX, 121 commemoratur.*

GREGORIUS AGILULFO REGI LANGOBARDORUM.

Gratias excellentiae vestrae referimus[a], quia petitionem nostram[b] audientes pacem, quae utrisque esset partibus profutura, sicut de vobis confidentiam habuimus, ordinastis[1]. Ex qua re excellentiae vestrae prudentiam et bonitatem valde laudavimus[c], quia pacem diligendo Deum vos, qui auctor ipsius est, amare monstratis[d]. Nam si, quod absit, facta non fuisset, quid aliud[e] agi habuit, nisi ut cum peccato et periculo partium miserorum rusticorum sanguis, quorum labor utrisque proficit, funderetur? Sed ut prodesse[f] nobis eandem pacem, quemadmodum a vobis facta est, sentiamus, paterna caritate salutantes petimus, ut, quotiens occasio se[g] dederit, ducibus vestris per diversa loca et maxime in his partibus constitutis vestris praecipiatis epistolis, ut hanc pacem, sicut promissum est, pure custodiant et occasiones[h] sibi aliquas non quaerant, unde aut contentio quaedam aut ingratitudo nascatur, quatenus voluntati vestrae amplius[i] agere gratias valeamus[2]. Latores vero[k] praesentium[l], sicut revera homines vestros, in eo quod decuit[m] affectu[n] suscepimus, quia iustum fuit, ut viros sapientes, et qui[o] pacem factam Deo[p] propitio nuntiarunt[q], cum caritate et suscipere et dimittere[r] deberemus[s].

IX, 66[a].

Gregorius I. papa Domitii, presbyteri atque abbatis monasterii SS. Maximi et Agathae Panormitani, quod Lucuscanum dicitur, pactionem cum Antonio, subdiacono et praeposito xenodochii „in hac urbe Roma, quod Valerii dicitur", factam de possessionibus quibusdam in territorio Panormitano sitis confirmat. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 160.
Edd. M: Lib. IX. ep. 28; G: Lib. VII. ind. II. ep. 27. — Iaffé Reg. 1607 (1185).

GREGORIUS DOMITIO PRESBYTERO ET ABBATI.

Sicut grave et plenum vituperationis est inter personas omnipotenti Domino militantes de saecularibus[a] negotiis ortam diu controversiam permanere, ita laudabile et studio est religioso conveniens terrenis gratam[b] Deo pacem praeferre compendiis et ex rebus transitoriis mansura caritatis semper lucra mercari. Et ideo quia de possessionibus[c] Faiano[d], Nasoniano[e] et Libiniano[f] positis in provincia Sicilia territorio Panormitano, de quibus inter praepositos monasterii sanctorum Maximi et Agathae quod Lucuscanum[g] dicitur[1] et e[h] diverso amministratores xenodochii in hac urbe Roma constituti[i]

IX, 66: hanc ep. refert Paulus diac. in hist. Lang. IV, 9. — In titulo: Langobār *abbr. C 1.* a) ferimus *C 1.* b) vestram *C, sed C 2 corr. in* nostram; nostram *Paulus diac.* c) laudamus *Paulus diac.* d) *ita C 1. Paulus;* monstrastis *C 2. 3.* e) *om.* aliud *Paulus.* f) prodesset *Paulus.* g) *ita C 2. 3. Paul.;* se occ. *C 1.* h) ex hoc casiones *C 1.* i) amplius *om. Paul.* k) *ita Paul.;* vestros *C.* l) *add.* litterarum *Paulus.* m) debuit *Pauli codd. melioris notae.* n) affectus *C 1.* o) quia *C 1 et Pauli codd. G.* p) non *C 3.* q) nuntiarent *C 2.* r) demittere *C 1.* s) debemus *C 3.*

IX, 66a in titulo: et *ex* ex *corr. C 2.* a) *ex* saecuribus *corr. C 2. m. 2.* b) gratiam *C 2.* c) pationibus *C 3.* d) Faiani *C 1. 2;* Factani *C 3.* e) Nasoniani. *C 3.* f) *ita ep. IX, 82;* Leviano *C.* g) Lucascanum *C 1.* h) ecce (*pro* et e) *C.* i) constitui *C 3.*

IX, 66 una certe cum ep. IX, 67 transmissa. Cf. ep. IX, 44 n. 7. Chronologia, quam Paulus diac., qui hanc ep. in h. L. IV, 9 refert, sequitur, nullius momenti est. De Agilulfo vel Agone cf. ep. IV, 2 n. 13. 1) De hac pace cf. ep. IX, 44 n. 2. 2) Cf. ep. IX, 44 n. 3.

IX, 66a. Haec epistula ita in codd. C asservata est; cum, ut ex fine epistulae apparet, duo exemplaria huius praecepti facta sint, unum a registri scriptore hoc loco, alterum eo loco, quo ep. IX, 82

quod Valerii nuncupatur[2] longa se traxit[k] contentio, nunc inter te[l] dilectissimum filium nostrum Domitium abbatem atque presbyterum praedicti monasterii[3] et Antonium subdiaconem nostrum memorati xenodochii praepositum pactis intervenientibus salubris processit Deo auctore decisio, necesse est, ut omnis discordiae possit occasio praeveniri, ea quae gesta sunt nostra interveniente auctoritate firmari. Proinde per huius praecepti seriem hoc decernendum[m] esse prospeximus, ut omnia instrumenta, vel quicquid est aliud quod partibus, quod absit, ad invicem contra se venire cupientibus quoquo modo vel ex temporis praescriptione seu aliter opem de lege aut quocumque privilegio poterat ministrare, sit, sicut et vos poscitis, vacuum et omni virtute[n] cassatum[o] et sola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur optineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimae munitionis ex hac nostra[p] auctoritate suscipiat, ne[q] superesse aliquid valeat, unde quae[r] religioso studio provide, ut[s] oportuit, ac pacifice terminata sunt, quocumque tempore quicquam dubietatis incurrant[t], sed omnia quae in eisdem[u] pactis tenentur ascripta firma et inlibata et sine aliqua refragatione persistant, quatenus amota penitus totius altercationis materia, inter eos quos caritatis[v] inmutabiliter decet manere concordiam nulla queat deinceps[w] litigiosae contentionis occasio generari. Pro munitione vero praefati xenodochii suprascripto[x] Antonio eius praeposito praeceptum simile dedimus[4].

IX, 67.

Gregorius I. papa Theodelindae reginae Langobardorum, cuius studium in facienda pace per Probum abbatem cognoverit, gratias agit; hortatur, cum rege agat „quatenus christianae reipublicae societatem non rennuat". *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 161. — (Cf. Paul. diac., h. L., IV, 9.)
Edd. M: Lib. IX. ep. 43; G: Lib. VII. ind. II. ep. 42. — Iaffé Reg. 1592 (1203).

GREGORIUS THEODELINDAE REGINAE LANGOBARDORUM.

Quia[a] excellentia vestra ad faciendum se pacem studiosius et benigne[b], sicut solet, impenderit, renuntiante filio nostro Probo abbate[1] cognovimus. Nec enim aliter de christianitate vestra[c] fuerat confidendum[d], nisi quia in causa pacis laborem et bonitatem vestram modis[e] omnibus monstraretis. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, qui ita cor vestrum sua pietate[f] regit, ut, sicut fidem rectam tribuit, ita quoque placita

k) retraxit *C.* l) et *add. C.* m) *ita ep. IX, 82;* deterrendum *C.* n) vervitute *C2.* o) cessatum *C3.* p) ex sacra *C3.* q) nec *ep. IX, 82.* r) unde (que *post add.) C1:* undique *C2.* s) providebit (*pro* pr. ut) *C.* t) incurrat *codd. n.* u) eiusdem *C3.* v) caritas *C3.* w) nullaque ad deinceps *C1. 2, sed in* nullaque at deinceps *corr. C2 m. 2.* x) superscripto *C1. 2.*

IX, 67. Hanc ep. refert Paulus diac. in hist. Lang. IV, 9. — In titulo: Theodolinde *C1. 2 in arg. C3 ind.;* Theudolinde *C3;* Theudelinde *Paul.* — Longobrb̄ *abbr. C1;* Langobardorum *C2.* a) Qua *C3.* b) se *antea om. et hic add. Paul.* c) nostra *C3.* d) conf. fuit *Paul.* e) modis *om. Paul.* f) pitate *C1.*

posita est, registro insertum est; sed scriptor archetypi collectionis R utrumque videns secundum solum descripsit, quod notam a paribus *addens et Domitio et Antonio inscripsit. — Et haec et sequentes ep. ad mens. Decembr. pertinere videntur: cf. ep. IX, 82.* *1) Cf. de hoc monasterio ep. IX, 20 n. 1.*

2) De xenodochiis in urbe Roma sitis cf. ep. IX, 63 n. 2 et de xenodochio Valerii de Rossi, Miscell. di not. bibl. e crit. fasc. 2º, nº. 34. *3) Cf. ep. IX, 20 n. 2.* *4) Cf. clausulam finalem in ep. VIII, 12.*

IX, 67. Cf. ep. IX, 66 et de Theodelinda ep. IV, 2 n. 8. *1) De Probo cf. ep. IX, 44 n. 1.*

sibi vos semper operari concedat[g]. Non enim, excellentissima filia, de sanguine qui ab utraque parte fundendus fuerat parvam te credas adquisisse mercedem. Ex qua re voluntati vestrae gratias referentes Dei nostri misericordiam deprecamur, ut bonorum vobis vicem in corpore et anima hic et in futuro compenset.

Salutantes[h] praeterea paterna dilectione hortamur, ut apud excellentissimum coniugem vestrum illa agatis, quatenus christianae reipublicae societatem non rennuat. Nam sicut et vos scire credimus, multis modis est utile, si se ad eius amicitias[i] conferre voluerit[2]. Vos ergo more vestro, quae ad gratiam partium pertinent, semper studete atque, ubi causa mercedis se dederit, laborate[k], ut bona vestra amplius ante omnipotentis Dei oculos[l] commendetis.

IX, 68.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono mandat, ut una cum Fortunato, episcopo (Neapolitano), et, si visum ei fuerit, cum glorioso Maurentio Petri clerici, latoris praesentium, causam examinet. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 162.
Edd. M: Lib. X. ep. 41; G: Lib. VIII. ep. 26. — Iaffé Reg. 1593 (1310).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Petrus clericus lator praesentium questus nobis est a quibusdam se pueris fallaciter criminatum et causam suam non, ut oportuit, districta examinatione discussam nec se in[a] aliquo condemnatum, sed solum ab episcopo suo, ne[b] cum eo procedere[1] auderet, inhibitum. Quod audientes omnino aegre tulimus, quia veritate suptiliter perquisita aut reum, ut[c] causae[d] exigebat qualitas, condemnare[e] aut certe debuit innocentem absolvere[f]. Quia igitur et causa[g] exigit et memoratus petitor[h] magnopere postulat, ut hac de re suptilis debeat haberi discussio, praesenti tibi auctoritate praecipimus, una cum reverentissimo fratre nostro Fortunato[i] coepiscopo atque, si visum tibi fuerit[k], glorioso filio nostro Maurentio[2] attemptati[l] criminis veritatem[m] suptili nimis indagatione ac discussione studeatis addiscere et ita aut[n] culpam ulcisci aut festinetis innocentiam relevare, ut nec vos videamini neglegentes in aliquo extitisse nec haec amplius sine finitione[o] causa remaneat.

---

g) *ita ex* concedit *corr. m. 2. C2;* concedat *ed. Pauli in M. G., ubi adnotatur quosdam Pauli codd. exhibere lectionem:* concedit: concedit *etiam C 1. 3.* h) vos *add. Paul. in plurimis mss.* i) amicitiam *Paul.* k) elaborate *Paul.* l) oculos *om., sed add. m. 2. C 2.*

IX, 68 in titulo: Antemio *C 3.* a) se in ab *C 1.* b) nec *codd. n., sed corr. C 2.* c) aut *C 1. 3, sed ex* auc *corr.* ut *C 2.* d) causa *C 3.* e) condemnaret *codd. n.* f) innocentiam adsolvere *C 3.* g) causae *codd. n.* h) petitor *C 2. 3; et add. C 3;* portitor *C 1.* i) Furtunato *C 2. 3.* k) fuerit tibi *C 1.* l) adtemptatio *codd. n.* m) *ex* veritatis *corr.* veritates *C 1.* n) ad *C 3.* o) *in* definitione *corr. C 2 m. 2.*

2) Etiam ex hoc loco efficitur indutias factas esse, non veram pacem, i. e. foedus vel amicitiam: cf. ep. V, 34 n. 2. V, 36 p. 317 n. 2.

IX, 68 transmissa per Petrum clericum una cum seq. ep. — De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n. 1) De hoc vocabulo cf. ep. V, 45 in f. VII, 31 p. 479. 2) De Maurentio, mag. mil. Neapolitano, cf. ep. VIII, 12 n. 1.

IX, 69.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, praecipit, ut adhibito Anthemio subdiacono Petri clerici, latoris praesentium, causam diiudicet, qui interdictum sibi esse queratur, ne cum episcopo procedat. 598, *Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 163.

Edd. M: Lib. X. ep. 40; G: Lib. VIII. ep. 25. — Iaffé Reg. 1594 (1309).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM.

Valde nos vestra fecit mirari fraternitas, ut causam clerici sui aut noluisset aut non adsurgeret definire. Petrus itaque praesentium portitor ad nos veniens questus est pueros a quibus se de temptatione sceleris[a] falso[b] asserit criminatum non, ut oportuit, esse discussos, sed tantum modo verbo tenus inquisitos et sibi hoc solum, ne vobiscum[c] procedere audeat, interdictum. Aut enim vera[d] fuere quae dicta sunt et iuxta[e] causae qualitatem[f] canonicae fuit coercitioni[g] subdendus[h] aut falsa et diu non debuit in crimine remanere. Quia ergo et ratio indixit et hic pro sui purificatione sollicitat[i] quae adversum se dicta sunt apostolica examinatione perquiri, necesse est, ut una cum Anthemio subdiacono[k] nostro suptili ac districta discussione a pueris illis veritatem exigere debeatis: et si praedictus portitor attemptati facinoris reus esse patuerit, canonica modis[l] omnibus ultione plectatur, si vero insons[m] fuerit declaratus, celeri[n] absolutione respiret et vobiscum[o] habeat procedendi licentiam, quia sicut et rei competens exercenda vindicta est, ita in innocentibus non est absolutio differenda. Sic ergo huic causae sollicite fraternitas vestra finem studeat imponere, quatenus nullam de neglectu valeat[p] reprehensionem incurrere.

IX, 70.

Gregorius I. papa Eupaterio, duci Sardiniae, Waldaric, latorem praesentium, eiusque uxorem, Romanam quandam, qui reverti desiderent, commendat. 598, *Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 164.

Edd. M: Lib. XII. ep. 18; G: Lib. X. ep. 21. — Iaffé Reg. 1595 (1451).

GREGORIUS EUPATERIO DUCI SARDINIAE.

Cum lator praesentium Uualdaric[a] illa nos pro sui commendatione scribere postulet, quae magnitudinem vestram aequitatis intentu sine cuiusquam etiam intercessione non dubitemus efficere, petitionem ipsius minime dispiciendam prospeximus[b]. Quia ergo, ut cum uxore sua, quam hinc[c] de Romana civitate esse perhibet, reverti.

IX, 69 in titulo: Fortunato *C 2 et in ind. C 3;* Furt. *cet.* — Neapolym *C 1;* Neapolitano *C 2;* Neopol. *C 3.* a) se clericis *codd. n.* b) falsa *C 2.* c) nobiscum *C 2.* d) veret *C 1;* vere *C 2. 3.* e) iusta *C 2.* f) causa qualitate *codd. n.* g) cohercionis *C 1;* cohercioni *C 2. 3.* h) subdendum *codd. n.* i) *ita scr. Mommsen;* sollicita *codd.* k) subdiacone *C 3.* l) cordis *C 3.* m) *verba* si v. insons *suppl. m. 2 C 2 in marg.* n) *ex* clerici *corr. C 1.* o) cum *suprascr. m. 2 C 2.* p) valea *C 1.*

IX, 70 in titulo: Neupaterio *C 1 ind. 1;* Eupatorio *C* 1.* — Sardine *C 2;* Sardię *C 3.* a) Uualdarihc *C 3;* Uualdric *(ita etiam C 1. 2 in arg.) et suprascr. ipse scriptor super* c *litteram* h *in C 2.* b) dispicienda (despicienda *C 2*) proximos *codd. n., sed in* prospeximus *corr. m. 2 C 2.* c) *in* hunc *corr. m. 2. C 2.*

IX, 69. Cf. ep. praeced. — De Fortunato cf. ep. III, 58 n.

IX, 70. Eupaterius in ep. IX, 195 mag. militum appellatur; ante eum Theodorum, glor. mag. mil., ducatum Sardiniae insulae suscepisse *apparet ex ep. I, 46 n. I, 47. 59.*

sicut desiderat, valeat, vestris se poscit patrociniis adiuvandum[d], paterna dilectione salutantes petimus, ut hac in re magnitudinis vestrae et tuitionem habeat et nullos[e] eos illic contra rationis impedire ordinem permittatis, sed desideriis eorum pro vestra mercede adesse et concurrere debeatis, quatenus et illi vestra se iutos[f] ope congaudeant et magnitudo vestra poscentibus impendisse[g] quod pium iustumque est videatur.

IX, 71.

Gregorius I. papa Passivo, episcopo Firmano, mandat, ut oratorium ab Anione comite in castro Aprutiensi conditum beato Petro consecret. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 165.
Edd. M: Lib. XII. ep. 11; G: Lib. X. ep. 12. — Iaffé Reg. 1596 (1142).

GREGORIUS PASSIVO EPISCOPO DE FIRMO.

Anio comes[1] castri Aprutiensis[2] Firmensis[a] petitoria nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis, in suprascripto[b] castro oratorium se sumptu[c] proprio pro sua devotione fundasse, quod in honore beati Petri apostolorum[d] principis desiderat consecrari. Et ideo, frater carissime, si in tuae dioeceseos, in qua visitationis impendis[e] officium, memorata constructio iure consistit et nullum corpus ibidem constat humatum, percepta[f] primitus donatione legitima, id est fundos campulos[g] cum conduma una, boves domitos parium unum, vaccas duas[h], argenti libras quattuor, lectum stratum unum, in peculio capita[i] quindecim, aeramenta capita duo, ferramenta numero quinque, praestantes[k] liberos a tributis fiscalibus solidos sex, gestisque municipalibus allegata[l] praedictum oratorium sollemniter consecrabis. Presbyterum quoque te illic constituere[m] volumus cardinalem, ut, quotiens praefatus conditor fieri sibi missas fortasse voluerit vel fidelium concursus exegerit, nihil sit quod ad sacra missarum sollemnia exhibenda valeat impedire[3]; sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis[n].

---

d) adiuvandam *C 3.* e) et a nullos *codd. n.* f) iustos *codd. n.* g) inpedisse *C 3.*

IX, 71 in titulo: Passibo *C 1. 3 et C 1 et (ex* v *corr.) C 2 in ind.* a) Fimensi *C 1;* Firmensi *C 2. 3* — territorii *add. edd.* b) superscripto *C 1. 2* — in sinu per castro scripto *C 3.* c) sumpto *codd. n.* d) opostolorum *C 1.* e) inpendisse *C 3.* f) praecepta *C 1.* g) fundus campulus *codd. n.* h) ducas *C 1.* i) capite *C 1.* k) *ita Diurn. f. 11;* praesentes *codd. n.* l) allig. *codd.* m) construere *C 3.* n) collacabis *C 2.*

IX, 71. Huius epistulae maxima pars scripta est secundum Diurni f. 11 (responsum oratorii dedicandi). — *De Passivo cf. ep. IX, 51 n. 1.* 1) *De comitibus cf. ep. I, 13 (n. 2). VIII, 19 n. 2.* 2) *De Aprutio cf. ep. XII, 4. 5; castrum huius civitatis non ad dioecesim Firmanam pertinuisse, sed Passivum in hoc territorio visitatorem fuisse apparet ex nostra epistula. Anio igitur Firmensis fuisse videtur neque cum edd. scribendum:* Firmensis territorii. *Aliter, falsa lectione fultus, Troya in C. d. I p. 516 ss. n°. CCL de hac re sentit. Cf. Catalani, de eccl. Firm. (1783) p. 102.* 3) absque missas publicas soll. consecrabis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisteria construantur nec presbiterum constituas cardinalem, sed et si missas fieri sibi fortasse maluerit, a dilectione tua noverit presbiterum postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus presumatur. *Diurn. f. 11.*

IX, 72.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Cethegi et Florae coniugum nomine decem libras auri, quas Bonifatio diacono persolvissent, Basilio, episcopo Capuano, in Sicilia degenti et Maximo, viro clarissimo palatino privatarum, persolvat.
598, Nov.—Dec.

Codd. C: cap. 166.
Edd. M: Lib. X. ep. 9; G: Lib. VIII. ep. 10. — Iaffé Reg. 1597 (1292).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Gloriosi filii nostri Cethegus atque Flora iugales[a] pro certis causis suis Maximum virum clarissimum palatinum privatarum[1] ad Siciliam[b] transmittentes decem libras auri[c] reverentissimo fratri[d] nostro Basilio Capuanae civitatis episcopo[2], qui illic iam esse dinoscitur, ei[e] suis utilitatibus profuturas dari de pensionibus ecclesiastici patrimonii voluerunt. In quarum restitutione ne qua difficultas forte contingeret[f], quantitatem ipsi[g] dilectissimo filio nostro Bonifatio[3] diacono tradiderunt. Et ideo quia nostros nos filios[h], et praesertim ubi damnum minime sentit ecclesia, non convenit contristare, his fraternitati vestrae mandamus apicibus, ut suprascripto[i] fratri coepiscopoque nostro Basilio et Maximo viro clarissimo secundum voluntatem praedictorum filiorum nostrorum Cethegi[k] atque Florae gloriosarum personarum decem libras auri sine tarditate post[l] subditam de suscepto dare paginam debeatis, quatenus, dum nulla[m] in accipiendo eas mora provenerit[n], et illi mandata sibi, ut noverint, utiliter exequantur et pars ecclesiae[o] rationabiliter sit munita.

IX, 73.

Gregorius I. papa Azimarcho scriboni, qui naufragio facto incolumis in Siciliam evaserit, gratulatur. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 167.
Edd. M: Lib. XII. ep. 14; G: Lib. X. ep. 17. — Iaffé Reg. 1598 (1446).

GREGORIUS AZIMARCHO SCRIBONI.

Quanto[a] nos cognitus[b] casus vestri naufragii contristavit, tanto subsequens epistola relevavit, quod magnitudinem vestram incolumem ad Siciliam pervenisse cognovimus. Et creatori nostro gratias egimus, qui solita vos pietate protexit et de maris periculo liberavit. Unde necesse est, ut Dei misericordiam, quam in vobis saepe collatam[c] inspicitis, ita semper in omni actu vestro prae oculis habeatis, ut eius in vobis gratia

IX, 72 in titulo: Sirac. *C3.* a) ingulas *C1.* b) Silicem *C3.* c) *add.* atque *C2,* adque *C3.* d) filio *C3.* e) eis *C2.* f) contigeret *C1.* g) quantitate ipso *codd. n.* h) Bonifacio (*pro* filios) *C1.* i) superscr. *C1. 2.* k) Cegithe *codd. n.* l) post *om. C2. 3.* m) ulla *codd. n., sed corr. m. 2 C2.* n) pervenerit *C2, sed corr. m. 2.* o) pras eccl. *C1;* praeccl. *C3, sed corr.*

IX, 73 in titulo: Zymarco *C1;* Zimarcho *C2;* Zymarcho *C3; sed* Azimarc. *vel* Azimarch. *in indicib. et argum.* — a) quanta *C3.* b) *ex* cognotos *corr. C2;* cognitis *C3.* c) collectam *C2. 3, sed corr. C2.*

IX, 72. Haec ep. certe una navi cum sequentibus in Siciliam transmissa est. — De Iohanne, ep. Syr., cf. ep. VI, 18 n. 1) *De palatinis (rerum) privatarum cf. C. I. XII, 23 (et ep. XIII, 26).* 2) *Idem in ep. X, 4 in Sicilia commemoratur. Cf. ep. V, 14 n.* 3) *De hoc Bonifatio dispensatore ecclesiae Romanae cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 n°. 1. IV, 2 n. 1.*

IX, 73. De Azimarcho cf. ep. IX, 63 n.

cumuletur et, sicut ab exterioribus periculis, ita quoque ab internis eripiat. Paterna igitur dulcedine salutantes petimus, ut de[d] vestra nos incolumitate, quotiens se occasio dederit, relevetis.

IX, 74.

Gregorius I. papa Fantino defensori mandat, caveat, ne quid rerum deperеat, quas Primigenius notarius suus, partim Romanae ecclesiae, partim coniugi, partim fratris filio reliquerit. Praesentibus testibus et Consentio puero omnem hereditatem tutissimo loco deponat et summam redituum indicet. 598, Nov.—Dec.

Codd. C: cap. 168.
Edd. M: Lib. XII. ep. 13; G: Lib. X. ep. 15. — Iaffé Reg. 1599 (1445).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Cognoscat experientia tua Primigenium[a] notarium nostrum de hac pro peccatis luce transisse. Et quoniam[b] sanctam Romanam cui auctore Deo[c] deservimus ecclesiam et coniugem suam[d], quae se postea tuitioni ecclesiasticae commendavit, heredes nec non et filium fratris sui item[e] heredem in unam unciam noscitur reliquisse, eapropter[f] statim ut hoc praeceptum susceperis, antequam eum quisquam obisse cognoscat et in substantia ipsius aliquid fraudis committat[g], ad locum in quo res eius sunt reconditae sine mora curabis accedere et cum omni sollicitudine ac diligentia studii tui sit praesente Consentio[h] puero, qui rerum ipsarum esse custos asseritur, adhibitis[i] testibus sollemniter ac suptiliter facere[k] easque res in loco tutissimo, ut[l] utile praevideris, collocare, quatenus apto tempore hic cum eodem puero Deo valeant auxiliante transmitti; sed et cetera, in quibuslibet rebus sive corporibus quae de substantia ipsius esse didiceris, cum omni strenuitate in unum congregare constituereque festina, ut nihil de eius possit qualibet occasione substantia deperire. Haec igitur omnia ita sollicita et suptili stude cura peragere, ut te illic posito nec dispendium in rebus eius eveniat et cuilibet[l] fraudi[m] sub qualibet occasione sive[n] exquisitione locus aliquis patere non valeat. Summa vero redituum[o] ipsius quae sit, nobis pariter tuis scriptis indicare festina.

IX, 75.

Gregorius I. papa Secundino, episcopo (Tauromenitano), mandat, ne de unciis senis ecclesiae Locrensi et monasterio S. Christophori a Dulcino, Marciani episcopi Locrensis decessore, legatis, vexari monasterium patiatur; sed persistat ita, ut ille cum Rufino episcopo Maximiani episcopi temporibus statuerit. 598, Nov.—Dec.

Codd. C: cap. 169.
Edd. M: Lib. X. ep. 33; G: Lib. VIII. ep. 33. — Iaffé Reg. 1600 (1317).

d) dum *codd. n.*

IX, 74. a) Primog. *C 1. 2 in argum.* b) quoniam *om. C 2.* c) Deo auct. *C 2. 3.* d) suam *om. C 3.* e) idē *codd. n.* f) et propter *codd. n.* g) ammittat *codd. n.* h) consortio *C 3.* i) exibitis *C 3.* k) *fortasse deest* inventarium *vel sim.* l) ut *om. codd. n.* m) fraudis *codd.* n) ve *C 3.* o) reditum *C 1. 2.*

IX, 74. De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n.

GREGORIUS SECUNDINO EPISCOPO.

Scripta fraternitatis vestrae suscepimus, in quibus indicastis reverentissimum fratrem nostrum Marcianum Lucrensis[a] civitatis episcopum[1] aliter nobis de causa ecclesiae contra monasterium sancti Christophori[b], quod in vestra diocese est constitutum, intimasse non quidem fallendi voluntate, sed quia a[c] clericis suis non fuerat de[d] veritatis natura diligenter instructus. Et quoniam scribitis Dulcinum decessorem ipsius nihil de rebus ecclesiae suae fuisse testatum, sed de propriis ac magis quae in praedicto[e] monasterio fidelium oblatione collata sunt eulogium[2] condidisse atque sex uncias ecclesiae et sex eidem[f] monasterio iure hereditario reliquisse, necesse est, ut, si ita etiam non ex opinione, sed absolute in veritate recolitis, nullam praedicto monasterio sinatis molestiam inrogari, praecipue dum eandem causam iam temporibus reverendae[g] memoriae Maximiani[3] episcopi vos atque fratrem coepiscopumque nostrum Rufinum[4] ex eius deputatione audisse ac decidisse[h] testemini, adeo ut inter partes ea quae inveniri poterant partirentur et quod extrinsecus[i] fuit ecclesiae redderetur. Volumus, ut pars utraque[k] conticeat et ea quae a[l] fraternitate tua una cum praedicto Rufino[m] quondam episcopo statuta sunt inconvulsa persistant, quatenus nec pars ecclesiae denuo iniuste quaestionem inferre nec monasterium inrationabiliter[n] videatur post vestram maxime definitionem controversiam sustinere.

IX, 76.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, praecipit, ut Theodoro, viro magnifico maiori populi, portas et Rustico, viro clarissimo seniori, aquaeductum sine mora restituat. *598, Nov.—Dec.*

Codd. C: cap. 170.
Edd. M: Lib. X. ep. 25; G: Lib. VIII. ep. 24. — Iaffé Reg. 1601 (1308).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM.

Si[a] scriptorum nostrorum seriem voluisses diligenter advertere, aut sponte restituere quae tulisti aut certe personam instructam secundum ammonitionem nostram[1] in causa transmittere debuisti[b]. Et dum te modo quodam excusare contendas asserens in his quae contra fraternitatem[c] tuam a parte contraria questa[d] sunt non voluntarie sed obstrictum magis[e] te coniurationibus miscuisse, ea quae scripsimus quasi[f] intellegere distulisti et magnificos viros[g] Faustum atque Domitium[2] non a te, sed a quibusdam filiis tuis indicasti esse transmissos ac per hoc, ut aliis litigantibus ipse quae tuleras

IX, 75. a) Lucrusensis *C 1.* b) Cristofori *C 2;* Christofori *C 3.* c) a *om. codd. n.* d) de *om. codd. n.* e) praedicti *C 3.* f) ei denique *C 2.* g) reverenda *C 1.* h) decisisse *C 1;* decidisse, *suprascr.* s *C 3;* decessisse *C 2.* i) intrinsecus *C 2.* k) ultraque *C 3.* l) ad *C 1;* ac *C 3.* m) Rufinum *C 1.* n) rationabiliter *codd. n.*

IX, 76 in titulo: Fort. *C 2 et C 1. 3*ind.:* Furt. *C 1. 3 et C 1. 2 in arg.* — Neapolym *C 1;* Neapolitano *C 2; om. hoc verb. C 3 in tit.* a) si *om. C 1.* b) debuistis *codd. n.* c) firmitatem *C 3.* d) quaesta *codd. n.;* gesta *ed. M.* e) *in* magnis *corr. C 2 m. 2.* f) quas *C 1.* g) virum *C 1.*

IX, 75. De Secundino, ep. Tauromenitano, cf. ep. I, 71 n. 4. III, 56 n. 1) *De episcopis Locrensibus cf. ep. VII, 38 n. 4. — An Dulcinus ante episcopatum in monasterio S. Christophori monachus fuit?* 2) eulogia = *donum;* elogium = *testamentum; cf. Ducange, Forcellini, Dirksen h. v.* 3) *De Maximiano, ep. Syracusano, cf. ep. V, 20 n. 1.* 4) *De Rufino, ep. Vironensi, cf. ep. VI, 38 n.*

IX, 76. De Fortunato cf. ep. III, 58 n. — 1) *Cf. ep. IX, 47. IX, 53 n. 3.* 2) *Fortasse* seniores *civitatis Neapolitanae: cf. ep. IX, 46 n. 1. — Idem fortasse Domitius in ep. IX, 159 commemoratur.*

retineres[h]. Pars vero altera epistolae tuae textum addiscens crebra nobis allegatione coepit insistere, ut ei quae abstuleras redderentur, paratam se esse inquiens, si quid contra eam praedicti magnifici viri suo vel aliorum nomine movere voluerint, respondere. Quod quia nec nobis a[i] rationis visum est ordine dissentire, praesertim postquam ammonitus[k] instructam personam ad dicendam causam transmittere neglexisti, idcirco fraternitatem tuam hortamur, ilico ut praesentia scripta susceperit, Theodoro viro magnifico maiori populi[l 3] portas[4] et Rustico viro clarissimo seniori aquaeductum[m 4] sine aliqua contentione restituat nec hac in re moram vel aliquam excusationem interserat, ne culpam indiscretionis incurrat, si quod[n] facere ultro debuerat, ammonita differendum qualibet sorte putaverit[o]. Haec itaque memoratis viris primitus reformata, liberum tibi sit, si quam contra eos postea hic apud nos causam movere volueris. Sin vero non ipse, sed filii, ut asseris, tui causam se[p] habere querantur[q], unde eos publico debeant pulsare iudicio, eis est liberum, in quolibet loco voluerint, causae suae negotium contra eos legaliter propositum terminare.

IX, 77.

Gregorius I. papa Azimarcho scriboni affirmat Gregorium expraefectum, praesentium latorem, in Siciliam venire propter valetudinem antea non potuisse. 598, Nov.—Dec.

Codd. C: cap. 171.
Edd. M: Lib. X. ep. 60; G: Lib. VIII. ep. 60. — Iaffé Reg. 1602 (1345).

GREGORIUS AZIMARCHO SCRIBONI.

Quod praesentium portitor gloriosus filius noster Gregorius[1] tarde[a] ad Siciliam venit, non voluntarie distulit, sed ita infirmitate corporis debilis factus est, ut vix in multis diebus reparari[b] potuerit. Cuius debilitatis[c] indicia etiam ipsi adhuc in eo cognoscitis. Mox tamen[d] aliquantulum[e] convaluit, venire illic[f], sicut magnitudini vestrae promiserat, non neglexit. Quod ideo his scribendum praevidimus, ne eum[g] distulisse sponte credentes hanc moram eius forsitan studio reputetis.

IX, 78.

Gregorius I. papa Romano defensori scribit, quod Gentio, vir magnificus scribo, possessionem iuris ecclesiastici sub libellorum specie tenere voluerit. Sed propter malos scribones praecipit, ut ei singulis annis ex eius possessionis reditibus tribuat porcos viginti, vervices viginti et gallinas sexaginta. 598, Nov.—Dec.

Codd. C: cap. 172.
Edd. M: Lib. X. ep. 64; G: Lib. VIII. ep. 61. — Iaffé Reg. 1603 (1346).

h) retinere *codd. n.* i) a *om. C 3.* k) ammonitur *C 1. 2, sed corr. C 2 m. 2.* l) populo *C 3.* m) atque ductum *codd. n.* n) quid *C 2. 3.* o) *ex* putaverat *corr. C 2.* p) sed *C 1.* q) quaerant *codd. n., sed in* querant *corr. C 2.*

IX, 77 in titulo: ita ind. et arg. in C 1. 2; Marco *C 1;* Zimarcho *C 2, sed m. 2 praeponit nigro atram.* a; Zymarco *C 3;* Atymarco *C 3 in ind.* — a) tarda *C 2, sed corr. m. 2.* b) repari *C 2. 3, sed corr. C 3.* c) debilitas *C 2, sed corr. m. 2.* d) cum *suprascr. C 2.* e) aliquantum *C 2.* f) *in* illuc *corr. m. 2 C 2.* g) nec eum *C 1;* neum *C 3.*

3) Cf. ep. IX, 47 n. 2. 4) De vectigalibus quibusdam agi videtur; cf. e. g. Diurni f. 104 et Nov. Iust. 128 c. 16 vers. vulg.

IX, 77. De Azimarcho cf. ep. IX, 57 n. 1. 1) De Gregorio expraefecto cf. ep. V, 36 p. 320 n. 2; IX, 4 n. 2.

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Quoniam filius noster Gentio vir magnificus scribo[a] [1] tantae[b] Deo propitio bonitatis est, ut valde sit diligendus[c], si quid potuissemus ei conferre, debuimus. Voluerat enim possessionem iuris ecclesiastici[d] sub libellorum speciem tenere[e]. Sed propter malos scribones[f] iudicavimus in hac nos causa nec bono committere. Proinde excepta[2] quae de possessione potuerunt in eius utilitate verti, ea te volumus eius magnitudini annis singulis offerre, id est porcos XX, qualiter ipse praevideris, verbices XX et gallinas LX. Quae omnia in exceptis volumus reputari.

MENSE DECEMBRI INDICTIONE II.

IX, 79.

Gregorius I. papa Romano defensori praecipit et per eum Iohanni, episcopo (Syracusano) „vel ceteris, qui interesse possunt", ne eos, „qui in furtis publicis implicati sint", iniuste defendant. *598, Dec.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 56; C: cap. 173.
Edd. M: Lib. IX. ep. 27; G: Lib. VII. ind. II. ep. 24. — Iaffé Reg. 1604 (1184).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Pervenit ad nos, quia quidam[a] homines minorem omni modo discretionem tenentes in suis nos periculis implicari desiderant atque ita volunt ab ecclesiasticis personis defendi, ut ipsae quoque personae ecclesiasticae ex eorum culpa teneantur. Idcirco praesenti te praeceptione ammoneo et per te[b] fratrem et coepiscopum nostrum domnum Iohannem[1] vel ceteros qui interesse possunt, ut patrocinia ecclesiastica, sive mea suscipiatis scripta seu a me[c] minime fuerint directa, sub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus, si qui[d] in furtis publicis implicati sunt[2], a nobis non videantur iniuste defendi, ne opinionem male agentium ex indiscretae[e] defensionis ausu in nos ullo modo transferamus, sed quantum[f] decet ecclesiam, ammonendo, verbum intercessionis adhibendo quibus valetis succurrite, ut et illis opem feratis[g] et opinionem sanctae ecclesiae non inquinetis.

IX, 78. a) scribono *C 3.* b) tanto *C 3.* c) et *hic add. C 2. 3.* d) ęcclicae *C 1.* e) terrene *C 1.* f) *ex* scribonus *corr. C 2. m. 2, ex* scribonos *C 3.*

Mense *cet.: ita R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3. R* 1* (decb. *R 1;* deceb. *ϱ* 2. 3*).

IX, 79 deest in ϱ 1.* a) quidem *C 3.* b) et perfecte *C 2.* c) scriptas etiam et *R 1;* scripta etiam et *ϱ* 2. 3.* d) quis *R 1.* e) exinde discrete *R 1. ϱ* 2. C 2, sed corr. ϱ* 2. C 2.* f) quia *ϱ* 2. 3.* g) *add.* sed *ϱ* 2. 3.*

IX, 78. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. *1) Γέντζων quidam ταξίαρχος et τῆς πεζικῆς δυνάμεως ἡγεμών commemoratur a Theophyl. Sim. VI, 6. 9. VII, 3. — De scribonibus cf. ep. II, 38 p. 137 n. 3. V, 29 n.* *2) Cf. de verbo* excepta *ep. V, 31 p. 312 n. 3.*

IX, 79. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. *1) De Iohanne, ep. Syracusano, cf. ep. VI, 18 n.* *2) Cf. ep. IX, 4 n. 3.*

IX, 80.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut suscepta ecclesiae Misenatis visitatione clerum plebemque ad eligendum episcopum adhortetur. 598, *Dec.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 57; C: cap. 174.
Edd. M: Lib. IX. ep. 75; G: Lib. VII. ind. II. ep. 25. — Iaffé Reg. 1605 (1231).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM.

Cognoscentes Misenatem[a] ecclesiam sacerdotis regimine destitutam[1] visitationis eiusdem ecclesiae fraternitati[b] tuae operam sollemniter delegamus[c]. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque, vel quicquid illud[d] est, in patrimonio eiusdem a quoquam praesumatur ecclesiae. Et ideo caritas tua ad praedictam ecclesiam ire properabit et adsiduis adhortationibus clerum[e] plebemque eiusdem ecclesiae ammonere[f] festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum expetant[g] sacerdotem, qui et tanto ministerio[h] dignus valeat repperiri[i] et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum[k] sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati[l] et dilectionis tuae testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat. ⌜Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas[m] ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis in qua visitationis impendis officium nullus ad episcopatum dignus[n], quod evenire non credimus, potuerit inveniri, provisurus ante omnia, ne ad[o] cuiuslibet conversationis meritum[p] laicae personae adspirare praesumant⌟ et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

IX, 81.

Gregorius I. papa clero, ordini et plebi Misenati praecipit, ut visitatori Fortunato, episcopo Neapolitano, oboediant atque episcopum eligant. 598, *Dec.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 58; C: cap. 175.
Edd. M: Lib. IX. ep. 76; G: Lib. VII. ind. II. ep. 26. — Iaffé Reg. 1606 (1232).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI MISENO.

Cognoscentes ecclesiam vestram sacerdotis regimine destitutam curae nostrae fuit visitationem[a] eiusdem ecclesiae fratri et coepiscopo nostro Fortunato[b] sollemniter delegare[c]. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu[d]

IX, 80 deest in ϱ 1. — In titulo;* Furtunato *C 1. 2 in argum.* — Neapolim *R 1. ϱ* 2. 3:* Neapolym *C 1;* Neapol *C 2;* Neapoli *C 1 in ind.;* Neapolitano *C 3 in ind.* a) Mesen. *R 1. ϱ* 2. 3. C 1. 2. 3;* Misen. *R* 1;* Mesinatem *C 1. 2 in arg.* b) fraternitatis *R 1. C 1. 2. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2.* c) diligimus *C 1. 2;* diligamus *R 1.* d) illud quicquid *ϱ* 2. 3.* e) celerum *C 3.* f) ammoret *C 1.* g) expectant *C 3. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2.* h) ministeri *R 1.* i) referri *R 1. ϱ* 2. 3.* k) eum *C.* l) roboratus *C.* m) permittatis *C.* n) indignus *R 1. C 1.* o) ad *C;* aut *R 1. ϱ* 2. 3.* p) meriti *codd. n.*

IX, 81 deest in ϱ 1. — Titulum ep. praeced. hic repetunt ϱ* 2. 3* — consisti *C 1;* consistenti *C 2. C 1 in ind.;* consist. *R 1* — Misene *C 1;* Mesen. *C 1. 2 in ind. et arg.* a) visitationis *C.* b) Furtunato *C 1.* c) deligare *R 1. C 1. 2. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2;* deligere *C 3.* d) *om. hoc verb. C.*

IX, 80. Cf. ep. sequentem. Haec epistula secundum eandem formulam scripta est, qua noster in ep. II, 25 (cf. ib. n.) utitur. De Fortunato cf. ep. III, 58 n. — 1) Benenato ab episcopatu ob crimina commissa remoto: cf. ep. II, 25 n.

IX, 81. Cf. ep. praecedentem et ep. II, 39 n.

ministeriisque a quoquam usurpari patiatur. Cui vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire; et remoto strepitu uno eodemque consensu talem vobis praeficiendum[e] expetite sacerdotem, qui[f] et a venerandis canonibus nulla discrepet ratione[g] et tanto ministerio dignus valeat repperiri; qui, dum fuerit postulatus[h], cum sollemnitate decreti omnium[i] subscriptionibus roborati[k] et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus: provisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitae vel meriti laicam personam praesumatis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione provehetur[l], verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite, sed omnes quos[m] ex vobis de laica persona adspirasse constiterit, ab officio et a communione alienos faciendos procul dubio noveritis.

IX, 82.

Gregorius I. papa Antonii subdiaconi et xenodochii in urbe Roma „quod Valerii dicitur" praepositi atque Domitii, monasterii SS. Maximi et Agathae Panormitani, quod Lucuscanum dicitur, abbatis atque presbyteri, de possessionibus quibusdam in territorio Panormitano sitis pactionem confirmat. 598, Dec.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 59.
Edd. M: Lib. IX. ep. 28; G: Lib. VII. ind. II. ep. 27. — Iaffé Reg. 1607 (1185).

GREGORIUS ANTONIO SUBDIACONO.

Sicut grave et plenum vituperationis est inter personas omnipotenti Domino militantes de saecularibus negotiis ortam diu controversiam permanere, ita laudabile et studio est religioso conveniens terrenis gratam Deo pacem praeferre compendiis et ex rebus transitoriis mansura caritatis semper lucra mercari. Et ideo quia de possessionibus Faiano, Nasoniano et Libiniano positis in provincia Sicilia territorio Panormitano, de quibus inter praepositos monasterii[a] sanctorum Maximi et Agathae quod Lucuscanum dicitur et e diverso amministratores xenodochii in hac urbe Roma constituti quod Valeri nuncupatur longa se traxit contentio, nunc inter te Antonium subdiaconem nostrum memorati xenodochii praepositum et e diverso dilectissimum filium nostrum Domitium[b] abbatem atque presbyterum praedicti monasteri pactis[c] intervenientibus salubris processit Deo auctore decisio, necesse est, ut omnis discordiae possit occasio praeveniri[d], ea quae gesta sunt nostra[e] interveniente auctoritate[f] firmari. Proinde per huius praecepti seriem hoc decernendum esse prospeximus, ut omnia instrumenta, vel quicquid est aliud quod partibus, quod absit, adinvicem contra se venire cupientibus quoquo modo vel ex temporis praescriptione seu aliter opem de lege aut quocumque privilegio poterat ministrare[g], sit, sicut et vos poscitis, vacuum et omni virtute cassatum et sola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur optineat. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires

e) proficiendum *C 3.* f) quia *C 3.* g) rationibus *C 3.* h) *ex* apostulatus *corr.* apostulatis *C 2.* i) d. omnium *ϱ* 2. 3 cum ep. II, 25. IX, 99 s. 185;* decretionibus *C;* decreti o̅ibus *R 1.* k) roboratus *C 2. 3.* l) *ex* proveitur *corr.* proveetur *C 3;* proveatur *ϱ* 2. 3.* m) quas *R 1.*

IX, 82: cf. ep. IX, 66ª; sed deest haec ep. in ϱ 1, qui eam cum ep. IX, 66ª confundere videtur. — In titulo addunt:* et Dometio (Domecio *ϱ 1*) abbati atque p̄bro (probo *R* 1*) a paribus *codd. n.* a) monasteriis *R 1.* b) Dometianum *R 1. ϱ* 2. 3 (corr. in* Dometium *ϱ* 2).* c) factis *R 1. ϱ* 2. 3.* d) praevenire *R 1. ϱ* 2;* pervenire *ϱ* 3.* e) *om. hoc verbum R 1. ϱ* 2. 3; cf. ep. IX, 66ª.* f) *om. hoc verb. R 1.* g) ministraret *R 1. ϱ* 2. 3, sed crad.* t *ϱ* 2.*

IX, 82. Aliud exemplar eiusdem praecepti ad Domitium abbatem atque presbyterum datum exstat: cf. ep. IX, 66ª.

plenissimae munitionis[h] ex hac nostra auctoritate suscipiat nec superesse aliquid valeat, unde ea quae religioso studio provide, ut[i] oportuit, ac pacifice terminata sunt, quocumque[k] tempore quicquam dubietatis incurrant[l], sed omnia quae in eisdem pactis tenentur[m] ascripta firma et[n] inlibata et sine aliqua refragatione persistant, quatenus amota penitus totius altercationis materia inter eos quos caritatis inmutabiliter decet manere concordiam nulla queat deinceps litigiosae contentionis[o] occasio generari. Pro munitione vero suprascripti monasterii memorato Domitio abbati atque presbytero praeceptum simile dedimus.

IX, 83.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, praecipit, ne diutius differat, quin de invasa Rusticianae patriciae possessione homines ecclesiae eius causam dicere cogat.
598, Dec.—599, Ian.

Codd. C: cap. 176.
Edd. M: Lib. XI. ep. 43; G: Lib. IX. ep. 37. — Iaffé Reg. 1608 (1393).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Petrus vir clarissimus vicedominus[1] gloriosae filiae nostrae Rusticianae[a] patriciae[2] suis nobis epistolis questus est asserens, postquam fraternitas vestra de Romana civitate reversa est, fines cuiusdam possessionis praedictae patriciae ab hominibus ecclesiae vestrae vi[b] esse pervasos[c]. De qua re saepius se vobis querellam deposuisse signavit et aliquando ad dicendam vos causam Marcianum tabularium[3] deputasse, quem asserit diversis dilationibus distulisse, ut nunc usque ad causae dictionem partes accedere minime potuissent. Et quia quanto fraterna vos caritate diligimus, tanto audire aliquid, quod ad vestram invidiam pertineat, contristamur[d], idcirco scriptis vos praesentibus adhortamur, ut omni mora vel excusatione cessante de finibus qui dicuntur invasi[e] subire homines vestros iudicium cum parte altera faciatis, quatenus et pervasionis[4] quaestio et, si qua est[f], proprietatis contentio[g] finiatur. Haec igitur fraternitas vestra fieri sine dilatione provideat, ut nec vos invidia tangere nec nos[h] denuo exinde valeat querella pulsare.

IX, 84.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono (Campaniae), mandat, ut Accello (?) seniori, qui Stephanum, praesentium latorem, maritum ancillae ecclesiae Romanae, solidis octo ab hostibus redemerit, pecuniam restituat. *598, Dec.—599, Ian.*

Codd. C: cap. 177.
Edd. M: Lib. XII. ep. 44; G: Lib. X. ep. 50. — Iaffé Reg. 1609 (1478).

h) motionis *R 1. ϱ* 2. 3.* i) provideat op. *R 1. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2.* k) quo, *corr. supra lineam* cumque *R 1.* l) *ita edd.;* incurrat *codd. n.* m) tenente asscriptam firmam *R 1;* asscripta *et ϱ* 2. 3.* n) *om.* et *R 1. ϱ* 2. 3.* o) contemptionis *R 1.*

IX, 83 in titulo: Siracusa. *C 3.* a) Rustitianae *C 3.* b) vis *C 1.* c) pervasas *codd. n.* d) contristamus *codd. n., sed corr. C 2 m. 2. C 3.* e) invasis *codd. n.* f) et si quem *C 3;* et *om. Vat. A (ed. M).* g) contentione *Vat. A (ed. M).* h) vos *C 3.*

IX, 83. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. 1) Nota hic vicedominum laicae cuiusdam personae commemorari. Cf. ep. VI, 53 n. 4. 2) De Rusticiana cf. ep. II, 27 n.; etiam in ep. XIII, 26 eius in Italia possessionum mentio fit. 3) Tabularius eccl. Syracusanae etiam in ep. XIII, 46 commemoratur. 4) I. e. possessionis: cf. ep. IX, 41 (n. 3). IX, 42.

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Stephanus praesentium portitor, qui uxorem se ecclesiae nostrae ancillam habere perhibet, octo se solidis ab[a] Accello seniore[1] de hostibus comparatum[b] innotuit. Et quia ad eorum se restitutionem inopem esse[c] commemorat, experientia tua diligenter inquirat et, si ita esse cognoscit nec habere, unde suum[d] possit pretium reddere, cum praedicto seniore ad quantum potuerit ordina[e] et pretium eius quod tibi steterit restitue securus, quia tempore quo rationes tuas positurus[f] adveneris, de captivorum tibi redemptione quod dederis restitui faciemus.

IX, 85.

Gregorius I. papa Clementinam patriciam in odio sibi esse negat. Monet eam, ut iniurias acceptas ignoscat. Epistulas frequentiores desiderat. 598, Dec.—599, Ian.

Codd. C: cap. 178.
Edd. M: Lib. X. ep. 15; G: Lib. VIII. ep. 16. — Jaffé Reg. 1610 (1300).

GREGORIUS CLEMENTINAE PATRICIAE.

Abbate quodam ad nos referente pervenit, quod gloriae vestrae a quibusdam sit maledicis nuntiatum, quia aliquem contra vos, quod absit, stimulum habeamus. Quod si ita est, quicumque hoc fallaciter confinxerunt[a], sub[b] puritatis vobis specie duplices extiterunt[b], ut et se quasi fideles ostenderent et nos de vobis prave facerent[c] dubitare. Ego autem, gloriosa[d] filia, bona tua olim cognoscens et praecipue castitatem, quae tibi ab adulescentia[e] comes fuit, in magna semper veneratione et dilectione te habui. Sed ne vel nunc aliud cor meum[f] esse[g] gloria vestra suspecta[h] sit, nullum mihi odii vel iracundiae circa vos scripulum inesse significo, sed paternam me vobis dilectionem exhibere cognoscite. Unum tamen quod ad me perlatum[i] est reticere non debeo, ne minus esse caritatis incipiat, si silentio prematur quod ad emendationem dicendum est. Nuntiatum siquidem mihi est, quia, si[k] quando vos quisquam offenderit, dolorem inremissibiliter retinetis. Quod si verum est, quia, quanto[l] diligo, tanto contristor, peto, ut hoc a vobis vitium nobiliter excludatis et secundum boni operis segetem inimici semen crescere non sinatis. Dominicae orationis verba reducantur ad animum, et non apud vos plus valeat culpa quam venia. Excessus gloriae vestrae bonitas superet et magis salubriter ignoscendo reum faciat, quem potest[m] persistens facere asperitas indevotum. Relinquatur illi, unde verecundiam habeat, et non servetur[n], quod doleat. Nam plerumque plus virium habet discreta in coercitione[o] remissio, quam in exequenda ultione districtio, adeo ut[p] nonnumquam haec fideliorem atque[q] subiectum, illa vero obstinatum

IX, 84 in titulo: Antemio *C 3 (sed* Authemio *in indicc).* a) *ita edd.;* ab *om. codd. n.* b) comparatam *codd. n.* c) se *codd. n.* d) suam *C 3.* e) ordinari *C 1.* f) posituras *codd. n.*

IX, 85. a) *ex* confrinxerunt *corr. C 2 m. 2.* b) *om. verba* sub — extiterunt *C 1.* c) prava fecerunt *C 3.* d) gloriosas *C 1.* e) tua *add., sed del. C 1.* f) *ex* nostrum *corr. C 3.* g) *om. hoc verb. C 3.* h) suscepta *C 1. 2, sed corr. C 2.* i) praelatum *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.* k) quasi *C 3.* l) quando *C 2. 3, sed corr. C 2.* m) pote *C 3.* n) servet *C 3.* o) *ita scr.;* cohertione *codd. n.* p) quia *C 2. 3.* q) ad *C 1.*

IX, 84. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n. 1) De senioribus (civitatis Neapolitanae) cf. ep. IX, 46 n. 1.

IX, 85. De Clementina patricia cf. ep. III, 1 p. 159 n. 1. — Haec ep. cum praeced. Neapolim missa esse videtur.

faciat et aemulum. Et haec quidem non ad hoc dicimus, ut a zelo vos rectitudinis . . . . .[r], sed ne tales sitis in minimis, quales esse debeatis in maximis. Nam si quando severitatem excessus qualitas exigit, agendum est, ut et culpam ultio corrigat et correctis post gratia non negetur. Haec igitur quia paterna suadente dilectione pro vestra vos anima commonemus[s], cum ea qua dicuntur caritate suscipite atque ea ad gloriae vestrae utilitatem adsumite, ut bona vestra et apud homines clariora et apud omnipotentem Deum possint[t] esse purissima. De nobis autem, sicut re vera carissima et filia[u], fiducialiter in cunctis praesumite et, quia de vestra cupimus prosperitate semper audire, discurrentibus nos saepius epistolis relevate.

MENSE IANUARIO INDICTIONE II.

IX, 86.

Gregorius I. papa Venantio, episcopo Lunensi, mandat, Fidentiam aut cum gratia aut apud iudicem adducat, ut filiae Adeodatae, ancillae Dei, latrici praesentium, satisfaciat. 599. *Ian.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 60; C: cap. 179.

Edd. M: Lib. IX. ep. 29; G: Lib. VII. ind. II. ep. 28. — Jaffé Reg. 1611 (1188).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO LUNENSI.

Quae sit Adeodatae[a] ancillae Dei latricis praesentium adversus Fidentiam[b] matrem suam querimonia[c], ex[d] pagina petitionis oblatae, quae tenetur[e] in subditis[d], fraternitas vestra cognoscat. Et[f] quoniam aequitatis censura ammonet, ut maximum conversis salva ratione episcopale debeat adesse[g] solacium, idcirco his fraternitatem vestram epistolis adhortamur, ut praedictam matrem ipsius ad se faciat evocari[h] et tranquilla ei adhortatione suadeat, ut facere sponte non desinat, quod legali potest ratione compelli, quatenus nec illa affligi nec[i] haec videatur praeiudicium sustinere. Quae si, quod[k] non credimus, ammonitionem vestram differre[l] voluerit, praedictae Adeodatae religiosae contra eam tuitionem impendite[m] atque vestris eam solaciis apud iudicem, vel quocumque usus exegerit, instantius adiuvate. Et ita in exequendam hanc vos causam impendite, ut legali ratione constricta invita urgueatur facere[n], quod sponte postponit. Memoratam vero latricem fraternitas vestra ita servata aequitate habeat in omnibus[o] commendatam, ut vobis ei tuitionem impendentibus, in eum quem adsumpsit habitum sine aliqua Deo protegente concussione permaneat.

---

r) *hic codd. n. aliquid omiserunt; fort. scr.:* retrahamus; subtrahatis *edd.* s) commonem *C 1.* t) possunt *C 1.* u) filiae *codd. n., sed erad.* e *C 2.*

Mense *cet. exstat in R 1. ϱ* 2. 3. R* 1;* iūn *R 1;* iān *ϱ* 2. 3;* ianuario *R* 1* — III (*pro* II) *ϱ* 2. 3.*

IX, 86 om. ϱ 1.* a) Quaesita Adeodatae *C 1. 2.* b) Fidantiam *C.* c) cerimonia *R 1.* d) *om.* ex — subditis *C 2, sed m. 2. add. in margine.* e) tenentur *R 1. ϱ* 2. 3.* f) *ita C:* cognoscite (*om.* et) *R 1;* cognoscit (*om.* et) *ϱ* 2. 3.* g) esse *ϱ* 2. 3.* h) *ex* advocari *corr. C 3.* i) *ex* ne *corr. C 1.* k) *ita edd.;* si ut *ϱ* 2. 3;* sicut *cet.* l) differri *R 1.* m) inpendit *C 1. 2.* n) fatere *ϱ* 2. 3.* o) ōmis *R 1.*

IX, 86. De Venantio cf. ep. IV, 21 n.

IX, 87.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono Neapolim mandat, ut massam Veneris, sitam in territorio Minturnensi, Stephano, abbati monasterii S. Marci Spoletani, reddendam curet, sicut iam Benedictus papa praeceperat. *599, Ian.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 61; C: cap. 180.
Edd. M: Lib. IX. ep. 30; G: Lib. VII. ind. II. ep. 29. — Iaffé Reg. 1612 (1189).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO NEAPOLIM.

Aequitatis ius exigit, ut hoc quod a prodecessoribus[a] nostris cognita veritate est redditum nostra indebite[b] denuo ecclesia tenere non[c] debeat, ne, quod omnino contra religiosum constat esse propositum, non vera, sed imaginaria ac magis dolosa fuisse restitutio videatur[d]. Et ideo quoniam Stephanus abbas[e] monasterii sancti Marci, quod constitutum iuxta muros Spolitinae[f] [1] civitatis esse dinoscitur, questus nobis est massam Veneris in provincia Campania[g] sitam territorio Menturnensi[h], quam ei beatae memoriae[i] decessoris nostri Benedicti[2] redditam praeceptione cognovimus, ab ecclesia nostra[k] nunc indebite retineri[l], idcirco hac tibi auctoritate praecipimus, ut, si manifeste ab ecclesiae nostrae hominibus detinetur, in iure eam[m] praedicti monasterii sine aliqua mora[n] vel altercatione restituas. Si vero non a nostris, sed a quibusdam forsitan extraneis detinetur, strenua te agere sollicitudine volumus, ut in iure modis omnibus memorati debeat monasterii reformari, quatenus et ipsum quod suum est te solaciante sine aliqua fatigatione recipiat et alter de dispendio monasterii iniuste lucrum non habeat.

IX, 88.

Gregorius I. papa Romano defensori, Anthemio Savinoque subdiaconis ac Sergio defensori a paribus possessiones hominesque Romani expraetoris commendat.
599, Ian.

Codd. C: cap. 181.
Edd. M: Lib. XII. ep. 37; G: Lib. X. ep. 41. — Iaffé Reg. 1613 (1470).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI, ANTHEMIO SUBDIACONO, SAVINO SUBDIACONO, SERGIO DEFENSORI A PARIBUS.

Ea quae sponte praebere nos convenit petiti[a] negare non possumus. Et ideo quoniam gloriosus filius noster Romanus expraetore[1] possessiones suas et homines qui

IX, 87 om. ϱ 1. — In titulo:* Neapolim *R 1. ϱ* 2. 3;* Neapolym *C 1;* Neapl. *C 2. 3;* Neapoli *in indice C 1;* Neapolitano *in indice C 3.* a) *ita R 1. C 2. 3;* praedecessoribus *C 1. ϱ* 2. 3.* b) indebita *C;* indebitae *ϱ* 2. 3.* c) *om.* non *ϱ* 2.* d) videretur *C.* e) abba *C.* f) Spolitanae *C 1. 3.* g) Campaniae *C.* h) Meturnensi *C;* Minternensi *R 1;* Menturnensi *ϱ* 2. 3.* i) recordationis *C.* k) ad ecclesiam nostram *C.* l) detineri *C.* m) iura (*om.* eam) *C.* n) maiora *C 1. 2, sed corr. C 2, ut videtur, m. 2.*

IX, 88 in titulo: Antemio *C 3* — defensor *C 1* — apparibus *C 1. 2. 3* — Savino — paribus *om. Vat. A (ed. M).* a) peti *C 3.*

IX, 87. De Anthemio cf. ep. I, 23 n. 1) Stephanus successisse videtur Eleutherio, cuius mentio fit in Dial. III, 14. 21. 33. IV, 35. Cf. Mabillon, Ann. Bened. I, 255. 2) Benedictus I. papa, a. 574—578.

IX, 88. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss.; de Anthemio, rect. patr. Campaniae: ep. I, 23 n.; de Savino, tunc rectore, ut videtur, patrimonii Bruttiorum: ep. II, 10 n.; de Sergio, rectore patrimonii (Apuliae et) Calabriae ep. VIII, 9 n. 1) Romani expraetoris (scil. Siciliae) mentio fit in ep. I, 67.

in illis sunt partibus tuae voluit experientiae commendari, hac tibi praeceptione mandamus, ut possessiones hominesque ipsius servata aequitate tueri[b] non desinas atque ita in omnibus causis utilitatibusque ipsius concurrere ac solaciari studeas, quatenus et ille hac se adiutum commendatione cognoscat et ut salubriter te[c] iniunctis[d] exhibuisse per omnia comproberis.

IX, 89.

Gregorius I. papa Savino subdiacono mandat, moneat Mariam, Pardi clerici uxorem, ut ex defuncti patris voluntate uncias duas latoribus praesentium, Stopaulo et Marcello, Comitioli quondam excubitoris libertis, duasque ecclesiae S. Georgii persolvat.

599, Ian.

Codd. C: cap. 182.
Edd. M: Lib. X. ep. 5; G: Lib. VIII. ep. 6. — Iaffé Reg. 1614 (1288).

GREGORIUS SAVINO SUBDIACONO.

Latores praesentium Stopaulus[a] atque Marcellus, liberti quondam Comitioli[b] excubitoris, questi nobis sunt asserentes duas substantiae[c] suae uncias, quas libertis suis isdem dominus eorum per paginam testamenti[d] sui legaverat, ab herede filiaque[e] ipsius Maria uxore Pardi clerici necdum sibi[f] esse completas[g]. Ut[h] et legatum[i] ipsum differre valeat, ab eadem herede[k] ipsius status sui sibi fieri terrorem insinuant. Et quoniam ea quae relicta sunt tua instantia postulant adimpleri, idcirco hac tibi auctoritate praecipimus, ut praedictam Mariam commoneas, quatenus voluntatem patris auctorisque sui implere non differat, studiique tui sit, ut nullis contra rationem dispendiis debeant subiacere. Quod si forte ab hac se solutione aliqua nititur excusatione defendere, mediis sacrosanctis evangeliis causam suptiliter perscrutari et ita quae iustitiae ac legis ordo suaserit definire te convenit atque definita effectui mancipare, ut haec ad nos denuo querella non redeat. Quia vero comperimus duas uncias substantiae suae praedictum testatorem ecclesiae sancti Georgii[1], ubi sepeliri[m] voluit, legavisse, curae tuae sit[n] easdem duas uncias, si necdum tamen completae erunt, praedicto loco modis omnibus vindicare, ut piae voluntatis intentio etiam invita herede[o] ad effectum per omnia perducatur nec hac in re amplius differri quae relata sunt patiaris. Nam sacrilegium[p] et contra leges est, si quis quod venerabilibus locis relinquitur pravae voluntatis studiis[q] suis temptaverit compendiis retinere.

IX, 90.

Gregorius I. papa Felici in Sicilia rescribit Iohannem, episcopum Syracusanum, immerito accusari, cum iudicium non ab episcopo, sed ab eo ipso declinatum sit; quod subire festinet, monet. *599, Ian.*

Codd. C: cap. 183.
Edd. M: Lib. IX. ep. 44; G: Lib. VII. ind. II. ep. 43. — Iaffé Reg. 1615 (1204).

b) tui *codd. n.* c) et *C 1; om. hoc verb. C 2. 3.* d) *ita C 2. 3;* iunctis *C 1.*

IX, 89 in titulo: Gregorius *om. C 1. 2.* a) Stephanus *coni. Mommsen.* b) Domitioli *C 3.* c) substaciae *C 1.* d) testimenti *C 1.* e) *ita Maur. cum „mss. et vet. ed.";* habere de filiaeque *codd. n.;* ab hereditate f. *Vat. A (ed. M).* f) se *codd. n.* g) completus *C 3.* h) ut *om. C 3.* i) ligatum *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.* k) *ita edd.;* hereditate *codd. n.* l) Gregorii *C 2.* m) sepelire *codd. n.* n) ut *add. codd. n.* o) hereditatem *codd. n., sed in* heredi *corr. m. rec. C 3.* p) sacrislegum *C 2.* q) studii *C 1.*

IX, 89. De Savino cf. ep. II, 10 n. 1) De excubitoribus cf. ep. I, 31 n.

GREGORIUS FELICI SICILIAE.

Cum reverentissimi fratris nostri Iohannis episcopi bene nobis nota sit gravitas, mirari nos gloriae vestrae valde fecit epistola, quod nihil eum secundum ammonitionem nostram[1] facere voluisse signabat. Et quidem durum nobis videbatur aut vobis[a] non credere aut de illo talia suspicari, quippe cuius cogniti nos mores et actio tale non permittebat habere iudicium. Cum ergo[b] noster animus dubius in utroque penderet, comperimus eum inter vos et[c] ecclesiam suam voluisse[d] esse iudicium, sed vestram magis gloriam distulisse. Quod negare nec homo vester lator praesentium potuit. Et contristati sumus, cur gloria vestra, quae iudicium refugit, contra eum queri voluerit; et postquam constat, quia, quod rationis[e] fuit vel scripsimus, oboedivit, nunc ei scribi iterum necessarium non erat, ne distulisse prius secundum animum videretur. Sed nec[f] vos contristare forsitan videretur, ex abundanti[g] rursus praevidimus scribendum[2]. Et quoniam certi sumus, quia quicquid aequitas[h] ordinaverit, facere non recuset, oportet, ut gloria vestra animos suos contra eius invidiam non accendat[i], sed studeat inire iudicium, in quo una eademque[k] cognitione et momenti et proprietatis valeat causa distingui. Nam nos venire ad iudicium cupienti praeiudicialiter scribere quaedam non possumus, quia ita nos uni parti adcommodare decet auditum[l], ut[m] tamen alteri, praesertim inauditae allegationis[n], sine dubio rem eam reservemus[o]. Et ideo agite, ut, sicut diximus, negotiorum vestrorum merita veritate cognita iudicii censura definiat. Nam dum nullum velimus praeiudicium sustinere, multo magis vobis[p], sicut revera filiis, volumus servari, quod iustum est.

IX, 91.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, scribit de controversia iure dirimenda; exemplar compromissi ac iudicati, ubi legebatur possessionem, quae Asinaria dicitur, quam ab hominibus Iohannis Felix invasam queratur, Maximiani episcopi temporibus ex iudicio restitutam esse, transmittit. *599, Ian.*

Codd. C: cap. 184.

Edd. M: Lib. IX. ep. 45; G: Lib. VII. ind. II. ep. 44. — Iaffé Reg. 1616 (1205).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Ante aliquantum temporis filius noster Felix vir[a] gloriosus suis nobis epistolis questus est[b] quarundam possessionum[c] suarum fines ab hominibus[d] ecclesiae vestrae violenter esse pervasos et nullam se apud vos invenire iustitiam. Sed nobis incredibile visum est hoc aut vobis esse praesentibus perpetratum aut certe, si ad aures vestras pervenit, non fuisse correctum. Ne[e] tamen eius praetermittere querimoniam videremur[f], fraternitati vestrae scripsimus, ut aut ea, si essent vera, compesci aut certe actores[g] ecclesiae suae cum eo faceret subire iudicium. Post hoc vero hominem cum epistola

IX, 90 in titulo: ita C. — Felici epo Siciliȩ *C* 1.* a) nobis *C3.* b) ego *C2.* c) *om.* et *codd. n., sed add. C 2 m. 2.* d) *ita edd.;* vobis se *codd. n.* e) rationi *codd. n.* f) ne hoc *scr. Mommsen.* g) exhabundati *C1.* h) equitatis *C3.* i) accendant *C3.* k) eodemque *C1.* l) *ita edd.;* accomodari decet et auditu *codd. n.* m) et *C1.* n) allig. *codd. n.* o) *ita scr. Ew.:* remeare servemus *codd. n.;* rem integram r. *edd.;* remedia r. *scr. Mommsen.* p) *ita edd.;* nobis *codd. n.*

IX, 91 in titulo: Iohannis *C1;* Iohannem *C2, sed corr. m. 2.* — Cyracusano *C1;* Sirac. *C1 in ind.* a) vir *om. C1.* b) est *om. C3.* c) possessionem *C3.* d) omnibus *C1.* e) nec *C1.* f) videremus *C1. 3.* g) auctores *C3.*

IX, 90. De eadem causa, qua hac et sequenti epistula, agit noster in ep. IX, 41. 42, quas cf. — *1) Ep. IX, 42.* *2) Ep. IX, 91.*

ad nos[h] dirigens indicavit nihil vos facere voluisse. De qua re scientes sanctitatis vestrae discretionem, dum noster animus dubitaret, comperimus illum magis distulisse; nam vos paratos extitisse, ut debuisset[i] esse iudicium. Et quamvis hac de causa denuo vobis non fuerat scribendum, quippe-quia[k] ea quae rationis sunt ante vos manifestum est facere voluisse, verumtamen ne querellam ipsius neglexisse forsitan videamur, hanc ad vos idcirco epistolam dedimus hortantes, ut cum eo etiam nunc mora postposita vestros ad iudicium homines transmittatis, in quo et momenti et[l] proprietatis valeat quaestio terminari, ut post hoc nec ille habeat, quod queratur, nec ecclesia vestra tenere aliquid praeiudicialiter videatur[m]. Quia vero homo quem ad nos misit scedam[1] compromissi ac iudicati protulit, ubi legebatur[n] possessionem eam quae Asinaria[o] dicitur, quam ab hominibus[p] vestris invasam nuper insinuat, decessoris vestri recordandae memoriae Maximiani[2] temporibus esse ex iudicio restitutam, necessarium esse praevidimus eius exemplar[q] transmittere. Et ideo si ita actum manifeste cognoscitis, id est si possessio ipsa[r] decessore vestro consentiente restituta est et a praedicto viro possessa, sine aliqua eam facite[s] contentione restitui, manente scilicet proprietatis, sicut in eodem iudicato statutum[t] est, quaestione. Si vero aliter est, et hoc pariter iudicii[u] necesse est diffinitione distingui. Haec igitur omnia ita fraternitas vestra indita sibi tranquillitate sine aliqua fieri mora provideat, quatenus nec contra vos[v] murmur excitetur invidiae nec nobis[w] praedictus[x] vir importunus denuo cogatur existere.

IX, 92.

Gregorius I. papa Theodoro curatori Petrum, virum magnificum, latorem praesentium, et eius matrem commendat. *599, Ian.*

Codd. C: cap. 185.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 47; G: Lib. XI. ep. 57. — Iaffé Reg. 1617 (1532).

GREGORIUS THEODORO CURATORI.

Postquam sic de gloriae vestrae sinceritate praesumimus, ut vestros vos credamus reputare qui nostri sunt, latori praesentium Petro viro magnifico ad promerendam bonitatis vestrae gratiam hoc solum sufficere poterat indicari[a], quia noster est. Sed quoniam paterna commendatio boni filii mentem solet semper accendere, paterna dulcedine salutantes petimus, ut memorato filio nostro atque gloriosae filiae nostrae matri ipsius patrocinii vestri gratiam ostendatis eosque et illic positos tuitionis vestrae remedio foveatis et venientes ad nos vestris subsidiis adiuvetis, quatenus, dum ea quae gloria vestra ex se solet impendere[b] nostra benignius epistola interveniente praestiterit, et ipsa rem consuetam videatur laudabiliter exhibere et nos sibi pro sua bonitate gratiarum esse faciat per omnia debitores.

---

h) eos *C 1.* i) debuisse *codd. n.* k) qui *C 3.* l) *ita edd.;* hoc *codd. n.* m) videat *C 3.* n) legabatur *C 3.* o) Asanaria *C 3.* p) omnibus *C 1.* q) *m. rec. ex* exempla *corr. C 3.* r) ipse *C 1.* s) facientem *C 1;* faciente *C 2. 3.* t) statum *C 3.* u) *om. hoc verb. C 3.* v) nos *Vat. A. D (ed. M).* w) *in* vobis *corr. C 3.* x) praedicatus *C 3.*

IX, 92: cynatorum (*pro* curatori) *C 3, sed recte in ind.;* procuratori *Vat. A (ed. M).* a) et *hic add. codd. n., sed corr. C 2.* b) impenderet *C 2.*

IX, 91. Cf. ep. praecedentem. *1)* Authenticum — scheda*: de his verbis cf. C. Th. VII, 16, 3.* *2) De Maximiano cf. ep. V, 20 n. 1.*

IX, 92. De Theodoro curatore, Ravennae, cf. ep. IX, 44 n.

IX, 93.

Gregorius I. papa Fausto (viro glorioso) praecipit, ut ecclesiae Cubulternae ministeria, quae quondam pater eius Consentius defensor, rector patrimonii Campaniae, servanda ob ecclesiae desolationem susceperit, Anthemio subdiacono exhibeat. 599, *Ian.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 62; C: cap. 186.

Edd. M: Lib. IX. ep. 31; G: Lib. VII. ind. II. ep. 30. — Iaffé Reg. 1618 (1190).

GREGORIUS FAUSTO.

Sicut res ecclesiasticae competentibus personis sine aliqua sunt dilatione reddendae, ita restituentis[a] attendenda cautela est, ut[b] nulla ei possit postmodum ex ipsa nasci restitutione molestia. Et ideo quoniam tempore, quo quondam[c] Consentius[d] defensor pater gloriae vestrae commissi sibi patrimonii Campaniae curam gessit [1], ministeria ecclesiae Cubulternae[e] [2], quia erat[f] pro peccatis clero et pontifice destituta[g], apud se propter iniunctam sibi sollicitudinem tulisse dinoscitur, quae vos nunc reddere sine nostro consensu dubitare cognovimus, eapropter[h] his vos hortamur epistolis, ut ea Anthemio subdiacono sub desuscepti[i] emissione[k] restituere sine difficultate aliqua debeatis, quatenus et res ecclesiae in toto apud eos quos convenit habeantur et gloria vestra ab omni dubitatione sit libera.

IX, 94.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono mandat, ut ecclesiae Cubulternae ministeria, quae Consentius defensor quondam tulerat, a Fausto, glorioso viro, filio eius, suscipiat. 599, *Ian.*

Codd. C: cap. 187.

Edd. M: Lib. IX. ep. 32; G: Lib. VII. ind. II. ep. 31. — Iaffé Reg. 1619 (1191).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Comperimus ministeria ecclesiae Cubulternae[a], quae Consentius defensor pro iniuncta sibi sollicitudine deficiente clero vel episcopo eiusdem ecclesiae tulerat, apud heredem ipsius remansisse[b]. Et quia gloriosum virum Faustum filium ipsius ea reddere sine nostro consensu dubitare didicimus, nostris eum hortati sumus epistolis, ut experientiae tuae ministeria eiusdem ecclesiae reddere sine dubietate[c] aliqua debuisset[d]. Et ideo experientia tua ministeria ipsa sub desuscepti emissione[e] suscipiat atque in toto habere studeat et modum ac qualitatem ipsorum nobis facta notitia suptiliter innotescat.

IX, 93 om. ϱ 1. — In titulo:* defensori *add. R* 1.* a) restituentes *R 1;* restituendis, *sed corr. C 3.* b) et *R 1.* c) *ita C 2;* quadam *R 1. ϱ* 2. 3, sed corr. in* quidam *ϱ* 2;* quodam *ϱ 1;* quoddam *C 1.* d) Consentius *C et in seq. ep.;* Constantius *R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3.* e) *ita scr. Mommsen;* quo vulturnae *C 1. ϱ* 2. 3;* quo vulternae *C 2. ϱ 1;* quo vultnę *R 1.* f) et (*pro* erat) *C.* g) destituat *C 3.* h) et propter *C:* propterea *ϱ* 2. 3.* i) descepti *R 1.* k) amissione *C.*

IX, 94 in titulo add. Campanię *C* 1.* a) *ita scr. Mommsen:* quod vulturna *C 1;* quod vulterna *C 2;* quod vultna *C 3.* b) remansisset *codd. n.* c) dubitate *C 3.* d) debuisse *codd. n.* e) amissione *codd. n.; cf. ep. praeced. n. k).*

IX, 93. Cf. ep. sequentem. — Idem Faustus, ut videtur, commemoratur in ep. IX, 145. 1) *Ante Anthemium et ante Gregorii episcopatum, ut videtur: cf. ep. I, 23 n.* 2) *De civitate Cubulterna (prope Treglia et Alvignano) cf. C. I. L. X p. 449; ibidem de ecclesia S. Mariae di Covultere (hodie S. Ferrantis).*

IX, 94. Cf. ep. praeced. et de Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, ep. I, 23 n.

IX, 95.

Gregorius I. papa cuidam viro glorioso scribit de exarcho et addit: „quanta necessitas et quae nos mala constringant, et praesentis responsalis nostri relatione et ex epistolis fratris et coepiscopi Mariniani (Ravennatis) potestis agnoscere“. 599, *Ian.*

Codd. C: cap. 188.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 15; G: Lib. XII. ep. 28. — Iaffé Reg. 1620 (1547).

GREGORIUS ....

Quia gloriam vestram fixam valde atque stabilem in suis esse moribus audio, nimis laetificor et sic vobis quae mihi displicent sicut speciali filio fiducialiter loquor. Excellentissimus enim exarchus[1] aliqua loquitur, quae omnes qui eum amant ad inimicitias[a] illius valeant excitare. De qua re ei per latorem praesentium in excepto quae mihi visa sunt relegenda dictavi: quae, si placent, etiam[b] vobis legantur[c], ut sciatis, quid ei de re eadem[d] scribere debeatis. Hic autem quanta necessitas et quae nos mala constringant, et praesentis responsalis nostri relatione et ex epistolis fratris et coepiscopi mei Mariniani[e 2] potestis agnoscere. Unde gloriam vestram decet studiose cogitare, quia nos de sapientia vestra magnam in omnipotente[f] Domino fiduciam habemus[g] et, ubi vos estis, illic causas neglegi nullo modo credimus. Ita ergo facite, ut[h] confidentia[i] nostra a sua certitudine non inveniatur aliena. Gratia superna custodiat et prospere vos agere omnia concedat.

IX, 96.

Gregorius I. papa Eugenio notario significat se monachis Bleranis agros quosdam in annos triginta concessisse. 599, *Ian.*

Codd. C: cap. 189.
Edd. M: Lib. XII. ep. 45; G: Lib. X. ep. 51. — Iaffé Reg. 1621 (1479).

GREGORIUS EUGENIO NOTARIO.

Servi Dei monasterii quod in Blerana[a] civitate est constitutum de terris se suggesserunt necessitatem gravissimam sustinere. Et quia talibus nos personis oportet ferre consultum, experientiae tuae hac[b] auctoritate praecipimus, quatenus appendicem quae Agellus[c] dicitur ex corpore massae Gratilianae[d 1] cum suis finibus eis debeas de praesenti contradere, quod eis salvo iure ecclesiae nostrae in triginta annorum spatium[2]

IX, 95 in titulo: Anthemio subdiacono *(cf. titulum ep. praeced.) falso codd. n.* a) ab inimicitiis *C3.* b) *ita C2;* eam *C1.* c) legantur *C2. 3;* relegantur, *ut videtur, C1.* d) easdem *C1.* e) Mauriniani *C3.* f) omnipotencię (i *erad.*) *C1.* g) hebemus *C3.* h) et *C1.* i) con *C3.*

IX, 96. a) Brena *C1;* Plerana *corr. in* Blerana *C2;* Blesana *C3.* b) *ita edd.;* hac *om. codd. n.* c) Aggellus *C3.* d) Gracilianae *C2.*

IX, 95. Cuinam haec epistula missa sit, nescio; sed dubitari non potest, quin ad quendam laicum scripta sit, cum is, ad quem datur, gloriae titulo honoretur. 1) De Callinico, exarcho Italiae, cf. ep. VII, 26 p. 472 n. 1. 2) De Mariniano, ep. Ravennate, cf. ep. V, 51 n. 5.

IX, 96. Eidem Eugenio inter ceteros patrimonii rectores ep. IX, 110 missa est; cum in nostra ep. de civitate Blerana agatur, conicere nobis licet eum rectorem patrimonii Tusciae fuisse: cf. Grisar l. l. p. 348. 1) Titulus S. Gratiliani in territorio Viterbiensi commemoratur in Reg. Farfense n°. 48, II p. 49. (Troya, C. d. V p. 420). 2) Nota legem Iustiniani quae vetat locationem ultra triginta annorum spatium (vel tres generationes) extendere (Nov. 120 c. 3) in Italia non valuisse. Tamen postea (et trium generationem et) viginti novem annorum locationes saepissime in Italia occurrunt.

habere concessimus. Sed et terrulam modiorum XXX ex praedicta massa, quam iu pridem a nobis sibi datam possidere noscuntur, pariter[e] in praedicto annorum spatio eos habere concedimus, quatenus tali provisione congregatio illic consistens huius rei valeat habere solacium. Experientia itaque tua huius praecepti auctoritate suffulta[3] praedictas terras eis tradere non moretur, ut liberiori animo[f] in Dei valeant laudibus permanere.

IX, 97.

Gregorius I. papa Vitum ecclesiae defensorem constituit. (Quam epistulam Paterio secundicerio scribendam dictavit eique subscripsit.) *599, Ian.*

Codd. C: cap. 190.
Edd. M: Lib. XI. ep. 38; G: Lib. IX. ep. 33. — Iaffé Reg. 1622 (1389).

GREGORIUS VITO DEFENSORI.

Ecclesiasticae utilitatis[a] intuitu id nostro sedit arbitrio, ut officium ecclesiae defensoris accipias et, quicquid pro pauperum commodis tibi a nobis iniunctum fuerit, incorrupte et naviter exequaris usurus hoc privilegio, quod in te habita deliberatione contulimus. Omnibus quae tibi a nobis iniuncta fuerint complendis operam tuam fidelis exhibeas redditurus de actibus tuis sub Dei nostri iudicio[b] rationem. Hanc autem Paterio[c] secundicerio nostro scribendam dictavimus, cuique subscripsimus.

IX, 98.

Gregorius I. papa Felici, episcopo Portuensi, Iohannem famulum ex massa Flaviana donat. (Quam donationem a notario suo perscriptam relegit eique subscripsit.) *599, Ian.*

Codd. C: cap. 191.
Edd. M: Lib. XII. ep. 46; G: Lib. X. ep. 52. — Iaffé Reg. 1623 (1480).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO PORTUENSI.

Caritatis vestrae[a] gratia provocati, ne infructuosi vobis videamur existere, praecipue cum[b] et[c] minus habere vos servitia noverimus, ideoque[d] Iohannem iuris ecclesiastici[e] famulum natione Savinorum ex massa Flaviana annorum plus minus decem et octo[1], quem nostra voluntate diu iam[f] possides[2], fraternitati tuae iure directo[3] donamus atque concedimus, ita ut eum habeas, possideas atque iuri proprietatique tuae vindices

e) partem *C 3.* f) *ex* liberi animi *corr. C 3.*

IX, 97. a) utilitatibus *codd. n.* b) indici *C 1.* c) Paterno *codd. n.*

IX, 98 in titulo: Portinensi *C 3,* Portunensi *in indice* a) *om. hoc verb. C 1.* b) *om. hoc verb. C 1.* c) ea *C 3.* d) ideoque *C 2. 3;* ideo *fortasse C 1.* e) ecclastice *C 2, sed corr.;* ecclesiasticis *C 3.* f) diuinam *C 1.*

3) Cf. Diurn. f. 34. 35.

IX, 97. Haec ep. secundum eandem fere formulam, secundum quam ep. V, 26, scripta est; quam cf. Et illam et hanc Paterius, tum notarius, nunc etiam secundicerius scripsit. —

IX, 98. Cf. form. Diurni 38. 71. 72 (de concedendo puero) *et ep. III, 18. — De Felice cf. reg. V, 57ª p. 366 n. 9. 1) Cf. D. 21, 1, 31, 21. 2) Possessio hic est pro traditione. 3) Cf. C. I. VIII, 53, 25 pr.:* donatio sive directa sit sive mortis causa instituta.

atque[g] defendas et, quicquid de eo facere volueris, quippe ut dominus, ex hac donatione[h] iure perfecta[i] libero potiaris arbitrio. Contra quam munificentiae nostrae cartulam numquam[k] nos successoresque nostros noveris esse venturos. Hanc autem donationem[4] notario nostro perscriptam relegimus atque subscripsimus tribuentes etiam non expectata professione vestra, quo volueris tempore, allegandi[l] licentiam stipulatione et sponsione interposita. Actum Romae.

IX, 99.

Gregorius I. papa Serenum, episcopum Anconitanum, secundum desiderium Bahan, magistri militum, ecclesiae Ausimatis, in reipublicae potestatem restitutae, visitatorem nominat atque, ut episcopum eligendum curet, monet. *599, Ian.*

Codd. C: cap. 192.
Edd. M: Lib. IX. ep. 89; G: Lib. VII. ind. II. ep. 90. — Jaffé Reg. 1624 (1245).

GREGORIUS SERENO EPISCOPO ANCONITANO.

Postquam civitas Ausimo Deo iuvante recuperata[a 1] atque a republica teneri dinoscitur, magna de ecclesia ipsa habenda sollicitudo est, maxime quia et gloriosus filius noster Bahan[b] magister militum[2] a nobis pro hac re sperasse[c] dinoscitur. Atque ideo ad fraternitatem tuam praesentia curavimus scripta dirigere, ut eidem ecclesiae ex more visitator accedas. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu[d] ministeriisque, vel quicquid illud est, in patrimonio eiusdem a quoquam praesumatur ecclesiae. Et ideo fraternitas vestra adsiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesiae ammonere festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum expetant[e] sacerdotem, qui et tanto ministerio dignus valeat repperiri et venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati[f] et dilectionis tuae testimonio litterarum ad nos sacrandus[g] occurrat. Commonentes etiam fraternitatem vestram, ut nullum de alia eligi permittas[h] ecclesia, nisi[i] forte inter clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus[k], quod evenire non credimus, potuerit inveniri, provisurus ante omnia, ne ad[l] cuiuslibet conversationis meritum[m] laicae personae adspirare praesumant et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

IX, 100.

Gregorius I. papa clerum, ordinem et plebem Ausimatem hortatur, ut visitatori Sereno, episcopo Anconitano, obtemperent episcopumque eligant. *599, Ian.*

Codd. C: cap. 193.
Edd. M: Lib. IX. ep. 90; G: Lib. VII. ind. II. ep. 91. — Jaffé Reg. 1625 (1246).

g) ac *C 2.* h) dominatione *C 1.* i) *ita scr. Mommsen;* perfectus *codd. n.* k) n̄ umquam *C 2.* l) allig. *codd.*

IX, 99 in titulo: Sivero *C 1;* Severo *C 1. 2 in ind. et arg. C 2. 3.* — Anchonitano *C 1;* Aconitano, *sed corr., et* Gregorius, *quod initio om., post titulum add. C 2.* a) *ita edd.;* securata *C 1;* recurata *C 2. 3.* b) haban, *sed* ha *expunx. C 1.* c) auxilium *add. edd.;* hac respirasse *codd. n.; (del.* a) scripsisse *coni. Mommsen.* d) orna *C 3.* e) expectant *C 3.* f) *ita ep. II, 25 etc.;* roboratus *C 2. 3;* roboratis *C 1.* g) sacrandos *C 1.* h) permittatis *C 2.* i) *ita edd.;* ne *codd. n.* k) *ita ep. II, 25 etc.;* dignus *om. codd. n.* l) a *C 3.* m) *ita ep. II, 25 etc.;* meriti *codd. n.*

4) *An nomen omissum?*

IX, 99. Cf. ep. sequentem et de visitationis formula ep. II, 25 n. — De Sereno cf. ep. IX, 51 n. 1) *Pace nuper facta, ut videtur.* 2) *Bahan fortasse Arsicino successit, qui in ep. I, 56 Arimini* dux *commemoratur.*

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI AUSIMO.

Cognoscentes ecclesiam vestram diu pastorali sollicitudine destitutam[a], postquam civitatem vestram recuperatam et in iure reipublicae auxiliante Domino cognovimus restitutam[b], curae nobis fuit ecclesiae vestrae visitationem fratri[c] et coepiscopo nostro[d] Sereno Anconitanae[e] civitatis episcopo sollemniter delegare[f]. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque a quoquam usurpari patiatur. Cui vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire, et remoto strepitu uno eodemque consensu talem vobis praeficiendum expetite sacerdotem, qui et a[g] venerandis canonibus nulla discrepet ratione[h] et tanto ministerio dignus valeat repperiri. Qui dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati[i] et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus: provisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitae meriti laicam personam praesumatis eligere et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione perveniat, verum etiam et vos culpae reatus excipiat.

IX, 101.

Gregorius I. papa Andream, adversis rebus afflictum, consolatur; coniugem eius salutat. *599, Ian.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 63.

Edd. M: Lib. IX. ep. 33; G: Lib. VII. ind. II. ep. 32. — Iaffé Reg. 1626 (1192).

GREGORIUS ANDREAE.

Audiens, quod gloriam vestram vehementer afflixerit luctus et aegritudo, valde condolui; sed protinus agnoscens, quod[a] perfecte reliquerit, dolorem mox in[b] laetitia verti magnasque[c] omnipotenti Deo gratias retuli, quia percussit, ut sanaret, afflixit, ut ad gaudia vera perduceret. Hinc enim scriptum est: 'Quem diligit Dominus castigat, Hebr. 12, 6.
flagellat autem[d] omnem filium quem recipit.' Hinc per semetipsam veritas dicit: 'Pater Ioh. 15, 1. 2.
meus agricola est et omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit eum; omnem vero qui fert fructum, purgavit eum, ut[e] fructum plus afferat.' Palmis enim infructuosus tollitur, quia peccator funditus eradicatur; palmis vero fructuosus purgari dicitur, quia per disciplinam reciditur[f], ut ad uberiorem gratiam perducatur. Sic enim spicarum grana tribulis attrita aristis et paleis nudantur: sic olivae praelo pressae[g] in olei pinguedinem defluunt: sic botri vinearum[h] tunsi calcibus in vinum liquescunt. Gaude igitur, bone vir, qui in hoc flagello tuo et provectu conspicis, quod ab aeterno iudice amaris.

Praeterea filiam meam gloriosam[i] coniugem vestram mea peto vice salutari. Omnipotens autem Deus caelesti vos protectione custodiat vosque et modo consoletur de largitate donorum et postmodum de retributione[k] praemiorum.

IX, 100. a) *ex* distitutum *corr.* distitutam *C 2 m. 2;* distitutam *C 1. 3.* b) destitutam *C 1. 3 et ex* destitutum *corr. C 2 m. 2.* c) fraternitati *C 3.* d) coepiscopostro *C 1.* e) Anchonitano *C 1;* Ancontinitane *C 3.* f) diligere *codd. n., sed in* dirigere *corr. C 2 m. 1.* g) *ex* ad *corr.* a *C 3.* h) discrepatione *C 1.* i) roboratus *codd. n.*

IX, 101. a) quod *om. R 1. ϱ 1. ϱ* 1.* b) et (*pro* in) *R 1.* c) magnosque *R 1.* d) autem *om. R 1.* e) quod *R 1.* f) *ita R 1. ϱ 1;* redigitur *ϱ*.* g) prę ē *ϱ* 1.* h) vinearum *bis R 1.* i) gloriam meam *ϱ* 1.* k) tribulatione *ϱ* 2. 3.*

IX, 100. Cf. ep. praecedentem et ep. II, 40 n.

IX, 101. De Andrea, qui alias scolasticus *dicitur cf. ep. V, 51 n.*

IX, 102.

Gregorius I. papa Venantio, episcopo (Lunensi?), de presbyteris vel diaconis in Aldionis, magistri militum, civitate ordinandis scribit. Qui ordinati populum illic ab infidelitate revocent et a gentilium cultu suspendant. 599, *Ian.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 64; C: cap. 194.
Edd. M: Lib. IX. ep. 34; G: Lib. VII. ind. II. ep. 33. — Iaffé Reg. 1627 (1193).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO.

Quotiens ea quae hortari nos convenit postulamur[a], moras ad concedendum facere non debemus, ne differre bona desideria, quae magis fovenda sunt, videamur. Et ideo quia gloriosus Aldio magister militum[1] in civitate ipsius presbyteros vel diaconos[b] omnino, sicut suis nobis epistolis indicavit, desiderat ordinari, eos qui ad consecrandum eliguntur[c] fraternitas vestra diligenter inquirat et, si nihil[d] est, quod canonice eorum ordinationes[e] impediat, Deo illos propitio studeat ordinare. Cum quibus etiam loqui vos convenit, ut adhortationis suae sollicitudine degentem illic populum ab infidelitate revocare ac[f] contendant a gentilium cultu[g] suspendere[2] atque eos in omnipotentis Dei doceant timore persistere et praemia aeternae vitae diligere, quatenus haec consecratio et illis ante Deum ad gloriam et habitanti illic populo proficiat ad salutem.

IX, 103.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, mandat, ut latorem praesentium, Iohannem, praefecturae vices illic acturum adiuvet; de Vigilio, qui ante Iohannem vices praefecturae gesserat, queritur. 599, *Ian.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 65.
Edd. M: Lib. IX. ep. 35; G: Lib. VII. ind. II. ep. 34. — Iaffé Reg. 1628 (1194).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Quamvis ita fraternitas vestra convenienti sibi gravitate discreta sit, ut non ammonita, sed ex se, quid cui sit impendendum intellegat[a], verumtamen, quia lator praesentium Iohannes vir magnificus[b], qui praefecturae vices illic acturus advenit[1], nostra se petit epistola commendare, sanctitas ei vestra, dum necesse fuerit, salva ratione

IX, 102 om. ϱ 1. — In titulo:* Venancio *C 1;* Benantio *R 1.* a) postulamus *codd. n.; in* postulamur *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2.* b) pƀr vel diac *R 1. ϱ*.* c) eligantur *C 1. 2.* d) nil *C 3.* e) ordinationis *C;* ordinatione *R 1;* ordinationem *ϱ* 2. 3.* f) ac, *ut videtur, erad. ϱ* 2.* g) vultu *R 1.*

IX, 103 in titulo: Mediolāū *R 1;* Mediolanensis *ϱ*, sed corr. ϱ* 3.* a) intellegit *codd. n.* b) v̄m̄ *R 1. ϱ* 1;* vestrum *ϱ* 2. 3.*

IX, 102. De Venantio, ep. Lunensi, cf. ep. IV, 21 n. et de Venantio, ep. Perusino, ep. XIV, 15; utri haec epistula missa sit, non constat. 1) *Aldio, mag. mil., idem esse videtur, qui in ep. II, 32* vir magnificus *dicitur; sed in quo oppido fuerit, non constat; nota tamen iam de civitate* ipsius *nostrum loqui, ex quo efficitur tunc temporis etiam hunc magistrum militum iam in certis oppidis castra stativa habuisse. Cf. ep. V, 30 n. 6.* 2) *An de civitate nuper recuperata (cf. ep. IX, 99 n. 1) et de Langobardorum cultu agitur?*

IX, 103. De Constantio cf. ep. IV, 1 ss. 1) *Mommsen, N. A. XV p. 181, contendit cum Diehl, l. l. p. 161, hic de vicario Italiae agi, cuius sedes Mediolano civitate capta Genuae fuerit: equidem in libro meo, Unters. etc. p. 40. 145 putavi utrumque, et Iohannem et Vigilium, loci servatorem praefecti Italiae speciali missione ad tributa exigenda missum fuisse. Cf. etiam ep. IX, 5 n. 4.*

praesidium sui favoris[c] impendat et ita eum sacerdotaliter suis studeat solaciis adiuvare, quatenus vobis praesentibus nec aliorum debeat iniuste oppressionibus laborare nec ipse aliis contra rationem gravis existat. Quia vero pervenit ad nos, quod Vigilius, qui vices illic ante hunc praefecturae gessit, per scriptorum nostrorum occasionem, quibus eum petitione eius compulsi commendavimus, mutuas a vobis, ut ita dicamus, pecunias exegisset[d], aegre, si verum est, sustinemus, ut hoc non ex se, sed quasi nostra epistola optineret. Et ideo fraternitatem vestram scire necesse est ita sibi a nobis[e] eos qui hoc exigant commendari, ut eis adesse, in quantum possibile et iustum est, debeat, non tamen ut[f] ecclesiae suae huius rei occasione aliquod[g] gravamen imponat[h].

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE II.

IX, 104.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, praescribit, curet, ut mancipia christiana, ut Basilius Iudaeus dicat, mandatu diversorum reipublicae iudicum, a Iudaeis in Galliis empta aut mandatoribus tradantur aut intra quadraginta dies venumdentur, neve Basilius christianos servos filiis suis christianis ficte donatos retineat.

599, Febr.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 66; C: cap. 195.
Edd. M: Lib. IX. ep. 36; G: Lib. VII. ind. II. ep. 35. — Iaffé Reg. 1629 (1195).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM.

Cognoscentes, qualis[a] fraternitatem vestram zelus pro christianis mancipiis, quae Iudaei de Galliarum finibus emunt[1], accenderit[b], adeo nobis sollicitudinem vestram placuisse signamus, ut inhibendos eos ab huius modi[c] negotiatione nostra etiam deliberatio iudicaret. Sed Basilio[d] Hebraeo cum aliis Iudaeis veniente comperimus hanc illis a diversis iudicibus reipublicae emptionem iniungi atque evenire, ut[e] inter paganos[2] et Christiani pariter comparentur. Unde necesse fuit ita causam ordinatione cauta disponi, ut nec mandantes frustrari[f] nec hi qui contra voluntatem suam se inquiunt oboedire aliqua sustineant iniuste dispendia. Proinde fraternitas vestra[g] hoc vigilanti sollicitudine observari[h] ac custodire[i] provideat[k], ut revertentibus eis de praefata provincia christiana mancipia, quae ab ipsis adduci contigerit, aut[l] mandatoribus contradantur aut certe christianis emptoribus intra diem quadragesimum venumdentur[m]. Et transacto hoc dierum numero nullum[n] apud eos quolibet modo remaneat. Si autem quaedam ex eisdem mancipiis talem aegritudinem fortassis incurrerint, ut intra statutos

c) *ex* furoris *corr. ϱ* 2.* d) exigisse *codd. n.* e) a nobis *om. ϱ* 1.* f) ut *om., sed m. post. add. ϱ* 2.* g) aliquid *ϱ* 2. 3.* h) imponant *R 1.*

Mense *cet.: ita R 1. ϱ 1 et post titulum epistolae seq.: ϱ* 2. 3.*

IX, 104 om. ϱ 1. — In titulo:* Furtunato *in indice C 1 et in argumentis C 1. 2.* — Neapolym *C 1;* Neapolit. *C 2;* Neapolim̄ *C 3;* Neapolim *R 1 et indices in C 1. 3;* Neapl. *ϱ* 2. 3.* a) qualiter *C.* b) *ex* accenderint *corr. R 1;* acciderit *C 3.* c) humodi *C 3.* d) Basileo *C 1.* e) ut *om. ϱ* 2. 3.* f) frustrati *C 3.* g) fraternitatis *(sed* ti *del.)* v̄r̄e *R 1.* h) observare *C 3.* i) custodiri *R 1. C 2;* custodire *cet.* k) prodeat *C 1. 2, sed corr. C 2 m. 2.* l) ut *ϱ* 2. 3.* m) venumdantur *C 2.* n) *ita R 1;* nullam *C, sed corr. C 2 m. 2;* nullus *ϱ* 2. 3.*

IX, 104. De Fortunato cf. ep. III, 58 n. 1) *De Iudaeorum mancipiis cf. n. 3 ad ep. IV, 9 et praecipue in Gallia ep. VII, 21 n. 2. IX, 213. 215.* 2) *Cf. ep. VIII, 4 p. 7 n. 4.*

dies vendi non valeant, adhibenda sollicitudo est, ut, dum saluti[o] fuerint pristinae restituta, similiter modis omnibus distrahantur, quia rem quae[p] culpa caret ad damnum vocari[q] non convenit[r]. Quoniam[s] vero, quotiens novum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, ut multa dispendiis[t] praeterita non[u] condemnet[v], si qua apud eos[w] mancipia de emptione anni praeteriti remanserunt[x] vel a[y] vobis[z] nuper ablata sunt, dum apud vos sunt posita, ea habeant[a] alienandi licentiam, ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes[b] incurrere, quod eos postmodum dignum est vetitos sustinere.

Nuntiatum praeterea nobis est suprascriptum[c] Basilium filiis suis Deo propitio christianis quaedam mancipia ad hoc velle titulo[d] donationis[e] concedere, ut ei huius occasionis obtentu domini solum modo nomine ablato[f] deserviant et post hoc, si ad ecclesiam confugiendum[g] forte crediderint, ut fieri debeant[h] christiana, non in libertate, sed eorum dominio, quibus ante donata[i] sunt, vindicentur. In qua re fraternitatem vestram decenter[k] convenit vigilare: et si qua filiis suis mancipia donare voluerit, ut cuncta fraudis tollatur occasio, fiant modis omnibus christiana et in domo eius non maneant; sed cum res[l] exegerit, ut eorum debeat uti[m] solaciis, hoc illi iubeantur[n] impendere, quod etiam a suis[o] ei[p] filiis decet et propter Deum convenit exhiberi.

IX, 105.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono (Campaniae), praecipit, ut monachos Surrentinos, quos pro complenda Antonini quondam defensoris voluntate transmiserit, in possessionibus emendis diligenter adiuvet. *599, Febr.*

Codd. C: cap. 196.
Edd. M: Lib. X. ep. 20; G: Lib. VIII. ep. 19. — Iaffé Reg. 1630 (1303).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Pervenit ad nos, quod monachi, quos[a] in Surrentina civitate pro complenda, sicut nosti, Antonini[b] quondam defensoris[c] voluntate[1] transmisimus, pecuniam quam acceperant ad emendas possessiones expendant. Quae quoniam res non levem eis necessitatem in brevi indicat inminere[d], idcirco experientia tua hac[e] auctoritate commonita provideat atque dispenset, ut solidos ipsos incaute vitioseque[f] erogare non debeant. In qua re ut sollicitudo tua possit esse laudabilis, cum omni eis[g] studio ac vigilantia possessiones ad comparandum exquire. Ex quarum fructibus servi Dei alimoniam[h] consequentes nec acceptos solidos incassum expendere nec ipsi valeant victus necessitatem incurrere. Ita ergo omni vigilantia omnique intentione te in hoc exhibere festina, ut efficacia tua et ab illis periculum et a nobis omnem possit[i] curam sollicitudinis amovere.

---

o) fuer. saluti ϱ* 2. 3; soluti f. *R 1.* p) quam *C.* q) vacare *C 2.* r) non potest convenit *C 3, sed* potest *del.* s) quia *C 3.* t) dispendiis *R 1.* ϱ* 2. 3 *Vat. B. E. F (ed. M.)*; dispendia *Vat. D (ib.)*; dispendii *C. Vat. A (ib.).* u) *om.* non ϱ* 2. 3. v) commendent *R 1.* ϱ* 2. 3. *Vat. B. E. F. (ed. M.)*; commendet *Vat. D (ib.)*; commodent *Vat. A (ib.).* w) eas *C 1.* x) remanserant *C.* y) a *om. C 2.* z) nobis *C 3.* a) habent *R 1.* ϱ* 2. 3. b) ignoranter *C.* c) spm̄ *corr. in* ipm̄ ϱ* 2; spm̄ ϱ* 3; superscriptum *C 1.* d) tantum *C.* e) dationis *corr. in* danationis *C 1.* f) oblato *C 3.* g) confugendum *C.* h) *hoc verb. om. C.* i) dominata *C 1.* k) decentur *C 1.* l) sese *R 1.* ϱ* 2. 3. m) ut *R 1.* n) inveatur *R 1.* o) sui *C 1.* p) ei *om.* ϱ* 2. 3; ea *R 1.*

IX, 105 in titulo: subdiachono *C 1.* a) qui *C 3.* b) Antonium *C 3.* c) defensori *codd. n.* d) *in* inmineri *corr. C 1.* e) hac *om. C 2. 3.* f) *ita edd.*; ustioseque *C 1. 2*; studioseque *C 3.* g) ei *C 2. 3.* h) alimonia *C 1.* i) posset *C 1.*

IX, 105. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n. 1) *De Antonini testamento scribit noster etiam in ep. I, 42 p. 66 s.; II, 38 p. 137.*

IX, 106.

Gregorius I. papa Romano defensori latores praesentium, qui ob annonas ab imperatoribus concessas impetrandas a diversis officiis palatii urbis Romae ad Leontium (exconsulem) missi sint commendat. *599, Febr.*

Codd. C: cap. 197.
Edd. M: Lib. XII. ep. 49; G: Lib. XII. ep. 29. — Iaffé Reg. 1631 (1483).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Qualem necessitatem diversa officia palatii urbis Romae [1] de annonis suis[a] sustineant, experientiam tuam credimus non latere. Et ideo quia latores praesentium vice sua illic omnes elegerunt transmittere, ut apud filium nostrum gloriosum Leontium[b] [2] agere debeant, qualiter ipsae eis annonae, sicut a serenissimis principibus largitae sunt, deputentur impendi, et in hac re tuam sibi petiverunt experientiam debere concurrere, eapropter, quia hoc te etiam illis non petentibus eorum exigit paupertas ac necessitas impertire, dum aptum oportunumque esse conspexeris, eis, in quibus valueris, studii tui sit ita praebere solacia, quatenus hoc quod illis clementissimi principes pietate sibi ingenita concesserunt et illic consequi valeant et tu indiscretus non videaris[c] existere.

IX, 107.

Gregorius I. papa Chrysanto, episcopo Spoletano, questionibus Valentini presbyteri motus, praecipit, ne monachos excommunicatos, qui ad loca eius confugerint, in communionem recipiat utque monachum quendam, antea servum, monasterio, quod deseruerit, restituat. *599, Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 67; C: cap. 199.
Edd. M: Lib. IX. ep. 37; G: Lib. VII. ind. II. ep. 36. — Iaffé Reg. 1632 (1196).

GREGORIUS CHRYSANTO EPISCOPO SPOLITANO.

Cum sit proprium disciplinae ab inlicitis prohibere et excessus culpas salubriter resecare, studiose eius servanda censura est. Nam si neglegitur[a], cuncta in confusione deveniunt, dum alter destruit quicquid ea custodiendo alter aedificat. Valentinus[b] itaque presbyter questus nobis est, quia, si monachus monasterii[c] ipsius [1] exigente culpa fuerit communione privatus[d], ad loca vestra se conferat et communionem sine aliqua reservatione percipiat[e]. Quod si ita se[f] res habet[g], quoniam non solum regularis ordo

IX, 106 in titulo add. Siciliȩ *C* 1.* a) de Antoninis filiis *Vat. A (ed. M.).* b) Leoncium *C 1;* Leuntium *C 3.* c) videris *codd. n.*

IX, 107 om. ϱ 1. — In titulo:* Chrysanto *C 1 et in ind. C 3;* Chysanto *C 2;* Crisanto *C 3. R* 1;* Crysancium epm̄. *C 1 in argumento;* Chrisanto *R 1. ϱ* 2. 3 et ind. C 2.* — Politino *R 1;* Spolitano *C. ϱ* 2. 3.* a) neglegenter *ϱ* 2. 3.* b) Valencius *C 1.* c) monasteriis *C 1.* d) privatur *C 1.* e) percipiant *R 1.* f) se *om. ϱ* 2. 3.* g) habeat *C 3.*

IX, 106. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. 1) Haec officia sub dispositione viri illustris curatoris palatii urbis Romae fuisse videntur: cf. Diehl l. l. p. 131 et de annonis pragm. s. pro pet. Vig. c. 22. Curae palatiorum secundum Not. dign. sub dispositione r. sp. castrensis fuerant (Or. 17. Oc. 15). 2) De Leontio exconsule cf. ep. VIII, 33 n.

IX, 107. De Chrysantho cf. ep. IX, 49 n. 1) Hoc monasterium, sine dubio in dioecesi Spoletana situm, aut a Valentino conditum aut, quod praefero, sub Valentino abbate erat.

dissolvitur, sed etiam perditionis ex hoc materia ministratur, presbyteris qui sub vobis sunt districte ac sollicitius interdicere vos necesse est, ut hoc facere de cetero[h] non praesumant. Sed si forte iniuste se[i] excommunicatum quis queritur, fraternitas vestra suptili indagatione cognoscat et ita causam cognita veritate disponat, ut nec iniustitia diu in[k] insontis afflictione praevaleat nec disciplinae vigor aut frangi aut ex indiscreta[l] valeat praesumptione dissolvi.

Quia vero[m] pariter suprascriptus[n] presbyter[o] questus est diaconem quendam duo iuris sui sub hac condicione manumisisse mancipia, ut monachi fieri et in[p] eodem monasterio debuissent, ubi ipse fuerat, permanere[q], adiciens[r], ut, si quis contra facere praesumpsisset, iugo iterum[s] servitutis per omnia subderetur, atque unum ex eis hanc omnino condicionem despexisse et monasterium temerario ausu deseruisse atque se[t] inter clericos sociasse, fraternitas vestra et hoc suptili indagatione discutiat et, si[u] ita reppererit[v], sic sacerdotali se zelo hac in re[w] decenter exhibeat, ut nec illi monasterium deserendi facultas sit et manumittentis[x] voluntas nihilominus conservata aliqua praeteriri excusatione non valeat[y].

IX, 108.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono mandat, inducat Felicem, virum magnificum, ut sorte contentus partem usurae Mauro, praesentium latori, condonet; una agat cum Fortunato, episcopo (Neapolitano), et Maurentio, magistro militum. 599, Febr.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 68.

Edd. M: Lib. IX. ep. 38; G: Lib. VII. ind. II. ep. 37. — Iaffé Reg. 1634 (1197).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Maurus praesentium portitor in quadringentis se solidis quasdam merces a Felice viro magnifico[a] [1] asserit suscepisse atque promisisse sex siliquas[b] per solidum [2] lucri[c] causa persolvere pretii; qua[c] lucri quantitate in uno congesta[d] duas se cautiones[e], id est unam[f] de quadringentis quinquaginta et alteram de quinquaginta solidis, emisisse[g] spondens certo tempore quod debeat[h] exsolvere. Sed quia, ut perhibet, in eisdem mercibus passus est non[i] leve dispendium et restitutis quadringentis decem[k] solidis, quod reliquum lucri est, inplere compellitur atque ex hoc maiori[l] se necessitati ac potius desperationi ingemit subiacere et propterea aliquo sibi subveniri petit auxilio, experientia[m] tua, si ita est, apud praedictum magnificum filium nostrum[n] una cum reverentissimo fratre et coepiscopo nostro Fortunato[o] [3] ac glorioso filio nostro Maurentio

h) decreto (*pro* de cetero) *C 1.* i) se *om. C 2. 3.* k) in *om. C 2. 3.* l) *ita ϱ 1;* aut indiscreta *C 3;* aut exinde discreta *C 1;* a. exinde discrete *C 2;* aut exinde secreta *R 1. ϱ* 2. 3.* m) vero *om. R 1. ϱ* 2. 3.* n) superscriptus *C 1. 2.* o) nobis, *ut videtur, add. C 1.* p) fieret in *R 1. ϱ* 2, sed in* fieri in *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2* — ideo de (*pro* in eodem) *C 2.* q) permane *C 1.* r) adiens *R 1.* s) iterum *edd. et, ut videtur, ϱ* 2. 3;* igitur *cet.* t) se *om. C 2.* u) si *om. C. R 1, sed R 1. C 2. post. m. add. et in C 3 spatium vacuum relinquitur.* v) repperit *R 1. C 2, sed corr. m. 2.* w) sicut sacerdotalis (sacertolai *et* s *erad. ϱ* 2)* zelo ac in se *ϱ* 2. 3;* ac in se *etiam R 1.* x) *hic add.* facultas *C 3, sed post. delet.* y) *om.* non valeat *C 3.*

IX, 108. a) v̄r̄m̄ *ϱ*. R 1;* v̄m̄ *ϱ 1.* b) sexio (*pro* sex sil.) *ϱ* 1.* c) *verba* lucri *usque* qua *om. R 1.* d) quam l. quantitatem in u. congestam *ϱ*.* e) causationes *ϱ* 1.* f) unam *om. ϱ* 1.* g) emisse *Vat. D (ed. M.).* h) *in* debebat *corr. ϱ* 2;* debebat *ϱ* 1. 3.* i) ne *ϱ* 1.* k) XL tis X *ϱ* 1.* l) maioris *R 1. ϱ* 1.* m) ut perientia *ϱ* 1.* n) filium n̄r̄m̄ (*om.* magnif.) *ϱ* 1.* o) Furtunato *ϱ* 1.*

IX, 108. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae cf. ep. I, 23 n. 1) De quodam Felice, viro magnifico, cf. ep. IX, 41. 2) Solidus habet viginti quattuor siliquas; 25 % igitur promiserat Maurus. 3) De Fortunato, ep. Neapolitano, cf. ep. III, 58 n.

magistro militum[4], quia et ipsi scripsimus[p], agere studeat, ut hae[q] in re, sicut Christianum decet et nobilem, plus benignus quam rigidus, plus misericors esse debeat quam destrictus et lucrum de damno alterius non expectet, sed recepta pretii sit sorte contentus[r], quatenus, quicquid pauperi[s] cesserit, omnipotens ei Deus multiplicata, sicut promisit, restitutione compenset. Ita ergo studiose[t] experientia tua agat, ut illi modis omnibus hoc pro mercede ipsius inponere et hunc ab afflictione possit obligationis exuere.

IX, 109.

Gregorius I. papa Romano, defensori Siciliae, de solidis sex Gaudioso, defensori suo Syracusis degenti, qui inopia constrictus sit, ab hac secunda indictione quotannis impertiendis mandat. *599, Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 69.
Edd. M: Lib. IX. ep. 39; G: Lib. VII. ind. II. ep. 38. — Iaffé Reg. 1635 (1198).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Divinorum nos ammonent eloquia praeceptorum necessitatem patientibus ecclesiasticum praebere subsidium. Quia dilectissimus filius noster Cyprianus diaconus[1] Gaudiosum[a] defensorem sedis nostrae, qui Syracusis[b] degere comprobatur, paupertatis asseruit inopia constringi, idcirco experientiae tuae praesenti auctoritate mandamus, ut a praesenti secunda indictione sex solidos annis singulis ei dare non[c] differas, ut et ille huius[d] remedii solacio potiatur et tu quod dederis tuis sine dubio noveris rationibus imputandum.

IX, 110.

Gregorius I. papa Romano et Fantino defensoribus, Savino subdiacono, Hadriano et Eugenio notariis, Felici subdiacono, Sergio et Bonifatio defensoribus et sex patronis mandat, episcopos hortentur, ne in una domo cum mulieribus habitent neque submissos sibi clericos cum feminis esse patiantur. *599, Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 70; C: cap. 198.
Edd. M: Lib. IX. ep. 60; G: Lib. VII. ind. II. ep. 39. — Iaffé Reg. 1636 (1199).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI, FANTINO DEFENSORI, SAVINO SUBDIACONO, HADRIANO NOTARIO, EUGENIO NOTARIO, FELICI SUBDIACONO, SERGIO DEFENSORI, BONIFATIO DEFENSORI A PARIBUS; ET SEX PATRONI.

Quia, sicut cauta provisio culparum vias obstruere[a] et novit quae sunt noxia declinare, ita neglectus patet excessibus et quae sunt cavenda solet incurrere, magnam

p) *ita R 1;* scribimus *ϱ 1. ϱ*.* q) hoc *ϱ* 1.* r) *ex* contemptus *(ita ϱ* 1) corr. R 1.* s) pauperis *ϱ* 1.* t) studiosa *ϱ*.*

IX, 109 in titulo: Sycilię *R 1; om. hoc verbum R* 1.* a) gandiorum *ϱ*.* b) siracusis *R 1. ϱ* 2. 3.* c) non *om. R 1.* d) cuius *R 1.*

IX, 110 om. ϱ 1. — In titulo:* Romanīs *C 1* — Fant. def. *deest ϱ 1. C 3 (sed extat in indice)* — Sabino *R 1;* Sabiano *ϱ 1* — Adriano *R 1. R* 1. ϱ 1. C 3* — Fugenio *R 1;* Eugonio *ϱ 1;* Eugenenio *C 1* — Bonefacio (*om.* defensori) *R* 1* — *om.* Bonifatio *usque* patroni *C* — *pro* sex: ex *ϱ* 2. 3* — patronis *R* 1.* a) *ex* abstruere *corr. R 1.*

4) De Maurentio, mag. mil., cf. ep. VIII, 12 n. 1.

IX, 109. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. 1) De Cypriano diacono, quondam rectore patrimonii Siciliae, cf. ep. III, 55 n.

nos sollicitudinis oportet curam impendere et fratrum sacerdotumque[b] nostrorum opinioni[c] pariter et cautelae prospicere. Pervenit autem[d] ad[e] nos quosdam episcoporum sub praetextu quasi solacii in una domo cum mulieribus conversari. Et ideo ne per hoc aut subsannatoribus iusta[f] obtrectationis[g] detur occasio aut facilem antiquus humani generis inimicus materiam deceptionis adsumat[h], huius tibi serie praeceptionis iniungimus, ut strenuum te studeas et sollicitum exhibere et, si qui episcoporum quos[i] commissi[k] tibi patrimonii finis includit cum mulieribus degunt, hoc omnino compescas et de cetero illic eas habitare nullo modo patiaris exceptis eis quas sacrorum canonum censura permittit, id est matre, amita, germana[l], et aliis huiuscemodi, de quibus prava non possit esse suspicio[1]. Melius tamen faciunt[m], si etiam a talium se cohabitatione[n] contineant. Nam legitur[2], quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit dicens: 'Quae cum sorore mea sunt, sorores meae non sunt'. Docti ergo viri cautela magna nobis esse debet instructio. Nam incautae[o] praesumptionis est, quod fortis pavet, minus validum non timere. Sapienter enim inlicita[p] superat, qui didicerit etiam non uti[q] concessis; et quidem nos[r] nullos[s] in hoc nolentes[t] astringimus, sed, sicut facere[u] solent medici, etsi ad tempus tristem curam, tamen pro salute dictamus. Et idcirco non necessitatem imponimus, sed[v] si imitari doctum sanctumque virum elegerint, ipsorum voluntati relinquimus. Tua igitur experientia, ut servari debeant ea quae prohibenda mandavimus, studium et sollicitudinem gerat[w]. Nam si aliter postmodum inveniri contigerit, non leve se apud nos noverit periculum incursurum[x]. Praeterea curae tuae sit eosdem fratres nostros[y] episcopos adhortari, ut subiectos sibi in sacris videlicet ordinibus constitutos, quod ipsi servant, ad suam[z] similitudinem[a] modis omnibus servare commoneant, hoc tantum modo adiecto, ut hi, sicut canonica decrevit auctoritas, uxores, quas caste[b] debent regere, non relinquant[c].

---

b) consacerdotumque *C 2. 3.* c) opinio *ϱ* 2. 3.* d) autem *om. R 1.* e) et *C 1.* f) iuxta *R 1.* g) obstractationis *C 1;* ostrectationis *C 3.* h) adassumat *C 1.* i) post *C.* k) commisi *R 1. ϱ* 2. 3;* commissit *C 1.* l) *ita R 1;* matrem amitam germanam *C. ϱ* 2. 3.* m) *ex* faciat *corr.* faciant *C 1;* faciant *C 2.* n) etiam ad aliam se cohabitacionem *C 1. 2;* etiam se ab alia se cohabitationem *C 3.* o) incauta *C 3.* p) illic ita *R 1.* q) etiam muniti *C 3.* r) nos *om. R 1.* s) nullus *C 1;* nullo *C 3.* t) volentes *ϱ* 2. 3.* u) stare *C 3.* v) se *C.* w) gerant *C 1; om. hoc verb., sed suprascr. m. 2 C 2.* x) incursura *R 1. ϱ* 2. 3;* incursurum *C.* y) meos *R 1.* z) *om. R 1. ϱ* 2. 3.* a) *ex* similitatem *corr. C 2 m. 2.* b) certe *ϱ* 2. 3.* c) derelinquant *C 1.*

IX, 110. Temporis notae huius epistulae in R, quos codices nos cum Ewaldo sequimur, cum collectione C non conveniunt. Cum etiam haec epistula a paribus *scripta sit, conicere nobis licet in registro plura exempla diversis locis transscripta esse atque excerptorem R alia, alia excerptorem C exemplaria secutum esse; ita intellegitur, cur titulus in utrisque codd. diversus sit. — Haec epistula omnibus ecclesiae rectoribus missa esse videtur: de Romano rectore patr. Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss.; de Fantino, rect. patr. Panormitani, ep. III, 55 n. IV, 43 n.; de Savino, rect. patr. Bruttiorum, ep. II, 10 n.; de Hadriano, quem, ubinam tunc fuerit, nescimus, cf. ep. XI, 30. 33. XIII, 22. XIV, 17; de Eugenio, qui in Tuscia fuisse videtur, cf. ep. IX, 96 n.; Felix rector patrimonii Appiae appellatur in tit. ep. XIV, 14 et ab Iohanne diac. II, 53; de Sergio, rectore Apuliae, cf. ep. VIII, 9 n.; de Bonifatio, defensore Corsicae, cf. ep. XI, 58; V, 6 p. 287 n. 2 nº. 2. — Pro* et sex patronis *scribendum esse* et ceteris patrimoniorum rectoribus *contendit Wisbaum in thesi dissertationi laud. adnexa; quem nescio an sequi debeam. Sed quinam hi patroni fuerint, dubito; equidem crediderim haec verba non in registro fuisse, sed ab excerptore addita esse, ut sex laicos nobiles significaret, quibus eadem epistula transmissa esset.* 1) *Cf. C. Th. XVI, 2, 44.* 2) *Recte affert Gussanv. Possidii vit. S. Augustini (Migne, patr. lat., XXXII) cap. 26.*

IX, 111.

Gregorius I. papa Wiffoni duci de pace conservanda scribit. *599, Febr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 71.

Edd. M: Lib. IX. ep. 60 n. d) (Baluz. Miscell., 1761, II, 12). — Iaffé Reg. 1637 (1200).

GREGORIUS UUIFFONI DUCI,

ubi ei[a] scribit de pace[1] conservanda et quicquid ab hominibus[b] reipublicae et[c] eorum . . . . . excessum est auxiliante Deo debeat ordinatio provenire.

MENSE MARTIO INDICTIONE II.

IX, 112.

Gregorius I. papa Sergio defensori mandat, ut adhibitis Vitaliano, episcopo (Sipontino), et Bonifatio notario et Iohanne tribuno hereditatem Iohannis, Pantaleonis socrus avunculi, intestato mortui litteris consignet. Sacrata quaedam ministeria indagari iubet. *599, Mart.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 72.

Edd. M: Lib. IX. ep. 46; G: Lib. VII. ind. II. ep. 45. — Iaffé Reg. 1638 (1206).

GREGORIUS SERGIO DEFENSORI.

Quia Pantaleo notarius[1] in ecclesiasticis sit utilitatibus occupatus, experientia tua non habet incertum. Et ideo quia Iohannes avunculus[a] Megaris[b] socrus ipsius nullo alio proximiore existente obisse intestatus et sine filiis memoratur, ne per absentiam generi[c] sui illa damnum possit incurrere, quia, si ita est, lex praedictam mulierem ab intestati avunculi successione vocare dinoscitur, hac tibi praeceptione iniungimus, ut reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Vitalianum[2] atque Bonifatium[d 3] notarium in solacio tuo[e] adhibeas et, quascumque res eum qui defunctus est constiterit reliquisse[f], sub breve[4], quousque[g] praedictus Pantaleo redeat, in totum[h] studiose facere debeas. Quod ut melius possis implere, filium nostrum Iohannem virum magnificum[i] tribunum[5] in tuo pariter stude[k] adhibere solacio. De quo omnino con-

IX, 111 Maurini et Baluz. hic afferunt cod. Colbert 1052 et Puteanum. — In titulo: ita ϱ 1. 4;* Uuifoni *ϱ 1. ϱ* 2. 3:* Uuiffroni *R 1;* Uulfoni *R* 1. Baluz.* a) eis *ϱ 1. ϱ* 1. 4.* b) omnibus *ϱ 1.* c) et *om. R* 1.*

Mense *cet.:* Mār *abbr. R 1. ϱ*,* Mart̄ *R* 1.*

IX, 112. a) avugulus *et infra* avunguli *ϱ* 1.* b) *ita R 1;* Megalis *ϱ*. ϱ 1.* c) *ex* generis *(ita ϱ* 1. 3) corr. ϱ* 2.* d) Bonifantium *ϱ* 1.* e) *ita ϱ* 2. 3;* insolatio tua *ϱ* 1;* in solacium tuo *R 1.* f) reliquisse *om. ϱ* 1.* g) quosque *R 1.* h) tutum *scr. Mommsen cum ed. Rom.* i) Ioh. v̄m *ϱ 1;* Ioh. v̄rm *ϱ* 2. 3. R 1;* Ioh. virum (*om.* magn.) *ϱ* 1.* k) *hoc verb. om. ϱ* 1.*

IX, 111. Quisnam fuerit Wiffo dux, ignoramus; sed Langobardus fuisse videtur; Ulfari dux apud Tarvisium *commemoratur a Paulo diac. IV, 3.* *1) Cf. ep. IX, 44 n. 2.*

IX, 112. De Sergio, rectore patrimonii Calabritani, cf. ep. VIII, 9 n. *1) Pantaleonem in Siciliam missum ind. II. Romam venire debuisse discimus ex ep. VIII, 26 (n. 1. 2).* *2) De Vitaliano, ep. Sipontino, cf. ep. VIII, 8 n.* *3) De Bonifatio cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 nº. 3.* *4)* breve *vel* brevis *= inventarium: cf. ep. III, 41 (n. 3).* *5) Eidem Iohanni tribuno Siponti ep. IX, 174 missa est, et idem Iohannes tribunus fortasse commemoratur in dial. III, 19. Quoniam Hydrunti in Calabria*

fidimus, quia, si ei voluntatem nostram prodideris, devote se tibi adcommodare[l] non deneget.

Pariter etiam studii tui sit[m], quoniam quaedam apud se sacrata praedicti Iohannis habuisse ministeria perhibetur, et ea diligenter inquirere et cum omni cautela in totum[n] facere nobisque suptiliter quicquid inventum fuerit indicare. Ita ergo experientia tua haec quae scripsimus facere sollicite ac curare[o] festinet, ut non possit[p] esse culpabilis. Nam si neglegens esse putaveris, ita te nostros noveris motus incurrere, ut nulla te postmodum possis[q] excusatione defendere.

IX, 113.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, Augustini, latoris praesentium, vice reliquorum saponariorum Neapoli transmissi questione motus, mandat, Iohannem, virum clarissimum palatinum, hortetur aut per praefectum cogat, ne saponariorum corpus contra pactum eorum molestiis afficere pergat. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 200.

Edd. M: Lib. X. ep. 26; G: Lib. VIII. ep. 27. — Iaffé Reg. 1639 (1311).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Augustinus[a] praesentium portitor, qui reliquorum se sapunariorum[1] civitatis vestrae vice dixit esse transmissum, questus nobis est, quod Iohannes vir clarissimus palatinus[2] multis eos frustra affligat incommodis atque nova plurima eorum corpori[b] praeiudicialiter nitatur impendere: denique ut, sicut ait[c], eos promittere sibi compellat, ut, si quis[d] arti eorum sociari voluerit, quicquid commodi[e] de introitura[3] eius accesserit, ipsi proficiat[f], adiciens quoque pactum[g][4] inter se de quibusdam rationabilibus artis suae capitulis[h] iuxta priscam consuetudinem omnium consensu interposita esse poena confectum atque id sacramento interveniente firmatum et nunc ab eo velle quosdam ex suis, eius scilicet patrocinio[i] fretos[k], abscedere[l] atque ita cum contravenire cupientibus tuitionem impendere, ut, quod dici grave est, plus in defensione ipsius praesumptionem habeant, quam de poena penuriam[m] vel de sacramento praestito possint habere formi-

l) adcommendare *ϱ* 1.* m) et *hic add. R 1,* ut *ϱ*. ϱ 1.* n) tutum *scr. Mommsen cum edd.* o) acurbare *suprascr.* ac urbane *R 1.* p) *in* posset *corr. R 1.* q) possit *R 1.*

IX, 113 in titulo: Fortunato *C 1. 3;* Furt. *C 2 (etiam in ind.) 5 et index et argumentum C 1* — Neapolitane *C 3.* a) Agustinus *C 3.* b) corpore *C 1. 2, sed corr. in* corpori *C 2 m. 2* — *verba* corpori *usque* eorum *om. Vat. D (ed. M).* c) aut *C 3.* d) que sarti *C 3.* e) *ex* comodo *corr. C 1.* f) *ex* ipse proficiet *corr. C 2 m. 2.* g) *ex* peccatum *corr. C 3.* h) capitulus *C 1.* i) patricinio *C 1.* k) *ex* fretas *corr. m. 1,* u *suprascr. m. 2 C 2.* l) accedere *C 1.* m) periurii curam *coni. Mommsen.* — falso *ante* sacram. *add. Vat. A (ed. M.).*

tunc alius tribunus constitutus erat (cf. ep. IX, 205), dubium non est, quin et Apulia et Calabria suum tribunum habuerint. De tribunis cf. ep. I, 13 n. 1. II, 34. VII, 3 n. 1 et librum meum Untersuchungen etc. p. 57 s. 155. Nota etiam hic nullum civilem magistratum commemorari, sed praeter ecclesiasticos unum militarem.

IX, 113. De Fortunato cf. ep. III, 58 n. 1) *Apud Marini, pap. dipl. nº. 117, quidam* Isacius v(ir) h(onestus) saponarius Classis *commemoratur a. 541. Ex hac praecipue epistula et ex dial. IV, 54, ubi de quodam* primo *artis tinctoriae Romae sepulto agit noster, efficitur antiquas* artes *vel* corpora *vel* collegia *artificum etiam Gregorii tempore in Italia exstitisse.* 2) *Palatini (sacrarum largitionum) commemorantur in ep. I, 13. IX, 5. XI, 16; adde Marini, pap. dipl. nº. 120 (a. 572) et ep. IX, 72 n. 1. De Iohanne cf. quae notavi n. 4 ad ep. IX, 5.* 3) introitura *hic dicitur, quod alias* capitulare *appellatur; cf. D. XXXII, 102, 2:* militiam illam cum introitu comparari. 4) *= lex collegii.*

dinem. Quod si[n] ita se[o] res habet, quia etiam ipsi[p] quod agit[q] adversum est, quippe qui alieno se peccato sua defensione constituet esse participem[r], fraternitas vestra paterna cum adhortatione conveniat, ut ab huiusmodi se actu cohibeat[s] et praeiudicialiter illis nihil imponat nec eos usque[t] dispendiis contra rationem affligat[u]. Pariter etiam providendum est, ut et pactum, ubi[v] sacramenta sunt praestita, conservetur et cum dispendio animae suae temporalia lucra contraveniendo non appetant, ne et periurii discrimen incurrant et commoda prave[w] desiderata non capiant[x]. Quod si, quod[y] non credimus, ammonitionem vestram praedictum Iohannem virum clarissimum videtis forte differre, cum eminentissimo filio nostro praefecto[5] stricte loquimini, ut ipse hoc, sicut in praesenti dici fecimus, quomodo praeviderit, rationabiliter faciat emendare, quatenus et eos qui tuitionis nostrae[z] suffragia quaesiverunt quorundam voluntas iniuste non opprimat et ille ab opere se indecenti prohibitum et pro suae magis animae utilitate cognoscat[a].

IX, 114.

Gregorius I. papa Venantio, episcopo Lunensi, petenti, ut mittatur, quae monasterio Lunensi abbatissa praeficiatur, monacham mittit. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 1.

Edd. M: Lib. X. ep 43; G: Lib. VIII. ep. 43. — Iaffé Reg. 1640 (1328).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO LUNENSI.

Fraternitatis vestrae adeo nobis sollicitudinem placuisse rescribimus, ut studii nostri esset ea quae voluistis affectu complere. Quia ergo scripsistis, ut personam transmittere deberemus, quae in monasterio quod in civitate vestra situm est[1] abbatis[a] regere[b] possit officium, ...[c], quam divina misericordia suffragante[d] regimine eiusdem monasterii strenuo[e] posse[f] arbitramur existere, illic praevidimus dirigendam, ut a vobis Deo protegente abbatissa debeat ordinari. Nam nos ei[g] hic oratione tantum modo venimus[h]. Quia igitur memoratam ancillam Dei ad vestram voluntatem et scripta transmisimus, hortamur, ut circa eam monasteriumque ipsius fraternitas vestra sollicitudinem gerat atque degentem illic congregationem in Iesu Dei et redemptoris[i] nostri servitio adhortationis suae bono[k] corroboret et ita se, ubicumque necesse fuerit, etiam erga exteriores[l] utilitates eius exhibeat, ut conversantes ibidem magnum in vobis subsidium, sicut decet, inveniant et nullius rei eas[m] necessitas deprimat, quatenus, dum vobis providentibus omnis eis fuerit amota necessitas, in oratione et Dei laudibus ad-

n) si *om.* *C1.* o) se *om.* *C1. 2.* p) ipse *C2.* q) ait *C1. 3.* r) parcipem *C1.* s) quo ibat *C3.* t) *ita scr. Mommsen:* quibuslibet *edd.;* qui *codd. n.* u) affligant *codd. n.* v) ubi *m. post. add. C1;* vobis *C3.* w) prava *C1.* x) cupiant *codd. n., sed corr. C2. 3.* y) quod *suprascr. C1.* z) *ita edd.;* vestrae *C1. 2.* a) emendatum *vel sim. add. vult Mommsen;* et *ante om. edd.* — *Huic ultimae in C epistulae in fine add.:* Explicit *C3.*

IX, 114 in titulo: Venancio *argum.* *C1. 5.* a) *in* abbatisse *corr.* *C5.* b) *ex* gere *corr.* gerere *C5.* c) *hic decsse videtur nomen futurae abbatissae.* d) in *m. 2 add.* *C5.* e) *in* strenuam *corr.* *C5.* f) possit *C1. 2;* posset *C3. 5, sed corr. C5 m. 2 in* posse. g) *ex* en *corr.* *C1.* h) *in* convenimus *corr.* *C5 m. 2; locus certe corruptus:* veniam dedimus *coni. Mommsen.* i) redemptorisdemptoris *C1.* k) bonorum *codd. n., sed corr. C2. 5 m. 2.* l) *ita edd.;* ergastiores *C1. 2. 3;* erga maiores (mai *in ras.*) *C5.* m) eos *codd. n.*

5) De Iohanne, praef. Italiae, agitur: cf. ep. IX, 5 n. 4. X, 8.

IX, 114. De Venantio cf. ep. IV, 21 n. 1) De monasterio a Venantio condito agi videtur: cf. ep. VIII, 5.

sidue secura valeant mente persistere. Sic etenim agitur, ut et illis electa conversio ad salutem et vobis proficiat ad mercedem. Nam gratia prorsus maior adquiritur, si de commissis ovibus lucrum[n] offerat Domino[o] sollicitudo pastoris.

IX, 115.

Gregorius I. papa Cyridano scribit de binis litteris, quarum primas ille scripserat de cura sitonici sibi a principibus mandata, de tritico in horreis ecclesiae suscepto tradendo atque in specie parando; alteris per latorem praesentium, Eutychum, virum magnificum „qui se inlustrem praefecturium memorat" transmissis, „ut quae summa eiusdem sitonici ab horreariis ecclesiae sit suscepta, prodi inter acta publica debeat". Monet, ut, cum frumenta gravi pretio in specie praeparata sint et quantitas per defensores ecclesiae prodita, ipse suscipiat. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 2.

Edd. M: Lib. XII. ep. 34; G: Lib. X. ep. 38. — Iaffé Reg. 1641 (1467).

GREGORIUS CYRIDANO.

Gloriae vestrae dudum scripta suscepimus, in quibus indicastis sollicitudini vestrae serenissimorum principum[a] iussione curam sitonici[1] fuisse mandatam[b] atque praeceptum esse, ut omnis tritici quantitas, quae in horreis[2] ecclesiae nostrae suscepta fuerat, vobis tradi per omnia debuisset[c], et scripsistis, ut hoc ipsum[d] parari in specie faceremus. Quod quidem quia vestrum, cuius ad nos tanta quippe bona perlata sunt, non fuerit[e], novimus[f]. At quamquam[g] durum ac erat[h] omnino difficile, ut res, quae nec servari nec eo tempore ad emendum poterat inveniri, in specie restitui peteretur, verumtamen ut exui ab huius rei sollicitudine valeremus, studii nostri fuit, etsi cum[i] maiori omnino dispendio, frumenta[k] ipsa, sicut voluistis, in specie facere[l] praeparari. Post vero per latorem praesentium Eutychum[m] virum magnificum, qui se inlustrem praefecturium[n][3] esse memorat, aliam nobis epistolam transmisistis, ut, quae summa eiusdem sitonici ab horreariis ecclesiae sit suscepta, prodi inter acta publica debuisset. Et ideo ne per occasionem ecclesiae quaedam cuiquam nasci excusatio potuisset, et quantitatem, sicut scripsistis, defensores[o] ecclesiae prodiderunt et quae putaverunt utilia petiverunt. Quod gloria[p] vestra diligenter sollicitequo pertractet et verba eorum non neglegat. Nam quicquid post hoc in praedicta sitonici specie damni contigerit, amplius iam ad ecclesiae dispendium sciatis nullo modo pertinere, quia nec habitatores[q] civitatis istius, afflicti revera homines, ac praedicti[r][4] sitonicum ipsum in suum[s] se asserunt detrimentum

n) lucrorum *codd. n., sed corr. C 1. 2. 5.* o) Deo *C 1.*

IX, 115 in titulo: Ciridano *C 3.* a) principium *C 1. 3.* b) mandatum *C 2. 3. 5, sed C 2 m. 2. in* iniuuctam *corr.* c) debuisse *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.* d) ipsud *codd. n., sed corr. C 2. 5.* e) fuerint *codd. n.* f) novibus *codd. n.* g) *ita scr. Mommsen;* aequa quam *codd. n.* h) macera (*pro* ac erat) *codd. n.* i) et sicut *codd. n.* k) fumenta *C 1.* l) *ita scr.;* facies *codd. n.* m) Euthicium *C 1;* Eutichum *C 2. 3. 5.* n) *ita C 1. 2. 5;* perfecturum *C 3.* o) defefensores *C 1.* p) gratia *C 3.* q) habitores *C 3.* r) *ita C 1. 2;* a praedicti *C 3. 5, sed* a *del. C 5.* s) suo *codd. n.*

IX, 115. Eidem Cyridano ep. IX, 31 in Siciliam missa est. 1) *Idem verbum* sitonicum *occurrit in ep. I, 2 (n. 4). — An cura sitonici munus extraordinarium fuit?* 2) *Cf. ep. V, 36 p. 319 n. 3. V, 38 p. 325 n. 4. V, 39 p. 328 n. 4. IX, 5 n. 2.* 3) *I. e. qui praefectura functus vel praefecti dignitate ornatus est; cf. e. g. Marini, pap. dipl., n°. 132; Troya, Cod. dipl. II p. 560 n°. 347; L. p. r. Hadriani c. 63.* 4) *Scil. horrearii vel defensores ecclesiae.*

posse suscipere. Haec igitur omnia gloria vestra cognoscens ita de his quae sibi sunt commissa studeat[t] cogitare, ut et utilitatem publicam faciat[u] et huius oneris curae[v] ecclesiae nostrae denuo ad gravamen pauperum non incumbant.

IX, 116.

Gregorius I. papa Theodorum curatorem iterum rogat, ut Iohannis, praefecti urbis, uxorem, quae per Iohannem virum clarissimum, praesentium latorem, Romam ad maritum deducatur, „iure militari" usque Perusiam tueatur. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 3.

Edd. M: Lib. X. ep. 6; G: Lib. VIII. ep. 7. — Iaffé Reg. 1642 (1289).

GREGORIUS THEODORO CURATORI.

Quamvis gloriae vestrae bonitas semel sibi commendatos nesciat oblivioni mandare, verumtamen scientes haec eadem iterata carissimum filium non onerose suscipere, scribere nos, quae iamdudum scripsimus[1], non piget. Quia ergo gloriosissimus filius noster Iohannes praefectus urbis[2] ad deducendam hic[a] coniugem suam latorem[b] praesentium Iohannem virum clarissimum[3] illic[c] noscitur transmisisse, paterna dulcedine salutantes petimus, ut, quia memoratus gloriosissimus filius noster divisus hic consistere non potest, venienti coniugi[d] ipsius gloriae vestrae sinceritas patrocinii sui opem ferat. Et ut securius iter suum Deo custodiente peragere valeat, iure ad Perusinam civitatem[4] militari eam solacio Dei fulciri[e] disponat, quatenus et antedictus gloriosus vir amplius patrociniis vestris sit deditus[f] et nos dulcissimae gloriae vestrae gratias referamus.

IX, 117.

Gregorius I. papa Marinianum, episcopum Ravennatem, hortatur, curet, ne Iohannis, praefecti urbis, uxor, quae per latorem praesentium, Iohannem, virum clarissimum, Romam quam citissime deducatur, aliquo impedimento detineatur. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 4.

Edd. M: Lib. X. ep. 7; G: Lib. VIII. ep. 8. — Iaffé Reg. 1643 (1290).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Gloriosissimus filius noster Iohannes praefectus urbis ad hoc illic[a] latorem praesentium Iohannem virum clarissimum destinavit, ut gloriosam coniugem ipsius hic[b] Deo

t) studeant *codd. n., sed corr. C 5.* u) faciant *codd. n.* v) *hoc verb. om. C 1;* purae *C 2. 3;* cu(rae) *in ras. C 5.*

IX, 116 in titulo: curato *C 3, sed corr. m. 2.* a) *corr. in* huc *C 2 m. 2.* b) laborem *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.* c) *corr. in* illuc *C 2 m. 2.* d) coniuge *codd. n.* e) fulceri *codd. n., sed corr. C 2 m. 2. — Pro* iure *scr.* ire *et pro* Dei: et *Mommsen.* f) *ita edd.;* deditos (*om.* sit) *C 1. 2;* debitos (*om.* sit) *C 3.*

IX, 117 in titulo: Marinia *C 3; indices C 1. 2:* Mauriano; *C 3:* Mauriniano; *C* 1 in ind. 1:* Marininiano — Ravenna *C 3 in tit. et in indice;* Ravennatis *C 1. 2 in indice:* Ravennati *C* 1 in ind.* — Fantino defensori *C* 1.* a) *in* illuc *corr. m. 2 C 2.* b) *in* huc *corr. C 2 m. 2;* hoc *C 1.*

IX, 116. Cf. ep. seq. — De Theodoro cf. ep. IX, 44 n. *1) Cf. ep. VII, 34.* *2) Idem commemoratur in ep. VII, 34 et fortasse in dial. III, 10. IV, 52* (vir magnificus, locum praefectorum servans): *an in his locis de altero Iohanne agitur, fortasse vicario urbis Romae? (Cf. Mommsen, N. A. XV p. 182 s. et ep. IX, 103.* *3) Cf. not. praeced. et de alio, ut videtur, Iohanne, v. c. palatino, ep. IX, 113 n. 2.* *4) Nota Perusiam ab urbe Roma distare centum fere milia passuum.*

debeat protegente deducere. Quam cum iam et nos hic[c] per omnia volumus advenire, ut praedictum[d] gloriosissimum filium nostrum non divisum, sed totum habere possimus, fraternitas vestra sollicitudinem gerat, ne quod ad veniendum impedimentum[e] sustineat, atque, ut hic citius adesse valeat, studiose concurrat[f] et ita se circa eam, quocumque[g] exegerit usus, exhibeat, ut nec suum[h] abesse coniugem sentiat et nos in vobis modis omnibus praesentes esse cognoscat.

IX, 118.

Gregorius I. papa Romano defensori Vitum, praesentium latorem, in defensorum scholam sollemniter receptum, commendat. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 5.
Edd. M: Lib. XI. ep. 39; G: Lib. IX. ep. 34. — Iaffé Reg. 1644 (1390).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Vitum[1] praesentium portitorem experientia tua olim nostrum fuisse cognoscat. Cuius quoniam bene fidem et sollertiam novimus, in defensorum illum scolam data ei sollemniter epistola militandum esse praevidimus. Et ideo si quid ei[a] pro ecclesiasticis utilitatibus iniungere forte volueris[b], nullam de eo[c] dubietatem habeas. Sed omnino de puritate ipsius certus esto nec eum fraudulenter quid vel dupliciter acturum existimes. Tuum[d] est, ut tu ei caritatem, quae fidelibus debetur, impendas.

IX, 119.

Gregorius I. papa Fantino defensori mandat, hortetur Victorem, episcopum Panormitanum, ut causam ecclesiae suae cum Maurentio, magistro militum, aut pacifice aut iudicio apud Venantium patricium et Fantinum defensorem finiat. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 6.
Edd. M: Lib. XII. ep. 4; G: Lib. X. ep. 4. — Iaffé Reg. 1645 (1434).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Gloriosissimus filius noster Maurentius magister militum[1] causam de massa Getina contra Panormitanam ecclesiam habere queritur et ad hoc latorem praesentium[a] facto

c) *in* huc *corr. m. 2 C 2.* d) *ex* praedictam *corr. m. 2 C 2.* e) impedimen *C 2.* f) concursarat *codd. n., sed corr. C 2.* g) quoque *C 3.* h) suam *codd. n.*

IX, 118. a) quidem ei *C 3.* b) volueritis *C 3.* c) deo *C 3.* d) tam *C 1. 2. 3, sed m. post. C 2 corr.*

IX, 119 titulo rubro add.: de ruramento, *quod nigro atramento corr. in* iuramento *C 3. (Cf. ep. IX, 129. 134.)* a) *ex* praesentiam *corr. m. 2 C 2.*

IX, 117. Cf. ep. praeced. — De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5.

IX, 118. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. *1) De Vito defensore cf. ep. IX, 97.*

IX, 119. De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. II, 55 n. IV, 43 n. *1) De Maurentio cf. ep. VIII, 12 n. 1.*

mandato transmisit, quod debeat sine excusatione aliqua terminari. Ideoque experientia tua reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Victorem[2] servato honore[b] commoneat, ut aut pacifice causam ipsam sine dilatione studeat terminare aut certe, si utilius sibi esse crediderit eam iudicio definiri, omni mora cessante vice sua personam legaliter instituat, quae de eadem massa apud gloriosissimum filium nostrum domnum Venantium patricium[3] et experientiam tuam debeat subire iudicium, ut causa ipsa possit cognita[c] veritate distingui aut certe alios sibi, si partes[d] voluerint[e], te iminente[f] eligant cognitores. Et quicquid mediis sacrosanctis evangeliis ab eis fuerit statutum, ita lege servata tua volumus ad effectum[g] executione perduci, ut nihil inter partes remaneat, unde post hoc se recidivo valeant litigio fatigare[h].

IX, 120.

Gregorius I. papa Savino subdiacono mandat, ut Proculo, episcopo (Nicoterensi), in emendandis ecclesiae rebus per absentiam eius neglectis opem ferat. 599, *Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 7.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 24; G: Lib. XI. ep. 29. — Iaffé Reg. 1646 (1508).

GREGORIUS SAVINO SUBDIACONO.

Quare venerabilis frater noster Proculus episcopus[1] ab ecclesia sua diu abfuerit[a], experientia tua non ignorat. Ad quam quoniam Deo propitio habita nunc, ut oportuit, satisfactionis purificatione reversus est, ne forte per eius[b] absentiam in aliquo ecclesiae ipsius sit neglecta[c] utilitas aut aliqua[d] de eius sint[e] iure subtracta, reparare[f] ea vel corrigere cupienti[g] illi in omnibus[h] aequitate servata solaciare te volumus atque concurrere, ut tua opitulatione suffultus in his quae ab eo agenda sunt nec difficultatem aliquam quorundam impedimento[i] sustineat nec diutius debeat laborare[k].

IX, 121.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono mandat, ut residua pecuniarum, quas Benenatus, episcopus Misenas, ad construendum castrum acceperit, Comitaticio comiti, qui ea in idem opus impendat, tradat. 599. *Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 8.

Edd. M: Lib. IX. ep. 51; G: Lib. XI. ep. 33. — Iaffé Reg. 1647 (1187).

b) *ita edd.;* servet honoret *codd. n.* c) cogniti *C 1.* d) *ita edd.:* parti *codd. n.; C 1 corr. postea in* partim. e) *ita edd.:* solverit *codd. n.* f) *in* eminente *corr. C 2 m. 2.* g) affectum *C 3.* h) *in* fatigari *corr. C 2 m. 2.*

IX, 120. a) adfuerit *C 3.* b) *add.:* ab eius *codd. n., sed del. C 2.* c) nec lata *C 3.* d) aliquid *C 1.* e) sit *codd. n.* f) *ex* subtractare parere *corr. C 2 m. 2.* g) cupient *C 1.* h) *add.* ea quae *codd. n.:* ea quae [requiritur] *Mommsen.* i) *ex* impedimenta *corr. C 2 m. 2.* k) laborari *codd. n.*

2) De Victore, ep. Panormitano, cf. ep. I, 70 n. 4. III, 27 n. 1. 3) De Venantio cf. ep. I, 33 n. VI, 40 n. Nota eum etiam in hac ep. patricium appellari; neque scio, cur Ewald cum Maurinis putet hunc alium esse, alium exmonachum Syracusanum: cf. ep. IX, 13. 38.

IX, 120. De Savino, rectore patrimonii Bruttiorum, cf. ep. IX, 110 n. 1) De episcopo Nicoterensi hic agi efficitur ex ep. VI, 38 (n. 1). IX, 134. Idem commemoratur in ep. IX, 129.

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Pervenit ad nos Benenatum quendam Misenatem[a], episcopum[1] pro construendo[b] illic castro solidos accepisse[2]. Et quia pars eorundem solidorum apud eum dicitur remansisse, experientia tua suptili indagatione perquirat et, si quid manifeste de ipsis solidis cognoveris remansisse, Comitaticio[c] comiti[d] praedictae civitatis[3] sub desuscepti[e] illud pagina contradat atque immineat, ut in constructione eiusdem loci, sicut dati sunt, Domino adiuvante proficiant, quia ratio nulla permittit, ut propriis cuiusquam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

IX, 122.

Gregorius I. papa Savino, subdiacono regionario, informatus per Gregorium, latorem praesentium, hominem iuris ecclesiae Emolitanae, mandat, hortetur Palumbum, episcopum (Consentinum), ut in ecclesiae rebus tuendis minus neglegenter agat. Quem si neglegentem deinde viderit, eius officium ipse impleat. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 9.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 25; G: Lib. XI. ep. 30. — Iaffé Reg. 1648 (1509).

GREGORIUS SAVINO SUBDIACONO REGIONARIO.

Pervenit ad nos reverentissimum Palumbum fratrem et coepiscopum nostrum[1] ita, quod dici grave est, ecclesiae suae vel parrochiarum causas utilitatesque neglegere[a], ut non solum res aliquas vel mancipia earum, sed etiam et ministeria apud diversos esse incaute patiatur. Quod ita esse hoc etiam nobis ex parte aliqua innuit ac confirmat, quod Gregorius lator praesentium, qui iuris se Emolitanae[b] ecclesiae[c][2], quae in eius est diocese constituta, esse perhibet, ab alio se indebite eo praesente queritur in servitio subiugari. Ideoque experientia tua[d] praedictum fratrem nostrum studeat commonere, ut res ecclesiae vel parrochiarum suarum sive ministeria rationabiliter[e] vindicet atque defendat et ab aliis ea detineri nullo modo patiatur. In qua re ne quam forte excusationem valeat invenire, tua ei volumus salva aequitate adesse solacia. Quem si forte, ut hactenus extitit, esse videris[f] neglegentem, ea quae eum facere oportuerat te volumus agere et in omnibus adimplere, quatenus ecclesiarum utilitas nulla occasione depereat, sed et nobis, quaeque acta fuerint, renuntiare festina, ut a nobis, quid post hoc facere debeas, instruaris.

IX, 121. a) Mesenatem *codd. n.* b) confervendo *C 3.* c) Comitatitium *C 1.3* (cium *in ras. C 1);* Comitaticium *C 2.* d) com̄ *C 1. 2;* comite *C 3.* e) subdie suscepit *C 1;* subdie suscepti *C 2. 3.*

IX, 122 in titulo: Sab. *ind. in C 1. 2.* a) neglere *C 1.* b) Emolitana *in* Emulitana *m. post. corr. C 1;* Emolitana *cet.* c) ecclesia *C 1. 2.* d) experientiae tuae *codd. n., sed corr. C 2.* e) ratiobiliter *C 2.* f) videaris *C 1.*

IX, 121. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n. 1) Cf. de Benenato ep. II, 25 n.; nescio an ob crimen in hac epistula commemoratum depositus atque Romam evocatus sit: cf. ep. IX, 80 s. IX, 163. 2) De castris tunc temporis in Italia conditis cf. ep. VI, 23 n. 1. VIII, 32 n. 5; de reipublicae pecuniis agi videtur. 3) Cf. ep. IX, 65 n. 2.

IX, 122 translata per Gregorium. — De Savino, rectore patrimonii Bruttiorum, cf. ep. IX, 110 n. 1) De Palumbo, ep. Consentiae, cf. ep. VIII, 3 (n. 3). IX, 134. 2) Ubi sit, nescio.

IX, 123.

Gregorius I. papa Vitalem, defensorem (Sardiniae), Bonifatio notario, praesentium latori, ad emenda mancipia Barbaricina misso, opitulari iubet. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 10.

Edd. M: Lib. XI. ep. 23; G: Lib. IX. ep. 18. — Iaffé Reg. 1619 (1372).

GREGORIUS VITALI DEFENSORI.

Bonifatium notarium[a] [1] praesentium portitorem ad hoc nos experientia tua illuc transmisisse cognoscat, ut in utilitatem parrochiae Barbaricina[b] [2] debeat mancipia comparare. Et ideo experientia tua omnino ei studiose sollicitequc concurrat, ut et bono pretio[c] et talia debeat comparare, ut et, quae[d] in ministerio ptochii[3] utilia[e], valeant inveniri atque emptis eis huc Deo protegente is ipse possit celerius remeare. Ita ergo te in hac re exhibere festina, ut et quasi egentium amator[f], quorum usibus emuntur, ostendaris[g] et nobis te de tua valeas[h] sollicitudine commendare.

IX, 124.

Gregorius I. papa Maurentium, magistrum militum, rogat, ut „sub urbana persona sub celeritate" epistulam (IX, 126) ad Arogem ducem deferendam curet, qua illi scripserit, ut Savinum subdiaconum adiuvet, transmissum, ut trabes ecclesiis SS. Petri et Pauli necessarias e Bruttiorum regione ad locum, unde Romam per mare duci possint, trahat. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 11.

Edd. M: Lib. XII. ep. 20; G: Lib. X. ep. 24. — Iaffé Reg. 1650 (1454).

GREGORIUS MAURENTIO MAGISTRO MILITUM.

Propterea[a] quod in ecclesiis beatorum Petri et Pauli[1] trabes sunt necessariae omnino, Savino subdiacono[2] iniunximus, ut aliquantas[b] de partibus Britiorum[c] incidere[3] et ad locum, unde hic per mare[d] possint adduci, trahere debeat. Sed quoniam solum[e] hoc facere non adsurgit[f], Arogi scripsimus[4], homines qui sub[g] eo sunt cum bobus

IX, 123 in titulo: ras. post. defensori *C 1.5;* densori *C 2.* a) Bonifatius notarius *C 1;* Bonifatius nonarius, *sed corr. C 2.* b) Barbaricine *C 1.* c) et *del. Mommsen.* d) atque *scr. Mommsen.* e) *C 1* ut alia *corr. in* utilia. — val. inv. *del. Mommsen.* f) *ita scr. Mommsen:* sergentium amator *codd. n.* g) ostendas *C 1.2;* ostendans *C 3:* ostendaris *scr. Mommsen.* h) valeat *codd. n.*

IX, 124 in titulo: Marentio *C 3 — tit. in ras. C 2.* — a) propter *C 2.3. C* 1.* b) aliquantes *C 2. sed corr. m. 2.* c) *ita Vat. A (ed. M):* Pritinorum *corr. in* Britinorum *C 1;* Britinorum *C 2, sed corr. m. 2;* Brittanorum *C 3.* d) permanere *C 1.* e) *C 2 corr. m. 2 in* solium. f) *ex* adsurgat *corr. m. 2 C 2.* g) *ita edd.;* ab *codd. n., ante* ab *ras. C 1.*

IX, 123 transmissa per Bonifatium. — De Vitali, rectore patrimonii Sardiniae, cf. ep. IX, 2 n. 1) Bonifatius hic nescio an idem sit, qui in ep. V, 6 commemoratur: cf. etiam ad eandem ep. n. 2 nº. 3 p. 287. 2) De Barbaricinis cf. ep. I, 46 n. IV, 25 n 2. 3) πτωχεῖον = domus alendis pauperibus destinata, alias πτωχοδοχεῖον: Gussanv. Cf. Ducange h. v. C. I. I, 3 multis locis etc.

IX, 124. Cf. ep. sequentes. — De Maurentio cf. ep. VIII, 12 n. 1. 1) De hac basilicarum per Gregorium restitutione alias nihil legimus: cf. Gregororius l. l. II⁴ p. 99. 2) De Savino, rectore patrimonii Bruttiorum, cf. ep. IX, 110 n. 3) Italiam arborum et lignorum feracem olim fuisse iam alias (ep. VI, 58 n. 7) notari; celeberrima fuit Sila, silva Bruttiorum, etiam nunc satis magna: cf. Dionys. Halic. XX, 15. Nissen, Ital. Landeskunde p. 244 ss. 429 ss.: erat proprietas populi Romani. 4) Ep. IX, 126. — De Arichi, duce Beneventano, cf. ep. II. 45 p. 145 n. 6.

suis in eius deputet ire solaciis, promittentes, quia, dum res perfecta fuerit, dignum ei exenium transmittimus. Gloria ergo[h] vestra epistolam nostram ad eum sub urbana persona studeat sub celeritate transmittere, quae ei hoc quod scripsimus suggerat[i], dum ante dictus subdiaconus adhuc voluntatem ipsius possit agnoscere. Si vero navigii prosperitate inventa discesserit, cuncta ei gloria vestra suptiliter per suas epistolas innotescat, ut sciat, quid agere debeat; sed et nobis similiter, quae acta fuerint, indicate.

IX, 125.

Gregorius I. papa a Gregorio expraefecto petit, ut Savino subdiacono suo homines bovesque de possessionibus, quas illic in emphyteusim habeat, mittat ad amoliendas viginti trabes, ecclesiis SS. Petri et Pauli destinatas. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 12.
Edd. M: Lib. XII. ep. 22; G: Lib. X. ep. 26. — Iaffé Reg. 1651 (1456).

GREGORIUS GREGORIO EXPRAEFECTO.

Scientes, quanta erga[a] beatorum Petri ac Pauli ecclesias[b] in gloriae vestrae maneat mente dilectio, vestrum nobis post Deum adiutorium scriptis decurrentibus[c] adhibere necessario provocamur[d] confidentes[e] facile vos et devote, quicquid pro earum utilitate cognoscitis, impertire, quibus gloriam vestram etiam sponte non dubitamus velle praestare. Et ideo quia in praedictis ecclesiis trabes omnino sunt necessariae atque Savino subdiacono, ut interim usque ad XX incidere festinet et[f] ad mare trahere, iniunximus. paterno salutantes[g] affectu petimus, ut gloria vestra de possessionibus, quas illic in emphyteusin[h] habet[1], hac in re homines cum bobus suis faciat praebere solacia, quatenus et ipse vestra opitulatione suffultus ad explenda[i] ea quae sibi iniuncta sunt esse possit idoneus et vos mercedem valeatis adquirere[k]. Ita ergo, sicut diximus, vobis confidimus, gloriose fili[l], ut et[m] nos vobis gratias[n] referamus et beatos apostolorum principes pro amore et devotione vestra, quam eorum[o] ecclesiis exhibetis, habeatis adiutores in omnibus.

IX, 126.

Gregorius I. papa ab Aroge, duce (Beneventano), petit, ut in trabibus, ecclesiis SS. Petri et Pauli necessariis, e Bruttiis ad mare trahendis Savino, subdiacono suo, cum hominibus et bobus subveniat. Xenium, dum res perfecta fuerit, promittit.
599, Febr.—Apr.

Codd. C: cap. 13 (Paul. diac., h. L. IV, 19).
Edd. M: Lib. XII. ep. 21; G: Lib. X. ep. 25. — Iaffé Reg. 1652 (1455).

h) erga *C 1. 2; C 3* ergo *corr. in* erga. i) *ita scr.;* ut *C 2. 3* (*pro* suggerat); det *coni. Mommsen;* deferat *edd.; verba* suggerat d. ante dictus *om. C 1.*

IX, 125. a) quanta gratia ad *Vat. A (ed. M).* b) epistolas *C 3.* c) discurrentibus *C 2. 3.* d) provocamus *codd. n.* e) confidenter *codd. n.* f) et *om. codd. n.* g) pater noso intan tante *C 1;* paterno soiutantes *C 3; C 2* paternoso intantes *corr. in* p. salutantes. h) emseteusin *C 1;* emfeteusin *C 2.* i) *inter* ex *et* plenda *spatium rasurae duarum litterarum in C 1. 2 (in C 2 hic* em *erasum est).* k) equirere *codd. n.* l) ut gloriosi filii *codd. n.* m) et *om. C 1.* n) grā *C 3.* o) eorum *add. m. 2 C 2.*

IX, 125. Cf. ep. praeced. — De Gregorio cf. ep. V, 36 p. 320 n. 2; IX, 4 n. 2. *1) De possessionibus et hominibus, quos Gregorius in Campania habebat, agit noster in ep. IX, 62. — In emphyteusin habere idem hic esse videtur atque locasse, non conduxisse.*

GREGORIUS AROGI DUCI.

Quia sic de gloria vestra, sicut re vera de filio nostro, confidimus, petere a[a] vobis aliqua fiducialiter[b] provocamur[c] arbitrantes, quod minime nos patiamini contristari, maxime in tali re, unde vestra anima multum poterit adiuvari. Indicamus autem propter ecclesias beatorum Petri ac[d] Pauli aliquantas nobis trabes necessarias esse. et ideo Savino subdiacono nostro iniunximus, ut[e] de partibus Britiorum[f] aliquantas incidere et usque ad mare in locum aptum trahere debeat. Et quia in hac re solaciis[g] indiget, salutantes gloriam vestram paterna caritate petimus, ut actionariis vestris qui in illo loco sunt deputetis, ut homines qui sub eis sunt cum bobus suis in eius transmittere solacium debeant, quatenus vobis concurrentibus melius quod ei[h] iniunximus possit perficere. Nos enim promittimus, quia, dum res perfecta fuerit, dignum vobis exenium, quod non sit iniuriosum, transmittimus[i]. Nam scimus nos considerare et filiis nostris, qui bonam nobis voluntatem exhibent, respondere. Unde iterum petimus gloriose fili[k], ut ita facere debeatis, ut et nos vobis possimus esse pro praestito beneficio debitores et vos mercedem pro sanctorum[l] ecclesiis habeatis.

IX, 127.

Gregorius I. papa Stephano (episcopo et Venerio, Vibonensi episcopo,) scribit de hominibus bobusque Savino subdiacono ad trabes ecclesiis SS. Petri et Pauli necessarias ad mare trahendas auxilio mittendis. *599, Febr.—Apr.*

Codd. C: cap. 14.
Edd. M: Lib. XII. ep. 23; G: Lib. X. ep. 27. — Iaffé Reg. 1653 (1457).

GREGORIUS STEPHANO.

Quamvis fraternitatem vestram officii sui qualitas pro ecclesiarum utilitatibus ultro solaciari commoneat[a], non tamen ab re est, si illud ex[b] abundanti nostra hortetur epistola, quod facere vos prona convenit voluntate. Proinde in ecclesiis[c] beatorum Petri et Pauli trabes esse valde necessarias fraternitati vestrae duximus indicandum[d]. Et quia Savino subdiacono, ut aliquantas incidere et usque ad mare debeat trahere, unde hic[e] adduci valeant, iniunximus atque in ea re eum manifestum est opus habere solaciis, sanctitas vestra ei, ut potuerit[f], toto studio totaque intentione opem ferre studeat ac in eius solacio boves hominesque transmittat, ut nullam excusationem inveniat, sed quae ei praecepimus, vobis opitulantibus explere sufficiat. Ita ergo fraternitas vestra faciat, ut ei se in quantum valet impendat. Nam quantum praedicti subdiaconi[g] culpa[h] est, si vobis concurrentibus piger extiterit, tanto culpabilius erit et gravius, si qua se occa-

IX, 126. a) *om.* a *C 1. 2, sed add. m. 2 C 2 in ras.;* a *Paul., sed quidam codd. eius* preterea *vel* propterea. b) fiducialer *C 1.* c) provocamus *C.* d) *ita C 2. 3 cum Pauli plurimis codd.;* et *C 1.* e) ut *om. Paul.* f) Britiorum *C 1. 2;* Briciorum *C 3.* g) solacii *C 3.* h) *ita cum Paulo C 2. 3;* ei *om. C 1.* i) *ita cum aliquot Pauli codd. C:* transmittemus *cet. Pauli codd.* k) *ita Paul.:* gloriosissimum filium *C.* l) suorum *C 1. 2.*

IX, 127. a) *ex* commoveat *corr. C 2 m. 2.* b) et *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.* c) acclesiis *C 1.* d) indagandum *C 3.* e) *in* huc *corr. C 2 m. 2.* f) oportuit *C 1.* g) subdiacono *C 1.* h) culpae *C 1.*

IX, 126. Cf. ep. IX, 124 s. et ep. seq.

sione fraternitas vestra aut excusare aut indevota, quod non credimus, monstrare voluerit.

Addendum Venerio episcopo[1]: Debes autem scire hanc[i] fraternitati tuae curam vehementer incumbere, cuius ecclesiae trabes ipsas olim cultu[k] proprio consueverat procurare.

IX, 128.

Gregorius I. papa Romano defensori mandat, ut Petrum defensorem, de massa iuris ecclesiae Romanae, quae Iutelas dicatur, oriundum, commoneat, „ne filios suos foris alicubi in coniugio sociari praesumat, sed in ea massa, qua lege ex condicione ligati sunt, socientur". 599, Febr.—Apr.

Codd. C: cap. 15.
Edd. M: Lib. XII. ep. 25; G: Lib. X. ep. 28. — Iaffé Reg. 1654 (1458).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Petrus[a], quem defensorem fecimus, quia de massa iuris ecclesiae nostrae quae Iutelas[b] dicitur oriundus sit[c], experientiae tuae bene est cognitum. Et ideo quia ita circa eum benigni debemus existere, ut tamen ecclesiae utilitas non laedatur, hac tibi praeceptione mandamus, ut eum stricte debeas commonere, ne filios suos quolibet[d] ingenio vel excusatione foris alicubi in coniugio sociare praesumat, sed in ea massa, qua lege ex[e] condicione ligati[f] sunt, socientur[1]. In qua re[g] etiam et[h] tuam omnino necesse est experientiam esse sollicitam atque eos terreri, ut qualibet occasione de possessione, cui oriundo[i] subiecti sunt, exire non debeant. Nam si quis eorum exinde, quod non credimus, exire praesumpserit, certum illi sit, quia noster numquam concessus aderit, ut foris de massa, in qua nati sunt, aut habitare aut debeant sociari, sed[k] super scripta terra eorum. Atque tunc sciatis vos non leve periculum[l] sustinere, si vobis neglegentibus quisquam ipsorum quicquam de his quae prohibuimus facere qualibet sorte temptaverit.

---

i) hunc *codd. n.* k) culta *C 1. 2, sed corr. C 2 m. 2.*

IX, 128. a) Petrum *codd. n.* b) Utelas *C 3.* c) *om.* sit *C 1. 2.* d) quodlibet *C 3.* e) ex *C 2. 3;* et, *ut videtur, C 1.* f) legati *codd. n.* g) se *C 1;* rem *C 2. 3.* h) ex *C 3.* i) oriunde *C 1.* k) et *add. codd. n.;* nisi de *coni. Mommsen.* l) periculo *codd. n.*

IX, 127. Cf. ep. praecedentes. — De Stephano episcopo cf. ep. XIII, 21 et IX, 129 n. 6. 1) Venerio, ep. Vibonensi, cum aliis episcopis Bruttiorum ep. IX, 134 et cum Stephano ep. XIII, 21 missa est. — Ex hoc addendo intellegimus hanc ep. a paribus scriptam esse Stephano et Venerio; an etiam ceteris Bruttiorum episcopis?

IX, 128. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. 1) De originariis cf. ep. IV, 21 n. 4 et de nuptiis rusticorum *ep. I, 42 p. 65 n. 1. Nota colonos massae ligatos esse; cf. C. I. XI, 48, 13, 1. —*

MENSE APRILI INDICTIONE II.

IX, 129.

Gregorius I. papa Savino subdiacono mandat, ut una cum Paulino (Taurianensi), Proculo (Nicoterensi), Palumbo (Consentino), Venerio (Vibonensi), Marciano (Locrensi) episcopis de cleri Regiensis et Bonifatii episcopi lite cognoscat. *599, Apr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 73; C: cap. 16.
Edd. M: Lib. IX. ep. 47; G: Lib. VII. ind. II. ep. 46. — Iaffé Reg. 1655 (1207).

GREGORIUS SAVINO SUBDIACONO.

Clerus[a] ecclesiae Regitanae multa contra[b] reverentissimum fratrem nostrum Bonifatium[c] episcopum suum[1] data nobis petitione conquestus est petens, ut ad nos debuisset habere veniendi licentiam, quatenus causae ipsae hic suptiliter probarentur. Sed quia nos interim praedictum fratrem nostrum hic[d] modo non praevidimus deducendum, visum nobis est illic deputare causam eadem[e] cognoscendam. Et ideo mediis sacrosanctis evangeliis experientia tua una cum Paulino[2], Proculo[3], Palumbo[4] vel Venerio[5] atque Marciano[6] reverentissimis fratribus coepiscopisque nostris sine cuiusquam personae respectu tam clericorum querellam, quam adversus suum, sicut diximus, habet[f] episcopum, vel si quam forte ille contra eos[g] habuerit, cum omni aequitate ac sollicitudine perscrutetur et, quicquid in veritate cognoverit, nobis una cum praedictis fratribus[h] nostris suptiliter diligenterque significet, ut renuntiatione experientiae vestrae[i] redditi certiores, quid fieri debeat, decernamus.

IX, 130.

Gregorius I. papa Romano defensori mandat, ut una cum Iohanne, episcopo (Syracusano), Laurentium, virum clarissimum, praesentium latorem, „pro rationibus nonae et decimae indictionis faciendis" missum apud Leontium, gloriosissimum (exconsulem), adiuvet in explicandis Bonifatii quondam numerarii fortunis, quarum partem ille xenodochio ad S. Petrum constituto reliquerit. *599, Apr.*

Codd. C: cap. 17.
Edd. M: Lib. XII. ep. 15; G: Lib. X. ep. 16. — Iaffé Reg. 1657 (1447).

Mense *cet.: ita R 1. R* 1. Vat. B. F. (ed. M)*; mār (*pro* apr.) *ϱ* 2. 3.*

IX, 129 deest in ϱ 1. — Titulum et numerum om. C 3, sed add. argumentum:* de iuramento *(cf. ep. IX, 119. 134.)* — Sabino *R 1;* Savino *cet.* a) Clericus *C 1.* b) contra *om., sed m. 2 add. C 2.* c) Bonafacium *C 1.* d) *in* huc *corr. m. 2 C 2.* e) eandem *ϱ* 2. 3: cf. ep. IX, 134 n. f).* f) *ita codd. n.: cf. ep. IX, 134 n. n).* g) contra eos ille *C.* h) fratribus *om. C.* i) experientiae *om. codd.;* vestre *C 1. R 1. ϱ 1;* vestra *cet.*

IX, 129. De Savino, rectore patrimonii Bruttiorum, cf. ep. IX, 110 n. — De eadem causa, de qua hac, agitur ep. IX, 134, ubi noster iisdem fere verbis utitur. 1) De Bonifatio, ep. Regiensi, cf. ep. III, 4 n. 2) De Paulino, ep. Taurianensi, cf. ep. I, 38 n. 1. VII, 19 n. 4. 3) De Proculo, ep. Nicoterensi, cf. ep. IX, 120 n. 1. 4) De Palumbo, ep. Consentino, cf. ep. VIII, 3 n. 3. 5) De Venerio, ep. Vibonensi, cf. ep. IX, 127 n. 1. 6) De Marciano, ep. Locrensi, cf. ep. VII, 38 n. 4. — Praeter hos episcopos in Bruttiis occurrunt Iohannes, ep. Scyllacensis, qui in ep. VIII, 32 ultimo commemoratur, et Stephanus, incertae sedis episcopus, de quo cf. ep. IX, 127. XIII, 21; alia civitas episcopalis, Croton, tribus annis ante a Langobardis capta erat: cf. ep. VII, 23 p. 467 n. 5.

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Experientiam tuam[a] non latet in rationibus quondam[b] Bonifatii[c] numerarii nostrum secundum aliquid interesse, propter quod partem aliquam substantiae suae xenodochio, quod ad beatum Petrum apostolorum[d] principem constitutum est, dereliquit[e] et suam nobis coniugem commendavit. Et ideo quia Laurentius vir clarissimus praesentium portitor pro rationibus ipsis, id est nonae ac decimae indictionis[f], faciendis transmissus est, huius tibi serie praeceptionis iniungimus[g], ut ei hac in causa, quocumque necesse fuerit, praebere solacia atque cum aequitate servata iuvare festines, quatenus, dum te[h] sollicito rationes ipsae salubriter fuerint terminatae, et pauperum fiat utilitas et mulieris quae commendata est quies[i] procuretur atque securitas. Quia vero nosti[k], quem ad modum causae et maxime tales agantur, si forsitan videris, quia rationes ipsae finiri sine dispendio non possunt, ad gloriosissimum Leontium una cum reverentissimo fratre et coepiscopo nostro Iohanne [1] te ire necesse est et communi cum eo consilio agere et, ad quantum potueritis deloqui, ei[l] promittere, quicquid vel ipsi vel diversis dandum suffragatoribus fuerat, dum modo per partes non eat, sed celerius finem accipiat[2]. Illud autem prae omnibus tractare vos convenit, utrum cum praedicto gloriosissimo viro, antequam rationes ipsae incipiantur aut certe loqui[m] propter ea debeatis, ne forte causa in examinatione missa vobis postea ad decidendum difficultatem adducat. Sed quia melius in praesenti, quid oporteat, poteris advertere, quod utilius visum fuerit, agite. In hac tamen promissione sollicitos vos esse[n] necesse est, ut, omnia inibi comprehensa, pro totius causae decisione plura solidis . .[o] nullo modo promittantur, indicantes ei, si causa exegerit, quia pauper omnino defunctus est. Quod ut ita esse cognoscat, exemplar[p] rerum inventarii[q] de substantia ipsius tibi praevidimus dirigendum. Quod si forte ad praedictam solidorum quantitatem consentire noluerit, eligimus hoc quod pervenit ad xenodochium reddere, quam inanem invidiam[r] sustinere. Si vero consenserit, studiose agendum est, ut exinde securitas[3] emittatur, quatenus post datam pecuniam et[s] decisionem causae recidiva exinde alterius[t] nullo modo valeat quaestio suscitari. Quod autem dederis, tuis noveris rationibus imputandum.

IX, 131.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, latores praesentium, qui a Maurentio (magistro militum) missi sint ad percipiendum precarium, commendat. Quibus ut Menam notarium deputet, petit. *599, Apr.*

Codd. C: cap. 18.

Edd. M: Lib. XII. ep. 5; G: Lib. X. ep. 5. — Iaffé Reg. 1658 (1435).

IX, 130 in titulo: item cui supra *(cf. ep. IX, 128) C* 1.* a) *om.* tuam *codd. n.* b) *ita scr.;* quod *codd. n.* c) Bonefatii *C 1;* Bonifacii *C 3.* d) apostolum *C 3.* e) dealiquid *C 1;* deliquid *C 2. 3, sed in* dereliquid *corr. m. 2 C 2.* f) *ita edd.;* inde *codd. n.* g) preceptione iungimus *codd. n.* h) tum te *C 1. 2;* tantę *C 3.* i) quiest *C 1;* quieti *in* quies *corr. C 2.* k) Qui vero nostri *codd. n.* l) eloqui et *coni. Mommsen;* eique *C 3.* m) eloqui *C 1;* promittere a. c. eloqui *scr. Mommsen.* n) esse *om. C 1. 2.* o) *numerus deesse videtur.* p) exempla *C 2.* q) *m. 2 corr. in* iuventa *C 2.* r) invidia *codd. n., sed C 2 m. post. suppl.* m. s) ut *codd. n.* t) ulterius *coni. Mommsen.*

IX, 130. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. — De eadem quaestione, de qua hac, agit noster ep. IX, 63. 1) *De Iohanne, ep. Syracusano, cf. ep. VI, 18 n.* 2) *Cf. ep. II, 38 p. 137 l. 9 ss. Ex his et similibus locis apparet innumerabiles leges ab imperatoribus contra largitiones magistratuum latas pro nihilo fuisse.* 3) securitas *idem fere atque cautio,* Quittung; *cf. e. g. Diurn. f. 103 s.*

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Postquam gloriosissimo filio nostro Maurentio[1] hoc apud vos solum potest sufficere, quod eum nostrum esse proprium non nescitis, qualiter ei a vobis sit concurrendum, scribere non debemus. Sed ne data occasione fraternitatem vestram in causam ipsius praetermittere videamur, latores praesentium commendantes hortamur, ut, quia eos pro percipiendo precario[a][2] suo illic[b] noscitur transmisisse, vestra ope in omnibus fulciatur. Cui ut melius praestare possetis, quia vos in multis esse non est dubium occupatos, Menam notarium, quia bene novit esse sollicitus, deputate[c], ut ipse eos vestro nomine in cunctis, ubi necesse fuerit, studeat adiuvare, quamquam[d], quid agere debeant, dato[e] sibi capitulari[f], ut perhibent, sunt instructi. Cumque ego sanctitatem vestram sua in praesenti relatione informaverim, ita vos in eius causis impendite, ut, sicut et nos de fraternitate vestra certi sumus et ille omnino confidit, vobis suffragantibus utilitas ipsius adiutore deo salubriter peragatur.

IX, 132.

Gregorius I. papa Hilaro notario mandat, ut missam cum Vitali, praesentium latore, ad Adeodatam abbatissam navem „ab omni angaria vel onere exuere excusareque" festinet. *599, Apr.*

Codd. C: cap. 19.
Edd. M: Lib. X. ep. 67; G: Lib. VIII. ep. 64. — Iaffé Reg. 1660 (1349).

GREGORIUS HILARO NOTARIO.

Navem in qua Vitalis praesentium portitor navigat ad[a] dilectissimam filiam nostram Adeodatam abbatissam pro sustentatione monasterii sui emissam[b] cognoscas. Qua[c] illic veniente hac tibi auctoritate praecipimus[d], ut ita eam in cunctis tuearis atque ab omni angaria vel onere exuere excusareque festines, ac si specialiter nostra sit. Nam sicut nosti[e], tanta in eodem monasterio Deo propitio degere congregatio comprobatur, ut plus illi solaciari atque concurrere quam nostrae in omnibus festinemus ecclesiae. Et ideo postquam voluntatem nostram experientia tua circa praedictum monasterium talem esse cognoscit[f], ita[g] in tuitione se[h] saepe dictae, sicut diximus, navis impendat, ut te illic posito nullam illic moram vel impedimentum ab aliquo valeat sustinere. Nam si, quod[i] non credimus, in aliquo neglegens esse temptaveris, vehementer te nostram noveris offensam incurrere.

IX, 131 in titulo: Mauritano *C 1;* Mariniano *corr. post. m. in* Mauriano *C 2; in arg. C 1. 2* Mauriano, *sed corr. in* Mauriniano *C 1;* Mauriniano *C 3* — Ravenn̄ *C 1. 2;* Ravenna *C 3;* Ravennati *C* 1;* Ravennę *C 1. 2 in arg.* a) precari *C 3.* b) *in* illuc *corr. m. 2 C 2.* c) deputare *C 2.* d) *ita scr. Mommsen;* quam *codd. n.* e) data *codd. n.* f) capitulare *codd. n.*

IX, 132 in titulo: ita C 1 in ind. C 2. 3; Hylaro *C 1 et* Hilario *C 1. 2 in arg.* a) ad *om. codd. n.* b) emissa *codd. n.* c) quia *codd. n., sed corr. C 2 m. 2* — illic *in* illuc *corr. C 2 m. 2.* d) praecimus *C 2, sed corr. m. 2.* e) nostri *codd. n., sed corr. m. 2 C 2.* f) *ex* cognoscat *corr. C 2.* g) ut *add. C 1.* h) se *om. codd. n.* i) sicut (*pro* si quod) *codd. n.*

IX, 131 una cum ep. IX, 133 translata. — De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. — 1) De Maurentio, magistro militum, cf. ep. VIII, 12 n. 1. 2) De hoc verbo cf. ep. II, 45 p. 144 n. 8. Nota rogam magistro mil. Campaniae Ravennae numerari: cf. ep. IX, 240.

IX, 132 transmissa per Vitalem quendam. — De Hilaro, notario vel chartulario, rectore patrimonii Africae, cf. ep. I, 73 n. 2.

IX, 133.

Gregorius I. papa Theodoro curatori commendat latores praesentium, quos Maurentius, magister militum, ad accipiendum precarium miserit. 599, *Apr.*

Codd. C: cap. 20.

Edd. M: Lib. XII. ep. 6; G: Lib. X. ep. 6. — Iaffé Reg. 1659 (1436).

GREGORIUS THEODORO CURATORI.

Quia de gloria vestra sicut de carissimo revera filio omnino praesumimus[a], certi[b] vobis eos qui nostri sunt commendamus. Ob quam rem paterno salutantes affectu quaesumus[c], ut praesentium portitoribus, quos gloriosissimus Maurentius magister militum ad precarium suum accipiendum transmisit, vestram tuitionem impertire dignemini, quatenus vobis patrocinantibus nec moram illic contra rationem nec laborem debeant sustinere, sed quicquid praedicto gloriosissimo viro competit, gloriae vestrae opitulatione sine difficultate percipiant, ut et ipse vestris amplius sit devotus obsequiis et nos pro eo referre gratias, sicut dignum est, valeamus.

IX, 134.

Gregorius I. papa Paulino Taurianensi, Proculo Nicoterensi, Palumbo Consentino, Venerio Vibonensi, Marciano Locrensi episcopis, ut cum Savino ad cognoscendam causam inter Bonifatium episcopum et clerum Regiensem conveniant, praecipit. 599, *Apr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 74; C: cap. 21.

Edd. M: Lib. IX. ep. 48; G: Lib. VII. ind. II. ep. 47. — Iaffé Reg. 1656 (1208).

GREGORIUS PAULINO EPISCOPO TAURENENSI, PROCULO EPISCOPO NICOTERAE, PALUMBO EPISCOPO CONSENTIAS, VENERIO EPISCOPO VIVONENSI, MARCIANO EPISCOPO LOCRIS.

Clerus ecclesiae Regitanae multa[a] contra reverentissimum fratrem nostrum Bonifatium episcopum suum data nobis petitione conquestus est petens, ut ad nos debuisset[b] habere veniendi licentiam[c], quatenus causae ipsae hic suptiliter probarentur. Sed quia nos interim praedictum fratrem nostrum hic[d] modo non praevidimus[e] deducendum, visum nobis est illic deputare causam eadem[f] cognoscendam; et ideo mediis[g] sacrosanctis evangeliis fraternitas vestra una cum Savino[h] subdiacono[i] resideat et, sicut officio est[k] sacerdotali conveniens, sine cuiusquam personae[l] respectu, tam clericorum querellam, quam adversus suum, sicut[m] diximus, habet[n] episcopum, vel, si quam forte ille contra eos habuerit, cum omni aequitate ac sollicitudine perscrutetur et, quicquid in veritate cognoverit, nobis suptiliter diligenterque significet, ut renuntiatione fraternitatis vestrae redditi certiores, quid fieri debeat, decernamus.

IX, 133. a) *ex* praevidemus *corr. m. 2 C 2.* b) certis *C 1.* c) quaesomos *C 1. 2, sed corr. m. 2 C 2;* q̄s *C 3.*

IX, 134 deest in ϱ 1. — In titulo:* Taurenensis *R 1;* Taurensis *ϱ* 2. 3;* Taurensi *C* — Nicotera *C 2;* Nicotena *C 3;* Nicoterat. *C 5* — Vivo meñs *ϱ* 2. 3;* Vivo mēn *R 1;* Vivonensi *C 1. 5;* Vivoneñ, *suprascr. m. 2* si *C 2;* Vinonensi *C 3* — Mariano *C 1* — Locris *C;* Lucris *R 1. ϱ* 2. 3* — *addit titulo:* de iuramento *C 3* *(cf. ep. IX, 119. 129).* a) multa *om. C.* b) debuissent *C.* c) venire licentia *R 1.* d) *in* huc *corr. m. 2 C 2.* e) providimus *R 1.* f) eandem *ϱ* 2. 3;* eadem *cet., sed corr. m. rec. C 2; cf. ep. IX, 129 n. e).* g) mediis *om. C.* h) Sabino *R 1. C 1.* i) *addit* nostro *R 1.* k) est officio *R 1.* l) personare *C 3.* m) ut *C.* n) *ita codd. n.; cf. ep. IX, 129 n. f).*

IX, 133. Cf. ep. IX, 131. — De Theodoro cf. ep. IX, 44 n.

IX, 134. De causa, de qua in hac ep. agitur, et de personis, ad quas data est, cf. ep. IX, 129. —

IX, 135.

Gregorius I. papa Anastasio, episcopo Antiocheno, susceptum munus gratulatur. Pro vita imperatoris et eius coniugis atque subolis orandum esse docet, quod eorum temporibus haereticorum ora conticescant. Addit de falsis quibusdam capitulis in codice quodam ad synodi Ephesinae acta annexis ac de simonia vitanda. *599, Apr.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 75; C: cap. 22.
Edd. M: Lib. IX. ep. 49; G: Lib. VII. ind. II. ep. 48. — Iaffé Reg. 1661 (1209).

GREGORIUS ANASTASIO ANTIOCHENO.

Fraternitatis tuae scripta[a] suscepi[b] professionem fidei recte servantia[c] [1] magnasque omnipotenti Deo gratias retuli, qui et inmutatis gregis sui pastoribus fidem, quam semel sanctis patribus tradidit, etiam post eos inmutabilem custodit. Praedicator autem egregius dicit[d]: 'Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, 1. Cor. 3, 11. qui[e] est Christus Iesus'. Quisquis ergo cum[f] dilectione Dei et proximi fidei, quae in Christo est, firmitatem tenet, eundem Iesum Christum Dei et hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandum ergo est, quia, ubi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur[g] aedificium. Ipsa quoque per se veritas dicit: 'Qui non intrat Ioh. 10, 1. per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro: qui autem intrat per ostium, pastor est ovium'. Quae paulo post subicit[h] dicens: 'Ego sum ostium'. Ille Ioh. 10, 7. ergo ad ovile ovium intrat per ostium, qui intrat per Christum. Ipse autem per Christum ingreditur, qui de eodem creatore ac redemptore humani generis vera sentit et praedicat[i] et[k] praedicata custodit, culmen regiminis ad[l] officium portandi[m] oneris[n] suscipit[o], non ad[p] appetitum gloriae transitorii honoris[q]. Curae quoque suscepti ovilis[r] sollerter invigilat, ne oves Dei aut perversi homines prava loquentes dilanient aut maligni spiritus[s] oblectamenta vitiorum suadentes devastent[t].

Certe beatum Iacob, qui pro uxoribus diu servierat, dixisse meminimus: 'Viginti Genes. 31, 38. annis fui tecum, oves tuae et caprae steriles non fuerunt. Arietes gregis tui non comedi nec captum a bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam, quicquid furto perierat, a me exigebas. Die noctuque aestu urebar[u] et gelu, fugiebat somnus ab oculis meis[v].' Si igitur sic laborat et vigilat, qui pascit oves Laban, quanto labori[w] quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui propter nos homo factus est, qui dignatus est fieri quod fecit. Ipse et infirmitati meae et tuae caritati spiritum sui amoris infundat atque in omni sollicitudine custodiat[x], circumspectionis[y] oculum nostri cordis aperiat.

Quod vero ad sacros ordines rectae fidei viri producantur[z], eidem omnipotenti Deo[a] gratiae sine cessatione solvendae sunt et pro vita piissimi et christianissimi domni nostri imperatoris et tranquillissima[b] eius coniuge et mansuetissima subole semper orandum

IX, 135 deest in ϱ 1. — In titulo:* epo *post* Anast. *add. R* 1* — Antiochen *abbr. R 1;* Anthiocnm *C 1;* Anthioch *C 2 (etiam in ind.);* Anthiocheno *C 1 in ind.* a) scriptę *C 1.* b) suscepimus *C.* c) servandam *C.* d) dicitur *C 3.* e) quod *ϱ* 2.* f) *om.* cum *C 3.* g) sequantur *C 3.* h) subiecit *C 2. 3.* i) et praedicat *om. C 1.* k) *om.* et *R 1. ϱ* 2.* l) *delet* ad *R 1.* m) ortandi *C 1. 3;* hortandum *in* hortandi *corr. C 2.* n) orneris *C 1. 2, sed corr. C 2.* o) suscepit *C 1. 2.* p) ad *deest R 1. ϱ*; post suppl. C 1;* ad petitum *C 3.* q) *ex* horneris *corr.* honoris *m. 2 C 2.* r) oculis *C 3.* s) malignis spiritibus *C 1.* t) devastant *C 1.* u) verebar *C 1.* v) *om.* meis *R 1.* w) labore *R 1.* x) *ex* custodia *corr. R 1.* y) *add. m. post.* que *R 1.* z) producuntur *C.* a) omnipotentis Dei *C, sed corr. C 2 m. 2.* b) tranquillissimae *C.*

IX, 135. Anastasio, patriarchae Antiocheno, (cf. ep. I, 7 n. V, 41 n.) a. 598 in f. vel a. 599 ineunte successit alter Anastasius: cf. Theophan. p. 281 ed de B. ad a. 6093. Occisus est m. Sept. a. 610 teste Chron. pasch. p. 699 B; cf. Theophan. ad a. 6101. 1) *Confessio fidei synodicae, quam Anastasius transmiserat, inserta fuerat secundum morem: cf. ep. I, 24 n. VII, 5 p. 447 n. 3.*

est, quorum temporibus hereticorum ora conticescunt, quia, etsi eorum corda in[c] insania perversi sensus ebulliunt, catholici tamen imperatoris tempore prava quae sentiunt eloqui non praesumunt.

Praeterea dum de sanctorum[d] conciliorum custodia tua fraternitas loqueretur, sanctam Ephesinam se primam synodum custodire professa est. Sed quia ex adnotatione heretici codicis, qui ad me ex regia urbe transmissus est[2], agnovi per[e] hoc, quod quaedam catholica capitula cum hereticis fuerant reprehensa, quia quidam[f] illam Ephesinam primam[g] synodum in eadem urbe[h] existimant, quae quondam[i] ab hereticis traditur[k] esse composita, omnino necesse est, ut caritas vestra eandem[l] synodum apud sanctam Alexandrinam atque Antiochenam[m] ecclesiam requirat et, qualiter in veritate habeatur, inveniat; vel, si placet, hinc dirigimus quae ab antiquitate servata in scriniis habemus. Illa enim synodus, quae sub primae Ephesinae imagine facta est, quaedam in se[n] oblata capitula[o] asserit adprobata, quae sunt Caelestini[p] atque Pelagii praedicamenta. Et cum Caelestinus[q] atque Pelagius in ea synodo sint[r] damnati, quomodo poterant illa capitula recipi[s], quorum damnabantur auctores?

Quia vero pervenit ad nos in orientis ecclesiis nullum ad sacrum ordinem nisi ex praemiorum datione pervenire[t 3], si ita esse[u] vestra fraternitas agnoscit, hanc primam oblationem omnipotenti Domino offerat, ut a subiectis sibi ecclesiis errorem simoniacae hereseos compescat. Nam, ut alia taceam, quales esse in sacris ordinibus poterunt, qui ad hoc non merito, sed praemiis eveluntur?

Omnipotens Deus[v] dilectionem tuam gratia caelesti custodiat et de his qui sibi commissi sunt fructum multiplicem ac mensuram superaffluentem ad aeterna gaudia reportare concedat[w].

IX, 136.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Matheo, viro clarissimo, scolastico duodecim solidos tribuat. *599, Apr.*

Codd. C: cap. 23.
Edd. M: Lib. XII. ep. 2; G: Lib. X. ep. 2. — Iaffé Reg. 1662 (1432).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Quotiens digna consideratione sustentationis causa aliqua merentibus conceduntur, et Deum laetificant[a] et ipsum ditant sine dubio largientem. Ideo experientiae tuae hac auctoritate praecipimus, quatenus Matheo viro clarissimo scolastico[1] duodecim solidos

c) *om.* in *C 2. 3.* d) superscriptorum *C.* e) *om.* per *C.* f) quadam *C 3.* g) illam *C 3.* h) *R 1 supra lineam post. add.* non; *in ϱ* 2 post* 'urbe' *rasurae unius litterae.* i) quod *C.* k) *pro* traditur: tratum *C 1. 2; in* tractum *corr. C 2 m. 2.* l) eadem *C 1. 2.* m) Antheocenam *C 1;* Anthiocenam *R 1.* n) re *C 2. 3, sed corr. C 2.* o) capitulata *C 3.* p) Caelestini *C; R 1* Cęlestii *corr. in* Cęlestini; Celestii *ϱ* 2. 3.* q) Caelestinus *C; R 1* Cęlestius *corr. in* Cęlestinus; Celestius *ϱ* 2. 3.* r) sunt *C.* s) *om.* recipi *C.* t) *ex* pervenit *corr. C 2 m. 2.* u) esset *C 1;* est et *C 2.* v) *om.* Deus *C.* w) concedant *R 1.*

IX, 136 in titulo: Camp̄ *abbr. C 2.* a) *ex* letificat *corr. C 2.*

2) *Cf. ep. VI, 14 et quae n. 3 ib. adnotari.* 3) *Cf. ep. V, 58 p. 369 n. 4.*

IX, 136. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n. 1) *De scolasticis cf. ep. I, 3 n. V, 34 n.*

dare non differas, quos[b] tuis scito rationibus[c] procul dubio imputandos. Ita ergo cum gratiarum actione iussionem nostram festines[d] implere, ut nulla accipientem possit fatigare[e] dilatio.

IX, 137.

Gregorius I. papa Bonae abbatissae eiusque congregationi ancillarum Dei, cuius monasterium, in quo antea fuerit, in ruinis sit, oratorium in urbe Roma iuxta thermas Agrippinas, quod Iohannes, presbyter Romanus, testamento in monasterium servorum Dei mutari voluit, cum reditibus ab eodem testatore legatis concedit. *599, Apr.*

Codd. R et ρ: Indictio I. II. cap. 76; C: cap. 24.

Edd. M: Lib. III. ep. 37; G: Lib. V. ep. 44 et Lib. VII. ind. II. ep. 49. — Iaffé Reg. 1425 (877).

GREGORIUS BONAE ABBATISSAE.

Ecclesiastica damnum non sentit utilitas, si res aliis competentibus cognita veritate restituat. Cognovimus itaque[a] Iohannem quondam[b] presbyterum sanctae Romanae cui Deo auctore deservimus ecclesiae in domo[c] iuris[d] sui posita[e] in hac urbe Roma iuxta thermas Agrippianas[f] oratorium construxisse atque[g] illic quosdam reditus legati titulo reliquisse[g]; in quo etiam oratorio servorum Dei congregationem esse constituit: et[h] haec omnia ut[i] debuissent impleri, testamenti sui pagina sanctae memoriae Pelagio decessori nostro mandaverat. Sed quia morte occupatus hoc non occurrit implere et domus ipsa cum horto suo ab actoribus nostrae ecclesiae detinetur, iustitiae nos ratio vehementer invitat[k] huiusmodi piae dispositionis arbitrium[l] adimplere. Sed quoniam illic pro difficultate temporis nova servorum Dei congregatio adhiberi non potuit, feminarum saltem ibi congregationem constituendam[m] esse decrevimus atque ideo et locum ipsum sollemniter dedicare et[n], quia monasterium tuum, ubi prius fuisti, in ruinae erat[o] periculo constitutum, te illic cum congregatione tua constituere Deo annuente prospeximus, quatenus et in suprascriptae domus monasterio[p] iuxta voluntatem defuncti Domino redemptori nostro serviens habitare congregatio debuisset et inminens potuisses[q] periculum evitare. Praeterea considerantes ante dicti presbyteri voluntatem perpetuo illic tempore monasterium esse atque ad id eandem domum in integro[r] cum horto suo et rebus inferius designatis, quae a testatore relictae sunt[s], proprietatis iure constituimus pertinere: id est massam Magulianensem[t] cum appendicibus[u] suis[v] via Numentana miliario plus minus XI°, tabernam[w] in hac urbe, quae est posita iuxta Pallacenis[x], et[y] salganum positum ante domum suprascripti[z] monasterii. His igitur ita concessis atque dispositis dilectio tua[a] diligenter invigilet, ut et Dei illic laudes salubri studio devotissime, ut moris est, celebrentur[b] et suprascriptae[c] res ad ius ipsius pertinentes nulla

b) quod *C 3.* c) scit *(o erad.)* rat. *C 2;* sit orationibus *C 3.* d) festinens *C 1;* festinans *C 2. 3.* e) fatigari *codd. n.*

IX, 137 deest in ρ 1. — In titulo:* abbatis *R 1.* a) quod *hic add. ρ* 2. 3.* b) *ita ρ* 2. 3;* quod *R 1;* quendam *C.* c) dominio *C.* d) viri *ex* viris *corr. R 1.* e) possessione *C.* f) Agripianas *ρ* 2. 3. C 3.* g) *verba* atque *usque* reliquisse *om. C 1.* h) ut *R 1. ρ* 2. 3.* i) ut *om. ρ* 2. 3.* k) *ita C et ex* intuitat *corr. R 1;* incitat *ρ* 2. 3.* l) cuiusmodi p. d. arbitrio *C 2.* m) construendam *C.* n) et *om. R 1. ρ* 2. 3.* o) est *C.* p) in nostrae dominationis monasterium *C.* q) potuisset *C 2.* r) in *om. C;* in agro *C 3.* s) sunt *om. C 1.* t) Magilianensem *C.* u) apenditiis *ex* apendetiis *corr. ρ* 2.* v) suis *om. C.* w) taberna *codd. n.* x) Pallatinis *C 1;* Pallacinis *C 2.* y) eo *R 1. ρ* 2. 3.* z) subscripti *R 1;* nostri *C.* a) tua *om. C, sed suprascr. m. 2 C 2.* b) celebretur *C, sed corr. m. 2 C 2.* c) subscriptas *R 1;* suprascriptas *ρ* 2. 3;* nostras *C.*

IX, 137. Cf. ep. VI, 42 summa affinitate cum nostra coniunctam.

te neglegente occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem non solum te, sed etiam eas quae loco tuo successerint in praedicto monasterio et rebus superius designatis constituimus nihilominus exhibere.

MENSE MAIO INDICTIONE II.

IX, 138.

Gregorius Mariniano, episcopo Ravennae, significat Castorium, episcopum Ariminensem, ob diutinam valetudinem, postquam datis indutiis quadriennio a suis exspectatus esset, Romae se episcopatu abdicasse. Mandat, successorem electum citet probataque electione ad se mittat. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 77.
Edd. M: Lib. VII. ep. 19; G: Lib. VII. ind. II. ep. 50. — Iaffé Reg. 1663 (1097).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Qualiter ordinati a[a] nobis sacerdotis corporis, qua[b] notum est, impediente molestia Ariminensis ecclesia[c] pastorali hactenus[d] sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognovit[1]. Quem[e] dum habitatorum loci[f] illius precibus permoti saepius[g] hortaremur, ut, si se de[h] eadem capitis qua[i] detinebatur molestia melioratum esse sentiret, ad suam auxiliante Domino reverteretur[k] ecclesiam[l] datis indutiis in hoc est quadriennio expectatus[m]. Quem[n] dum nomine[o] cleri vel[p] civium illinc[q] venientium[r] nosque precibus urguentium[s] instantius hortaremur, ut, si valeret, cum eis auxiliante Domino remearet, data scriptis supplicatione nos petiit[t], ut, quia ad[u] eiusdem ecclesiae regimen vel susceptum officium pro eadem qua detinetur molestia adsurgere nullatenus posset[v], ecclesiae ipsi ordinare episcopum deberemus. Unde quia cunctarum ecclesiarum iniuncta nos sollicitudinis cura constringit, ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, illorum precibus huiusque ex sui[w] impossibilitate renuntiatione compulsi, visum nobis est eidem Ariminensi ecclesiae deberi episcopum ordinari, et datis ex more praeceptis clerum plebemque eiusdem ecclesiae non destitimus[x] ammonere, quatenus ad eligendum sibi antistitem concordi provisione concurrant[2]. Hortamur ergo, ut frater-

Mense *cet.: et codd. R. ϱ. ϱ*. R* et codd. C hoc datum exhibent: cf. ep. IX, 143 et N. A. III p. 577 ss.*

IX, 138 in titulo: Marianino *ϱ* 1. 4;* Martiniano *R* 1 in indicibus* — ēpō *recte ϱ* 2. 3. R* 1;* archiepō *R 1. ϱ* 1. 4.* a) ordinatio *ϱ* 1.* b) quia *R 1.* c) ecłę *R 1.* d) sacerdotali *hic add. ϱ* 1.* e) quę *ϱ*.* f) locis *R 1. ϱ* 1.* g) permotis ac piis *ϱ* 1.* h) sede *R 1;* se *om. cet.* i) quę *ϱ* 1.* k) revertetur *ϱ* 1.* l) qui *add. codd. n.* m) in quadrienniis expectatus est *ϱ* 2. 3;* quadrigemnio expectatū *ϱ* 1.* n) quaē (a *expung.*) *ϱ* 2;* quâ *ϱ* 3.* o) *ita scr.;* non *R 1;* nam *ϱ* 1; om. hoc verb. ϱ* 2. 3;* monitu *ed. M.* p) *ita ϱ* 2. 3;* clerus velut *R 1;* clerus vel *ϱ* 1.* q) illic *R 1. ϱ* 1.* r) venientem *ϱ* 1.* s) arguentium *codd. n.* t) petit *R 1.* u) qui ad *R 1;* quia de *ϱ* 1.* v) possit *ϱ* 2. 3.* w) exui *R 1;* ex uius *ϱ* 1.* x) destituimus *R 1.*

IX, 138. De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5; quem hic archiepiscopum appellari errore scriptoris archetypi factum esse credo; nam neque in epistulis neque in synodo Romana a. 649 Ravennates antistites archiepiscopi dicuntur; prima commemoratio archiepiscopi Rav. mihi occurrit in privilegio imperiali a. 666 (M. G. SS. rer. Lang. p. 350). — Cf. de hac electione ep. IX, 210. 1) De Castorio, ep. Ariminensi, agitur, de quo cf. ep. III, 24 n. 1 et N. A. VII p. 588 ss. 2) Ep. IX, 139.

nitas vestra eum quem uno consensu omnes elegerint sicut et ipsi[y] a nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat evocari; quem cauta[z] ex omnibus examinatione discutite[3]. Et si ea in eo quae in textu eptatici[a] morte multata[b] sunt, minime Domino fuerint opitulante repperta[c] atque fidelium personarum relatione eius vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti pagina vestrae[d] quoque addita[e] testificationis epistola destinate, quatenus eidem a nobis ecclesiae disponente Domino consecretur[f] antistes[g 3].

IX, 139.

Gregorius I. papa clerum et plebem Ariminensem hortatur, cum abdicaverit Castorius, ut episcopum eligant, qui cum Mariniani, episcopi Ravennatis, testimonio ad percipiendam consecrationem Romam veniat. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 78.
Edd. M: Lib. VII. ep. 20; G: Lib. VII. ind. II. ep. 51. — Jaffé Reg. 1664 (1098).

GREGORIUS CLERO ET PLEBI CONSISTENTI ARIMINO.

Pastoralis nos cura constringit ecclesiis sacerdotis moderamine destitutis sollicita consideratione concurrere. Et ideo quia[a] ecclesia vestra diu sacerdotis proprii corporis qua nostis impediente molestia pastorali est regimine destituta, vestris precibus permoti eundem episcopum non destitimus ammonere, ut, si ex eadem molestia se melioratum esse sentiret[b], ad suscepti sacerdotii debuisset ministerium remeare. Qui semel a nobis saepiusve commonitus eadem urguente[c] molestia nunc scriptis nobis supplicatione porrecta noscitur intimasse nullatenus se ad regimen eiusdem ecclesiae vel[d] susceptum officium impediente molestia adsurgere posse. Qua personae eius[e] desperatione compulsi necessarium duximus de ordinatione nos vestrae ecclesiae cogitare. Hortamur ergo, ut uno omnes eodemque consensu remoto[f] strepitu talem vobis praeficiendum eligatis auxiliante Domino sacerdotem, qui et a venerandis canonibus nullatenus respuatur et tanto ministerio dignus valeat repperiri. Qui dum fuerit postulatus cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus, quatenus ecclesia vestra disponente Domino proprium habere valeat sacerdotem. Volumus autem, ut eum quem unanimitas[g] vestra elegerit ad fratrem et coepiscopum nostrum Marinianum Ravennae sine dilatione aliqua perducatis, ut ab eo suptiliter inquisitus atque perspectus ipsius quoque ad nos veniens testimonio roboretur.

---

y) ipse *codd. n.* z) caute *ϱ* 1.* a) eptatice *ϱ* 1.* b) *ita ϱ* 2. 3;* mutata *R 1. ϱ* 1.* c) *hic in marg. add.:* id est si in nullo membrorum debilitatus fuerit *ϱ* 3.* d) ta vestra *ϱ* 1.* e) addita *om. ϱ* 1;* abdita *R 1.* f) consecraretur *ϱ* 1.* g) antistites *R 1.*

IX, 139 in titulo: consistenti *om. R* 1* — Arimiñ *abbr. ϱ* 1. 1;* Ariminiae *ϱ* 2. 3;* Ariminense *R 1;* Ariminensi *R* 1.* a) quia *om. codd. n.* b) et *add. ϱ* 1.* c) arguente *codd. n.* d) velut *R 1.* e) eius *R 1;* eiusdem *ϱ*.* f) premoto *R 1.* g) uniamitas *ϱ* 1.*

3) Nota electum episcopum Arimini, urbis in Pentapoli sitae, ab episcopo Ravenn. examinari, Romae a papa consecrari, episcopum Fori Cornelii, provinciae Aemiliae, cuius metropolis iam tunc Ravenna erat, ab episcopo Ravenn. consecrari: cf. ep. VII, 39 (n. 1); Loening, l. l. I p. 443 ss. Sed alias neque eiusmodi examinatio per ep. Ravennatem commemoratur (cf. ep. I, 55 s. II, 28.)

IX, 139. Cf. ep. praeced. et seq. atque de formula ep. I, 76. VI, 21 et ep. II, 40 n.

IX, 140.

Gregorius I. papa Sebastiano episcopo, ecclesiae Ariminensis visitatori, mandat, ut clerum plebemque Ariminensem de idoneo episcopo eligendo hortetur. 599, *Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 79.
Edd. M: Lib. VII. ep. 21; G: Lib. VII. ind. II. ep. 52. — Iaffé Reg. 1665 (1099).

GREGORIUS SEBASTIANO EPISCOPO.

Pastoralis nos cura constringit ecclesiis sacerdotis moderamine destitutis[a] sollicita consideratione concurrere. Et ideo quia Ariminensis ecclesia, cui fraternitas vestra visitationis impendit officium, diu sacerdotis proprii corporis qua nostis impediente molestia pastorali est regimine destituta, cleri[b] vel civium precibus permoti eundem episcopum non destitimus ammonere, ut, si ex eadem molestia se melioratum[c] esse sentiret, ad suscepti sacerdotii debuisset ministerium remeare. Qui semel a nobis saepiusve commonitus eadem urguente molestia nunc scriptis nobis supplicatione porrecta noscitur intimasse nullatenus se ad regimen eiusdem ecclesiae vel susceptum officium impediente molestia adsurgere[d] posse. Qua personae eius desperatione compulsi necessarium duximus de ordinatione nos eiusdem ecclesiae cogitare. Hortamur ergo, ut clerum plebemque[e] eiusdem ecclesiae sollicita debeatis ammonitione compellere, ut sibi cum Domini auxilio talem praeficiendum eligant sacerdotem, qui et aptus tanto ministerio valeat[f] inveniri et a venerandis canonibus nullo modo respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati, vestrarum quoque testimonio[g] litterarum huc sacrandus occurrat, quatenus ecclesia ipsa proprium auxiliante Domino habere valeat sacerdotem.

IX, 141.

Gregorius I. papa Callinico, exarcho Italiae, latores harum litterarum fidei reconciliatos Romaque in Histriam revertentes commendat. 599, *Mai.*

Codd. R et ϱ: cap. 80.
Edd. M: Lib. IX. ep. 95; G: Lib. VII. ind. II. ep. 98. — Iaffé Reg. 1666 (1253).

GREGORIUS CALLINICO EXARCHO ITALIAE.

Apud excellentiam vestram tanto quae[a] nobis speranda sunt velut impetrata iam credimus, quanto et hoc quod petitur[b] ab officio nostro non discrepat et vos inter curas fluctuationum[c] saecularium aeternae quoque ex hoc cumulum retributionis expectat. Harum siquidem latores de Histriae[d] ad nos partibus venientes scismaticorum[1], inter quos erant positi, vitantes errores[e] unitati[f] ecclesiae subdi salubriter cupierunt. Quorum

IX, 140 in titulo: Sabastiano *ϱ* 1. 4.* a) *add.* ut supra *et cet. om. R* 1.* b) clerus *ϱ* 1.* c) est *add. ϱ* 1.* d) nullatenus *hic add. ϱ* 1. 2, sed erad.* null. *ϱ* 2.* e) plerumque *R 1.* f) valet *R 1.* g) testimio *ϱ* 1.*

IX, 141 in titulo: Callinico *R 1;* Gallinico *ϱ*;* Gallicino *R* 1.* a) *super* que *scrib. alterum* que *R 1.* b) petitis *ϱ* 2. 3.* c) *ex* fluctuatione *corr. R 1;* fluctuationem *ϱ* 1.* d) Istrię *R 1. ϱ* 2. 3; (cf. ep. IV, 14 n. b).* e) *ita R 1;* errorem *ϱ*.* f) unitatis *codd. n.*

IX, 140. Cf. ep. praeced. atque de formula ep. I, 76. VI, 21 et ep. II, 39 n. — Sebastianus Leontio, Urbinati ep., visitator eccl. Ariminensis successit: cf. ep. VI, 43 n. Ewald in N. A. VII, 588 conicit Sebastianum ep. Urbinatem fuisse.

IX, 141 una certe cum ep. IX, 148 translata. — De Callinico cf. ep. VII, 26 p. 472 n. 1. 1) *De schismate trium capitulorum agitur, de quo cf. ep. I, 16. 16ª. 16ᵇ. V, 56 n.*

boni intentionem operis perpendentes in sinu matris ecclesiae competenti cum exhortatione suscepimus eosque nostrae desiderantes ecclesiae militare grate concessimus. Praemisso quapropter excellentiae vestrae paternae salutationis affectu petimus, ut eos pro bono desiderii sui, quo ad[g] apostolorum principis petram solidam concurrerunt, ne fluctuantium adhuc erroribus mixti naufragium desperatae salutis incurrerent, habere dignemini commendatos[h] quatenus ad propria remeantes nullis propter hoc bonum, quod appetisse noscuntur, perversorum inquietudinibus perturbentur, sed magis in omnibus auxilium vestrae tuitionis inveniant[i], ut ex eorum quiete aliorum adhuc in scismate positorum corda flectantur atque horum per bonum vestri patrocinii provocati[k] sequaces existant. Ad augmentum namque mercedis vestrae pertinet[l], si inter curas bellicas, sicut corpus ab exteriori[m] hoste, sic animam ab interni insidiatoris impugnatione protegitis.

IX, 142.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, caveat, ne Inportuni, defuncti episcopi Atellani, testamento damnum ecclesiae rebus afferatur. Et Atellanos atque clerum plebemque ecclesiae Cumanae et earum, quae Cumanae unitae sint, de eligendo episcopo moneri iubet. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: cap. 81.
Edd. M: Lib. IX. ep. 77; G: Lib. VII. ind. II. ep. 53. — Iaffé Reg. 1667 (1233).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Quorundam ad nos relatione[a] pervenit[b], quod Inportunus Atellanae[c] civitatis episcopus[d 1], dum de hac luce migraret, condito[e] testamento in octo unciis totius substantiae suae nurum suam heredem instituerit et ecclesiam suam in residuis quattuor. Hortamur ergo experientiam tuam, ut sollicita inquisitione discutias et, quicquid ecclesiae ipsius esse patuerit, a qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum quod eum ante episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quicquid vero vel ante ecclesiae ipsius esse cognoveris vel in episcopatus ordine[f] praedictum episcopum adquisisse, in eiusdem ecclesiae dominio conservetur, ne[g] quisquam exinde aliquid usurpare qualibet occasione praesumat.

Clerum vero plebemque eiusdem[h] ecclesiae cum omni te volumus instantia commonere, quatenus praeficiendum sibi sine dilatione aliqua eligant sacerdotem, qui clerum plebemque vel res ecclesiae ipsius cauta regularique valeat observatione disponere.

Pariter etiam clerum plebemque Cumanae[i 2] ecclesiae[k] vel aliarum quae ei unitae sunt instantius commoneto[l], quatenus et ipsi omni mora dilationeque postposita[m] aptum sibi eligere debeant sacerdotem, ne diu, et tali praesertim tempore, pastoris proprii sint regimine destitutae[n].

---

g) quod (*pro* quo ad) ϱ* *1;* quod ad ϱ* *2. 3.* h) commenditos ϱ* *1.* i) inveniat ϱ* *1.* k) exemplum *hic in marg. add. R 1.* l) pertinent *R 1.* m) exteriora ϱ* *1;* exteriore ϱ* *2. 3.*

IX, 142 in titulo: Antemio ϱ* *1. 4.* a) relatio ϱ* *2. 3.* b) eo *add. codd. n.* c) *ex* Attellinę *corr.* Attellanę *R 1.* d) epm *R 1.* e) custodito ϱ* *2. 3.* f) ordinem *codd. n.* g) nec ϱ*. h) eiusdem *om.* ϱ* *1.* i) ipsius *ed. M.*, cum ante *R 1.* ϱ*. ϱ *1;* Cumanae *ed. G.;* Misenatis *scr. Wisbaum.* k) ecclesia ϱ*. ϱ *1.* l) commonito *codd. n.* m) *ex* preposita *corr. R 1.* n) destituti ϱ* *et sec. ed. M. omnes Vatic.*

IX, 142. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n. *1) Eidem, ut videtur, Importuno missa est ep. II, 16.* *2)* Cumanae *legendum esse puto, quoniam Benenatus, ep. Misenus, cui visitatio Cumanae ecclesiae septem annis ante commissa erat (cf. ep. II, 25), nunc depositus erat: cf. ep. IX, 80 n. 1.*

IX, 143.

Gregorius I. papa Venantium, episcopum Lunensem; hortatur, ut secundum petitionem Agrippini presbyteri et Servandi diaconi ad reparandam ecclesiam Faesulanam viginti solidos conferat. *599, Mai.*

Codd. C: cap. 25.
Edd. M: Lib. X. ep. 44; G: Lib. VIII. ep. 44. — Iaffé Reg. 1668 (1329).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO LUNENSI.

Quid petitio Agrippini presbyteri vel Servandi diaconi[a] ecclesiae Fesulanae[1] contineat, subiecta vobis eius pagina patefecit. Et ideo si ea quae illic continentur[b] veritate subsistunt atque tales personae ad vos venerint, quibus credi aliquid debeat, usque ad viginti solidos, aut si plus vobis visum fuerit, in reparatione ecclesiarum quae in ruinis esse perhibentur sub desuscepti[c] paginam dare vos convenit, quatenus et illic remedium et vestra debeat[d] esse munitio[e]. De ceteris vero rebus quae apud vos sunt pro memoria futuri[f] temporis eisdem susceptum emittite, ut, dum Deus pacem donaverit[2], res ipsae iuri ecclesiae cuius sunt sine aliqua valeant dilatione vel controversia reparari.

IX, 144.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Siculum quendam servum iuris publici, qui a praesentium latore, Gallo nauclero, orationis gratia ad Campaniae partes perductus fuerit et in monasterio Misenate vestem monachicam sumpserit, ad Fantinum defensorem mittat. Cui, quomodo cum actionariis publicis servum reposcentibus Panormi ageret, praescriptum a se esse addit. *599, Mai.*

Codd. C: cap. 26.
Edd. M: Lib. XII. ep. 3; G: Lib. X. ep. 3. — Iaffé Reg. 1669 (1433).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Lator praesentium Gallus nauclerus[a] oblata nobis petitione noscitur intimasse asserens puerum se quendam[b] de Siciliae partibus veniens orationis gratia ad Campaniae partes[c] perduxisse, qui[d] in Misenati[e] portu[f] confugiens[g] illic in monasterio conversionis[h] sese causa retinuit. Quem cum hic de condicione sua pro sui periculo diligenter inquireret, quantum astruit, iurisiurandi interveniente vinculo liberum se nullique

IX, 143 ante titulum: Gregorius mense maii indict. II *add. rubro C 1. 5;* dat. mens mai indict. II *cum toto titulo (excepto* Gregor) *nigro atram. et in ras. script. m. 2 exhibet C 2: cf. notam ante ep. IX, 138 et N. A. III p. 577 ss.* — Lumensi *in arg. C 2.* a) Agrippino (Agripino *C 3*) presbitero vel Servando (Saervando *C 1*) diacono *codd. n.* b) continenter *C 2. 3, sed corr. C 2 m 2.* c) dię substenti *C, in* dic sustenti *corr. C 2;* dic subsistenti *C* 1.* d) debeat *om. C 3.* e) monitio *codd. n.* f) futuris *codd. n., sed corr. C 2.*

IX, 144 in titulo: Antemio *C 3.* a) *C 1. 2:* nauclerius; *ita et in argum.; C 3:* nauderius. b) sequendo *codd. n., sed C 2 corr. m. 2.* c) partibus *codd. n.* d) quid *codd. n., sed corr. C 2.* e) Messitani *C 1;* Messinati *C 2. 3.* f) porto *C 1. 2;* porco *C 3.* g) *ita scr. Mommsen;* coniugens (n *forsitan eras.) C 1 et C 2.* h) conversationis *C 3.*

IX, 143. De Venantio cf. ep. IV, 21 n.: haec epistula ultima ex eis est, quas illi noster misit. *1) Faesulae, hodie Fiesole prope Florentiam. Clerus Faesulanus propter Langobardos fugisse et res ecclesiae Lunae deposuisse videtur.* *2) De pace hoc anno conclusa cf. ep. IX, 44 n. 2.*

condicioni obnoxium publica voce professus est[1]. Pro quo ab actionariis publicis se remeans queritur[i] esse constrictum impetentibus, cur servum iuris publici furtim[k] de illis partibus auferre praesumpserit. Qui post inlata sibi damna cautione[l] se quoque ostendit obstrictum eundem se puerum ad partes illas quibus valeret viribus revocare[m]. Unde pietatis causa permoti hoc experientia tua nos decrevisse cognoscat, ut ad Panormitanas partes, ubi res agitur, ipsum mancipium, licet iam monachi habitum sumpserit, debeat revocare[n] eumque Fantino defensori nostro[2] contradere[o], ut ipse, quid de eo fieri debeat, secundum praeceptionis nostrae seriem, cuius et te quoque textus poterit informare, salubriter exequatur. A latore ergo[p] praesentium experientiam tuam volumus fideiussorem[q] accipere, qui mancipium ipsum in sua a te manu suscipiens illic tibi in Neapolitana civitate pro eo scriptis evidenter spondeat, quod illum praedicto[r] Fantino defensori nostro sine aliqua excusatione contradat[s], ut hac proveniente cautela et precator liber a cautionis reddatur vinculo et causa mancipii, sicut constituimus[t], auxiliante Domino disponatur.

—

IX, 145.

Gregorius I. papa Romano defensori mandat, ut Fausti possessionem, in quam actionarii Syracusanae ecclesiae iniuste irruerint, restitui iubeat, proprietatis iudicio reservato. *599, Mai.*

Codd. C: cap. 27.

Edd. M: Lib. XI. ep. 41; G: Lib. IX. ep. 35. — Iaffé Reg. 1671 (1391).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Gloriosissimus filius noster Faustus[1] epistola directa nos petit asserens ab actionariis Syracusanae[a] ecclesiae fines possessionis suae illic intra[b] Siciliam positos nuper violenter ablatos. Unde quia a[c] cognitione fratris et coepiscopi nostri Iohannis[2] hoc omnino credimus alienum, eum videre te volumus. Et si quidem res nuper, ut asseritur, a possidente sublata est et hoc manifesta[d] apud te satisfactione claruerit, eius cui subtracta[e] est dominio[f] reformetur. Et tunc si quid actores[g] praedictae ecclesiae rationabiliter sibi in finibus ipsis credunt posse competere, electorum subeant sine dilatione iudicium, ut, cuius sit proprietas, iudicantium[h] sententia decernatur, quatenus per hoc episcopalis de inlicita quae praetenditur[i] invasione auferatur invidia et causa legali[k] valeat ordine definiri.

i) queritus *C 2.* k) furtum *C 1.* l) cantionis *codd. n.* m) revocaret *codd. n.* n) *ex* revore *corr. m. rec. C 1.* o) contraderet *codd. n., sed corr. C 2.* p) *ex* ego *corr. C 2 m. rec., ut videtur.* q) fideiussorum *C 2.* r) *ita C 2;* praedictor *C 1;* praedictum *C 3.* s) *ex* tradat *corr. C 2 m. 2.* t) constitutum *C 3.*

IX, 145 in titulo: Iohi epo Siracusano *C* 1 (cf. ep. seq.)* a) Sirac. *C 3;* Syracuss. *C 2.* b) infra *codd. n.* c) quia agnitione *C 1; om.* a *C 2. 3, sed post add. m. 2 C 2.* d) manifeste *C 2.* e) substracta *C 1.* f) domino *codd. n., sed recte in argum.* g) actore *C 1.* h) iudicandum *C 1:* iudicantum *C 2. 3.* i) preditur *C 1.* k) regali *C 3.*

IX, 144 transmissa per Gallum quendam naucleram. — De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae cf. ep. I, 23 n. *1) De condicioni cuilibet obnoxiis in monachicum ordinem non recipiendis cf. Nov. Iust. 123 c. 35.* *2) De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. — Praeceptio, de qua hic agitur, non exstat.*

IX, 145. Cf. ep. seq. — De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. *1) Faustus quidam commemoratur in ep. IX, 93.* *2) De Iohanne, ep. Syracusano, cf. ep. VI, 18 n.*

IX, 146.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, scribit de reddenda Fausti possessione ab ecclesiae eius hominibus occupata, proprietatis iudicio reservato. 599, Mai.

Codd. C: cap. 28.

Edd. M: Lib. XI. ep. 42; G: Lib. IX. ep. 36. — Iaffé Reg. 1672 (1392).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Gloriosissimus filius noster Faustus directa petitione nos adiit asserens fines possessionis suae illic intra Siciliam[a] positos a vestris nuper hominibus occupatos atque ob[b] hoc rem violenter ablatam sibi per praeceptionis nostrae seriem debere petiit reformari. Quod quia, si ita, ut asserit, factum est[c], a fraternitatis vestrae cognitione[d] omnino credimus alienum, diligenter inquirite. Et si, ut asseruit, contra iuris ordinem fines ipsius a possidente sublati sunt, in possessoris[e] redeat[f] res pervasa[g] dominio. Tunc si quid[h] est, quod a vestra ecclesia proprietatis iure utiliter opponatur, electorum debet iudicium provenire eorumque iudicio terminari, dum modo indecenter[i] possessoris ius minime perturbetur. Sed causa iudiciali termino definita sine sacerdotali invidia dominum res manifesta cognoscat.

IX, 147.

Gregorius I. papa Secundini, servi Dei inclusi, litteras laudat. Podagrae doloribus se vexari queritur. De antiqui hostis insidiis exponit. Ecclesias Orientales S. Leonis et synodi Chalcedonensis fidem sequi refert; de synodalibus epistulis et de Ibae epistula addit. De pontificum Romanorum ordinationibus et de parvulorum sine baptismate mortuorum animabus exponit. Munuscula quaedam transmittit. 599, Mai.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 82; C: cap. 29; P: cap. 52 (3).

Edd. M: Lib. IX. ep. 52; G: Lib. VII. ind. II. ep. 54. — Iaffé Reg. 1673 (1210).

GREGORIUS SECUNDINO SERVO DEI INCLAUSO.

Dilectionis tuae scripta[a] suscepi[b], quae[c] in meo sensu amoris melle[d] condita sapuerunt[e]. O quanta adspiratione[f] vitae plena sunt, quae[g] per gratiam spiritus proferuntur! Non in eis cultus eloquentiae, non verborum typhus[h] apparebant[i], sed[k] solam veritatis atque caritatis radicem tenentia per[l] omne[m] quod locuta sunt caelestis patriae amorem flabant[k n].

IX, 146 in titulo: Romano defensori *C* 1 (cf. ep. praeced.), sed recte in ind.* a) Sicilia *codd. n.* b) ab *C 1.* c) est *om. C 3.* d) cogitatione *C 3.* e) possessoriis *C 1. 2, sed corr. C 2.* f) sedeat *codd. n., sed corr. C 2.* g) persuasa *codd. n., sed corr. C 2.* h) *om.* si quid *C 1. 2, qui scribunt:* Tunc que est; Tunc quae si est *C 3.* i) indecentur *C 2.*

IX, 147 in titulo: iuclauso *R 1. ϱ*. ϱ 1. P;* incluso *R 3. R* 1. H 1. Par. s. L. 840;* reclauso *C — Post hunc titulum add.:* dilectissimo filio Secundino servo Dei (Dei *om. Pb 2*) inclauso Gregorius servus servorum Dei *P. R* 1. H 1. Vatic. Christ. 69 m. s. X. — Ante tit. add.:* epła sci Gregorii papę urbis Romę ad Secundinum Trigentinę urbis inclausum *Vat. Christ. 69 m. s. X.* a) litteras *P.* b) suscepti *ϱ* 1.* c) qui *Pa 1. Pb.* d) mella *Pb 1. ϱ* 2. 3; ex* mellae *corr.* melle *C 1;* melle *cet.* e) apparuerunt *R 3;* rapuer. *C 3.* f) adspirationis *ϱ* 2. 3.* g) qui *Pa 1. Pb 1. 2.* h) *ita Pb. R 3;* tifus *R 1;* typis *Pa 1;* typus *cet.* i) apparebunt *Pb 1.* k) *verba* sed *usque* flabant *om. R 3.* l) per *om. R 1.* m) omnia *Pb 1.* n) fragrabant *Pa 2. ϱ*;* flabant *Pb. C. R 1. ϱ 1, sed corr. R 1. Pb 2 in* fragrabant; flamabant *Pa 1.*

IX, 146. Cf. ep. praecedentem de eadem causa scriptam.

In eis vero tua a me dilectio petere studuit, ut ad hanc[o] libellum exhortatorium[p] scribere deberem[q]. Sed scire te necesse est, fili carissime, quia tantis podagrae[r] doloribus[1] tantisque curarum tumultibus premor, ut, quamvis numquam me aliquid fuisse reminiscar, valde tamen me videam non esse qui[s] fuerim[t]. Quod autem[u] se[v] tua caritas et[u] ultra aetatem quinquagenariam adhuc[w] iuvenalibus[x] desideriis asserit[y] subiacere, in hoc quoque divini oraculi imples[z] praeceptum, quod[a] scriptum est: 'Iustus Prov. 18 17.
in principio accusator est sui'. Nec tamen dubito maiores te hostis callidi insidias[b] perpeti, qui[c] maiora contra eum bella praeparasti[c]. Tanto quippe ille deceptionis molimina ardentius exquirit[d], quanto te[e] caelesti patriae ferventius[f] inhiare[g] cognoscit[h]. Nos enim[i], qui vitam cum pluribus ducimus, etsi formidolosi ac timidi, tamen quia contra antiquum hostem bellum[k] proposuimus, quasi in acie[l] stamus; vos autem, qui solitariam vitam ducitis, quid aliud quam monomachos[m] dixerim, qui fervore virtutis etiam[n] ante aciem exire festinastis[o]? Cur ergo eum non[p] singulariter hostis impetat[q], a quo se impeti[r] singulariter spectat[s]? Et nos quidem, qui inter homines vivimus, saepe per homines a[t] callido hoste temptamur; vos autem[u], qui viam[v] vitae praesentis extra hominum frequentiam ducitis, tanto maiora certamina pati necesse est, quanto ad vos ipse[w] temptationum magister[x] accedit. Neque enim vacare orationibus ac laudibus Dei sine aliqua interruptione temporis[y] [z]potestis, quia etsi intentio continue prompta

o) te *Pa 2; ex* hanc *corr.* hunc (*om.* ad) *Pb 2.* p) exorattorium *C 1.* q) scriberem (*pro* scr. deb.) *C.* r) tanti podagri (podari *Pa 1*) *Pb. Pa 1.* s) quod *P.* t) *ita ex* fuerimus *corr. R 1;* fui *Pa 2.* u) *Pa 1 om.* v) *om. R 1.* w) Deinde vero quod ultra aet. quinquagenarium vestra car. adhuc *Pa 2.* x) iuvenal. *C. Pb. R 1. ϱ*, sed corr. R 1. C 2 in* iuvenil. y) adserunt *Pa 1;* asseris *R 1. ϱ* 1.* z) implet *Pa 1. R 1, sed corr. R 1;* imples *Pb. C. ϱ* 1;* impletur *Pa 2.* a) quo *R 1.* — dicit (*pro* scr. est) *Pa 2.* b) insidiis *Pa 1.* c) *verba* qui *usque* praep. *om. ϱ* 1.* d) exquirunt *Pa 1.* e) de *add. P. C (sed* quantoqe de *Pb 1) et* patriae *in* patria *(ita Pa 2) corr. C 2.* f) ferventius *om. Pa 2.* g) iniacere *Pb 1;* in hac re *C 1.* h) cognoscis *Pa 1.* i) *ita R 1. C. ϱ*;* enim et nos *Pa 1;* etenim nos *Pa 2;* nos quidem *Pb.* k) bella, *ut videtur, R 1; om. hoc verb. Pa 2.* l) in acie *om. Pa.* m) *ita scr. Gussanv., qui* „octo codd." *citat;* monachos *codd. n., sed corrector R 3 add. in marg.:* monachus singularis, monomachus autem singularis certator interpretatur. n) etiam ferv. v. *Pa.* o) *ex* festinetis *corr.* festinatis *m. 1 et* festinastis *m. 2 C 2.* p) *om.* non *Pa 1.* q) inpediat *P.* r) inpedi *Pa 1;* impediri *Pa 2.* s) exspectat *P.* t) hominem (*om.* a) *P.* u) hęc *ϱ* 1.* v) qui iam *Pa.* w) ipse *om. Pb 2.* x) magister temptationum *Pa.* y) *verba* temporis *usque* exercitatione *om. C.* z) non *post. add. R 3.*

IX, 147. Haec epistula exstat in tribus collectionibus R, C, P, forma genuina in R et C, interpolata in P. Sed in P non ad corpus epistularum pertinere, sed postea adnexa esse videtur (cf. N. A. III p. 481. 532); et eandem formam, quam P, exhibent Vat. Reg. 1997 s. VIII—X, quae continet etiam collectionem canonum Chietinam (cf. Maassen, Gesch. d. Litt. u. d. Qu. d. can. R. I I B 1 e cc), cod. Gand. 506 s. X—XI (cf. Maassen, bibl. Lat. iur. can. ms. I V 2), cod. Par. 1565 (H 1), Pseudo-Isidorus (cf. Hinschius, Decret. Pseudoisid. p. CVI: Cod. Par. int. suppl. Lat. 840 s. X. Vat. 3791; sed Rotomag. 15/9 E. s. XI continet fragmentum in extremum — percipienda pertingat *formae RC.). Spuria forma non solum citatur a Hrabano Mauro, sed exstat etiam in cod. Pa 1 s. VIII. Antiquissimam autem, ut videtur, mentionem huius formae interpolatae invenies in ep. Hadriani papae a. 794 ad Carolum M. reg. (Mansi XIII c. 793 cf. 795. 807) :* S. Gregorius egregius doctor et papa in epistola sua, quam in praefato concilio domini Stephani papae Herulfus episcopus prov. Galliarum civitatis protulit, ubi inter cetera Secundinum servum Dei inclusum Galliae docuit dicens: Scimus quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut etc. — per cuius sanctum lignum munitum te esse credis. *Fortasse tunc, a. 769, haec epistula interpolata est. Nam ex hoc tempore et additamentum de lapsis et additamentum de imaginibus explicari potest. — Alium esse Secundum servum Dei in ep. VI, 24. 63. VII, 10 commemoratum, alium hunc Secundinum inclusum credo: cf. ep. VI, 24 n. 9. Sed Secundum abbatem, de cuius quaestionibus in ep. XIV, 12 agitur, alium esse ac nostrum affirmare non ausim. Etiam hunc abbatem et Secundum* servum Christi de Tridento *(Paul. diac. III, 29. IV, 27. 40), qui de Langobardorum gestis scripsit, eundem esse verisimile est.* *1) Cum hoc initio cf. ep. XIV, 12. De Gregorii morbo cf. ep. IX, 232. X, 14. XI, 20 etc. (Lau l. l. p. 299).*

est. ipsa tamen humanitatis infirmitas ad[a] semetipsam relabitur[b], ut aliquando fessa iaceat atque ab[c] studii sui exercitatione[y] torpescat. Antiquus vero hostis mox ut otiosam mentem invenerit, ad eam sub quibusdam occasionibus locuturus[d] venit et quaedam[e] ei de gestis praeteritis ad memoriam reducit, audita[f g] quondam[h] verba indecenter[i] cogitationi[k] resonat et, si qua dudum turpiter acta sunt, eorum speciem cordis oculis opponit[g], ut[l], quam de praesentibus non valet inquinare, de malis transactis[m] violet[n]. Et decepta mens[o] saepe in[p] delectatione[q] reparat[r], unde[s] diu iam[t] se
Ps. 37, 6. per[u] paenitentiam afflixit, ita ut vere cum psalmista dicat[s]: 'Computruerunt et deterioratae sunt[v] cicatrices meae a facie insipientiae meae'. Cicatrix quippe figura[w] est vulneris, sed sanati. Cicatrix ergo ad putredinem redit, quando peccati vulnus, quod iam[x] per paenitentiam sanatum[y] est, in delectationem[z] sui animum[a] concutit[b]. Saepe quod numquam[c] fecimus, per hostis callidi[d] insidias cordis oculis videmus, cumque insensibiliter in hoc delectatio[e] subripit, quamvis iam plangat quae fecerit[f], taedet tamen[g] infelicem animum[h] quaedam nos[i] fecisse quae plangat. Hae[k] sunt cordis nostri tenebrae, quas in hac vita volentes nolentesque sustinemus[l]. Quis[m] contra haec quaerendus est, nisi adiutor in oportunitatibus in tribulatione?

Valde autem libenter accepi, quod tua[n] me caritas de sua[o] dubitatione[p] requisivit, an[q] Orientis ecclesiae fidem atque doctrinam sanctae memoriae Leonis sequantur[r], ne fortasse earum[s] sensus inter semetipsas[t] pro trium[u] capitulorum[2] defensione divisus sit[v]. Unde certam dilectionem tuam esse desidero, quia[w] praedictae sanctissimae orientales ecclesiae uno sensu, una doctrina fidem eiusdem sanctae memoriae[x] Leonis tenent sanctamque Chalcedonensem[y] synodum ita nobiscum custodiunt atque venerantur, ut[z] nullus esse episcopus reputetur[a], qui eiusdem[b] synodi[c] defensor sectatorque non fuerit[d]. Hinc est enim, ut, quotiens in quattuor[e] praecipuis sedibus[f] antistites ordinantur[g], synodales sibi epistolas[h 3] vicissim mittant[i], in quibus se sanctam Chalcedonensem[k] synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur[l], sicut[m] et nos aversamur atque anathemate plectendos[n] ducimus, si quis de fide eiusdem synodi aliquid[o] inminuere vel aliquid in ea addere praesumit[m p]. Nam synodus quae[q] postea[r] generaliter facta[s] est

a) *om.* ad *Pa 1;* in *Pa 2.* b) revelavitur *Pa.* c) ad *ϱ*.* d) locurus *ϱ* 1.* e) quidem *Pa 1;* quiddam *Pa 2.* f) aut ita *C.* g) *verba* audita — opponit *om. Pa.* h) quendam *Pb 1;* quod *C.* i) *hoc verb. om. C.* k) cogitationis *R 1. ϱ*, sed corr. R 1.* l) et *R 1. 3. C. Pa. Pb 1. ϱ* 2. 3, sed corr. R 3:* ut *Pb 2;* e *ϱ* 1.* m) transacta *C 2, sed corr. m. 2.* n) violat *ϱ*;* volet *cet., sed corr. R 1 et C 2 m. rec.* o) deceptam mentem *Pb.* p) inde in *C 1;* indie in *C 2, sed erad.* i; in *cet.* q) dilectione *Pa 1. R 3, sed suprascr.* vel dilectatione *corr. R 3.* r) separet *Pa 1;* reparat *in* reparet *corr. R 3.* s) *verba* unde *usque* dicat *om. Pa, pro quibus scr. Pa 2:* unde dicitur in psalmo. t) diu iam *corr. in* deviam *C 2 m. 2.* u) semper *Pb 2.* v) deteriorati s. *Pa 1;* deterioraverunt *Pa 2.* w) *ex* futura *corr. R 1;* fractura, *sed suprascr.* figura *R 3.* x) *ex* quoddam *corr. R 1.* y) sanatus *Pa.* z) dilectionem *Pa 1; ex* delectionem *corr. R 3.* a) animus *P.* b) concutitur *Pa.* c) *ita R. ϱ*. Pb;* saepem *(in* saepe *corr. C 2)* quam numq. *C;* s. quod nunc quod *Pa 1;* s. nunc quae *Pa 2.* d) callidis *Pa 1.* e) dilectio *C 1.* f) fecit *Pa 2.* g) *om. hoc verb. Pa 2.* h) animo *C.* i) *om. hoc verb. Pa;* nos *C. R 1, sed corr. R 1 in* non; non *Pb.* k) haec *R 1. C 1. 2. Pb 1. ϱ*.* l) toleramus *Pa 2;* festinemus *ϱ* 1.* m) quid *ϱ*.* n) tua a *Pa 2.* o) sua *om. Pa 2.* p) recitatione *C;* dilectione *Pa 2.* q) in *hic add. ϱ*, sed erad. ϱ* 2.* r) (requirat et *add. Pa 2)* sequatur *Pa.* s) eorum *ϱ* 1 et m. 2 C 2.* t) semetipsos *C;* semetipsa *Pa 2.* u) proprias *Pb 1.* v) divisione sit divisus *Pa 2.* w) quam *ϱ* 1;* sanctissimae *om. Pa 2.* x) memoriae sancti *Pa 2.* y) Calcidonensem *P:* Calced. *cet.* z) et *Pb 1.* a) deputetur *C 2.* b) eidem *Pa 1.* c) modi *C 1.* d) fuerat *Pb 1.* e) inibi (*om.* quattuor) *Pa 2.* f) diebus *R 3, corr. suprascr.* quere quibus. g) ordinant *Pa 2.* h) ēps *Pa 1;* epis *Pa 2.* i) emittentur *Pa 1;* emittant *Pb;* invitantur *Pa 2.* k) Calcid. *Pa;* Calced. *Pb. ϱ*.* l) fatentur *Pa.* m) *Pa om.* sicut — praesumit. n) *in* plectendum *corr. R 3.* o) synodali quid *C, sed corr. C 2.* p) praesumet *C;* praesumere *ϱ* 1.* q) qui *P, sed corr. Pa 2.* r) *ex* post eam *(ita ϱ*) corr. R 1.* s) factus *Pa.*

2) De tribus capitulis cf. ep. V, 56 n. XIV, 12. 3) De synodicis cf. ep. I, 24 n.

idcirco a nobis recipitur[t], quia eiusdem synodi in omnibus sequax[u] honorem illius[v] auctoritatemque[w] custodit. Unde necesse est, ut dulcissima mihi tua dilectio in hoc[x], quod praecipue in bonis[y] moribus vivit[z], quod se per abstinentiam affligit, quod doctrinae Dei vehementius insistit, hoc studiosius[a] cogitet[b], ne errorem[c] scismaticorum sequens a sancta universali ecclesia[d] divisa[e] possit inveniri. Et quid[f] tot labores[g] proderunt[h], si in unitate fidei inventa[i] non fuerit[k], quae ante Dei omnipotentis[l] oculos in bonis actibus[m] animam praecipue custodit[n]? Hinc enim dicitur: 'Una est columba mea, perfecta mea'. (Cant. 6, 8) Hinc ad Moysen Dominus[o] dicit[p]: 'Est locus penes me[q], et stabis super petram'. (Exod. 33, 21.) Quis[r] est locus, qui non sit in Deo[s], dum cuncta ab[t] ipso[u] per quem creata sunt continentur? Sed tamen est locus apud eum, videlicet sanctae ecclesiae unitas, in qua super[v] petram statur[w], dum confessionis eius[x] soliditas[y] humiliter[z] tenetur[a]. De[b] quo loco subiungitur: 'Tunc videbis posteriora mea[b]'. (Exod. 33, 23.) In petra enim, id est in sancta ecclesia, stantes Dei posteriora[c] videbimus[d], quando iam ea, quae in fine promissa sunt, caelestis patriae gaudia[e] contemplantur[f]. Perversi[g] autem homines[h], qui trium capitulorum occasione repperta ecclesiasticam disciplinam fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, subesse[i] sedis apostolicae praeceptis[k] nolunt[i] et nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt. Et dum neque in fide recti sunt[l] neque in bonis[m] operibus intenti, student, ut certare pro fide videantur[n]. Sicque fit, ut cotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit[o], quae quasi de zelo fervoris[p] videri[q] etiam laudabilis[r] appetit. Sed iuxta hoc[s] quod scriptum est: 'Ex operibus eorum cognoscetis[t] eos' (Matth. 7, 16.) vitam eorum tua caritas attendat et meritum intentionis aspiciat[u]. Ut enim[v] dilectioni tuae de[w] eadem[x] re breviter loquar, sancta Chalcedonensis[y] synodus usque ad definitionem fidei et prolationem[z] canonum de[a] generalibus[b] causis locuta est. Nam post prolationem canonum[a] specialia[c] episcoporum certamina[d] sopire[e] curavit. Epistolam vero quam[f] in ea reverentissimus Ibas denegat suam, quia[g] in extrema parte synodi iaceat, agnoscis[h]. Quae[i] videlicet epistola Nestorium[k] inauditum et inquisitione non facta damnatum asserit, Cyrillum[l] vero[m] in Apollenaris[n] dogma cecidisse suspicatur[o]. Et si totus superior[p] textus[q] praedictae[r] synodi legitur[s],

t) custoditur *Pa.* u) sequax in omnibus *P;* sequaces in o. honorat (*om.* illius) *Pa 2.* v) illius honorem *P.* w) auct. et *Pa 2.* x) id *P.* y) nobis *Pa.* z) vivat *Pa.* a) *ex* studiosus *corr. C 2 m. 2.* b) cogitat *C, sed corr. C 2 m. 2.* c) errores *C. Pa 1;* errore *Pb.* d) ęcclesiae *C 1; om. hoc verb. Pa 2.* e) diversa *Pa 2.* f) qui *P, sed corr. Pb 2.* g) laboris *Pb 1. 2, sed corr. Pb 2;* laboribus *Pa.* h) proderit *Pa 2.* i) inveritate *C 1.* k) fuerint, *ut videtur, Pa.* l) omnip. Dei *P.* m) in b. act. *om. Pa 2.* n) custodiunt *Pb. Pa 1.* o) Dominus *bis, sed alterum erad. C 1;* hinc iterum (*sed. erad.* iterum) etc. *C 2:* hinc iterum dom. ad Moisen *P.* p) ait *P.* q) penis meae *Pa 1.* r) qui *Pa 2.* s) in deum *Pa.* t) in *P.* u) yso *ϱ* 1.* v) supra *P (ex* super *corr. Pb2), sed om. Pa 2.* w) (*om.* statur) sed non est *Pa 1;* sedemus *Pa 2.* x) *om.* eius *Pa.* y) solidatas *Pb 1:* soliditatem *Pa 2.* z) uniliter *C, sed in* utiliter *corr. m. 2 C 2; om. hoc verb. Pa 2.* a) tenentur *Pa 1;* tenemus *Pa 2.* b) *om. verba* de — mea *Pa.* c) posteriore *Pa 1;* posterior *Pb 1.* d) videmus *Pa 2.* e) gaudio *R 1.* f) contemplantur *R. C, sed in* contemplabimur *corr. R 1, in* contemplamur *R 3;* contemplabuntur *Pb. Pa 1;* contemplamus *Pa 2.* g) per verba *Pa 1;* per haec verba *Pa 2.* h) omnis *Pa 1;* omnes *Pa 2.* i) *verba* subesse — nolunt *om. Pa.* k) sedi apost. (*om.* praeceptis) *Pb.* l) sint *R 1. Pb 1. Pa 2.* m) bonibus *Pa 2.* n) studeantur *Pa 2.* o) crescit *Pa 2.* p) fevoris *Pb 1.* q) fieri *Pa 2.* r) laudabibis *Pb 1.* s) hi *Pa 1;* id *Pa 2.* t) *verba* eor. cogn. *om. Pb 2;* cognoscitis *R 1. C. Pa 1, sed corr. R 1. C 2 m. 2.* u) aspicipiat *C 1, om. hoc verb. C 2.* v) et in *C, sed C 2 del.* in. w) de *om. C.* x) ipsa *Pa 2* — eādem rē *C 2.* y) Calcid. *Pa. Pb 2. ϱ* 2. 3;* Calced. *cet.* z) prelationem *Pa 2.* a) *verba* de gener. — canonum *om. Pa 2.* b) geralibus *Pb 1.* c) speciali *C 2. ϱ* 1.* d) certaminę *ϱ* 1 et ex* certamina *corr. C 2 m. 2.* e) subire *Pa.* f) qui *Pa 1.* g) *ita ϱ* 1;* quam *R 1. C; om. hoc verb. ϱ* 2. 3;* que *Pa 1;* quae *Pa 2. Pb 1;* q: u te *Pb 2.* h) agnoscit *C;* cognoscis *Pa.* i) neque *Pb. Pa 2.* k) Nesterium, *sed corr. C 2;* Nistorium *Pa 1;* Nistori eum *Pb 2.* l) Cirillum *Pa 1. Pb 2;* Cyrullum *Pb 1.* m) vir *Pa 1.* n) *ita C. R 1. ϱ* 2. 3, sed in* Apollin. *corr. C 2;* Apollin. *cet.* o) suspicat *Pa 1.* p) superius *R 1. ϱ*. C. P, sed corr R 1.* q) texus *Pa 1.* r) predicti *Pa. Pb 7.* s) *in* legatur *corr. R 1.*

quantum haec epistola eidem synodo[t] adversatur[u]", invenitur, quia[v] scilicet sancta synodus et Nestorium, sicut est, hereticum denuntiat et beatum Cyrillum patrem catholicum veneratur[v]. Epistola ergo quae[w] illum defendit qui a synodo damnatus est et eum accusat qui a synodo veneratur[x], procul dubio definitioni[y] sanctae synodi probatur adversa[z]. Sed quia[a] eius defensores solent dicere, quod hanc Ibas eo tempore scripsit,

[t]) sinodi *Pa 1.* [u]) *in* adversetur *corr. R 3.* [v]) *om.* quia — veneratur *Pa. Pb 2, sed add. signum omissionis Pb 2.* [w]) que videlicet epistula que *Pa;* epistula que *om.* ergo *etiam Pb.* [x]) *ita C. ϱ*;* veneratus *R;* veneratus est *P.* [y]) definitionis *R 1. ϱ* 1. Pa, sed corr. R 1.* [z]) adversari *C. ϱ*. — Sequentia omnia desunt in P, ubi sequuntur, quae infra adscripta sunt.** [a]) quae *C.*

* Qui enim tantorum patrum diffinitis[a] non sedatur[b], sententia[c] procul dubio adversatur[d] ecclesiae[e].

Nam tua sanctitas inde a[a] nobis[b] requisivit, ut tibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi[1] . . . .[c], dum dicis de hoc canones diversos[d] te legisse divisasque[e] sententias, alias resurgendi alias nequaquam posse, ideo nos, generalissima qui[f] a Nicaena incipientes cum reliquis quattuor veneramur, quia ipsum sequentes in cunctas sententias unianimes concordamur[g]. Nam et nos praecedentes nobis patres sequimur, quia auctore[h] Deo a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes usque in quartum altaris ministrum hanc[i] formam servandam[k] cognoscimus, ut, qui[l] minorem maior praecedit in[m] honore, ita et in crimine; et cui maior sequitur culpa, maior implicetur vindicta, et post paenitentia[n] credatur[o] esse fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare et fructum[p] illius non colligere aut domum construere et non illic[q] habitare? Post dignam satisfactionem credi-
Ps. 40, 9. Ierem. 8, 4. mus posse redire[r] ad honorem propheta dicente: 'Numquid qui cadit, non adiciet[s], ut resurgat?' et:
Isai. 30, 15. 'Qui aversus est[t], non revertetur?' Id et peccatori[u] ait: 'In quacumque die[v] conversus[w] ingemueris,
Ps. 50, 12. tunc[x] salvus eris[y]'. Unde et psalmista ait: 'Cor mundum crea in me, Deus, spiritum rectum innova
in visceribus meis[z]. Ne proicias me a facie tua, spiritum sanctum tuum ne auferas a me'. Dum enim
petiit, ne a Deo proiceretur, pro lapsi culpa[a] alienam rex et propheta simul rapuisse[b] uxorem treme-
Ibid. 14. factus expavit; propheta indicante flagitium suum, paenitentiam agens addidit: 'Redde mihi laetitiam
salutaris tui, et spiritu principali confirma me'. Si enim se dignum Deo paenitentia[c] non fecisset[d], ne-
Ibid. 15. quaquam aliis praedicaret[e]. Ait[f] enim: 'Doceam iniquos vias tuas[g], et impii ad te convertentur'. Dum
enim peccata sua prospexit propheta mundata[h] per[i] paenitentiam[k], non dubitavit praedicando curare
Ibid. 19. aliena et sacrificium de semetipso offerre Deo studuit, cum dicebat: 'Sacrificium[l] Deo spiritus contribu-
latus'. — Ad haec ista sufficerant; sed omnis sententia quo[m] plus sacris scripturis testimoniis confirmatur,
Ezech. 18, 32. facilius creditur. De hoc enim propheta dicit: 'Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat'.
Ibid. 22. De hoc peccantibus dicitur[n]: 'Peccator in quacumque die conversus ingemuerit, omnes iniquitates eius
in oblivione[o] traduntur[p]'. Si enim redemptor noster, qui peccatores non perdere sed iustificare venit,
in oblivione peccantium[q] delicta dereliquit[r], quis[s] hominum condemnanda reservet[t], cum apostolus
Rom. 8, 33. dicat: 'Si Deus iustificat, quis est, qui condemnet?' Ad fontem misericordiae recurrentes evangelicam[u]
Luc. 15, 7. proferamus sententiam: 'Gaudebo[v]', inquit 'super unum peccatorem[w] paenitentiam agentem quam

[a]) diffinita *Pa 1:* definitam *Pa 2;* difinita *Pb 7.* [b]) servatur *Pa 1. Pb 7;* servat *Pa 2;* reddatur *Pb 3.* [c]) sententiam *Pb 2. 3. Pa 2, sed corr. Pb 2.* [d]) id versatur *Pa 1. Pb 7.* [e]) ecclesia *Pa 1. Pb 7;* ecclesiam *Pb 2.* [a]) *om. Pa. Pb. 7.* [b]) nos *Pa 2.* [c]) disceremus *post* sacerd. *add. Pa 2.* — auctoritates scriberemus *vel sim. addend. est cum edd.* — dum dicis *om. Pa 2.* [d]) diversas *codd. n.* [e]) divisas *Pa 1;* scio diversasque *Pa 2.* [f]) nos a generali synodo *Pa 2.* [g]) concordantur *Pb.* [h]) actore *Pa 1.* [i]) hoc *codd. n.* [k]) forma servanda (servenda *Pb 1*) *codd. n.* [l]) quia *Pa 2.* [m]) sed *Pa 1. Pb.* [n]) *ita Pb 2;* paenitentiam *cet.* [o]) creditur *Pa 2.* [p]) fructu *Pa 1;* fructus *Pa 2.* [q]) *in* illam *corr. Pa 2;* illuc *Pa 1.* [r]) possidere *Pb 1.* [s]) adiciat *Pb 1.* [t]) est *om. Pa 2.* [u]) *ita Pb 2;* idem peccati *Pa 1;* id et peccari *Pb 1;* idem propheta *Pa 2.* [v]) *om.* die *Pa 1.* [w]) conversus *om. Pa 2.* [x]) tunc *om. Pa 2.* [y]) salvaveris *Pb.* [z]) meus *Pb 1.* [a]) *ita Pa 1. Pb 1;* lapsu culpae eo quod *Pa 2.* [b]) rapuisset *Pa 2.* [c]) per paenitentiam *Pa 2;* (dignam D. *Pb*) paenitentiam *cet.* [d]) fecisse *Pa 1.* [e]) predicare *Pa 1.* [f]) aut *Pa 1.* [g]) suas *Pa 1.* [h]) mandavit *Pb 1; om. Pa 2.* [i]) post *Pa 2.* [k]) *hic add.* esse mundata *Pa 2.* [l]) sacrificum *Pb 1.* [m]) quorum *Pa 1. Pb, sed corr. Pb 2;* quanto *Pa 2.* [n]) dicit *Pb.* [o]) *ita Pa 1. Pb 2;* oblivione (*om.* in) *Pb 1;* oblivioni *Pa 2.* [p]) trahuntur *Pa 1.* [q]) peccata et *Pa 2.* [r]) reliquid *Pb 1.* [s]) cui *Pa 2.* [t]) reservit *Pa 1.* [u]) evangelice *Pa 1.* [v]) gaudeo *Pa 1.* [w]) uno peccatore *Pb.*

1) Quae hic de lapsis exponuntur, ei opinioni repugnant, quam noster alias defendit: cf. ep. IV, 26. V, 18 (n. 1) etc. Haec citantur a Hrabano Mauro in libro paenitent. c. 1 (Migne CXII c. 1400 ss.) usque ad verba redimere venit.

quo adhuc Cyrillus propter duodecim capitula quae necdum exposuerat dubius habebatur, in ipsa hac epistola perpende, quia legitur, quod inter[b] orientales episcopos et beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo post concordiam pacis, post satisfactionem amotae dubitationis haec eadem epistola[c] scripta est, constat, quia non est catholica, quae patrem[d] catholicum atque in toto synodi volumine laudatum hereticum appellat. Haec paucis dixi, quia[e], ex quibus praecipue causis hac[f] in re dubitationem tua caritas habet, in epistolis non inveni.

De ordinationibus vero apostolicae sedis pontificum, utrum post beatissimum Ormisdam[g] aliqua sint addita, vestra caritas requirit. Sed usque ad Vigilii papae tempora expositas ordinationes praesulum esse cognoscat[h] [4].

Aloa[i] vero, thymiama[k], storacem et balsamum sanctorum martyrum corporibus offerenda latore praesentium deferente transmisimus.

In extremum vero epistolae requisisti, quid eis[l] respondendum sit qui dilectionem tuam de parvulorum animabus requirunt qui sine gratia baptismatis[m] moriuntur, dicens: Si corpus originali tenetur[n] culpa, unde anima quae a[o] Deo datur rea erit[p], quae adhuc in actuali delicto[q] non consensit[r] corpori? Sed hac de re dulcissima mihi tua caritas sciat, quia de origine animae inter sanctos patres requisitio non parva versata

b) in *ϱ* 1.* c) *suprascr.* s. Ibę *R 3.* d) partem *C 1; suprascr. hic* i. Cyrillum *R 3.* e) *ex* qua *corr. C1.* f) hanc *R 1. ϱ* 1. 4, sed corr. R 1.* g) *ita R 1;* Hormistam *C1;* Hormisdam *C 2 in ras. et cet.* h) cognoscis *ϱ* 2. 3.* i) alta *C;* aloę *ϱ* 1;* aloe *R 3.* k) thymiamam *ϱ*.* l) *ex* ei *corr. R 1; hic add. in marg.:* dificillima aie questio *R 1.* m) bapt. gr. *C.* n) tenet *C 1.* o) *om., sed post. add. hoc verb. R 1;* ad *ϱ* 1.* p) revertit *C, sed in* revertitur *corr. C 2 m. 2.* q) *ex* dilecto *corr. R 1.* r) *ita C 1 (ex* consentit). *C 2. ϱ*;* consenserit *R 1.*

4) De qua collectione agatur, nescio. De duabus formis „Hadrianae" (cf. Maassen, Gesch. etc. § 588. 593), de „pura" et de forma in cod. Epored. 74 asserrata cogitari potest; de collectione Avellana (cf. ib. § 815 ss.) vel de vitis pontificum hic agi mihi non probatur.

super[x] XCVIIII iustos[y], qui non indigent paenitentia', et ovem perditam[z] XCVIIII non errantibus relictis humero ad[z] ovile reportandam[a]. Si ovis errans post[b] inventionem ad ovile humero reportatur[c], cur post[d] poenam id[e] ecclesiae[f] ministerium non[g] revocetur[h], quod est nostri? Quid gravius est carnale delictum admittere, quod sine[k] quorum multis pauci[i] inveniuntur[k], aut[l] Dei filium timendo[m] negare? In quo vero hunc ipsum[n] beatum[o] principem apostolorum Petrum, ad cuius nunc[p] corpus indigni sedemus, lapsum esse[q] cognoscimus. Sed post negationem paenitentia secuta est et post paenitentiam misericordia data, quia illum ab apostolatu[r] non distulit, qui ante se ipsum negare praedixit. Tibi haec[s], fili carissime[t], dicta sufficiant, ut illum[u] quem conspicis delicta[v] fletu delere in conspectu divinitatis non[w] dubites[x] misericordiam consequi, quia nullum[y] peccantem reversum[z] despicit, qui peccatores sanguine suo redimere venit.

Imaginis[2] eius quam[a] nobis tibi dirigendam[b] per Dulcidium[c] diaconem tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde[d] tota intentione quaeris, cuius imaginem prae oculis

x) supra *Pa 2.* y) iustis *Pb.* z) *verba* perditam — ad *om. Pa 1* — perdicam *Pb 1* — ad *om. Pb 7.* a) portavit *Pa 2.* b) praeter *Pb 1. 2. Pa 1, sed corr. Pb 2;* propter *Pa 2.* c) reportantur *Pb 1;* predicta XCVIIII non errantibus relictas *hic add. Pa 1.* d) propter paenitiam *Pa 2;* praeter p. *cet.* e) id *Pa;* ad *Pb.* f) in eccla *Pa 2* (*om.* minist.) g) non *om. Pa 1.* h) Sicut in apocalypsi dicitur de ministro ecclesiae: 'Memento unde caecideris et age paenitentiam et prima opera fac' *add. Pa 2.* i) *Sic vel sim. restituendus esse videtur locus corruptus* Quod est nostri qui *(om. Pa 1)* gravi sunt (sunt *erad. Pb 2*) carnale delictuum (dilecto *Pa 1*) admittit *(in* admittunt *corr. Pb 2).* Quod sine quod (quo *Pa 1. Pb 2*) multis pauci *Pa 1. Pb 1. 2.* Quod est enim gravius carnale delictum amitti *Pa 2.* k) *verba* sine — inveniuntur *om. Pa 2.* Apoc. 2, 5.
l) an *Pa 2.* m) cum iuramento *add. Pa 2.* n) hac ipsa *Pa 1;* ad haec ipsum *Pb.* o) beata *Pa 1.* p) *ita Pb;* sunt *Pa 1;* sacrum *Pa 2.* q) est *Pa 1.* r) ad apostolatum *Pa 1;* ab *om. Pb 1.* s) Te hęc te *Pa 1;* tibi nec *(sed in* nunc *corr.) Pb 2.* t) karissimi *Pa 1. Pb 1.* u) ut nullum *Pa.* v) dilecta *Pa 1;* delecta *Pa 2.* w) non *om. Pa 2.* x) dubitas *Pa 1.* y) nulle *Pb 1. 2, sed corr. Pb. 2.* z) non, *ut videtur, add. Pa 1. Pb.* a) imagines ei quos *Pa 1. Pb 7;* imaginem eius *(corr. in* ei vero *Pb 2)* quam *Pb 1. 2;* imaginem usquam *Pb 3;* imagines eius quas *Pa 2.* b) dirigendam *Pb 1. 2;* dirigendas *cet.* c) Dulcedium *Pa 2.* d) in corde *om. Pa 2.*

2) Haec usque desideras *citantur ab Hadriano papa in ep. Carolo M. missa a. 794 (J-E. 2483).*

est, sed utrum ipsa ab Adam descenderit an certe singulis detur, incertum remansit[s], eamque in hac vita insolubilem fassi[t] sunt esse quaestionem. Gravis enim est quaestio nec valet ab homine comprehendi, quia, si de Adam[u] substantia anima[v] cum carne nascitur, cur non etiam cum carne moritur? Si vero cum carne non nascitur, cur in ea carne quae de[w] Adam prolata est obligata peccatis tenetur? Sed cum hoc sit incertum, illud incertum non est[x], quia, nisi sacri baptismatis gratia fuerit renatus homo,
Iob 11,3 et 5. omnis anima originalis peccati vinculis est obstricta. Hinc enim scriptum est: 'Non est mundus in conspectu eius nec unius[y] diei infans super terram'. Hinc David ait:
Ps. 50,7. 'In iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea'. Hinc ipsa veritas
Ioh. 3,3. dicit: 'Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum cae-
1.Cor.15,22. lorum'. Hinc Paulus apostolus ait: 'Sicut in Adam omnes moriuntur[z], ita in Christo omnes vivificabuntur'[5]. Cur ergo infans[a], qui nihil[b] egit, in conspectu omnipotentis Dei esse non valet mundus? Cur psalmista ex legitimo coniugio prolatus in iniquitate conceptus est? Cur nisi qui[c] mundatus aqua baptismatis fuerit, mundus non est? Cur in Adam omnis homo moritur, si originalis peccati vinculis non tenetur? Sed quia genus humanum in parente primo[d] velut in radice putruit, ariditatem traxit in ramis et inde omnis homo cum peccato nascitur, unde primus homo permanere noluit[e] sine peccato. De his autem suptilius ac latius loqui debueram; sed dum me et curarum[f] tumultus premunt et harum portitor, ut laxari debuisset, importunus extitit, unde multa debui, pauca locutus sum[6].

Rogo autem omnipotentem Deum, ut sua te gratia protegat et[g] beati Petri apostolorum principis intercessione a malis omnibus inlaesum servet, quatenus fervor caelestis desiderii in tua mente cotidie ardentius excrescat, ut semper novus[h] et semper se ipso robustior ad caelestia praemia multiplicius percipienda pertingat. Transmisi autem duos omeliarum codices[i][7], quas dixi in ecclesia, dum adhuc loqui praevalerem, ut, quia ipse[k] te videre tibique sedule colloqui non possum, caritati tuae vel per ea quae scribere valui absens non sim[l]. Exiguum quoque[m] vestimentum transmittere studui, per quod tua caritas, quia australi in animo calore ardet, foris a corpore Arcturi[n] frigus[o] repellat[p]. Peto autem, ut pro me orare enixius debeas, ut tuae intercessionis ope et a malis praesentibus eripi et aeternis[q] merear gaudiis praesentari.

s) *C 2 m. 2 add. in marg.:* de origine animæ — *R 3 suprascr. corrector:* s. ut halitus cęteris animalibus *et in marg. add.:* quidam tamen hanc questionem prudentium habunde solvisse putant. Sed mirum, si hoc Gregorium latuit. t) *in* fessi *corr. C 2 m. 2.* u) in *hic add.* ϱ* *1;* de eadem *coni. Ew.* v) *ex* anime *corr. R 1.* w) de *om., sed post. add. R 1.* x) certum est (*om.* non) ϱ* *1.* y) unus *C 1.* z) *hic add.* aqua, *sed expung. C 2.* a) unius diei *suprascr. R 3.* b) quidem *suprascr. R 3.* c) quis *C.* ϱ* *2. 3; om. hoc verb.* ϱ* *1.* d) cum peccato nascitur *hic add. C — R 3 hic suprascr.:* s. sicut et stipites inserti sapores attrahunt a plantis. e) *om. hoc. verb.* ϱ* *1.* f) causarum *C.* g) ut *R 1.* h) nobis *C, sed corr. C 2 m. 2.* i) *R 3 suprascr.:* i. duoviginti. k) *ex* ipsa *corr. R 1.* l) sum *C 2, sed corr. m. 2.* m) quoquo *C 2, sed corr. m. 2.* n) artari *C; R 3 suprascr.:* s. aquilonis. o) frigora *R 3.* p) *ex* repallat *corr. C 2.* q) *ex* aeternas *corr. C 2 m. 2.*

5) *Similia scribit noster in ep. VI, 14 (n. 2). VII, 44.* 6) *Cf. ep. XIV, 12.* 7) *Utrum de homiliis in evangelia — quod Maurini in praef. ad hoc op. contendunt — an de homiliis in Ezechielem agatur, dubium est; nam utraeque in duos libros divisae erant.*

habere desideras, ut[e] visio corporalis cotidiana reddat exortum[f], ut, dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius imaginem videre desideras[g]. Ab re non facimus, si[h] per visibilia invisibilia[i] demonstramus[k]. Sic homo qui[l] alium[m] ardenter[n] videre desiderat aut sponsam[o] amando desiderat,

e) et *Pb 1.* f) exertum *Pa 2.* g) consideras *Pb. 2. Pa 2.* h) fasi *Pa 1;* abrahe enim nonne *Pa 2.* i) visibilia visibilibus invisit *Pa 1.* k) demonstrantur *Pa 2.* l) cum *Pa 2.* m) alio *Pa 1. Pb 2, sed corr. Pb 2.* n) ardente *Pb 1. 2. Pa 1.* o) exponsa *Pa 1. Pb 1.*

qui videre conatur, si contingit[p] ad[q] balneum ire aut[r] ad ecclesiam, praecedere[s] festine[t] viam[u] tendentibus[v] praeparat[w], ut de visione hilaris recedat. Scimus[3], quia tu[x] imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem[y] filii Dei in eius amore recalescas, cuius te[z] imaginem videre desideras[a]. Et nos quidem non[b] quasi ante divinitatem ante ipsam[c] prosternimur[d], sed illum adoramus quem[e] per imaginem aut natum aut passum vel in throno sedentem recordamur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium[f] Dei reducimus[g], animum nostrum[h] aut de resurrectione laetificat aut de passione emulcat[i]. Ideoque direximus tibi surtarias[k] duas, imaginem Salvatoris et[l] sanctae Dei genitricis Mariae, beati Petri et[m] Pauli apostoli[n] per supradictum filium nostrum diaconem, et unam crucem, clavem[o] pro benedictione; ab ipso maligno[p] defensus, cuius sancto ligno te esse[q] munitum[r] credis, ut ex eo te[s] protegat, qui[t] in illa[u] assertione[v] te suggerit, recordare, ut[w] bonis tuis[x] actibus perseverans[y] alios in eius accendas amore, per quem solitarium te fecisti habitare, ut vitae[z] eius malitia, quae[a] te in corde[b] suggerit, retro acta aliis mentibus quasi facibus inardescat[c], pro cuius amore vitam[d] etiam velis finire, ipse te protegat usque in finem, qui cunctum mundum est dignatus redimere Iesus Christus dominus noster, qui est in saecula.

p) contigit *Pb 1;* contingat *Pa 2.* q) ut ad *Pb 1. 2;* ut *Pa 1.* r) vel *Pa 2.* s) procedere *Pa 2.* t) festinus *Pb 2;* extimus *Pa 1;* non existimamus quia *Pa 2.* u) *ita Pa 1;* via *Pa 2;* in via *Pb 1. 2.* v) tendentibus *om. Pb 1. 2, qui* se *add.* w) preparet *Pa 1.* x) tu *om. Pa.* y) recordationis *Pa 1. Pb 1. 2, sed corr. Pb 2.* z) cuius (*om.* te) *Pb 1. 2;* quos te *Pa 1.* a) consideras *Pb 1. 2.* b) non *om. Pa 2.* c) ipsum *Pb 1. 2;* ipsis *Pa 1;* ipsa *Pa 2.* d) nos prosternimus *Pa 2.* e) quos *Pa 1.* f) filii *Pa 2.* g) reducamus *Pb 1;* reducit *Pa 2.* h) animus nostro *Pa 1.* i) emulcet *Pa 2.* k) *om. hoc verb. Pa 2.* l) *om.* et *Pa 1.* m) et *om. Pa 1.* n) apostulis *Pa 1;* apostolorum *Pa 2.* o) clavemque *Pa 2.* p) ad ipsa maligno *Pa 1. Pb 2;* ipsa a maligno *Pa 2;* ab ipso maligno *Pb 1.* q) *ita Pa 2, sed om.* esse; cuius sanctum lignum te e. *Pa 1. Pb 1. 2.* r) monitum *Pa 1. Pb 2, sed corr. Pb 2.* s) te *om. Pb 1. 2.* t) per quem *Pa 2.* u) inuile *Pa 1. Pb 1. 2, sed in* unile *corr. Pb 2;* invenilia, *ut videtur, Pa 2.* v) asseratione *Pb 1;* semper (*om.* te) *Pa 2.* w) in *add. Pa 2.* x) tuis *om. Pa 2.* y) perseveratus *Pa 1.* z) vita *Pa 1;* vitata *Pa 2.* a) qui *Pa.* b) cordes (*om.* in) *Pa 1;* nequitiae tibi *Pa 2.* c) *ita Pa 1;* inardescas *cet.* d) vito *Pa 1.*

3) *Haec usque* recordamur *citantur ibidem.*

IX, 148.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, latores praesentium, Histros quosdam, qui schismati renuntiaverint, commendat commendarique excellentissimo (exarcho) cupit. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 83.
Edd. M: Lib. IX. ep. 96; G: Lib. VII. ind. II. ep. 99. — Iaffé Reg. 1674 (1254).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Latores praesentium de Histriae[a] ad nos partibus venientes[1] unitati se ecclesiae subdi[b] auxiliante Domino cupiverunt[2]. Quos pro sui laude desiderii cum affectu suscepimus eosque de conservatione[c] adeptae unitatis praemissa exhortatione nostrae quoque, sicut eorum erat desiderium, ecclesiae noscimus[d] militasse. Quos fraternitas

IX, 148 in titulo: Ravenna *R 1.* a) Istrię *R 1.* b) subditi *ϱ* 1.* c) *ita scr.;* conversatione *codd. n.;* conversione *sec. ed. M. Vat. A. B. E.* d) noscimur *codd. n.;* noscitur permittere *Vat. D (ed. M).*

IX, 148. Haec epistula cum ep. IX, 141 (per eosdem certe latores translata) et cum ep. IX, 150. 152 ss. 160 s. summa affinitate coniuncta. — De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. 1) *Eorum qui ex Histria Romam venerant huius ep. latores via directa reversi esse videntur, alii scil. Capritanae insulae habitatores Roma in Siciliam profecti esse; de quibus cf. ep. in n. sup. laud.* 2) *De trium capitulorum schismate cf. ep. V, 56 n.*

vestra gratanter excipiat eisque opem, ut[e] exegerint[f], libenter impendat, quatenus ad propria revertentes nullis[g]. ut bonum operis sui perficiant[h], perversorum inquietudinibus fatigentur. Magis autem apud excellentissimum filium nostrum[3] id studiosius peragitis, ut suis illos iussionibus apud eos quorum illic interest, securos in omnibus reddat, ut horum quiete aliorum quoque adhuc scismate positorum animi ad conversionis[i] gratiam provocentur[k].

IX, 149.

Gregorius I. papa Constantium, episcopum Mediolanensem, monet, ut una cum Mariniano, episcopo (Ravennate), Ravennae de Maximo Salonitano iudicet. Castorio chartulario, ut executionem huius causae susciperet et, quae acta essent, ad se referret, mandatum esse scribit. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 84.
Edd. M: Lib. IX. ep. 67; G: Lib. VII. ind. II. ep. 69. — Iaffé Reg. 1675 (1168).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Maximus Salonitanae ecclesiae praevaricator[1], postquam per potestates maiores saeculi optinere nihil valuit, ad minores sese[a] contulit nobisque nimietate precum quam attestatione[b] bonorum operum[c] praevalere contendit. Ex qua re inhumanum credidi, si is qui se quasi multum timere me dicit in aliquo me temperatiorem minime invenire potuisset. Et ideo decrevi, ut reverentissimus frater et coepiscopus noster Marinianus eius causam debeat in Ravennati urbe cognoscere[2]. Si autem persona eius suspecta forsitan habetur, volumus, ut vestra quoque fraternitas, si ei laboriosum non est, ad eandem civitatem fatigare se debeat et cum praedicto fratre in eodem iudicio pariter sedere[3]. Quicquid[d] autem vestrae utrorumque sanctitati placuerit, scitote mihi modis omnibus placiturum; et vestrum ego iudicium meum deputo, et quae utrique[e] vos[f] relaxanda esse censetis, me relaxare certum tenete hoc tamen sollicite pensantes, ne aut cum peccato remissi[g] aut cum iniuria sanctae ecclesiae[h] esse videamur. Huius autem causae executionem Castorio cartulario[4] iniunximus, ut ipse nobis debeat cuncta quae acta fuerint suptiliter renuntiare[i].

---

e) ut *om. R 1.* f) exigerit *codd. n.* g) nullus *R 1.* h) *ita scr.;* perficiant *om. codd.;* ad *pro* ut *Mommsen;* peragere valeant *vet. edd.* i) *ex* conversationis *(ita ϱ* 1) corr. ϱ* 3.* k) procentur *ϱ* 1. 4, sed corr. ϱ* 4.*

IX, 149. a) se *et ante ras. 2 litt. R 1.* b) attestationem *codd. n., sed corr. ϱ* 2.* c) operum *om. ϱ* 1.* d) quid *ϱ* 1.* e) utri *R 1.* f) vox *ϱ* 1.* g) peccatores misi *ϱ* 1; post* peccato *ras. ϱ* 2.* h) duri *vel sim. hic deesse putat Mommsen.* i) nuntiare *R 1.*

3) Scil. exarchum; cf. ep. IX, 141.

IX, 149. De eadem re, de qua nostra, agitur in ep. IX, 151. 155. — De Constantio cf. ep. I, 80 n. 3. III, 29 ss. 1) De huius causa cf. ep. V, 6 p. 286 n. 1. VIII, 36. 2) Ep. IX, 155. 3) In reg. VIII, 36 non commemoratur Constantius. 4) De Castorio, notario et cartulario, iam antea Romanae ecclesiae in urbe Ravennate apocrisiario cf. ep. V, 24 n. IX, 151 n. 1.

IX, 150.

Gregorius I. papa Romano, defensori Siciliae, Histros quosdam, praesentium latores, ad episcopum suum, in Sicilia degentem, euntes commendat. Quem episcopum ad fidem reverti cupientem, ut Romam veniat vel scripto id affirmet, admoneri iubet. 599, Mai.

Codd. C: cap. 30.
Edd. M: Lib. IX. ep. 94; G: Lib. VII. ind. II. ep. 97. — Iaffé Reg. 1676 (1252).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Praesentium portitores hic de Histriae[a] partibus venientes[1] ab episcopo suo, qui nunc in Siciliae deget partibus[2], cum nostro se perrexisse solacio poposcerunt: quos hinc[b] ordinantes fecimus ambulare. Suscipiens ergo eos experientia tua ordinet, qualiter ad praedictum episcopum suum velocius valeant pervenire[c], ne, sicut astruunt, scismaticorum illarum partium eos alii ad persuadendum praeveniant[d]. Quantum enim indicant, is ipse episcopus pro unitate fidei ad nos habet desiderium veniendi. Concurrendum ergo illis est, ut bona quae cupiunt Domino adiuvante valeant perficere. Sed experientia tua aut per se, si in vicino est, aut suis epistolis eundem episcopum adhortetur, ut propitiante Domino ad apostolorum limina properare festinet sciturus, quod a nobis cum omni suscipiatur affectu. Cui expensam itineris, qualiter ad nos veniat, praebere te volumus. Sin vero onerosum illi est hic[e] venire et Siciliam habitare disponit atque in unitate ecclesiae scripturae proveniente[f] cautela[3] permanere consentit, et hoc nobis tua suggestione[g] indicare non differas, ut, qualiter illic consultum habere valeat, expensa re auxiliante Domino disponamus. Sed et harum latores quem ad modum ad eundem episcopum suum perveniant, tuae concursionis sit atque solacii, ut venientes a nobis nihilominus[h] sentiant.

IX, 151.

Gregorius I. papa Andreae scholastico Castorium, latorem praesentium, chartularium suum, quem pro necessariis causis transmiserit, commendat. 599, Mai.

Codd. C: cap. 31.
Edd. M: Lib. V. ep. 45; G: Lib. VII. ind. II. ep. 4. — Iaffé Reg. 1677 (1161).

GREGORIUS ANDREAE SCOLASTICO.

Qualiter de gloriae vestrae debeamus sinceritate praesumere, cognitae devotionis qualitas, quam beato Petro apòstolorum principi[a] olim exhibuistis, ostendit. Cuius licet causis mente vos adesse promptissima confidamus, non[b] tamen ab re est, si ea quae sponte agitis nostra ex abundanti[c] epistola deposcamus. Atque ideo salutantes

IX, 150. a) Istriae *C 1. 2 et (ex* Histr. *corr.) C 3;* Historiae *C 1 in arg.* — hic *in* huc *corr. m. 2 C 2.* b) nunc *corr. in* hunc *C 3.* c) perficere *corr. in* pervenire *C 2;* pervere *C 3.* d) praeveniunt *codd. n., sed corr. in* praeveniant *m. 2 C 2.* e) *in* huc *corr. m. 2 C 2.* f) provenientes *C 1. 2;* provenientis *corr. in* provenientes *C 3.* g) suggestio *C 2. 3, sed m. 2 corr. C 2.* h) *ita scr. Mommsen;* nihil minus *codd.*

IX, 151. a) P. beatorum principe *C 1;* principe *etiam C 2. 3.* b) nos *codd. n.* c) habundantia *ex* habuntia *corr. m. 2 C 2.*

IX, 150. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. *1) Cf. ep. IX, 148 n. 1.* *2) An de eodem agitur in ep. IX, 155?* *3) De promissione fidei agi videtur, qualis exstat in Diurn. f. 73, cui* sacerdotes eiusdem ecclesiae *subscribere solebant. Adde ep. IV, 2 (n. 5. 6).*

paternae caritatis affectu petimus, ut, quia latorem praesentium Castorium cartularium nostrum pro necessariis illic[d] causis [1] transmisimus, vestra in eum ope in omnibus adiuvetis atque illi bonitatis vestrae consilio, quocumque necesse fuerit, concurratis, quatenus fultus christianitatis vestrae solacio ad explenda[e] quae sibi iniuncta sunt sollers possit et idoneus inveniri[f]. Sic etenim et vos quae vestra sunt facitis et nos pro vobis enixius orare compellitis. Omnipotens Deus gratiae suae vos tuitione praemuniat et ita actus vestros in suo, sicut desideratis, propitius timore disponat, ut et hic a malis omnibus exuat et ad gaudia vos aeterna perducat.

IX, 152.

Gregorius I. papa habitatoribus insulae Capreae Histriae provinciae, ad fidem reversis, ut a latoribus praesentium, eorum responsalibus, audiverit, gratulatur. Mandatum Mariniano, episcopo (Ravennati), esse scribit, ut pro schismatico episcopo orthodoxum successorem substitueret. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 85; C: cap. 32.
Edd. M: Lib. IX. ep. 97; G: Lib. VII. ind. II. ep. 100. — Iaffé Reg. 1678 (1167).

GREGORIUS HABITATORIBUS INSULAE CAPREAE HISTRIAE PROVINCIAE.

Redemptor noster Dei hominumque mediator condicionis humanae non inmemor sic imis summa coniungit, ut ipse in aeternitate permanens[a] ita temporalia occulto instinctu pia consulens moderatione[b] disponat, quatenus de eius manu antiquus hostis nullatenus rapiat, quos ante saecula intra sinum matris ecclesiae coadunandos esse praescivit[c]. Nam[d] etsi quisquam eorum inter quos corporaliter deget flatibus[e] motus ad tempus ut palmis titubat, radix tamen rectae fidei, quae ex occulto prodit, divino iudicio virens manet, quae accepto tempore fructum de se ostentare[f] valeat qui latebat. Quod in vobis nunc ex desiderio vestro gestum esse superni respectus inlustratione cognoscimus, qui scismaticorum, inter quos habitatis, pertinaciam refutantes coadunari ovili[g] dominico mente promptissima ipsa rei operatione monstratis. Quibus enim scissura displicet, sanos velle se esse[h] testantur[i], et reprobantes errorem ostenditis[k] vos amare quod rectum est, vitare quod devium. Hinc est, quod nos et vestra dudum directa petitio et latorum[l] praesentium[m] responsalium[n] vestrorum salubria postulantium laetificavit adventus, per quos significastis vos et devios reprobare gressus errantium et rectum salutis iter quaerere, per quod unitati vos sanctae ecclesiae reformantes ad retributionem bene operantium, quae intra eius sinum constitutis est debita, tenderetis. Unde sic laudabilem[o] vestraeque in aeternum animae profuturam[p] voluntatem vestram

d) *in* illuc *corr. m. 2 C 2.* e) adplenda *C 3.* f) invenire *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.*

IX, 152 om. ϱ 1. — In titulo:* Capracae (*ex* Ca *C 2*) *C, sed* Capreacam *C 1. 2 in arg.* — Istricae *C 1;* Istriae *C 2* — constantiae *in f. add. ϱ* 2. 3,* consistentibus *R* 4.* a) permanet *C.* b) modoratione *C 3.* c) praesciunt *C 1.* d) nam *om. C 3.* e) fratribus *C.* f) ostendere *C.* g) oculi *R 1.* h) velles esse *R 1.* i) testatur *C 3.* k) ostendistis *C.* l) lamentorum *ϱ* 2. 3.* m) praesentia *C 1. 2;* praesentiam *C 3.* n) responsarium *C.* o) Unde sit laudabile *C.* p) profuturum *C.*

IX, 151 una cum ep. IX, 153 transmissa. — De Andrea cf. ep. V, 51 n. 1) Scil. ob Maximi Salonitani causae exsecutionem: cf. ep. IX, 149 (n. 4). — Ex hoc loco effici videtur Castorium per aliquod tempus Ravennae non fuisse. Fortasse hoc tempore Gregorius iratus Mariniano ob eius contra Romanam ecclesiam iniurias apocrisiarium Ravennam omnino non miserat.

cum omni gaudio sumus libenter amplexi[q] hoc cum Domini auxilio disponentes, ut, si quidem episcopus, quem vobis in vestra reformari petiveratis ecclesia[r], ab scismaticorum lapsu se segregans ecclesiae voluerit unitati coniungi[1], fratri et coepiscopo nostro Mariniano evidenter[s] scripsimus[2], qualiter petitionem vestram ex nostra auctoritate debeat confirmare; sin vero, quod optandum a nobis non est, ab illorum se[t] noluerit scismate separare, idem[u] quomodo vestra ecclesia proprium habere valeat sacerdotem, praedicto fratri et coepiscopo nostro scripsimus[v], quatenus in utroque et pia mentis vestrae[w] devotio sortiatur effectu et grex dominicus contra insidiantis inimici iacula sit securus.

IX, 153.

Gregorius I. papa Basilium, ut oppugnare Histricorum schisma pergat, hortatur. Castorium, praesentium latorem, chartularium suum, quem pro quibusdam causis transmiserit, commendat. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 86; C: cap. 33.
Edd. M: Lib. V. ep. 46; G: Lib. VII. ind. II. ep. 94. — Iaffé Reg. 1679 (1219).

GREGORIUS BASILIO.

Multum cor nostrum magnitudini vestrae congaudet, quod sic vos studiosos[a] in vestris actibus invenimus, ut vobis[b] et apud homines gloriam et apud omnipotentem Deum praemia mercedis adquirant[c][1]. Inter alia igitur laudanda, quae agitis, qualiter vos contra[d] Histricorum[e] scisma pro unitate ecclesiae amoris olim fervor[f] accenderit[g], et multorum ante[h] relatione et nostrorum modo plene testificatione cognovimus. Unde redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua vobis in omnibus gratia suffragetur et effectu vos implere tribuat[i], quod velle concessit[1]. Quia[k] ergo hac[l] in re[m] tanto commoda retributionis adcrescunt, quanto et studium laboris augetur[1], paterna dulcedine salutantes hortamur[n], ut oportunitate[o] occasionis inventa[p] efficaciam vestram exercere[q] enixius debeatis atque id modis quibus possibile fuerit omni studio agere contendatis, quatenus praedicabile[r] desiderium vestrum de reversione errantium adiuvante Domino compleatis[1]. Praesentium vero portitorem Castorium cartularium nostrum[s], quem pro quibusdam illic causis[t] transmisimus[2], magnitudo vestra, ut bona sua multiplicet, suis in omnibus[u] studeat solaciis adiuvare. Omnipotens Deus sua vos protectione cum filiis et omni domo vestra ab omni adversitate tueatur atque custodiat vobisque et praesentis vitae prosperitatem et laetitiam futurae concedat.

---

q) conplexi *C 1.* r) ecclesiae *C 2. 3.* s) evidentes *C 1.* t) re *R 1.* u) id est *ϱ* 2. 3.* v) scimus *ϱ* 2. 3.* w) vestra *C 1.*

IX, 153 om. ϱ 1.* — Balio *C 1, sed recte in ind. et arg.* — episcopo *add. Vat. A (ed. M).* a) *ex* studiosus *corr. R 1. C 1.* b) nobis, *suprascr.* vobis *C 3.* c) acquirat *R 1.* d) *add. iterum* vos *R 1.* e) Istricorum *C, corr. in* heretic. *C 5.* f) per vos *C 1. 2. 5;* parvos *C 3.* g) *ex* accenderis *corr. C 2.* h) te (*om.* an) *R 1. ϱ* 2. 3.* i) tribuit *R 1.* k) qui *C 2. 3. 5.* l) hoc *C 3.* m) in h. re *C 1.* n) ortamus *C 1. 3.* o) oportunitatis *C.* p) in vestra *C.* q) efficatia vestra, *om.* exercere *C.* r) precabile *R 1.* s) portitore Castorio cartulario nostro *C* — Chastorium *R 1.* t) causis illic *(in* illuc *corr. m. 2 C 2) C.* u) imnibus (*om.* in) *R 1.*

IX, 152. Cf. ep. IX, 154. 155. — Capris, *idem fortasse oppidum, quod hic, bis commemoratur a Geogr. Ravenn. IV, 31. V, 14 inter Piranum et Tergeste (fortasse Capo d'Istria: cf. C. I. L. V p. 49).* — Caprulae, *Caorle: Maur.* *1) Cf. ep. IX, 150 n. 3.* *2) Ep. IX, 155.*

IX, 153 una cum ep. IX, 151 transmissa. — *Idem, ut videtur, Basilius commemoratur in ep. IX, 44 (n. 6) vir clarissimus.* *1) Haec repetuntur in epistula pseudoisidoriana (ed. Hinschius p. 750), quam Maurini l. XIV ep. 17 receperunt (I.-E. † § 1334).* *2) Cf. ep. IX, 151 n. 1.*

IX, 154.

Gregorius I. papa Callinico, exarcho Italiae, victos Sclavos nuntianti respondet gaudere se, quod insulae Capritanae habitatores ad ecclesiam reverti cupiant; de ordinanda insula se Mariniano, episcopo (Ravennati), mandasse scribit. Imperiali pro schismaticorum defensione praecepto, quod subreptum appellat, non mandatum esse, ut venientes ad unitatem ecclesiae repellantur, sed ut venire nolentes hoc tempore minime compellantur. Maiorem domus Callinici accusat venalitatis et de Iustino queritur. Exarchum Romam S. Petri natalicio die venturum esse laetatur. Addit de causa Maximi. 599, Mai.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 87.
Edd. M: Lib. IX. ep. 9; G: Lib. VII. ind. II. ep. 9. — Iaffé Reg. 1680 (1165).

GREGORIUS CALLINICO EXARCHO ITALIAE.

Inter hoc, quod mihi de Sclavis[a] victorias[1] nuntiastis, magna me laetitia relevatum esse cognoscite, quod latores praesentium de Capritana insula[2] unitati[b] sanctae ecclesiae coniungi festinantes ad beatum Petrum apostolorum principem ab excellentia vestra transmissi sunt. In hoc enim contra hostes vestros amplius praevaletis, si eos quos Dei hostes agnoscitis sub iugo veri domini revocatis tantoque vestras causas apud homines fortiter agitis, quanto Dei causas in hominibus sincera ac devota mente feceritis.

Quod autem exemplar iussionis quae vobis[c] pro scismaticorum defensione transmissa est mihi ostendi voluistis, pensare sollicite dulcissima mihi vestra excellentia debuit, quia, quamvis iussio ipsa subrepta[d] est, non tamen in ea vobis praeceptum est, ut venientes[e] ad unitatem ecclesiae repellatis, sed ut venire nolentes hoc incerto tempore[3] minime compellatis. Unde necesse est, ut haec ipsa piissimis imperatoribus nostris suggerere festine debeatis, quatenus cognoscant[f], quod eorum temporibus scismatici cum omnipotentis Dei solacio et labore vestro sua sponte reverti festinant.

Quae autem de insulae Capritanae ordinatione decreverim, per reverentissimum fratrem et coepiscopum meum Marinianum vestra excellentia agnoscit[4]. Illud vero cognoscite, quia me non modice[g] contristavit, quod maior domi[5], qui petitionem episcopi volentis reverti suscepit, eam se perdidisse professus est, et postmodum ab adversariis ecclesiae tenebatur[h]. Quod ego non neglegentia, sed venalitate eius factum arbitror. Unde miror[i], quia in eos[k] culpam hanc minime vestra excellentia vindicavit. Sed tamen quia hoc miratus sum, memetipsum citius reprehendi. Nam ubi domnus Iustinus[6] consilium praebet, qui pacem cum catholica ecclesia non habet, ibi non possunt heretici addici[l].

Praeterea sancti[m] Petri apostolorum principis natalicium diem[7] in Romana civitate vos facere velle perhibetis. Et oramus omnipotentem Dominum, ut sua vos[n]

IX, 154 in titulo: Gallianico *ϱ* 1.4;* Gallinico *ϱ* 2.3;* cui supra (*cf. ep. IX, 153:* Basilio) *R* 1 et in ind.:* Salio de scismaticis et de perverso consilio Iustini. a) clavis *R 1. ϱ* 3.* b) unitatis *R 1. ϱ* 1. 2, sed in* unitati *corr. ϱ* 2.* c) *ita scr.;* vos *codd. n.;* vo *ex* vos *corr. ϱ* 2;* ad vos *edd.* d) *ex* subrecta *corr. R 1.* e) veniente *R 1.* f) cognoscat *codd. n.* g) modice *om. R 1.* h) tenebantur *ϱ* 2. 3.* i) mirum *ϱ* 1.* k) os *ϱ* 1.* l) adduci *ϱ* 2. 3;* adici *scr. Mommsen.* m) sancti *om. ϱ* 1.* n) nos *ϱ* 2. 3.*

IX, 154. De Callinico cf. ep. VII, 26 p. 472 n. 1. 1) *De Graecorum hoc tempore contra Avaros Sclavosque, eorum socios, rebus gestis cf. Theophyl. Sim. p. 256 ss. 284 ss. ed. de B.* 2) *Cf. ep. IX, 152 n. et IX, 148 n. 1; nota hanc ep. per Siciliam ad exarchum translatum esse.* 3) *Cf.* praesentem rerum Italicarum confusionem *in reg. I, 16 b.* 4) *Cf. ep. sequentem.* 5) *De hoc munere cf. ep. IX, 17 (n. 2). XI, 53.* 6) *Hic alias non commemoratur; fortasse consiliarius exarchi erat.* 7) *I. e. die 29 m. Iunii.*

misericordia protegat et vota vestra vos implere concedat. Sed praedictus vir eloquentissimus peto ut simul veniat: qui si non venerit, a vestris obsequiis recedat: vel certe, si vestra excellentia fortasse emergentibus causis venire nequiverit, ipse aut[o] sanctae ecclesiae unitati communicet, aut peto, ut vestrorum consiliorum particeps non sit. Bonum enim virum audio, si pessimi non esset erroris.

De causa vero Maximi, quia importunitatem dulcedinis vestrae[8] iam ferre non possumus, quid decrevimus, Castorio notario suggerente[9] cognoscitis.

IX, 155.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, scribit de Iohanne Pannoniaco „in castello, quod Novas dicitur", episcopo constituto, pro quo in insula Capritana alius episcopus, qui in insula habitaret, constitutus sit; quem cum catholicae ecclesiae coniungi voluerit, paullo post ad schismaticos rediisse, incolas vero in fide permansisse narrat: mandat, ut, si ad fidem catholicam reverti episcopus noluerit, novum episcopum ordinet episcopatumque, „quousque ad fidem catholicam Histrici episcopi revertantur", suffraganeum teneat; exarchum Callinicum petat, ut imperatori de hac causa referat; se iam Anatolio de eadem re scripsisse. De Maximo (Salonitano), per Callinicum commendato, cognoscat una cum Constantio, episcopo Mediolanensi, deducto etiam Honorato archidiacono. *599, Mai.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 88.

Edd. M: Lib. IX. ep. 10; G: Lib. VII. ind. II. ep. 10. — Iaffé Reg. 1681 (1166).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Latores ad nos praesentium ille[a] vir clarissimus[b] atque ille[a] defensor[1] venerunt asserentes, quia in castello quod Novas dicitur[2] episcopus quidam Iohannes nomine de Pannoniis veniens fuerit constitutus, cui castello eorum insula quae Capritana[c] dicitur erat quasi per diocesim[d] coniuncta[e]. Adiungunt autem, quod[f] eodem violenter ab Histria[g] episcopo expulso alius illic fuerit ordinatus. De quo tamen hoc placuisse referunt[h], ut non in praedicto castro, sed in sua[i] insula habitare debuisset. Qui dum illic cum eis degeret, in errore se scismatis detinere noluit atque cum omni plebe sua excellentissimo filio nostro Callinico exarcho petitionem dedit[3], ut catholicae ecclesiae cum omnibus qui cum ipso erant, sicut praediximus, uniri debuisset. Qui, ut aiunt, a scismaticis persuasus post semetipsum rediit, et nunc omnis ille populus qui in praedicta insula consistit sacerdotis protectione privatus est, quia, dum sanctae ecclesiae uniri desiderat, illum iam recipere non potest, qui in[k] scismaticorum errore reversus est, et petunt sibi ordinari[l] alium debere. Sed nos, quia cuncta necesse est districte

o) autem ϱ*.

IX, 155. a) ill *R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3;* illi *ϱ* 1. 4.* b) v̄c *ϱ 1. ϱ* 1. 4;* nic *R 1:* nunc *ϱ* 2. 3:* vicedominus *add. edd. G. M.* c) Caprinata *ϱ* 1.* d) diocesin *R 1.* e) coniunctum *codd. n., in* coniuncta *corr. ϱ* 2.* f) de ab *add. ϱ* 1,* ep̄o *hic ϱ 1 et post* eodem *R 1.* g) *ita scr. Mommsen;* abistrico *ϱ 1;* abstricto *cet.* h) refertur *ϱ* 1.* i) in sua *om. ϱ* 2. 3.* k) in *om. R 1.* l) ordinare *R 1.*

8) Cf. ep. VIII, 24 (n. 5). IX, 176 et ep. seq. *9) Cf. ep. IX, 151 n. 1.*

IX, 155 cf. ep. praeced. — De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. *1) Cf. ep. IX, 148 n. 1. — Defensor, qui hic commemoratur, utrum civitatis defensor an ecclesiae fuerit, dubium. — Nota hic, sicut in Diurno, pro nominibus* ille *scriptum esse ab excerptore.* *2) Città nuova* Neapolis *appellatur a Geogr. Ravenn.: cf. C. I. L. V p. 39. —* Città nuova distrutta *Maur.* *3) De eadem petitione a maiore domi perdita scribit noster in ep. praeced.*

ac suptiliter[m] perscrutare, hoc ordinandum esse praevidimus, ut fraternitas tua ad eundem episcopum[4] mittat[n] eumque reverti ad ecclesiae catholicae unitatem et ad propriam plebem ammoneat. Qui[o] si ammonitus redire contempserit, grex Dei decipi non debet in errore pastoris. Et idcirco sanctitas tua illic episcopum ordinet eandemque insulam in sua diocesi[p] habeat[5], quousque ad fidem catholicam Histrici episcopi revertantur, ut et unicuique ecclesiae[q] sua dioceseos iura servemus et destituto a pastore populo non desit protectio et cura regiminis. In his tamen omnibus fraternitatem tuam decet sollicite vigilare, ut plebs eadem quae ad ecclesiam venit studiosius ammoneatur, quatenus constanter[r] in sua reversione fixa sit, ne vagis cogitationibus in erroris iterum fovea relabatur[s]. Excellentissimum vero exarchum petere studeat[t], ut haec ipsa suis suggestionibus piissimis imperatorum auribus innotescat, quia, quamvis iussio, quae ad eum delata est, subrepta esse videatur, non tamen in ea iussione ei praeceptum est, ut volentes ad ecclesiam non permittat redire, sed ut invitos hoc incerto tempore minime compellat[6]. Huius ergo causae ordinationem in sua cura praedictus filius noster suscipiat, quatenus suis responsis agat, ut, quicquid ordinaverit, dubium non fiat. Quod tamen et nos communi filio Anatolio[u] [7] scripsimus, ut haec piissimis principibus suptiliter innotescat.

Excellentissimi filii mei domni Callinici exarchi adsidue et importune pro persona Maximi scripta suscepi[8]. Cuius importunitate victus nihil habui[v], quod amplius facere debuissem, nisi ut eiusdem Maximi causam[w] tuae fraternitati committerem. Si igitur ad fraternitatem vestram venerit isdem Maximus, deducatur et[x] Honoratus ecclesiae eius archidiaconus[9], et[x] cognoscat sanctitas tua, si recte ordinatus est, si in simoniaca heresi lapsus non est, si ei de criminibus corporalibus nihil obviat, si se non cognovit excommunicatum, quando missas facere praesumpsit, et[x] quicquid sub timore Dei tibi visum fuerit, decerne, ut nos dispositioni tuae consensum Deo auctore praebeamus. Si autem tuam fraternitatem suspectam praedictus filius noster habuerit, etiam reverentissimus vir frater noster Constantius[y] Mediolanensis episcopus Ravennam[z] veniat, tecum resideat, et de eadem causa pariter decernite[10] et[a], quod utrisque[b] vobis placuerit, mihi placiturum esse certum tenete. Sicut enim obstinati esse humilibus non debemus, ita[c] destricti existere superbis debemus[c]. Vestra ergo fraternitas, sicut scripturae sacrae paginis didicit, quicquid iustum perpenderit, in eius negotio decernat.

IX, 156.

Gregorius I. papa Eusebium Thessalonicensem, Urbicum Dyrrachinum, Andream Nicopolitanum, Iohannem Corinthium, Iohannem Primae Iustinianae, Iohannem Cre-

m) salubriter ϱ* 2. 3. n) mittant *R 1.* o) quod ϱ* 2. 3. p) sua diocesin *R 1;* suo diocesin ϱ* *1;* sua diocesim ϱ* 2. 3, *sed corr.* ϱ* 3. q) ecclesia ϱ*. r) constantes *R 1.* s) relaveatur *R 1;* relabetur ϱ*. t) studeat *bis* ϱ* *1.* u) Anatholio ϱ*. v) habuit *R 1.* w) causa *R 1.* ϱ* *1.* x) ut *R 1.* y) Constantinus *codd. n.* z) Ravenna *R 1.* ϱ* *1.* a) eo ϱ* 2. 3. b) utriusque *R 1.* c) *verba* ita *usque* debemus *om. R 1.*

4) Scil. in Siciliam, ut ex ep. IX, 150 effici videtur. 5) Nota hic Gregorium patriarchatui Aquileiensi (Gradensi) nondum diviso unam ecclesiam subtraxisse gubernante illum patriarchatum Severo schismatico (cf. ep. I, 16). 6) Cf. ep. praeced. (n. 3). 7) De Anatolio, responsali Constantinopoli, cui noster etiam ep. IX, 201 Istricos quosdam commendat, cf. ep. VII, 27 n. 6. 8) Cf. ep. VIII, 24 (n. 5) et ep. praeced. 9) De Honorato cf. ep. II, 20 n. III, 46 n. VI, 25 s. IX, 234. 10) Cf. ep. IX, 149.

tensem, Iohannem Larisseum et Scodritanum episcopos ad synodum Constantinopolim incitatos, ne ullo pacto universalis episcopi appellationem Cyriaco concedant, hortatur.

599, Mai.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 89.

Edd. M: Lib. IX. ep. 68: G: Lib. VII. ind. II. ep. 70. — Iaffé Reg. 1683 (1222).

GREGORIUS EUSEBIO THESSALONICENSI, URBICO DYRACINO, ANDREAE NICOPOLITANO, IOHANNI CORINTHIO, IOHANNI PRIMAE IUSTINIANAE, IOHANNI CRETENSI, IOHANNI LARISSEO ET SCODRITANO.

Suscepti regiminis cura constringimur officii nostri sollicitudinem vigilanter extendere et fratrum nostrorum animos sermone ammonitionis[a] instruere, ut nec ignorantes praesumptio prava decipere nec scientes[b] dissimulatio quaedam valeat excusare. Cognoscat siquidem fraternitas vestra Iohannem quondam[c] Constantinopolitanae civitatis antistitem contra Deum, contra pacem ecclesiae in omnium despectu[d] et iniuria sacerdotum modestiae[e] ac[f] mensurae suae terminos excessisse, et inlicite in synodo superbum ac pestiferum yeomenicon, hoc est universalis, sibi vocabulum usurpasse. Quod beatae recordationis Pelagius decessor noster agnoscens omnia gesta eiusdem synodi praeter illa, quae illic de causa[g] venerandae memoriae Gregorii[h] episcopi Antiocheni sunt habita, valida omnino districtione[i] cassavit[k] districtissima illum increpatione corripiens, ut[l] se a novo et temerario superstitionis nomine cohiberet, adeo ut suum illi diaconem, nisi tantum nefas emendaret, procedere prohiberet[m] [1]. Cuius nos rectitudinis zelo per omnia inhaerentes[n] statuta ipsius sine refragatione[o] Deo protegente[p] servamus, quia dignum[q] est, ut rectam decessoris viam[r] gressibus inoffensis incedat, quem de[s] eodem loco ad reddendam rationem aeterni iudicis tribunal expectat[t]. In qua re ne quid omittere quod ad pacem ecclesiae pertinet videremur, nostris eundem sanctissimum Iohannem scriptis semel iterumque[u] convenimus [2], ut amoto superbiae nomine cordis sui elationem ad humilitatem, quam magister et Dominus noster docuit, inclinaret[v]. Quem quoniam neglexisse comperimus, haec eadem et beatissimum fratrem et consacerdotem nostrum Cyriacum successorem ipsius concordiae studio non destitimus ammonere [3]. Sed quia hoc iam, ut vidimus, huius mundi termino propinquante in praecursione sua paruit[w] humani generis inimicus, ut ipsos, qui ei contradicere[x] bene atque humiliter vivendo debuerunt, per hoc superbiae vocabulum praecursores habeat sacerdotes, hortor atque suadeo[y], ut nullus vestrum hoc nomen aliquando recipiat, nullus consentiat, nullus scribat, nullus ubi fuerit scriptum admittat vel subscriptionem suam adiciat, sed, sicut omnipotentis Dei ministros decet, integrum se ab huiusmodi venenata[z] infectione custodiat et callido insidiatori in se locum non praebeat, quoniam hoc in totius ecclesiae iniuria ac discissione et, sicut diximus, in omnium vestrum

IX, 156 in titulo: Thess̄ *R 1. ϱ* 2. 3;* Thesā *ϱ* 1. 4;* Thessalonicę *R* 1* — Diracino *ϱ* 2. 3. R* 1* — Nopolitano *ϱ* 2. 3;* Nichopolitano *R* 1* — Cor̄ *R 1;* Corint *ϱ* 1. 2. 3;* Corinti *ϱ* 4;* Chorinthio *R* 1* — Primae Rusticianae *ϱ* 2. 3;* Primae Iustiniani *ϱ* 4* — Cretensis *R 1. ϱ* 1. 2. 3;* Cretens. *ϱ* 4* — Larisco *ϱ** — et *om. R* 1* — Codritano *ϱ* 1. 4;* Excodr. *cet.* a) commonitionis *R 1.* b) nescientes *ϱ*. ϱ 1.* c) quoddam *R 1.* d) despecta *R 1. ϱ* 1;* indespecta *ϱ 1.* e) molestiae *codd. n.* f) a *ϱ 1.* g) cause *ϱ* 1.* h) gregi *R 1.* i) diestrictio *R 1.* k) cessavit *ϱ* 2. 3.* l) a *add. ϱ* 1.* m) perhiberet *ϱ* 1.* n) herentes *ϱ*.* o) refragaretione *ϱ* 1.* p) protegentes *R 1.* q) dignus *ϱ* 1.* r) in *add. R 1.* s) de *om. R 1.* t) expecta *R 1.* u) iterum quo *ϱ* 1.* v) inclinare *R 1.* w) *ita codd. n. fortasse* = peperit *vel pro* sua apparuit *quod edd. exhibent;* paravit *scr. Mommsen.* x) qui econtra dicere *ϱ* 1.* y) suadeor *R 1;* studeo *ϱ*.* z) venerata *R 1.*

IX, 156. Iisdem Romani patriarchatus metropolitis et praeterea Italicis ep. VIII, 10 missa est (quam cf.) — 1) Cf. ep. V, 39. 44. 2) Ep. V, 41. Cf. ep. V, 45 n. 1. 2. 3) Ep. VII, 5. 28.*

despectu[a] fit[b]. Nam si unus, ut putat[c], universalis est, restat, ut[d] vos episcopi non sitis.

Praeterea pervenit ad nos, quod fraternitas vestra ad urbem sit Constantinopolim convocata. Et quamvis piissimus noster imperator agi illic inlicita non permittat, tamen ne[e] perversi homines conventus vestri occasione percepta aut pro huius nominis superstitione locum subreptionis[f] requirant[g] aut ob aliam rem facere synodum[h] cogitent[i], quatenus hoc in ea callidis machinationibus[k] inducant[l], quamvis sine apostolicae sedis auctoritate atque[m] consensu[n] nullas[o], quaeque acta fuerint, vires habeant, verumtamen coram omnipotenti Deo obtestor et moneo[p], ut nullus vestrum illic quibuslibet suasionibus[q], quibuslibet blandimentis, quibuslibet praemiis, quibuslibet terroribus teneatur assensus; sed pro aeterni iudicis[r] consideratione adversus pravis desideriis[s] salubriter ac unanimiter exhibete[t] et pastorali constantia atque apostolica auctoritate suffulti praedonem inruentemque lupum excludite et in discissus[u] ecclesiae saevienti non cedite, nec de hac re quacumque[v] subreptione synodum patiamini, quale[w] quidem nec synodus dicenda est, celebrari. Hoc quoque pariter ammonemus, ut, si forte nil actum[x] de huius perversi nominis mentione fuerit[y], sed[z] de alia re synodus forte colligitur, omnino sitis cauti, circumspecti, vigilantes atque solliciti, ne quid illic contra locum aliquid vel personam praeiudicialiter sive inlicite vel adversus canones censeatur. Sed si quid[a] incidentis[b] utilitatis causa tractandum est, sic causa de qua agitur formam accipiat, ut statuta vetera nulla convellat. Unde iterum coram Deo et sanctis ipsius ammonemus, ut haec omnia summo studio[c] et tota mentis intentione servetis. Nam si quis, quod non credimus, scripta praesentia aliqua in parte[d] neglexerit, a beati Petri apostolorum principis pace se noverit segregatum. Ita ergo vestra fraternitas agat, ut, cum pastor pastorum in iudicio[e] venerit, de loco regiminis quem accepit reatum habere non possit.

IX, 157.

Gregorius I. papa Desiderium, episcopum (Viennensem), hortatur, ne Pancratium diaconem, latorem praesentium, a monachica, quam capessierit, vita ad ecclesiam revocet.

599, Mai — Iun.

Codd. C: cap. 34.

Edd. M: Lib. XII. ep. 35; G: Lib. X. ep. 39. — Iaffé Reg. 1684 (1468).

GREGORIUS DESIDERIO EPISCOPO.

Pancratius lator praesentium, ut asserit, diaconus apostolorum se liminibus repraesentans a nobis noscitur sperasse[a], ut cum fraternitati vestrae deberemus specialiter commendare. Intimavit etiam nobis, quod in clericatus officio vestrae sit ecclesiae mili-

a) dispectus ϱ* 1; despectus ϱ* 3; despectu *et ras.* ϱ* 2; dispectu *R 1.* b) quid *R 1.* c) ut puta *R 1.* d) ut *om.* ϱ* 1. e) non ϱ* 1. f) *ex* subrectionis *corr. R 1.* g) *ex* requirant *(ita ϱ* 2. 3) corr.* ϱ* 1. h) synodo *R 1.* i) *ex* cogitet *(ita R 1. ϱ* 1. 2) corr.* ϱ* 1. k) mannationibus *R 1.* l) *ex* indicat *(ita R 1. ϱ* 1. 3) corr.* inducat ϱ* 2. m) aut *R 1.* n) consensum *R 1*; consensus ϱ* 1. o) *ex* nullum *corr.* ϱ* 1. p) admoneo ϱ* 2. 3. q) qu. suasion. *om.* ϱ* 2. 3. r) *ita* ϱ*; indici *R 1.* s) *ita R 1.* ϱ* 1; prava desideria ϱ* 2. 3. t) exhibere ϱ* 2. 3. u) discissis ϱ* 2. 3. v) *ex* quaecumque *(ita ϱ* 3) corr.* ϱ* 2. w) *ita codd. n.*; quia nec legitima *Vat. D*, quandoquidem *Vat. E. F*, quamvis *Vat. A sec. ed. M.* x) lactum (*om.* nil) ϱ* 1. y) *in* fecerit *corr.* ϱ* 1. z) si *suprascr. R 1.* a) sicut ϱ* 2. 3. b) inced. *R 1.* ϱ* 1. c) studia *R 1.* d) partem *R 1.* ϱ* 1. e) indicium *R 1.*

IX, 157. a) *ita scr. Ew.*; sperans se *C.*

IX, 157. De Desiderio, ep. Viennensi, cf. ep. VI, 52 n.

tatus. Unde divini motus[b] inspiratione compunctus gratiam monachicae[c] conversationis appetit illicque in eodem quo sumpsit desiderans habitu permanere etiam diaconem se iam eiusdem monasterii factum esse commemorat. De cuius loci servitio avelli nulla patitur ratione. Nunc, quantum[d] asserit, fraternitas vestra non quidem impedientis[e] intentu[f], sed affectu benevolentiae in officio eum suae vult ecclesiae revocare. Hortamur ergo, ut sic promptae devotioni eius, quam in sanctum[g] studet habere[h] propositum, minime vestra sit impedimento fraternitas, magis autem quibus[i] valetis adhortationibus pastorali ammonitione[k] succendite, ut fervor huius in eo desiderii non tepescat, ut qui a turbulento curarum saecularium tumultu se segregans quietis desiderio portum monasterii[l] appetit, rursum in ecclesiasticarum curarum non debeat perturbationibus implicari, sed in Dei laudibus permittatur secure ab his omnibus, ut postulat, remanere.

IX, 158.

Gregorius Marcellino, proconsuli Dalmatiae, respondet, si Maximo (Salonitano) favere destiterit, ipsius gratiam recuperaturum esse. *599, Mai — Iun.*

Codd. C: cap. 35.
Edd. M: Lib. IX. ep. 5; G: Lib. VII. ind. II. ep. 3. — Iaffé Reg. 1685 (1160).

GREGORIUS MARCELLINO PROCONSULE DALMATIAE.

Epistolam magnitudinis vestrae suscepimus, in qua vos nostram[a] incurrisse ingratitudinem indicastis atque ob hoc per directam[b] satisfactionem habere nostram velle vos gratiam. Et quidem tanta ad nos de vestra magnitudine pervenerunt, quanta fideli viro minime committi debuerunt[c]. Vos enim tanti mali de causa Maximi[1] omnes astruunt auctores[d] existere, per quos spoliatio[e] illius ecclesiae vel tantarum animarum perditio atque inauditae praesumptionis audacia[f] sumpsit initium[g]. Et quidem quod nostram gratiam habere velle vos[h] petitis, convenit, ut pro his talibus redemptori nostro satisfacere tota intentione mentis, ut dignum est, cum lacrimis debeatis, quia, si illi satisfactum non fuerit, quid nostra relaxatio vel gratia poterit certe conferre? Dum tamen adhuc in praesumptorum[i] viis[k] vel errantium defensionibus inesse vos cernimus[l], qualis vel Deo vel hominibus vestra sit satisfactio, non videmus. Tunc enim Deo[m] omnibus se satisfacere magnitudo vestra patenter[n] evidenterque cognoscat, si[o] et devia ad rectitudinem et praesumptiva ad humilitatis normam studeret revocare. Quod si factum fuerit[p], per hoc et Dei percepturos[q] et hominum gratiam certius agnoscatis.

---

b) div. motus *corr. in* divinitus *C 2 m. 2.* c) monachiae *C 1.* d) quantam *C 3.* e) *ita ed. M;* inpedimentis *C 1. 2.* f) intentum *codd. n.* g) sanctorum *codd. n.* h) *ita scr. edd;* abisse *scr. Mommsen;* abesse *codd. n.* i) *om.* quibus *C 3.* k) commonitione *C 3.* l) mon. portum *C 2. 3.*

IX, 158 in tit.: procons̄ *C 1;* proconsulem *in* proconsule *corr. C 2;* proconsule *C 3.* a) nostrum *codd. n.* b) directum *C 1.* c) *in* debuerant *corr. C 2 m. 2.* d) auctore res *C 1. 2, sed corr. in* auctores *C 2.* e) expoliatio *C 1 (et C 2 in arg.).* f) audaciam *codd. n.* g) initio *codd. n.* h) nos *C 3.* i) praesumturum *C 2. 3.* k) *ita scr.;* vis *codd. n., sed* ruinis *suprascr. m. rec. C 2;* ruinis *edd.* l) cernimur *codd. n.* m) *verba* hominibus *usque* Deo *om. C 2;* do *scr. Mommsen.* n) *ita edd.;* pati *codd. n.* o) *ita edd.;* si *om. codd. n.* p) *verba* studeret *usque* fuerit *om. C 3.* q) praecept. *C 1. 3.*

IX, 158. De Marcello vel Marcellino cf. ep. VIII, 24 n. 8. *1) Cf. ep. IX, 154. 155.*

IX, 159.

Gregorius I. papa Maurentium, magistrum militum, hortatur, ut „navigantibus aliis" etiam filio Domitii, viri magnifici, licentia navigandi concedatur.

599, Mai—Iun.

Codd. C: cap. 36.

Edd. M: Lib. XII. ep. 26; G: Lib. X. ep. 29. — Iaffé Reg. 1686 (1459).

GREGORIUS MAURENTIO MAGISTRO MILITUM.

Petiit Domitius vir magnificus[1], ut vestrae gloriae scribere deberemus, quatenus navigantibus aliis et filio ipsius similiter esset[a] licentia navigandi[2]. Et quamvis de gloria vestra certi sumus, quia nihil quod in decretum[3 b] est faciat, sed omnia sapienter tendat, hortamur tamen, ut, si alii relaxantur, ille non debeat retineri, ne forsitan non ex ratione, sed factum ex[c] sola inimicitia videatur. Vos tamen, qui praesentes estis, aequitatis consideratione generalem etiam utilitatem attendentes melius, quid expediat, potestis advertere.

IX, 160.

Gregorius I. papa Gulfarem, magistrum militum, hortatur, ut secundum zelum, de quo latores praesentium retulerint, quos in partibus a se gubernatis a schismate Histrico ad ecclesiam laudabili studio reduxerit, iis defensorem et protectorem quoque se praestet.

599, Mai—Iun.

Codd. C: cap. 37.

Edd. M: Lib. IX. ep. 93; G: Lib. VII. ind. II. ep. 96. — Iaffé Reg. 1687 (1251).

GREGORIUS GULFARI MAGISTRO MILITUM.

Latores praesentium de Histriae[a] ad nos partibus venientes[1] tanta nobis bona vestrae gloriae retulerunt, ut in reddendum nos vobis gratiarum actionem vehementer accenderent. Cognovimus namque, quod inter curas iniunctae vobis gubernationis[2] illarum partium praecipuam de animarum lucris sollicitudinem habeatis, et ita errantium corda ad unitatem festinare vos ecclesiae revocare, ut, quantum ad desiderium vestrum pertinet, nullum illic ab apostolica segregatum remanere velitis ecclesia tantusque vos beati Petri apostolorum[b] principis amor accenderit, ut in ovili ipsius, cui a Domino[c] creaturae sunt traditae, summo redintegrare cum desiderio cupiatis. Habe, gloriose fili, ex tanto talique opere fixam de divina retributione[d] fiduciam, in qua vos non solum nostra adhortatio[e], sed et[f] apostolicus quoque sermo confirmat, quia is qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae salvabit animam eius a morte et operit multi-

IX, 159. a) esse *codd. n.* b) indiscretum *edd.* c) *ita scr. Mommsen;* factu et *C 1. 2;* facti et *C 3;* factum *Vat. A (ed. M).*

IX, 160 in titulo: Gulfaro *R* 1.* a) Istriae *C 1. 2.* b) apostolum *C 1.* c) ad omnium *C 2. 3.* d) retribuone *C 1.* e) adoratio *C 1.* f) *om.* et *C 3.*

IX, 159. De Maurentio, mag. mil. Neapolitano, cf. ep. VIII, 12 n. 1. 1) An senior civitatis? cf. ep. IX, 76 n. 2. 2) De naviculario agi videtur. In charta saec. VI (Marini, pap. dipl. n°. 131) Ravennae navicularius quidam v(ir) h(onestus) commemoratur. 3) Quodnam hoc decretum fuerit, an propter bellum, an de annona decretum sit, nescimus.

IX, 160. Gulfari, mag. mil. (Istriae), alius fuisse videtur ac Ulfari dux Langobardus, qui contra Agilulfum regem rebellavit (Paul. diac. IV, 3). 1) Cf. ep. IX, 148 n. 1. 2) Nota magistratui militari huius limitis gubernationem concessam esse.

tudinem peccatorum. Quantalibet enim sit temporalis affluentia vel certe prosperitas, habet finem suum terminum mortis. Hoc vero quod de animarum lucris apprehendistis studium, tenet fixam spei suae certitudinem, aeternae scilicet vitae retributionem. Praemisso quapropter paternae[g] salutationis[h] affectu hortamur gloriam vestram, ut pro unitate sanctae fidei zelum, quod vobis ipse unitatis auctor tribuit, studiosius peragatis et, quosque[i] valueritis[k], in sinum matris ecclesiae ab scismatis[l] sui revocantes errore adhortatione[m] continuo[n] foveatis hoc etiam peragentes, ut et quos per vos suo[o] Dominus ovili redintegrari concesserit ita defensionis vestrae solaciis protegatis, ut non sit, quod hi qui adhuc in errore sunt positi revertentes ad salubre consilium valeant applicare[p]. Dum enim vos causas Dei in terra agitis, ipse et hic actus vestros protectionis suae feliciter ope disponit[q] et in aeterna vobis vita, quam cupitis, pro tanto bono[r] vestro retributor existit[s].

IX, 161.

Gregorius I. papa Mastalonem, de eius industria in corrigendis schismaticis responsalium suorum relatione certior factus, laudat; item Theodosium eius „boni cooperatorem studii". *599, Mai — Iun.*

Codd. C: cap. 38.
Edd. M: Lib. V. ep. 47; G: Lib. VII. ind. II. ep. 95. — Iaffé Reg. 1688 (1250).

GREGORIUS MASTALONI.

Responsalium nostrorum relatione comperimus, quod pro amore unitatis ecclesiae tantus vos divini zeli ardor accenderit, ut, quoscumque valueritis, non desinatis in sinum matris ecclesiae revocare atque ut bonus fidelisque famulus lucrum cotidie de accepto dono tuo domino redemptori nostro cum[a] summa mentis intentione facere non desistas[a]. Et quidem venientem ad nos, ut potuimus, ex corporalis visus ostensione didicimus, bonum vero, quod ex divina inspiratione in mentis tuae caritate manebat occultum, desiderabilius nunc operis attestatione[b] cognoscimus. Unde[c] divinae misericordiae gratias ineffabili laude reddentes hortamur dilectionem tuam atque quibus valemus ammonitionibus confortamus, ut quantum de accepti talenti occultatione[d] occultantis poena perturbat, tantum lucrum facientium atque per hoc de caelestis regni perceptione laetantium dominicae vocis invitatio te desiderabiliter appetenda corroboret. Scire namque te convenit, dilectissime fili, quod fructus huius quem apprehendisti studii retributionis suae careat fine. Et idcirco praepedientium te nulla, vel si est, debet contrarietas perturbare, quia, quantum ex difficultate causae bonum perfici Domino cooperante valuerit, tanto tibi erit et gloriosior[e] retributionis spes. Extollentior[f] namque nascitur ex desperatione victoria, quaecumque laboris nimii fuerit adepta sudoribus.

g) paterna *C 2.* h) saluationis *C 1.* i) quo usque *Vat. A (ed. M).* k) valueritis *C 3 (cf. l. 20);* volueritis *C 1. 2:* potueritis *Vatic. A (ed. M).* l) scismaticis *C 2. 3.* m) adoratione *C 1;* adorationem *C 3;* abortatione *C2, sed corr. m. 2;* amore *vel sim. coni. Mommsen.* n) continua *C 2.* o) suos *C 1.* p) amplius haesitare *Vat. A (ed. M).* q) disp. ope *C 3.* r) *hoc verb. om., sed m. 2 add. C 2.* s) existet, *ut videtur, C 1.*

IX, 161. a) *om. verba* cum — desistas *C 1.* b) ut testatione *corr. in* attest. *C 1. 2.* c) *ita scr. edd.;* ut de *codd. n.* d) *ita scr.;* occultatione *om. codd.* e) gloriosus *C 1;* gloriosius *C 2;* gloriosa *C 3.* f) *in* excellentior *corr. C 2.*

IX, 161. Mastalo alias ignotus est; nobilis quidam in Histria fuisse videtur. — Cf. ep. IX, 148 n.

Cognovimus etiam, quod[g] Theodosius[h] filius noster tui[i] sequax bonique cooperator[k] studii pariter tecum in sollicitudine lucrandarum animarum sollerter invigilet. Cui omnipotentem Deum intercessione beati Petri apostolorum principis retributorem citius esse confidimus.

IX, 162.

Gregorius I. papa Maurentio (magistro militum) commendat Theodosium, abbatem monasterii a Liberio quondam patricio in Campania constructi, eiusque congregationem, ut vigiliis in muris agendis releventur. *599, Mai—Iun.*

Codd. C: cap. 39.
Edd. M: Lib. IX. ep. 73; G: Lib. VII. ind. II. ep. 75. — Iaffé Reg. 1690 (1228).

GREGORIUS MAURENTIO.

Filius noster Theodosius[a] abbas[1] monasterii quod a Liberio quondam patricio[b][2] in Campaniae partibus noscitur esse constructum a nobis precibus speravit, ut eum cum congregatione sua vestrae deberemus[c] gloriae commendare. Asserit enim in murorum[d] se vigiliis[3] ultra vires suas vehementer affligi. Petimus ergo gloriam vestram, ut, siquidem est possibile, de eodem per vos onere relevetur[e]. Sin vero hoc ut ex toto non faciat, est omnino difficile, vel ita illi ex nostra commendatione ipsum levigantes pondus sollicitudinis temperetis, ut, dum in Dei laudibus liberior vacare voluerit, pro vobis, cuius[f] opere, ut levationem aliquam habeat, factum est, securior Dominum valeat exorare, sed et nostram sibi apud gloriam[g] vestram sentiat epistolam profuisse.

IX, 163.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Benenatum Misenatem et accusatores eius omnesque, quorum nomina in chartula accusatoris legantur, Romam mittat. *599, Mai—Iun.*

Codd. C: cap. 40.
Edd. M: Lib. IX. ep. 50; G: Lib. XI. ep. 32. — Iaffé Reg. 1689 (1186).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Comperimus Benenatum Misenatem[a][1] facinus[b], quod de se per scripturam manus prius professus est, abnegare[c]. Et ideo quia huius sceleris negatio, sicut maiori dis-

g) *add.* ut *codd. n.* h) Theud. *C 1.* i) tuis *codd. n.* k) operator *C 3.*

IX, 162 in titulo: Gregori *C 2.* a) Theudosius *C 1. 3, sed* Theod. *in arg. C 1.* b) patrocinio *C 3.* c) debueremus *C 1. 2.* d) murmorum *C 1, sed* murorum *in arg.* e) onore reveletur *C 1.* f) *ex* cui *corr. m. 2 C 2.* g) *ita edd.:* gratiam *codd. n.*

IX, 163. a) Misenatum *C 2;* Mirenatum *C 3.* b) facimus *C 2. 3, sed corr. C 2.* c) adnegare *codd. n.*

IX, 162. Hanc ep. (itaque et sequentem) ad mensem Iunium pertinere ex ep. IX, 164 effici licet, nisi ep. IX, 164 serius in registrum relata est. — De Maurentio, magistro militum Neapolitano, cf. ep. VIII, 12 n. 1. *1) De eodem abbate S. Martini cf. ep. III, 23 n. 1. V, 33 n. 1. IX, 164.* *2) De Liberio patricio, praefecto praet. Galliarum, cf. Cassiod. Var. II, 15. 16. XI, 1 etc.* *3) De murorum vigiliis cf. ep. VIII, 19 n. 3. IX, 11. 240.*

IX. 163. De Anthemio cf. ep. I, 23 n. *1) De Benenato, deposito episcopo Misenati, cf. ep. II, 25 n. IX, 121.*

cussione, ita et maiorem indiget ultionem, experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut eundem Benenatum[d] accusatoremque ipsius, simul et personas de quibus accusatus est atque omnes qui in accusatoris cartula releguntur sub omni hac cautela et celeritate transmittat, quatenus causae huius veritas districta, ut dignum est, inquisitione examinari valeat et agnosci.

MENSE IUNIO INDICTIONE II.

IX, 164.

Gregorius I. papa Romano defensori secundum relationem Theodosii, abbatis monasterii a Liberio quondam patricio in Campania constructi, mandat, videat, quae de construendo in Sicilia monasterio Rustica, illustris femina, ante annos viginti unum testamento statuerit, ut ea a Felice coniuge, eius herede, perficiantur. Monasterium ipsum ei commendat. *599, Iun.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 90; C: cap. 41.

Edd. M: Lib. IX. ep. 24; G: Lib. VII. ind. II. ep. 16. — Iaffé Reg. 1691 (1224).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI.

Filius noster Theodosius abbas[a] monasterii a Liberio quondam[b] patricio in Campaniae partibus[c] constructi[d] [1] nobis noscitur intimasse Rusticam[e] quondam[f] inlustrem feminam[g] ante hos fere XXI annos[h] condito testamento Felicem iugalem suum heredem instituisse eique de construendo illic in Sicilia monasterio[2] hac condicione interposita delegasse[i], ut, si intra anni spatium omnia libertis demissa legata[k] non solveret vel praedictum monasterium ita, ut voluit, minime ordinaret, tunc sancta Romana ecclesia portionem quam in fundo Comas habere visa est sibi deberet[l] sine[m] dubio vindicare et ipsa ad persolvenda eadem legata vel[n] constructionem ipsius monasterii solacia commodaret. Unde quia, quantum dicitur, demissa res hactenus minime ipsi[o] monasterio est completa atque[p] ab eius nunc usque heredibus possessionis pars aliqua detinetur[q], cum omni[r] suptilitate experientia tua causam exquirat atque discutiat. Et primum quidem si in condicione testamenti heres incidit[s], per quod nostra habeat causas ecclesia, investigare te volumus atque[t] evidenter addiscere et utilitatem pauperum, sicut rei[u] ordo poposcerit[v], exequi et tunc pro ordinatione cellae[w] illius vel redintegratione[x] demissae rei instanter esse sollicitum, quatenus pia testatricis voluntas in

d) *ex* benatum *corr. C 1.*

Mense *cet.: ita R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3. Vat. A. B. (ed. M).*

IX, 164 om. ϱ 1. — Titulum et numerum om. et ne spatium quidem liberum ad supplendum relinquit C 1.* a) abba *ϱ* 2. 3.* b) quoddam *R 1.* c) parte *R 1. ϱ* 2. 3.* d) constructum *C;* constricti *R 1.* e) Rustica *omnes codd. praeter C 3.* f) quaedam *C;* quoddam *R 1.* g) inlustris femina *codd. n.* h) vicesimum primum annos *R 1;* viginti et unum annum *ϱ* 2. 3;* viginti unum annos *C.* i) delig. *R 1. C.* k) ligata *C.* l) debere *R 1.* m) *add.* quo *C 1. 2.* n) *add.* in, *ut videtur, ϱ* 2. 3.* o) ipso *C.* p) ut quæ *C, sed corr. C 2.* q) continetur *C 1.* r) cui nomini *R 1.* s) incedit *codd. n.* t) itaque *C.* u) ideo *C 1. 2, sed in* idem *corr. C 2;* ei *R 1. ϱ* 2. C 3.* v) poscerit *C 1.* w) ecclesiae *C.* x) *ex* integratione *corr. C 2;* reintegratione *R 1. C 3.*

IX, 164. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. 1) *Cf. ep. IX, 162.* 2) *De altero monasterio Neapoli ab eadem Rustica condito cf. ep. III, 58.*

utroque[y] valeat adimpleri et detentatores[z] iniusti culpam retentionis indebitae ex iusta amissione[a] cognoscant[b]. Cum omni ergo vivacitate causam hanc et exquirere et[c] ad effectum[d] te volumus Domino auxiliante perducere, ut pia ordinantis devotio tandem[e] sortiatur effectum. Sed[f] in monasterio ipso[g] in omnibus salva iustitia solaciari te volumus, ut laicae personae, quasi[h] ex conditoris nomine[i], qui iuvaminis debuerunt ferre solacium, laedendi non habeant[k], sicut asseritur, facultatem[l].

IX, 165.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut ecclesiam ex Romani, clarissimae memoriae viri, testamento conditam, sanctis Hermae, Sebastiano, Cyriaco, Pancratio consecret. *599, Iun.*

Codd. C: cap. 42.
Edd. M: Lib. X. ep. 2; G: Lib. VIII. ep. 3. — Iaffé Reg. 1692 (1285).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Fraternitati vestrae esse non putamus incognitum, quia Romanus clarissimae memoriae vir[1] per ultimae suae voluntatis arbitrium[a] in domo iuris sui[b], quae in civitate vestra sita est, aedificari ecclesiam[c] deputavit. Et quia Deo miserante defuncti[d] noscitur voluntas impleta, sanctitas vestra illic[e] ingravanter[f] accedat et, si nullum ibidem corpus constat humatum, locum ipsum in honore sanctorum Hermae[g], Sebastiani, Cyriaci atque Pancratii sollemniter studeat absque missis publicis cum veneratione debita consecrari ita, ut in eodem loco numquam baptisterium[h] construatur nec presbyterum constituas cardinalem. Sed quotiens missas ibi degentes illic monachi fieri voluerint, a dilectione vestra presbyterum noverint[i] postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus[k] praesumatur.

IX, 166.

Gregorius I. papa Chrysantho, episcopo Spoletano, mandat, ut ecclesiae Vivaniensi, cuius visitationem biennio ante more scrinii absque clericorum provectionibus susceperit, petentibus latoribus praesentium, illius ecclesiae clericis, aut, qui praeponatur episcopus, quaerat aut certe presbyteros ordinet. *599, Iun.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 91; C: cap. 43.
Edd. M: Lib. III. ep. 64; G: Lib. VII. ind. II. ep. 76. — Iaffé Reg. 1693 (1229).

y) utrosque *C 1. 2.* z) detentatoris *codd. n.* a) commissione *C 3.* b) cognoscat *R 1. C 2, sed corr. C 2.* c) *om.* et *R 1.* d) de affectu *C.* e) *om.* tandem *ϱ* 2*; tantam *C 3.* f) *post. add.* et *ϱ* 2*; et in *ϱ* 3.* g) ipsius *ϱ* 2. 3*; ipsi *R 1.* h) quas *C.* i) nomen *C 2.* k) habeat *C.* l) facultatem *om. C 1.*

IX, 165 in titulo: Fort. *C* 1*; Furtunato *C* — Neapol. *C 1*; Neapl. *C 3*; Neapolita *C 2* (*add. manus 2* no); Neapolitano *C* 1.* a) arbitrio *codd. n.* b) ecclesiam *hic add. C 2 m. 2.* c) non (*om.* eccl.) *codd. n., sed expung. C 2.* d) defunctio *codd. n., sed delet* o *C 2.* e) *in* illuc *corr. C 2 m. 2.* f) ingraventer *C 1.* g) Hermes *codd. n.* — Sebast. *om. Vat. A (ed. M).* h) *add.* consecratur *et post interpungit C 3.* i) noverit *codd. n.* k) nullatenus *C 2: ita etiam Diurn. G. et Diurn. Vatic., qui litteram* n *eluit.*

IX, 165. De Fortunato, cf. ep. III, 58 n. — Huius ep. maxima pars scripta est secundum Diurn. f. 11. 1) *De eodem agi videtur in ep. IX, 10 (n. 1).*

GREGORIUS CHRYSANTO EPISCOPO SPOLITANO.

Ante hoc biennium[a] fraternitati tuae Vivaniensis[b] ecclesiae[1] visitationis deputaveramus[c] officium. In quo dum more scrinii nostri nihil vos de provectionibus facere voluimus[d] clericorum[2], nunc vero venientes hic[e] praesentium portitores praedictae ecclesiae clerici dixerunt sacerdotes se[f] neque in eadem[g] ecclesia neque in eius parrochiis[h] habere. Hortamur ergo fraternitatem tuam, ut, si quidem talem potuerint repperire personam, qui dignus ad[i] episcopalis officii apicem valeat promoveri, huc[k] eum cum sollemnitate decreti[l] vestrarumque[m] testimonio litterarum celerius dirigatis. Sin vero hoc inveniri nunc non[n] potest, cum omni studio ac vivacitate personas exquirite, qui illic in presbyterii ordine valeant consecrari. Quorum vitam actusque ita[o] suptili primitus inquisitione discutite, ut in nullo eis vel sacri canones vel ecclesiasticae regulae valeant[p] obviare, ut hac provisione populus illic degens communionem, qua se[q] privatos ob sacerdotum[r] necessitatem flebiliter[s] conqueruntur, recepisse se gaudeant[t] et in ecclesiis illis sacra missarum sollemnia deesse non debeant[u]. Sed et pro consignandis infantibus fraternitas tua illic[v] curet[w] accedere, ut nihil sit, quod pastoralis sollicitudinis[x] neglecta vos[y] cura remordeat.

IX, 167.

Gregorius I. papa Castorio, notario suo Ravennae, mandat, exquirat, utrum quattuor vel quinque an pluribus litaniis episcopi Ravennates pallio uti consuerint; scribit de Florentini et Adeodati, diaconorum Ravennatis ecclesiae, testimoniis et de Iohannis quondam episcopi epistula. *599. Iun.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 92; C: cap. 59.
Edd. M: Lib. VI. ep. 34; G: Lib. VII. ind. II. ep. 77. — Iaffé Reg. 1694 (1015).

GREGORIUS CASTORIO NOTARIO NOSTRO RAVENNAE.

Dum[a] Florentinus[b] Ravennatis ecclesiae diaconus[1] apud nos pro reverentissimo fratre et coepiscopo nostro Mariniano de usu pallii[2] ageret, requisitus a nobis, quae

IX, 166 *om.* ϱ* 1. — *In titulo:* Chrysantho *C 1*; Chrisanto ϱ* 2. 3; Crisanto *R 1*; Chrisanto *R* 1*; Crysantium *in arg. C 2* — Spoliotano *C 1*; Spolitino *R 1*. a) diennium *C 1. 2, sed corr. C 2*. b) Vibaniensis *R 1*; Mevaniensis *ed. M*. c) disputaveramus *C*. d) volucrimus *C 1. 2*. e) *in* huc *corr. m. 2 C 2*. f) *om.* se *C 1*. g) eius *C 1*. h) parrochii *R 1*; porochiis *C 1*. i) *om.* ad *R 1*. k) hac *R 1.* ϱ* 2. 3; ut *C*. l) decretit *C 1. 2, sed corr. C 2*: decreta *C 3*. m) vestra sunt quae *C, sed del. haec verba C 2 et suprascr.* sub *m. 2*. n) *om.* nunc ϱ* 1. 2; *om.* non *R 1*. o) ad *R 1.* ϱ* 2, *sed delet* ad ϱ* 2 *et om.* ϱ* 3. p) val. reg. *R 1*. q) quare *C*. r) sacerdotem *C 1. 2*. s) flebiter *R 1*. t) gaudeat ϱ* 2. 3. u) debeat *R 1*. v) *in* illuc *(ita C 3) corr. C 2 m. 2*. w) *ex* cura *corr. C 2*. x) sollicitudine *C*. y) *om.* vos ϱ* 2. 3.

IX, 167. *Hanc ep., quam eodd. C alio loco, post ep. IX, 188, exhibent, om.* ϱ* 1. — nostro *om. C. R* 1* — Ravennę *R* 1*; *om. C*; Ravenna *R 1*; Raveñ ϱ* 2. 3. a) Cum *R* 1*. b) Florentius *C 1. 3 et Ioh. diac. (ed. M)*.

IX, 166. *De Chrysanto cf. ep. IX, 49 n.* 1) *Eadem esse videtur, quae alias* Mevianensis *appellatur: cf. ep. I, 78; sed nihil est, cur credamus cum Maurinis visitationem Chrysanto eodem tempore mandatam esse, quo noster Honorato presbytero ecclesiae* curam utilitatesque *commisit: cf. N. A. III p. 617.* 2) *Cf. ep. II, 25.*

IX, 167. *De Castorio notario vel chartulario cf. ep. V, 24 n. IX, 151 n. 1. — Hanc ep., quam Maurini indictione sua movebant, Ewald codicibus fultus restituit. Recte notant editores Veneti Iohann. diac. IV, 7 scribere nostram ep. tribus annis post ind. XIV. scriptam esse; quod cum codicum ordine convenit.* 1) *Idem commemoratur in ep. IX, 188. XIV, 11.* 2) *De usu pallii cf. ep. III, 54. V, 11 n. 3. V, 61. VI, 31 etc.*

esset antiqua consuetudo, respondit, quod in omnibus letaniis[c] pallio Ravennas[d] episcopus uteretur. Quod ita non esse[e] et ab aliis didicimus et ex epistolis Iohannis[f] quondam[g] episcopi[3], quas ei ostendi fecimus, evidenter apparuit. Sed[h] hoc asseruit, quod dicere iussus est[h]. Nam[i] tempore quo a[k] te isdem Iohannes quondam[l] episcopus est inhibitus, ne pallio inordinate ac temere uti praesumeret, scripsit nobis hanc fuisse priscam consuetudinem, ut civitatis ipsius episcopus pallio in letaniis sollemnibus uteretur. Quarum tibi[m] litterarum exemplaria pro tua informatione transmisimus. Adeodatus vero praedictae ecclesiae diaconus[4] dum apud nos tempore quo[n] hic fuit similiter de eiusdem usu pallii agere[o] enixius studeret, volentes cognoscere veritatem eum similiter, quae esset[p] consuetudo, curavimus requirendum. Qui[q] ut credi sibimet suaderet atque[r] a nobis valeret quod petebat[s] exigere, sub iureiurando[t] testatus est antiquam consuetudinem fuisse[u], ut in[v] quattuor aut quinque sollemnibus letaniis pallio civitatis suae episcopus uteretur. Experientia ergo tua diligenter invigilet et cum omni sollicitudine, quot[w] letaniae sollemnes[x] ab antiquitate fuerint, requirat[y]. Nec eas sollemnes nominando requirere[z] studeat[a], sed maiores, ut per hoc quod nobis praefatus Adeodatus diaconus testatus est et[b] praedicti Iohannis episcopi fatetur epistola, dum constiterit, quantae letaniae sollemnes fuerint, quotiens indui solebat in letaniis pallium, cognoscentes libentissime concedamus[c]. Sed hoc non ab illis perquirat, qui ab ecclesiasticis exhibentur, sed ab aliis, quos sine favore[d] partis esse cognoscit, et quaeque[e] sollicita indagatione reppererit, nobis suptiliter indicet, ut veritate, sicut diximus, cognita fratris et coepiscopi nostri reverentissimi Mariniani[f] animos[g] relevemus[h].

IX, 168.

Gregorius I. papa Castorio, notario suo, mandat, ut de possessione quadam inter monasterium SS. Marci, Marcellini et Feliculae Ravennae et ecclesiam Romanam controversa iudices eligendos curet. *599, Iun.—Iul.*

Codd. C: cap. 44.

Edd. M: Lib. X. ep. 30; G: Lib. X. ep. 9. — Iaffé Reg. 1695 (1439).

GREGORIUS CASTORIO NOTARIO NOSTRO.

Experientiae tuae in praesenti nos recolis praecepisse, ut de possessione quae monasterio sanctorum Marci, Marcellini et Feliculae[1], quod Ravennae situm est, largitatis titulo dicitur esse concessa, quia causam bene nosti, debuisses[a] quod iustum est facere. Pro qua re hac te[b] iterum praeceptione duximus commonendum, ut in re ipsa

c) letanus *C 1.* d) Ravennatis *ϱ* 2. 3;* Ravennensis *C.* e) esset *R 1. C 3, sed corr. R 1.* f) Ioħi *R 1.* g) quidem *C.* h) Sed — est *om. C.* i) Quam *C.* k) ad *ϱ* 2. 3.* l) quoddam *R 1;* quidem *C.* m) ibi, *ut videtur, R 1.* n) quod *C. R 1.* o) egere *R 1;* ageret *C.* p) esse *R 1.* q) quia *C.* r) quae *pro* atque *C.* s) petiebat *R 1.* t) iure iurandum *C, sed corr. C 2 m. 2.* u) fecisset *C, sed corr. C 2.* v) *om.* in *R 1.* w) quo *R 1;* quę *ϱ* 2. 3;* quod *C, sed corr. C 2.* x) sollemnitas *C 1.* y) requirant *R 1. ϱ* 2. 3.* z) *ex* require *corr. m. 2* requiri *C 2.* a) studeant *R 1.* b) ut *C.* c) conedamus *C 1;* comedamus *C 2, sed corr. m. 2.* d) pavore *C.* e) quaequae *C 1;* quique *C 3.* f) Mariani *C 1.* g) nos *pro* animos *R 1.* h) revelemus *C 1.*

IX, 168. Ita titulum exhibent C 2. 3 et indices C 1; sed in titulo C 1 scribit: Santo epō Spolitano, *titulum ep. praeced. (IX, 166).* a) debuisse *codd. n.* b) te *om. C 1.*

3) Ep. III, 66. 4) Cf. de Adeodato ep. V, 11 n. 2.

IX, 168. De Castorio cf. ep. praeced. n. 1) De hoc monasterio a Mariniani praedecessore in civitate Classi condito cf. ep. VI, 1. 28. Agn. c. 98.

vigilans esse debeas[c] atque sollicitus. Et si manifeste donatum esse cognoveris et nihil est, quod a partibus nostrae obici possit ecclesiae, inpedimentum aliquod[d] monasterio ad tenendam ipsam possessionem non facias. Si vero quia, sicut diximus, causa tibi bene[e] est cognita, habes[f], quod iuste pro ecclesiae nostrae possit partibus allegari[g], electorum te cum parte altera necesse est subire iudicium, ut et veritas cognosci et, quod aequitatis[h] ordo suaserit, valeat[i] definiri.

IX, 169.

Gregorius I. papa Sergio, defensori Siponti, mandat, ut Fruniscendum, nisi Petro, episcopo Hydruntino, sponte solverit, quae ecclesiae eius, ut per Vincentium diaconum certior factus sit, debeat, subire electorum iudicium cogat. 599, *Iun.—Iul.*

Codd. C: cap. 45.
Edd. M: Lib. IX. ep. 101; G: Lib. VII. ind. II. ep. 106. — Iaffé Reg. 1696 (1258).

GREGORIUS SERGIO DEFENSORI SIPONTI.

Reverentissimus frater noster Petrus Ydrontinae civitatis episcopus[1] questus nobis est[a] per Vincentium[b] diaconem suum Fruniscendum ecclesiae suae eidem ecclesiae in multis existere debitorem et non solum nolle eum satisfacere de his quibus tenetur obstrictus, sed etiam contemnere subire iudicio. Inde experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut eum ammonere[c] studeat, quatenus, si quid[d] obstrictum[e] vel ecclesiae redhibere cognoscis[f], satisfacere dilatione postposita non desistat. Alioquin mora cessante ad electorum accedat te compellente iudicium. Et quicquid veritate cognita mediis[g] sacrosanctis evangeliis fuerit statutum[h], ita ad effectum executionis tuae instantia[i] perducatur, ut huius rei ad nos denuo querella non redeat[k].

IX, 170.

Gregorius I. papa Romano, defensori Siciliae, mandat, secundum relationem Fusci, abbatis monasterii SS. Erasmi, Maximi atque Iulianae, Neapoli a clarissimae memoriae femina Alexandria fundati, de massa Papyrianensi, in Sicilia sita, inter suprascriptum monasterium et xenodochium S. Theodori dividenda. 599, *Iun.—Iul.*

Codd. C: cap. 46.
Edd. M: Lib. X. ep. 13; G: Lib. VIII. ep. 14. — Iaffé Reg. 1697 (1296).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Fuscus abbas monasterii sanctorum Herasmi, Maximi atque Iulianae, quod Neapolim ab Alexandria[a] clarissimae memoriae femina[b], sicut nosti, fundatum[c] est, quae

c) deb. esse *C 1.* d) aliquid *C 2, sed corr. m. 2.* e) bene tibi *C 1.* f) habeas *C 3.* g) alligare *C 1. 2.* h) aequitas *C 2.* i) valeant *codd. n.*

IX, 169 in titulo: Sepontino *C* 1.* a) est nobis *C 1.* b) Vicentium *C 3.* c) commonere *C 3.* d) quis de *codd. n.* e) *in* obstrictu *corr. C 2.* f) cognosci *codd. n.* g) mediis *add. edd., om. codd.* h) statum *C 1.* i) instantiam *codd. n., sed corr. C 2.* k) reddat *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.*

IX, 170. a) *ex* Alexandrie *corr. C 3;* Alexandra *Vat. A (ed. M).* b) feminę *C 1. 2, sed corr. C 2.* c) fundamentum *C 3.*

IX, 169. De Sergio, rectore patrimonii Calabritani, cf. ep. VIII, 9. 1) *De Petro cf. ep. VI, 21 n.*

etiam et heredem instituit, massam Papyrianensem[d] [1], quae illic in Sicilia sita est, cum xenodochio sancti Theodori[2] suprascriptum[e] monasterium[f] suum asserit habere communem[g]. Sed ut ad dividendam eam cum his quorum interest dilationem non debeat sustinere, experientiae tuae sibi petit adesse solacium. Proinde huius tibi serie[h] praeceptionis iniungimus, ut ei concurrere atque in omnibus solaciari festines[i], quatenus massa ipsa secundum portiones competentes sine mora aliqua dividatur. Sed ne forte dicatur, quia a[k] praedicto monasterio possessiones quae hic communes[l] sunt detinentur, esse ex hoc excusatio non debet, quia et ipsas paratus est sine difficultate dividere. Quia[m] vero legatum quod praedictae Alexandriae a Pompeio relictum dicitur, ab eodem quippe xenodochio[n], quod ei in octo unciis iure perhibetur hereditario[o] successisse, memoratus abbas[p] suo inquit monasterio redhiberi, et hoc quoque experientia tua curet addiscere et, si ita est, agere studeat, ut quod relictum est modis omnibus exsolvatur. Ita sollicitudo tua in hac se re exhibeat, ut suffragante iustitia praedicti abbatis labor, quem ad veniendum adsumpsit, vacuus esse non debeat.

IX, 171.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, Fusci abbatis, latoris praesentium, monasterium commendat. *599, Iun.—Iul.*

Codd. C: cap. 47.
Edd. M: Lib. X. ep. 12; G: Lib. VIII. ep. 13. — Iaffé Reg. 1698 (1295).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Quamvis et ratio et loci sui qualitas fraternitatem vestram commoneat tuitionem monasteriis[a] et maxime sub se constitutis impendere, veruntamen quia lator praesentium Fuscus abbas[b] suum a nobis voluit[c] ex abundanti monasterium commendari, his vos hortamur affatibus[d], ut, quia frustra monasterium ipsum inquietudine asserit laborare, sanctitatis illud vestrae defensio tueatur et ab aliquo id gravari contra rationis ordinem non permittat, quatenus, dum nullum illud iniustae rei onus affixerit, et vos videamini quod sacerdotis est salubriter impendisse et degens illic congregatio, quae in Dei laudibus occupatur[e], nullis inrationabiliter valeat molestiis subiacere.

IX, 172.

Gregorius I. papa Fantino, defensori Panormitano, mandat, ut codices velaque monasterii, a Constantio defuncto presbytero in Siciliam deportata, Fusco, abbati mona-

d) Papirianensem *C 2.* e) superscriptum *C 2.* f) manasterium *C 1.* g) commone *C 1. 2, sed in* commune *corr. C 2.* h) seriem *codd. n.* i) solaciare festinet *codd. n.* k) *ita edd.;* quae (*pro* quia a) *C 1;* quia (*om.* a) *C 2. 3.* l) comnes *C 1.* m) qua *C 1.* n) xen. q. *C 2. 3.* o) *ita edd.;* aeditario *C 1. 2;* aeditiorio *C 3.* p) abba *codd. n.*

IX, 171 in titulo: Furtunato *C 1. 2.* a) monasterii *codd. n.* b) abba *codd. n.* c) *om., sed suppl.* voluit *m. 2 C 2.* d) affectibus *codd. n., sed corr. C 2.* e) *ita edd.;* occupari *codd. n.*

IX, 170: cf. ep. seq. — De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss.
1) A Papirio an a papyro? 2) De xenodochio S. Theodori Panormitano cf. ep. IX, 35 n. 2.

IX, 171: cf. ep. praeced. et seq. — De Fortunato cf. ep. III, 58 n.

steriorum sancti Archangeli, quod Macharis dicitur, et SS. Maximi et Erasmi et Iulianae, restituenda curet. *599, Iun. — Iul.*

Codd. C: cap. 48.
Edd. M: Lib. X. ep. 14; G: Lib. VIII. ep. 15. — Iaffé Reg. 1699 (1297).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI PANORMITANO.

Fuscus abbas[a] monasteriorum[b] sancti Archangeli, quod Macharis[c] dicitur[1], atque sanctorum Maximi, Herasmi et Iulianae asseruit Constantium cellae suae[d] presbyterum ob temporis qualitatem se in Sicilia transmigrasse et codices monasterii sui atque vela secum pariter deportasse[e]. Quem quoniam defunctum perhibet et ea quae cellae suae esse commemorat sibi postulat debere restitui, experientia tua veritatem curet addiscere et, si ita est, omnia quae monasterii ipsius[f] sunt sine aliqua faciat dilatione restitui. Nam contra rationem est, ut quod de monasterio pro temporis, sicut dictum est[g], qualitate sublatum est, ab eius iure debeat separari. Ita ergo experientia tua agat, ut veritatem addiscens praedictum illic abbatem vel quem vice sua transmiserit dilationem frustra sustinere minime patiatur.

MENSE IULIO INDICTIONE II.

IX, 173.

Gregorius I. papa apud Domnellum erogatorem se excusat, quod non per Castorium chartularium litteras miserit, aegritudine et occupationibus impeditus; eum feliciter Romam proficisci optat. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 93; C: cap. 49.
Edd. M: Lib. IX. ep. 71; G: Lib. VII. ind. II. ep. 78. — Iaffé Reg. 1700 (1230).

GREGORIUS DOMNELLO EROGATORI.

In nostra mente vestra magnitudo quantae sit dulcedinis, ex vestra, ut suspicor, mente pensatis, quia, sicut[a] scriptum est, amat anima amantem se. Ideo[b] quod me diligitis[c], vos quoque a me[d] diligi scitis[e]. Et[f] quod prius illuc[g] Castorio cartulario nostro veniente[1] vobis[h] minime scripsi[i], non torporis fuisse credite, sed aegritudinis et occupationis. Nam nos et praesentes[k] vos videre cupimus et absentibus colloqui

IX, 172 in titulo: Panormitano *C* 1 et indic. C 1. 2;* Panormo *C 1. 2;* Pan *C 3 in titulo.* a) abba *codd. n.* b) *ex* monasterium *corr. C 2.* c) Macaris *C 2.* d) celbesiae *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.* e) deportasset *C 2. 3.* f) *ex* ipsi *corr. C 3.* g) *om.* est *C 1.*

Mense *cet.: ita R 1. ϱ* 2. 3. Vat. A. B. E (ed. M).*

IX, 173 om. ϱ 1. — In titulo:* eroga *R 1. ϱ* 2. 3.* a) quia ut *add. post.* sicut *C 1;* quia ut sicut *C 2. 3.* b) in eo *ϱ* 2. 3.* c) diligis *R 1. ϱ* 2. 3.* d) *om.* a me *C 1.* e) *in* sciatis *corr. C 2 m. 2.* f) *om.* et *C.* g) illud *C 1.* h) nobis *corr. in* vobis *C 1.* i) scripsimus *C.* k) presentis *R 1;* praesenti *ϱ* 2. 3.*

IX, 172: cf. ep. praeced. — De Fantino cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. *1) Idem, ut videtur, monasterium eiusque abbas commemoratur in ep. X, 5. — Cf. Diurni f. 14:* de danda beneficia sancti Angeli.

IX, 173. Eidem Domnello missa est ep. IX, 240, ex qua de eius munere, quo tum iterum fungebatur, aliqua comperimus. Cf. C. I. XII, 37, 16 et librum meum Untersuch. etc. p. 173. *1) De Castorio cf. ep. V, 24 n. IX, 151 n. 1.*

saltem[l] per epistolam desideramus. Unde et optamus, ut vos[m] beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat[n], quatenus in omnipotentis Dei gratia perfrui[o] praesentia vestra mereamur[p] [2].

IX, 174.

Gregorius I. papa Iohannem, tribunum Sipontinum, hortatur, ut una cum Vitaliano episcopo iudicet de epistulae huius latore, per Bonifatium, notarium suum, in libertatis discrimen vocato. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 50.
Edd. M: Lib. XI. ep. 24; G: Lib. IX. ep. 19. — Iaffé Reg. 1701 (1373).

GREGORIUS IOHANNI TRIBUNO SIPONTI.

Lator praesentium de status sui condicione saepius nobis iam questus est a Bonifatio notario nostro [1] sibi violentiam inrogari[a]. Cuius rei cognitionem in fratris et coepiscopi nostri Vitaliani [2] praevidimus praeiudicium[b] perducendam[c]. Cuius causae meritum se examinasse professus est. Sed quia ad proferendum[d] iudicatum se adsurgere nullatenus dicit, hortamur magnitudinem vestram, ut pro causa mercedis cum praedicto resideatis episcopo; et rei meritum evidentius perscrutantes, quicquid vobis suadente iustitia visum fuerit, scripto decernite; et si de eius vobis certius libertate constiterit, nullis deinceps quorumlibet inquietudinibus ad rei decisae meritum provocetur, sed in ea qua a[e] vobis fuerit libertate declaratus, secure permaneat.

IX, 175.

Gregorius I. papa Eulogio, patriarchae Alexandrino, significat de expedito huius epistulae latoris negotio; de causa quadam, de qua ei iam Constantinopolim venienti scripserit, et de lignis addit; queritur se „podagrae doloribus et barbarorum gladiis et curarum afflictionibus incessanter" premi. *599, Iul.*

Codd. R: Indictio I. II. cap. 94; C: cap. 51.
Edd. M: Lib. IX. ep. 78; G: Lib. VII. ind. II. ep. 79. — Iaffé Reg. 1702 (1234).

GREGORIUS EULOGIO PATRIARCHAE ALEXANDRINO.

Scripta dulcissimae vestrae sanctitatis latore praesentium deferente suscepi, quae mihi de eius causa citius terminanda locuta sunt. Sed mox ut venit, qualiter possessio

l) *ex* salutem *corr. R 1.* m) nos *R 1.* n) perdurat *R 1.* o) perfui *R 1.* p) mereatur *C. ρ* 2, sed corr. C 3.*

IX, 174 in titulo: tribuno *C* 1 et indices C 1. 2 et C 3;* tribu *C 1. 2, sed corr. m. 2 in* tribuno *C 2 —* Sepontino *C* 1.* a) inrigari *C 3.* b) *ita scr.; om. hoc verb. codd. n.;* notitiam *add. edd.* c) perducendum *codd. n.* d) *add.* est *C 3.* e) *ita scr. Ew.; om.* a *codd. n.;* visum *add. edd.*

IX, 175 om. ρ 1. — In titulo:* Eulochio *C 1 —* patriarcha *C 1. 2 et in ind. —* patriarchi *C 3 —* Alexandro *R 1.*

2) *Cf. ep. IX, 240:* curae tuae est cum pecuniis huc venire, *scil. ad rogam dividendam.*

IX, 174. De Iohanne cf. ep. IX, 112 n. 5. 1) De Bonifatio cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 n°. 3. 2) De Vitaliano, episcopo Sipontino, cf. ep. VIII, 8 n.

quam quaerebat ab ecclesia nostra[a] tenebatur, agnovit sibique ipsi citius rationem reddidit. Ea autem quae cum aliis habuit sine strepitu decidit.

De causa vero de qua mihi omnino scribendum fuerat[b] nihil vestra sanctitas scripsit, in qua me et tardum esse iudicavit; quae ne[c] fortasse in scandalo divisionis erumperet[d], eiusdem divisionis nolui[e] auctor[f] existere. Elegi[g] enim[h], ut ea quae secutura sunt per alios exirent[i]. Sed subsequenti tempore Deo auctore probabitis, quia in[k] causa in qua Deo placere conspicio homines non formido. De qua vobis iam etiam in Constantinopolitana urbe venientibus scribere curavi[l][1].

Ligna vero[2], sicut vestra beatitudo scripserat, maiora paraveram; sed ita[m] parva navis huc[n] transmissa est, ut, nisi recisa essent[o], ferre non posset[p]. Quae recidi[q] nolui, sed vestro iudicio, quid de his fieri debeat, reservavi[r]. Si autem non sunt necessaria, hic[s] ea in aliis usibus aptamus[t]. Peto autem, ut pro me enixius vestra sanctitas orare debeat, quia et podagrae doloribus[3] et barbarorum gladiis et curarum afflictionibus incessanter premor. Sed si[u] mihi orationis vestrae opem impenditis, credo, quod me contra adversa omnia fortiter iuvetis.

IX, 176.

Gregorius I. papa Maximum, episcopum Salonitanum, ad oboedientiam reversum paenitentiaque affectum, in gratiam et communionem recipit monetque, ut nuntium ad pallium percipiendum Romam mittat. Maxime Callinici exarchi petitione se motum esse addit, ut temperantius cum eo agat. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: *1.) Indictio I. II. cap. 95.* *2.) Indictio I. II. cap. 128; C: cap. 139.*
Edd. M: Lib. IX. ep. 81; G: Lib. VII. ind. II. ep. 82. — Jaffé Reg. 1703 (1237).

GREGORIUS MAXIMO EPISCOPO SALONITANO.

Quamvis culpabilibus ordinationis[a] tuae primordiis gravem aliam per inoboedientiam[b] culpam addideris, nos tamen sedis apostolicae auctoritatem[c] eo quo[d] decuit[e] moderamine temperantes numquam contra[f] te[g] usque ad hoc[h] quod[i] causa poscebat exarsimus. Sed ut longius se ingratitudo nostra[k], quam tu[l] tibi excitasti, produceret[m], credita nos sollicitudo vehementer angebat[n], ne quaedam inlicita[o], quae de te audieramus, negle-

a) *ita R 1. ϱ* 3;* vestra *corr. in* nostra *ϱ* 2;* vestra *C.* b) fuerat scribendum *C 3.* c) me *C.* d) erumpere *C 3.* e) volui *C 1. 2 et ex* voluit *corr. C 3.* f) auctorem *C 3.* g) et legi *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* h) autem *C 1.* i) exiret *ϱ* 2. 3.* k) *ita cdd.: om.* in *codd. n.* l) curavit *C, sed corr. C 2.* m) redita *C 1. 2;* reddita *C 3.* n) hunc *R 1.* o) esserit *C, sed in* esset *corr. C 2 m. 2.* p) possit *C.* q) rescidi *C 1;* recedi *R 1; ante* recidi *in ϱ* 2 rasura duarum litt.;* re recidi *ϱ* 3.* r) servabi *R 1;* reservari *C 3.* s) in *C 1; post* hic *ras. ϱ* 2.* t) optamus *ϱ* 2. 3.* u) sit *C 3.*

IX, 176: in R haec epistula bis relata est: n. 95 et n. 128 (ϱ 2. 3 n. 127): itaque ex primo loco assumptam et in ϱ* 1. 4 sub numero 62 invenimus. (Cf. ep. IX, 231 — $R^1 1$ = R 1 n. 95; $R^2 1$ = R 1 n. 128 etc.).* — Maximiano *R* 1 — $R^1 1$ numerum titulum et prima epistulae verba eradit: attamen legi potest:* Salona; Solonitano *C 1:* Solitanus *in argumento C 1.* a) orationis *$R^1 1$.* b) *om.* p. i. *$R^1 1$.* c) auctoritate *C. $R 1^2$. ϱ* 2^2. 3^2.* d) eo quod *ϱ* 1. 2^1. 2^2. sed corr. ϱ* 2^1 et 2^2.* e) decui *C. $R^1 1$, sed corr. in* decuit *$R^1 1$.* f) *ex* con *corr. $R^1 1$.* g) *add.* ut *C.* h) huc *corr. in* hoc *$R 1^2$.* i) ut *C. $R 1^2$. ϱ* 2^2. 3^3.* k) vestra *ϱ* 2^1. 3^1.* l) quantum *$R 1^1$. ϱ* 1. 2^1. 3^1.* m) producere *C 1;* perducere *C 2.* n) *om. $R 1^1$;* argebat *ϱ* 1.* o) *om. hoc verb. C. $R 1^2$. ϱ* 2^2. 3^2.*

IX, 175. De Eulogio cf. ep. V, 41; nota cum hic in titulo patriarcham appellari. *1) De synodo Constantinopolitana (cf. ep. IX, 156) et de titulo* universalis *agi videtur (cf. ep. VIII, 29); an de Agnoitis (cf. ep. X, 14. 21)?* *2) Cf. ep. VIII, 28 (n. 5). X, 21.* *3) Cf. ep. IX, 227; 232. X, 14. XI, 20. XII, 16. XIII, 26. XIV, 12.*

IX, 176. Haec epistula, ut ex ep. IX, 178 apparet, Castorio data est, ut eam Maximo post

genter omittere[p] videremur[q]. Quae si bene consideres, ipse paene[r] satisfacere differendo firmabas atque ex hoc adversum te zelum nostrum acrius incitabas. At ubi salubri tandem consilio usus iugo te oboedientiae humiliter summisisti[s] et[t] dilectio tua paenitentiam agens digna se, ut deputavimus, satisfactione purgavit, redditam[u] tibi gratiam fraternae caritatis intellege atque in nostro te receptum consortio gratulare, quia, sicut perseverantibus in culpa districtos, ita[v] resipiscentibus nos esse benignos decet[w] ad veniam. Postquam ergo fraternitas tua apostolicae sedis communionem[x] se reparasse[y] cognoscit, personam ad nos transmittat[z], quae pallium tibi deferendum[a] ex more percipiat[1]. Nam quemadmodum inlicita perpetrari[b] non patimur, sic quae sunt consuetudinis non negamus. Licet autem ad haec concedenda dispensatio nos loci nostri vocaverit, multum tamen a nobis petitio dulcissimi atque excellentissimi filii nostri domni[c] Callinici[d] exarchi[2], ut temperantius erga te ageremus[e], exegit[f]. Cuius carissimam voluntatem nec[g] pertulimus, nec potuimus contristare[h].

IX, 177.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennae, comperta eius petitione per Castorium chartularium, latorem praesentium, mandat, ut in Maximum, episcopum Salonitanum, qui excommunicatus sacra procurare ausus sit, si iureiurando coram ipso et Castorio chartulario simoniam et cetera crimina diluerit, ob missas ab eo, quamvis excommunicato, celebratas poenam statuat clementem. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 96.

Edd. M: Lib. IX. ep. 79; G: Lib. VII. ind. II. ep. 80. — Iaffé Reg. 1704 (1235).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Quae de causa Maximi sint agenda, ex epistolis quas ad vos ante transmisimus[a] [1] agnovistis. Sed quia, qualis hac de re fraternitatis vestrae voluntas sit ac magis petitio, praesentium latore Castorio cartulario[b] nostro renuntiante cognovimus[2], ideoque, si isdem Maximus coram vobis et praedicto cartulario nostro de simoniaca heresi praestito se[c] sacramento purgaverit atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris[d], sicut scripsimus, tantum modo requisitus liberum se esse responderit, causam ipsius fraternitatis[e] vestrae, de eo quod excommunicatus missarum sollemnia agere praesumpsit, iudicio committimus, qua debeat paenitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid vobis[f] secundum Deum placet, securi disponite nec aliquid de[g] nobis dubium habeatis. Nam quicquid a vobis hac de causa fuerit ordinatum, nos et grate suscepimus et libenter admittimus. Horta-

p) obmittere *R 1*^{1}. q) videremus *R 1*^{2}. *ϱ* * 2^2. 3^2. r) i. poene *C;* pene *R 1*^{2}. *ϱ* * 2^2. 3^2; pensatis facere *R 1*^{1}. *ϱ* * 1^1. s) sumsisti *ϱ* * 1. t) haec *C.* u) reddam *C 2.* v) *add.* se *C 1. 2.* w) decet *om. C.* x) communione *C. R 1*^{2}. y) parasse *R 1*^{2}. z) transmitte *C.* a) differendo *C.* b) perpetrarem *C 1;* perpetrare *C 2. 3.* c) *om. hoc verb. C 2. 3.* d) Callicini *C 1; om. hoc verb. C 3.* e) egeremus *C 1. 2;* erigeremus *C 3.* f) *ita R 1*^{2}. *ϱ* * 2^2. 3^2; exigit *cet.* g) minime *C.* h) contristari *R 1*^{2}. *ϱ* * 2^2. 3^2; nec contristavimus *C.*

IX, 177 in titulo: Raveñ *abbr. R 1.* a) transsimissimus *ϱ* * 1. b) castulario *ϱ* * 1. c) prestitisse *ϱ* * 1. d) *ex* Apollinaris *corr.* Apollenaris *(ita ϱ* * 2. 3) *R 1.* e) *in* fraternitati *corr. R 1.* f) duobus *ϱ* * 1. g) aliquid *corr. in* aliquod *et* te *suprascr. R 1.*

paenitentiam traderet; (de causa Maximi cf. ep. V, 6 p. 286 n. 1; VIII, 36). Cur eadem ep. duobus locis relata, cur ante ep. IX, 234 repetita sit, nescio. 1) Cf. ep. IX, 234. 2) Cf. ep. IX, 154 n. 8.

IX, 177. Cf. ep. praeced. et seq. — De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. 1) Ep. IX, 155. 2) De Castorio cf. ep. IX, 151 n. 1. — Castorius igitur Ravenna instructionis causa Romam reversus nunc iterum Ravennam profectus est.

mur tamen, ut debeatis esse solliciti et ita quae fienda prospicitis temperetis, quatenus et illi, si ita videbitur[h], benigne praestetis et vigoris ecclesiastici genium[i] congrua, ut oportet, dispensatione servetis. Suprascriptum vero portitorem in praesenti[2], quid[k] vobiscum ei[l] sit agendum, instruximus. A quo cuncta suptiliter addiscentes sic[m] vos in omnibus exhibete, ut in vestra sollicitudine nostram fuisse praesentiam sentiamus.

IX, 178.

Gregorius I. papa Castorio, notario suo Ravennae, mandat, ut Maximo Salonitano, si de simonia et ceteris criminibus se purgaverit et paenitentiam propter inoboedientiam susceperit, epistulam, qua ei communionem reddit (IX, 176), tradat, cum eoque Sabinianum, episcopum Iadertinum, et Honoratum archidiaconum reconciliet. 599, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 97.
Edd. M: Lib. IX. ep. 80; G: Lib. VII. ind. II. ep. 81. — Iaffé Reg. 1705 (1236).

GREGORIUS CASTORIO NOTARIO NOSTRO RAVENNAE.

Quanto credi tibi a nobis et necessarias vides causas iniungi, tanto te strenuum debes et sollicitum exhibere. Proinde si Maximus Salonitanus praestito sacramento firmaverit simoniaca se heresi non teneri atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris[a] tantum modo requisitus innoxium se esse[b] responderit et de inoboedientia sua paenitentiam, sicut deputavimus, egerit, volumus, ut ad consolandum illum epistolam quam ad eum scripsimus, ubi ei et gratiam nostram et communionem nos reddidisse signavimus[1], experientia tua dare debeat; quia, sicut in contumacia persistentibus severos[c] esse nos convenit, sic iterum humiliatis[d] et paenitentibus negare locum veniae non debemus.

Praeterea de fratre nostro Sabiniano[e] episcopo Iadertino[f 2] atque Honorato archidiacone Salonitano[g 3] vel aliis, qui se ad sedem apostolicam contulerunt, cum eodem Maximo omnino studiose agendum est, ut illos in ea qua decet caritate recipiat et dolorem contra eos nullo modo in corde retineat, sed pura cum eis gratia et sincera dilectione vivat.

IX, 179.

Gregorius I. papa Claudium abbatem cum Severo episcopo praeter exspectationem non venisse dolet. Litteras eius, sicut voluerit, secreto se legisse, sed „de tribus personis“ nihil fieri posse scribit. Ut veniat et quinque vel sex menses cum ipso commoretur, praecipit. 599, Iul.

Codd. C: cap. 52.
Edd. M: Lib. VII. ep. 45; G: Lib. IX. ep. 72. — Iaffé Reg. 1706 (1427).

h) *ita ϱ 1;* illi (*ex* illis) quod (*ex* ita) videbitur *R 1;* illis ita videbitur *ϱ* 1. 3;* illis ita uti debetur *ϱ* 2.* i) genium *erad.,* debitum *suprascr. R 1.* k) *ex* qui *corr. R 1.* l) eis *ϱ* 2. 3.* m) sicut *ϱ* 1.*

IX, 178 in titulo: om. nro *R 1. R* 1.* a) Apolianaris *ϱ* 1;* Apollenaris *ϱ* 2. 3.* b) setem (*pro* se esse) *ϱ* 1.* c) *ex* sivero *corr. R 1.* d) *ex* humilitatis *corr. R 1.* e) Saviniano *ϱ*.* f) *ita R 1. ϱ 1;* Iadortino *ϱ* 1; ex* Iadertino *corr.* Taudertino *(ita ϱ* 3) ϱ* 2.* g) Honorati archidiacono Solitano *ϱ* 1.*

IX, 178. Cf. ep. praecedentes. 1) Ep. IX, 176. 2) De Sabiniano cf. ep. VII, 17 n. 3) De Honorato cf. ep. III, 32 n. III, 46 n. VI, 25 p. 404 n. 1.

GREGORIUS CLAUDIO ABBATI.

Veniente viro reverentissimo[a] Severo episcopo[1] tuam quoque dilectionem credidi ad beati Petri apostoli limina pariter venire, quia et ita mihi fuerat nuntiatum et valde ex eodem nuntio laetabar. Sed credo te occupationibus monasterii praepeditum et ideirco ad me minime venisse. Epistolas vero quas dilectio tua ante hoc tempus transmiserat accipiens, sicut voluistis, secreto legi[b]. Sed de tribus personis, de quibus scripseras, nihil vidi esse[c] possibile, de ea maxime persona, quae hic[d] apud me fuit, non suspicor posse aliquid tale utiliter fieri, quia aut naturae simplicitate aut neglegentia torpere[e] mihi visa est[2]. Et ideo dilectio tua, si quid valet, illic requirat et sollicite disponat atque ad me veniat. Si autem invenire[f] non valet, vel aliquantum temporis venire debet, ut usque ad quinque aut sex mensium[g] spatium, si vita comis[h] fuerit, mecum faciat et postea ad propria revertatur. Omnipotentis Dei gratia ab[i] omni te adversitate custodiat.

IX, 180.

Gregorius I. papa Benenatum, episcopum Tyndaritanum, hortatur, ut oratorium a Ianuaria, religiosa femina, in massa Furiana conditum SS. Severino et Iulianae consecret. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 98; C: cap. 53.
Edd. M: Lib. IX. ep. 84; G: Lib. VII. ind. II. ep. 85. — Iaffé Reg. 1707 (1240).

GREGORIUS BENENATO EPISCOPO TUNDARITANO.

Ianuaria religiosa femina[1] petitorii[a] nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis, in massa Furiana iuris sui oratorium se pro sua devotione fundasse, quod in honore sanctorum Severini confessoris et Iulianae martyris desiderat consecrari. Et ideo, frater carissime, si in tuae parrochiae memorata constructio iure consistit et nullum corpus ibidem[b] constat humatum, percepta[c] primitus donatione legitima, id est in reditu praestantes liberos a[d] tributis[e] fiscalibus solidos decem, gestisque[f] municipalibus allegata[g], praedictum oratorium[h] absque missas publicas[i] sollemniter consecrabis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur[k] nec presbyterum[k] constituas[l] cardinalem. Sed si missas sibi fieri suprascripta[m] conditrix forte maluerit, a dilectione tua presbyterum noverit postulandum, quatenus nihil tale a[n] quolibet alio sacerdote ullatenus[o] praesumatur. Sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis.

IX, 179 in titulo: Causo, *sed corr. m. 1 C2 et recte in ind.* — abbate *codd. n.* a) clarissimo *Vat. A (ed. M).* b) lege *C1.* c) *ita edd.;* vidisse *codd. n.* d) *om.* hic *C1.* e) torpore *C3.* f) iam venire *coni. Mommsen.* g) mensuum *C2. 3, sed erad. prim.* u *C2.* h) *in* comes *corr. C2.* i) gratia *suprascr. m. 2 C2.*

*IX, 180 om. ϱ*1.* — *In titulo:* Venato *ϱ*2. 3* — Tundari. *R 1. ϱ*2. 3;* Tundarit. *C* — Fort. ep. Neap. *R*1 (cf. ep. seq.).* a) petitori *corr. in* petitoris *R 1;* petitoria *ϱ*2. 3.* b) quidem *C.* c) precepta *C, sed corr. C2.* d) ac *ϱ*2. 3.* e) tribus *corr. in* tributis *C1.* f) sol. detegistis quae *C.* g) alligatam *R 1;* allegatam *ϱ*2. 3;* alligata *C.* h) *om.* oratorium *C, sed add. m. 2 C2.* i) missis publicis *ϱ*2. 3.* k) *om.* construatur — presb. *C3.* l) constituatur *C.* m) superscripta *C2. 3.* n) talia *C.* o) nullatenus *R 1.*

IX, 179. De Claudio, abbate monasterii SS. Iohannis et Stephani in Classe, cf. ep. II, 45 p. 146 n. 2. 1) De Severo, Ficuclino ep., agi videtur: cf. ep. I, 55 n. 2) Fortasse de electione cuiusdam praepositi agitur.

IX, 180. Cf. ep. seq. — Haec ep. tota scripta est secundum Diurni f. 11. — Idem, ut videtur, Benenatus, tunc clericus, occurrit in ep. III, 59; cf. ib. n. 1. 1) An de eadem agitur in ep. IX, 39?

IX, 181.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat de SS. Severini et Iulianae reliquiis concedendis Ianuariae, religiosae feminae. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 99; C: cap. 54.
Edd. M: Lib. IX. ep. 85; G: Lib. VII. ind. II. ep. 86. — Iaffé Reg. 1708 (1241).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Ianuaria religiosa femina sanctuaria beatorum Severini confessoris et Iulianae[a] martyris oblata petitione sibi postulat debere concedi, quatenus in eius nomine oratorium propriis constructum sumptibus possit sollemniter consecrari. Et ideo, frater carissime, praefatis desideriis ex nostra te praeceptione convenit oboedire, ut[b] devotionis suae in consecratione[c] quam[d] postulat potiatur effectu[e].

IX, 182.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, agat cum Leontio exconsule, ne, quem evocaverit, Criscentium, vicarium suum, latorem praesentium iniuriis affici patiatur. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 55.
Edd. M: Lib. X. ep. 46; G: Lib. VIII. ep. 47. — Iaffé Reg. 1709 (1331).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Dum lator praesentium Criscentius vicarius noster[1], quem ad se filius noster gloriosissimus domnus Leontius exconsul[a] praecepit occurrere, exire de saeptis venerabilibus[2] dubitaret, ne qua per eum aliis fortasse excusatio nasceretur aut publica diceretur utilitas impediri, ei, ut egredi debuisset[b], aequitatem servari promitti fecimus. Et ideo quia haec illi[c] res, sicut iussus fuerat, illic suasit occurrere, fraternitas vestra ei salva ratione[d] concurrat atque apud praedictum gloriosissimum filium[e] nostrum agere cum ea qua consuevit caritate studeat, ut in nullo eum contra leges[f] aut rationem patiatur aliquo modo praegravari, sed iustitiam ei, sicut christianitati eius[g] convenit, in omnibus faciat custodiri, quatenus et ipse ad mercedem suam[h], quod aequitatis ordo exigit, videatur salubriter servavisse et hic se contra ea, quae[i] promitti fecimus, gravari non sentiat.

---

*IX, 181 om. ϱ*1. — In titulo:* Furtunato *C* — Neapolitañ *R1:* Neapolitanae *ϱ*2. 3;* Neapoli *C3.* a) Iuliani *Vat. F (ed. M).* b) ac *R1.* c) suae consecrationem *ϱ*2. 3.* d) con *C1. 2, sed corr. m. 2 C2;* cum *C3.* e) *In R1 hic sequitur cum inscriptione:* alia *fragmentum sermonis:* In diviniis eloquiis *etc. Cf. Floril. Bibl. Casinensis II. p. 20 ss.*

IX, 182 in titulo: I. e. *ex* Iohannis episcopi *corr. C2* — Siracusano *C1. 2.* a) exconsolatu *codd. n.* b) *ex* debuissent *corr. C2.* c) illis *codd. n.* d) *ita scr. edd.;* salvatione *codd. n.* e) *om.* filium *C1. 2; add. m. 2* domnum *C2.* f) *ex* legem *corr. m. 2 C2.* g) ipsius *C2.* h) suam *om. C2.* i) contra ę quę, *suprascr.* h *ante* ę *C3.*

IX, 181. Cf. ep. praeced. — Haec ep. scripta est secundum Diurni f. 12. — De Fortunato cf. ep. III, 58 n.

IX, 182. De Iohanne cf. ep. V, 54 n. 1. VI, 18 n. *1) Hunc Criscentium, qui alias non occurrit, vere vicarium Gregorii neque, ut alii putabant, magistratum fuisse contendit Mommsen, N. A. XV p. 183 n. 1; sed nota ceteros, de quibus inquirebat Leontius (cf. ep. VIII, 33 n. IX, 4 n. 3), laicos fuisse neque alias in epistulis papae vicarium inveniri; itaque nescio an pro* vicarius n. *legendum sit* v(ir) c(larissimus) filius n. *2) Cf. ep. IX, 4 n. 3.*

IX, 183.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, reliquias beati Pauli apostoli et beatorum Iohannis et Pancratii per Eventium diaconum, latorem praesentium, mittit. 599, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 100.
Edd. M: Lib. IX. ep. 86; G: Lib. VII. ind. II. ep. 87. — Iaffé Reg. 1710 (1242).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Lator praesentium Eventius[a] diaconus fraternitatis vestrae nobis inter[b] alia intimavit sibi a vobis iniunctum, ut reliquias beati Pauli apostoli, sed et beatorum Iohannis et Pancratii per eum ad vos dirigere deberemus. Quam petitionem[1] vestram curavimus effectui mancipandam. Fraternitas ergo[c] vestra solito studio perscrutare non differat, quatenus in locis quibus recondendae sunt luminaria vel alimonia ibidem servientium[d] ante dedicationem loci ipsius debeant profligari et tunc in eisdem[e] locis directa sanctuaria sui cum reverentia collocentur, ne loca Deo dicata, si praedicta provisio omissa nunc fuerit, futuris temporibus destituta, quod absit, servientium[f] repperiantur obsequiis.

IX, 184.

Gregorius I. papa Gaudioso, episcopo Iguvino, ecclesiae Tadinatis visitatori, mandat, ut clerum plebemque, ut eligant episcopum, admoneat. 599, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 101; C: cap. 56.
Edd. M: Lib. IX. ep. 87; G: Lib. VII. ind. II. ep. 88. — Iaffé Reg. 1712 (1243).

GREGORIUS GAUDIOSO EPISCOPO EGUBIO.

Cognoscentes ecclesiam Tadinatem[a] [1] diu sacerdotis proprii regimine destitutam[b] fraternitati tuae eiusdem[c] ecclesiae visitationis operam sollemniter delegamus[d]. Quam ita te convenit[e] exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu[f] ministeriisque, vel quicquid illud est, in patrimonio eiusdem a quoquam praesumatur ecclesiae. Et ideo fraternitas tua ad praedictam ecclesiam ire properabit[g] et adsiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesiae[h] ammonere festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum expetant[i] sacerdotem, qui et tanto ministerio dignus valeat repperiri, et a[k] venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum

IX, 183 in titulo: Mediol̄ *abbrev. R 1.* a) Eventus *R 1.* b) inter *om. R 1.* c) ergo *om. ϱ* 1.* d) *ex* servientum *corr.* servientibus *R 1.* e) hisdem *ϱ* 3; post ras.* isdem *ϱ* 2.* f) servientum *R 1.*

IX, 184 om. ϱ 1; haec ep. transscripta est cum sequenti etiam in Cod. Urbin. 48 s. XIII f. 218. — In titulo: post* Gregorius: ēp̄s s. s. D. fratri in Christo *add. Urb.* — Egubio *R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3;* Egavio *C;* Egubino *R* 1;* Eugubino *Urb. — In fine add.:* salutem et aplicam benedictionem *Urb.* a) *ita R̸ 1. ϱ 1;* Tadinatae *ϱ* 2. 3;* Tudinatem *C.* b) distitutam *C.* c) eidem *codd. n.* d) *ex* deligamus *corr. R 1;* diligamus *C 1. 2, sed corr. C 2.* e) ita ei (*ex* ę) econbenit, *suprascr.* te convenit *R 1.* f) ordinatu *C 1.* g) preparavit *C;* preparet *ϱ* 2. 3.* h) ecclesiam *R 1.* i) expectant *codd. n., sed corr. ϱ* 2.* k) ad *C 3.*

IX, 183 una cum ep. IX, 186 per Eventium diac. (Genuam) translata. — De Constantio cf. ep. III, 29 ss. IV, 1 ss. 1) *Cf. Diurn. f. 18.*

IX, 184. Cf. ep. seq. et de visitationis formula ep. II, 25 n. — De Gaudioso cf. Mauri Sarti, de episcopis Eugubinis p. 17 ss. (Troya l. l. p. 436). 1) *De Iguvio (Gubbio) et Tadino (oppido Gualdo), civitatibus Piceni, cf. Diehl l. l. p. 61 s. Conici licet Tadinatem civitatem bello desertam pace facta restitutam esse cf. ep. IX, 99 (n. 1) et Troya l. l. p. 436.*

fuerit[l] postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati[m] et dilectionis tuae testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat. Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittatis ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium[n], nullus ad episcopatum dignus, quod[o] evenire non credimus, potuerit inveniri, provisurus ante omnia, ne ad cuiuslibet conversationis meritum laicae personae[p] adspirare[q] praesumant[r] et tu periculum ordinis tui[s], quod absit, incurras.

IX, 185.

Gregorius I. papa clerum, ordinem et plebem consistentem Tadinae oboedire visitatori, Gaudioso episcopo Iguvino, et episcopum eligere iubet. 599, *Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 102; C: cap. 57.
Edd. M: Lib. IX. ep. 88; G: Lib. VII. ind. II. ep. 89. — Iaffé Reg. 1713 (1214).

GREGORIUS CLERO, ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI TADINAS.

Agnoscentes ecclesiam vestram diu sacerdotali regimine destitutam, curae nobis fuit eiusdem[a] ecclesiae visitationem fratri et coepiscopo nostro Gaudioso Egubinae[b] ecclesiae sollemniter[c] delegare[d]. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de[e] provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque a quoquam usurpari patiatur. Cui vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire, et remoto strepitu uno[f] eodemque consensu talem vobis praeficiendum expetite sacerdotem, qui et a[g] venerandis canonibus nulla discrepet ratione[h] et tanto ministerio dignus valeat repperiri. Qui dum fuerit[i] postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et visitatoris[k] pagina prosequente ad nos veniat ordinandus; provisuri ante omnia, ne[l] cuiuslibet vitae vel meriti laicam personam praesumatis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione provehetur[m], verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes quos[n] ex vobis de laica persona adspirasse constiterit[o], ab[p] officio et a communione alienos faciendos procul dubio noveritis.

IX, 186.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, significat se ex latoris praesentium, Eventii diaconi, relatione comperisse clericos Comenses de possessione, quae villa Auriana dicitur, ab ecclesia Romana detenta queri. Quam, si eis iure competat, etiam si ad communionem non reversi sint, restitui iubet; sed si se converterint, etiam si nihil eis competat. De hortis ex substantia Italiae ecclesiae Mediolanensi competentibus addit et scribit se homines Constantii per scripta Anatolio diacono commendasse. 599, *Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 103.
Edd. M: Lib. IX. ep. 53; G: Lib. VII. ind. II. ep. 57. — Iaffé Reg. 1711 (1211).

l) fuerat *C1.* m) roboranti *C, sed corr. C2.* n) off. imp. *ϱ* 2. 3.* o) quidem *C1.* p) *corr. in* laica persona *C5.* q) ut spirare *C1. 2. 5, sed corr. C2. 5.* r) praesumat *C. R1.* s) ordinationis tui *R1;* ordinationis tuae *ϱ* 2. 3.*

IX, 185: cf. notam ad ep. praeced. — consist. *R1. ϱ* 2. 3;* plebis consiliariis *C* — Tadinas *ϱ* 2. 3;* Taionas *(post* a: d *delet) R1;* Tudinis *C1;* Tudinas *C2. 3. 5.* a) eidem *codd. n.* b) Eguvinae *C.* c) sollemniam *R1.* d) diligare *C. R1, sed corr. C2 m. 2;* delegare *ϱ* 2. 3.* e) de *om. C3.* f) uno *om. C, sed post. add. C5.* g) ad *C3.* h) canonibus dispereperationem *R1, sed suprascr.* non discrepet ratione. i) fuerat *C, sed corr. C2 m. 2.* k) visitatoriis *C2. 3. 5, sed corr. in* visitatoria *C5.* l) *add.* ad *R1. C.* m) provehitur *C. R1, sed suprascr.* provehetur *R1.* n) quod *corr. in* qui *R1.* o) constituerit, *sed corr. C3.* p) ad *C3.*

IX, 185. Cf. ep. praeced. et de formula ep. II, 40 n.

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Latore praesentium communi filio Eventio diacone, qui fraternitatis vestrae nobis scripta detulit, referente cognovimus clericos ecclesiae Comensis[a 1], quos sacerdotali studio reverti[b] ad unitatem ecclesiae monuistis, respondisse non sibi talem a vobis affectum impendi, ut ad hoc redire caritate suadente praevaleant[c], asserentes diversas res suas iniuste ab aliis, inter quos et a nostra[d] ecclesia possessionem quae villa Auriana[e] dicitur[2], detineri[f]. Et quidem[g] nos sanctitatis vestrae sollicitudinem omnino laudavimus, quia quod vos oporteat[h] facere minime neglexistis. Sed nec nos praedictam possessionem, si eis iure competit, etiam si ad communionem forte reverti distulerint, contra rationis ordinem patimur detineri, sed eam cognita volumus veritate restitui. Si vero ad unitatem ecclesiae, quod optamus, Deo se inspirante converterint, etiam si nihil illis competat, eam illis parati sumus concedere. Nam nulla occasione excusare se[i] volumus, quod ad matris ecclesiae sinum redire desiderabiliter expetant[k].

De hortis[3] vero quos in capitulare transmisso ex substantia Italiae[l] ecclesiae vestrae competere signastis vel praedictus nobis portitor indicavit, in subsequenti illic personam transmittimus, cui inter alia curavimus evidenter iniungere, ut veritatem congrua indagatione cognoscat et, quicquid iustum fuerit, faciat. Nam nos, qui alios contristare contra[m] aequitatem non patimur, multo magis vos, quos valde diligimus, tristes relinquere non valemus.

De aliis autem causis quale nostrum ad singula sit responsum, suprascripti communis filii relatione cognoscitis. Scripta vero ad dilectissimum filium nostrum Anatolium[n] diaconem pro commendatione hominum vestrorum, sicut voluistis, fecimus[4].

IX, 187.

Gregorius I. papa Anatolio, diacono Constantinopolitano, homines Constantii, episcopi (Mediolanensis), commendat. *599, Ind.*

Codd. C: cap. 58.

Edd. M: Lib. IX. ep. 54; G: Lib. VII. ind. II. ep. 58. — Jaffé Reg. 1714 (1212).

GREGORIUS ANATOLIO DIACONO CONSTANTINOPOLIM.

Reverentissimus frater et coepiscopus noster Constantius[a] homines suos illic pro ecclesiae suae[b] utilitatibus festinans transmittere tuae eos dilectioni voluit commendari.

IX, 186 in titulo: episcopo *om. R 1* — Mediolaneñs *abbr. R 1.* a) Cumensis *R 1. ϱ 1;* Cummensis *ϱ* 2. 3;* commissis *ϱ* 1.* b) *ex* reverenti *corr. R 1.* c) praevaleat *ϱ* 1.* d) *in* v̄rā *corr. R 1.* e) *ita R 1. ϱ 1;* Mauriana *ϱ*.* f) detinere *R 1. ϱ*. ϱ 1, sed corr. R 1.* g) quidem *R 1. ϱ 1;* eiquidem *ϱ* 1;* equidem *ϱ* 2. 3.* h) oportuit *ϱ*.* i) *ita R 1;* excusari *ϱ*.* k) *ita R 1;* expectamus *ϱ 1. ϱ*.* l) *ita ϱ 1. ϱ*;* tali *R 1,* m) contra *om. ϱ* 1.* n) Anatholium *ϱ*.*

IX, 187 in titulo: Anatholio *C 1. Vat. A* — Constantinopolitano *C 1 ind.* a) *ita Vat. A;* Constantinus *C 1. 2. 3.* b) *om.* suae *Vat. A.*

IX, 186. Cf. ep. IX, 183 n. — 1) Nota etiam Comenses, qui in regno Langobardorum erant, trium capitulorum schisma secutos esse, quos nunc, ut ad unitatem ecclesiae revertant, pace facta monet Gregorius. 2) Ubi fuerit, nescio. Sed intra fines imperii situm esse recte contendit Troya l. l. p. 425 n. 1. 3) Quod Troya l. l. p. 425 n. 2 conicit: hortos illos in Sicilia fuisse, confirmatur, si pro: Italiae *legimus* Italicae; *de qua patricia cf. quae Ewald scribit ad ep. I, 33 p. 45. Adde ep. XI, 6. 4) Ep. IX, 187.*

IX, 187. Cf. ep. IX, 186 (n. 4). — De Anatolio apocrisiario cf. ep. VII, 27 n. 6.

Proinde in quantum Deo iuvante[c] valueris[d], ei salva ratione, ubi necesse fuerit, concurras ac feras[e] solacium, quatenus, dum tua fuerit, sicut dignum[f] est, opitulatione suffultus[g], et ipsi illic minus[h] valeant laborare et praedictus frater noster ecclesiae suae utilitates[i] intas[k] te suffragante cognoscat[l].

IX, 188.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, significat se Florentinum diaconum rogatu eius Anatolio diacono commendasse. De quadam ordinatione et de Mariniani neglegentia addit. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 60.
Edd. M: Lib. XI. ep. 6; G: Lib. IX. ep. 2. — Iaffé Reg. 1715 (1354).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAM.

Fraternitatis vestrae scripta suscepimus, in quibus indicastis[a] Florentinum diaconum vestrum[1] pro quibusdam utilitatibus ecclesiae vestrae ad urbem vos regiam velle transmittere. Et quia voluistis, ut cum dilectissimo filio nostro Anatolio diacono perscriptis[b] debuissemus apicibus commendare, scribere ei curavimus[c 2], ut illi, in quibus valuerit et necesse fuerit[d], adesse non differat, ipsaque scripta ad vos transmisimus, ut secum ea quae[e] direxeritis debeat deportare.

De persona vero quam in sacro vos dicitis velle ordine promovere videtur nobis, ut, si nihil est, quod vitae eius obsistet, et ei a nullo res quam indicastis obicitur, quod vobis visum fuerit, faciatis. De aliis vero causis volumus vobis, ut sollicitudinem gereretis, scribere. Sed postquam unam vobis commisimus, quae per neglectum vestrum deperiit, de aliis tacere eligimus, ne et[f] ipsas similiter perderemus[3].

IX, 189.

Gregorius I. papa Anatolio, diacono et apocrisiario Constantinopolitano, Mariniani, episcopi (Ravennatis), diaconum commendat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 61.
Edd. M: Lib. XI. ep. 7; G: Lib. IX. ep. 3. — Iaffé Reg. 1716 (1355).

GREGORIUS ANATOLIO DIACONO ET APOCRISIARIO CONSTANTINOPOLIM.

Frater et coepiscopus noster Marinianus ad urbem regiam pro ecclesiae suae utilitatibus diaconem suum se scripsit velle dirigere. Et quia cum dilectioni tuae magnopere

c) iubente *C 1. 2. Vat. A, sed corr. in* iuvante *C 2;* iuvante *C 3.* d) volueritis *corr. m. 2 in* valueris *C 2;* volueris *C 1;* potueris *Vat. A.* e) *ita scr. cum Vat. A (ed. M);* concurrat ac ferat *codd. n.* f) dignus *C 2.* g) fuerint ... suffulti *Vat. A.* h) manus *C 1.* i) utilitatis *C.* k) iustus *C 1;* intus *C 2;* vettus *C 3;* obtinuisse *Vat. A.* l) *In codd. C hanc ep. sequitur n. 59 signata ep. IX, 167: quam cf.* —

IX, 188 in titulo: Ravennam *C 1. 2;* Ravenna *C 3;* Ravennati *C* 1; in indice C 1. 3:* Ravennae, *C 2:* Ravennati. a) *ita C 2;* indicasti *C 1;* indigastis *C 3.* b) *ita scr. Mommsen;* superscr. *codd. n.* c) *ita edd.;* enim curabimus *codd. n.* d) *add.* et *C 1.* e) quem *C 3.* f) et *om. C 1.*

IX, 189 in titulo: Anatholio *C 1. C* 1* — Constantino *C 1;* Constantinōp *C 1. 2 in argum.;* Constantiñ *C 2;* Neapolitano *C 1 ind.;* Constantinopolitano *C* 1.*

IX, 188. De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. 1) De Florentino cf. ep. IX, 167 n. 1. 2) Ep. IX, 189. 3) De quibus causis agatur, nescio.

IX, 189. Cf. ep. praeced. (n. 2) et de Anatolio ep. VII, 27 n. 6.

voluit[a] commendari. scriptis praesentibus adhortamur, ut, ubicumque necesse fuerit[b], salva ei ratione concurras et ita in cunctis[c] illi opitulari festines, ut caritatem tuam, de qua praedictus frater noster valde confidit, cognoscat in opere.

IX, 190.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono praecipit, ut Adeodatum, praesentium latorem, qui in ecclesiae Romanae fundo aedificium ea lege posuerit, ut quotannis vitae suae diebus duos solidos solveret, ad inopiam redactum, dimidia parte relevet.

599, Iul.

Codd. C: cap. 62.
Edd. M: Lib. XII. ep. 9; G: Lib. X. ep. 10. — Iaffé Reg. 1717 (1440).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Indicavit[a] nobis[b] Adeodatus praesentium lator[c] ante multos annos in solo se iuris ecclesiae nostrae hac[d] condicione aedificium posuisse, ut duos solidos annis singulis ecclesiasticae rationi persolveret[e] et post eius obitum solum ipsum cum imposito aedificio ad ius ecclesiae sine dubitatione aliqua remaneret[f] [1]. Sed quia in tantam se asserit pauperiem pervenisse, ut eosdem duos solidos, sicut promiserat, singulis non possit annis impendere et ob[g] hoc unum[h] sibi petiit relaxari, experientia tua curet addiscere. Et si pauper, ita ut asserit, manifeste est, nostrae praestationis partem mediam relaxatam volumus, ut annis singulis non amplius quam solidum unum exsolvat, quia[i] et aetatis senium et pauperies eius indicat, ut onus ei, quod postulat, debeat relevari. Ita ergo hoc servare studii tui sit, ut tamen proprietatem soli atque impositi aedificii post obitum ipsius ecclesiae sollicite[k] omnino vigilantia cuncta conservet[l].

IX, 191.

Gregorius I. papa Bonino defensori latores praesentium, monachos ad colligenda mancipia monasterii Romani S. Demetrii missos, rogatu Fortunati abbatis commendat.

599, Iul.

Codd. C: cap. 63.
Edd. M: Lib. XII. ep. 36; G: Lib. X. ep. 40. — Iaffé Reg. 1718 (1469).

GREGORIUS BONINO DEFENSORI.

Filius noster Fortunatus[a] abbas monasterii sancti Demetrii[b] [1], quod in hac urbe Roma[c] situm est, latores praesentium monachos suos illic[d] pro recolligendis mancipiis

a) volunt *C 3.* b) *ex* fuerint *corr. C 2.* c) in iniunctis *C 2. 3.*

IX 190 in titulo: Cāpanię *add. C*1.* a) indicabit *codd. n, sed corr. C 2 m. 2.* b) nobis *om., sed post. suprascr. C 2.* c) portitor *C 2. 3.* d) *ita edd.;* a *codd. n.* e) persolvere *codd. n.* f) remanere *codd. n.* g) *ex* ab *corr. C 2.* h) unam *codd. n., sed corr. m. 2 C 2.* i) qui *C 1.* k) *ita scr.;* sollicitudine *codd. n.* l) (*om.* omnino) vigilanti cuncta serventur *Vat. A;* o. vigilanti ad cuncta c. *conicit Mommsen.*

IX, 191 in titulo: Bonino *codd. n.; ex* Bobnino *corr. C 2;* Bonito *edd.* a) Furt. *codd. n.* b) Semetrii *C 1. 2. Vat. A (ed. M);* Fimetrii *C 3;* Simitrii *C* 1;* Severini *edd.* c) *ita C 1;* Romana *C 2. 3.* d) *in* illuc *corr. C 2 m. 2.*

IX, 190. De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n. — 1) Cf. Mommsen in Zeitschr. f. Social- und Wirthschaftsgesch. I p. 46.

IX, 191. Boninus ubi defensor fuerit, nescimus. 1) In dial. I, 4. 10 commemoratur Fortunatus abbas monasterii quod appellatur balneum Ciceronis.

iuris sui monasterii, quae illic latitare dicuntur, dirigens petiit, ut experientiae[e] tuae eis debeant adesse solacia. Eapropter praesenti tibi auctoritate praecipimus, ut eis in omnibus salva ratione concurrere[f] ac opitulare festines, quatenus te illic coram posito atque in hac causa ferente solacia, salubriter haec citius valeant[g] quae sibi iniuncta sunt ad effectum Deo adiutore perducere.

IX, 192.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono praecipit, ne Herenae, gloriosae feminae, homines ab ecclesiae Romanae actoribus iniuste detineri sinat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 109.

Edd. M: Lib. XI. ep. 18; G: Lib. IX. ep. 12. — Iaffé Reg. 1719 (1366).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Gloriosa filia nostra[a] Herene per suos nobis[b] homines indicavit quosdam de suis ab ecclesiae nostrae actoribus[c] inrationabiliter detineri. Et quia eos petit sibi restitui, idcirco hac tibi auctoritate praecipimus, ut cum omni diligentia veritatem studeas perscrutari. Et si ita est nec est[d], quod in eis ad nomen nostrae[e] possit ecclesiae vindicari, omni mora postposita aut ipsos restitue aut, si forte mancipiis ecclesiae nostrae coniuncti sunt[f] [1], dando pro eis vicarios recompensa. Si vero aliquid nostrae dicuntur ecclesiae fortasse competere, sit sine aliqua dilatione iudicium, et quae iudicata fuerint, ita experientia tua ad effectum sine aliqua difficultate perducat, ut praedictae filiae nostrae denuo de hac re[g] non sit necessitas transmittendi.

IX, 193.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono Donatum, latorem praesentium, commendat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 110.

Edd. M: Lib. XI. ep. 19; G: Lib. IX. ep. 13. — Iaffé Reg. 1720 (1367).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Donatus[1] lator praesentium diversis se illic oppressionibus gravari commemorans ecclesiastica se petiit tuitione[a] fulciri. Eapropter experientiae tuae auctoritate mandamus, ut eundem Donatum servata aequitate defendas et[b] nullis eum gravaminibus vel damnis contra iustitiam subdi permittas, quatenus te sibi[c] opitulante nulla ei sit huc[d] remeandi necessitas.

e) ex praesentiae *C 1.* f) *ex* concurre *corr. m. 2 C 2.* g) *ex* valeat *corr. C 2.*

IX, 192 in titulo: Antemio *C 3.* a) nostra *om. C 1.* b) nos *C 1.* c) auctoribus *C 3.* d) nec esse *C 1. 2.* e) nostrae nom. *C 2.* f) coniunctis (*om.* sunt) *codd. n.* g) *om.* de hac re *C 1.*

IX, 193. a) tucione *C 1.* b) defenderet (*pro* def. et) *codd. n., sed corr. C 2 m. 2.* c) *ita edd.;* se tibi *codd. n.* d) huc *om. C 2.*

IX, 192. De Anthemio, rectore patr. Campaniae, cf. ep. I, 23 n. *1) Cf. ep. IX, 128 n. 1.*

IX, 193. De Anthemio cf. ep. I, 23 n. *1) Alias ignotus est.*

IX, 194.

Gregorius I. papa Scolastico defensori, filio quondam Blandi episcopi, praecipit, ut Calumnioso, episcopo (Hortonensi), praeter condumam etiam vineolam locet; ut episcopium detentum restituat; ut duos, quos Ferrocinatus ei legaverit, casales tradat.

599, Iul.

Codd. C: cap. 111.
Edd. M: Lib. XI. ep. 20; G: Lib. IX. ep. 14. — Jaffé Reg. 1721 (1368).

GREGORIUS SCOLASTICO DEFENSORI.

Ante aliquantum temporis experientiae tuae nos praecepisse recolimus, ut, quia reverentissimus frater et coepiscopus noster Calumniosus necessitatem se de solaciis[a] asseruit sustinere, unam illi de iure ecclesiae deputare condumam debuisses. Sed quia condumam ipsam vineolam parvulam iuris item[b] ecclesiae nostrae tenere dicitur et ipsam sibi pariter vineolam petit debere locari[1], hac tibi auctoritate praecipimus, ut ad tres[c] siliquas aureas factis libellis ei vineolam ipsam locare debeas, quatenus et ipse exinde aliquod[d] remedium consequatur et ius[e] ecclesiae sine diminutione aliqua conservetur.

Praeterea questus nobis[f] est suprascriptus[g] reverentissimus frater noster, quod et episcopium[h] ecclesiae ipsius hactenus detineas et occasione Blandi quondam[i] episcopi[2] patris tui vestes[k] tibi vel alia quae in episcopio inventa sunt applicasses. Et ideo si ita est, et ab episcopio[l] te praecipimus sine mora recedere et, quicquid praedictus pater tuus episcopatus sui tempore[m] .... cum[n] de proprio constiterit, quia[o] et sacris canonibus et[p] legibus esse noscitur definitum, ut in his quae antistes episcopatus[q] tempore adquisierit, non alius[r] nisi sola accedat ecclesia[3].

Asseruit[s] etiam Ferrocinatum[t] quendam condito testamento heredem nostram instituisse[u] ecclesiam atque ecclesiae sancti Iohannis, quae[v] ante portas Ortonensis civitatis sita est, duos casales fundi, campos Etausimanos[w] legati titulo reliquisse[x] et a nostra eos nunc ecclesia detineri. Quos quia sibi secundum voluntatem defuncti petit debere contradi, experientia tua lecta serie testamenti, si ita[y] esse repperit nec est, quod rationabiliter a[z] parte nostrae[a] opponi possit ecclesiae, praedictos casales tradere suprascripto[b] fratri nostro non differat, quia, dum talibus nos etiam de proprio conveniat impertire, ea quae illis competunt nullo modo a nostris inrationabiliter patimur detineri.

IX, 195.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut synagogam a Petro quondam Iudaeo paschali die dominico occupatam imagine Mariae cruceque remotis

IX, 194 in titulo: Scolastico *ex* Scolasto *corr. C 1.* a) *ex* de solacios *corr. C 2;* desolatum *Vat. D (ed. M).* b) idem *codd. n.* c) res *C 1.* d) aliquid *C 2.* e) et eius *C 1. 2.* f) nob. questus *C 1.* g) superscr. *codd. n.* h) episcopum *C 1.* i) blandis quod *codd. n.;* Blandini quondam *Vat. D (ed. M).* k) vester *C 1.* l) episcopo *C 1. 2, sed corr. C 2;* episcopum *C 3.* m) *Hic aliqua deesse videntur:* adquisierit, reddere, neque habuisse ante hoc tempus *vel sim.* n) eundem *C 3.* o) qui *codd. n.* p) et *om. codd.* q) antistis episcopi *codd. n.* r) *in* alias *corr. C 2 m. 2.* s) asserit *C 1.* t) Ferrocinctum *coni. Mommsen.* u) instituesset *C 1. 3;* instituisset *C 2.* v) quae *om. codd. n.* w) et ausimanus *C 1. 3, corr. in* et ausinianus *C 3.* x) relinquisset *C 1. 3;* reliquisset *C 2.* y) sita *C 1.* z) a *om. C 1.* a) nostra *C 1. 2.* b) *ita C 3;* superscr. *C 1. 2.*

IX, 194. Scolastico defensori etiam ep. IX, 43 missa est. *1) Cf. Mommsen, Zeitschr. f. Social- u. Wirthschaftsgesch. I p. 47.* *2) Blandus, ep. Hortonensis, de quo agitur in ep. I, 32 (n. 1), mortuus est ante a. 594, Aug. (cf. ep. IV, 39 n. 1).* *3) Cf. Diurn. f. 74* (cautio episcopi). *C. I. 1, 3, 41 (42), 5 s. etc.*

Iudaeis restituat. Monet Agilulfum regem finita pace alterum non facturum esse; Caralim igitur aliaque loca praemuniri iubet. 599, *Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 104; C: cap. 112.
Edd. M: Lib. IX. ep. 6; G: Lib. VII. ind. II. ep. 5. — Jaffé Reg. 1722 (1162).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALI.

Iudaei de[a] civitate vestra[1] hic[b] venientes questi nobis sunt, quod synagogam eorum, quae Caralis sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad christianae fidei cultum Deo volente perductus est, adhibitis[c] sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die[d] baptismatis[e] sui, hoc est dominico in ipsa[f] festivitate paschali[g] [2], cum gravi scandalo[h] sine vestra occupaverit voluntate atque imaginem illic genetricis Dei dominique[i] nostri et venerandam crucem vel birrum[k] album[l], quo de fonte[m] surgens indutus fuerat, posuisset[n]. De qua re et filiorum nostrorum Eupaterii[o] gloriosi magistri[p] militum[3] atque magnifici Spesindeo[q] praesidis[r] [4] aliorumque nobilium civitatis vestrae ad nos haec eadem scripta attestantia cucurrerunt. Qui etiam adiecerunt a vobis hoc praesensum[s] et praedictum Petrum[t], ne hoc auderet[u], fuisse prohibitum. Quod cognoscentes omnino laudavimus, quia, sicut revera bonum decuit sacerdotem[v], nil[w] fieri, unde iusta esset reprehensio, voluistis. Sed quia per hoc, quod minime vos in his quae prave acta sunt miscuistis, displicere vobis quod factum est demonstrastis[x], considerantes hac de re vestrae voluntatis intentum[y] ac magis iudicium, his hortamur affatibus[z], ut sublata exinde cum ea qua dignum est veneratione imagine atque cruce debeatis quod violenter ablatum est reformare, quia, sicut legalis[a] definitio Iudaeos novas non patitur erigere synagogas, ita quoque eos sine inquietudine veteres habere permittit[5]. Ne ergo suprascriptus[b] Petrus[c] vel alii qui[d] ei in hac indisciplinationis[e] pravitate praebuere solacium sive[f] consensum hoc zelo fidei se[g] fecisse respondeant[h], ut per hoc[i] quasi[k] eis necessitas fieret convertendi. ammonendi[l] sunt atque[m] scire debent, quia haec[n] circa eos temperantia magis utenda est, ut trahatur ab eis[o] velle[p], non ut ducantur[q] inviti, quia scriptum est: 'Voluntarie sacrificabo tibi'; item[r]: 'Et ex voluntate Ps. 53, 8. Ps. 27, 7.
mea confitebor illi'. Sanctitas ergo vestra gratiam[s] inter civitatis suae habitatores adhibitis[t] sibi filiis suis, quibus una vobiscum haec displicent, sacerdotali adhortatione, sicut eam[u] decet, studeat facere, quia hoc[v] maxime[w] tempore, quando de hoste formido est, divisum habere populum non debetis[x].

IX, 195 om. ϱ 1. — In titulo:* Cat. *C 1. 2;* Calist. *C 3;* Carali *R 1. ϱ* 2. 3;* Karalitano *R* 1.* a) de *om. C 1.* b) *in* huc *corr. C 2 m. 2.* c) adhibetis *R 1;* aibitis *C 3.* d) de *C 1.* e) baptismi *C 1. 2.* f) dominica ipsa *C.* g) paschalis *C;* paschalium *ϱ* 2. 3.* h) scando *ϱ* 2. 3.* i) Domini Deique *C 1.* k) virrum *R 1;* byrrum *C 1. 2.* l) alban *C 1;* albam *C 2. 3.* m) quod fonte *C 1. 2;* quod fronte *C 3.* n) adposuisset *C.* o) Eupatheri *C 2;* Euphateri *C 3.* p) glorioso magistro *C.* q) *ita scr.;* magnificis piis in dn̄o (deo *R 1. ϱ 1*) *codd. n.* r) praesidiis *ϱ* 2. 3.* s) praesentium *C 1:* praesentum *ϱ* 3.* t) byrrum *C.* u) audere *R 1;* audire *C 1. 2 et ex* audite *corr. C 3.* v) sacerdotum *C 1. 2.* w) nihil *C 1. 3; add.* ei *C 1.* x) monstratis *R 1.* y) *corr. in* intentionem *R 1.* z) affectibus *C.* a) regalis *C.* b) superscr. *C.* c) Petrus *om. C.* d) aliqui *C.* e) indisplin. *C 1.* f) *ex* sibi *corr. R 1.* g) se *om. C.* h) respondeat *C.* i) *add.* quaesieris *C.* k) quia si *C 1. 2.* l) commonendi *C 3; hoc verb. om. R 1.* m) at *C 1.* n) hac *codd. n., sed in* hanc *corr. R 1.* o) trahatur a. e. *scr. Mommsen;* trahantur *codd. n., pro* ab eis: habere *C.* p) evellere *R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3, sed in* velle *corr. ϱ 1;* velle *C.* q) *ita C;* adducantur *cet.* r) idem *C. R 1;* idest *ϱ* 2. 3.* s) grā *R 1;* gratia *C; om.* grat. *et eradit hic tres litteras ϱ* 2.* t) adhibentis (*eradit* n) *R 1;* adhibuistis *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* u) eum *R 1. ϱ* 2. 3.* v) qui ad hoc (*sed erad.* d) *R 1.* w) maxime te temp. *ϱ* 2. 3* (*erad.* te *ϱ* 2*). x) *cetera desunt in codd. C.*

IX, 195. De Ianuario cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss. 1) Marang. Nurra in sel. S. G. p. I. epist. de sacris Sardor. antiquit. (Taur. 1825) notat ad hunc locum a Tiberio multos Iudaeos in Sardiniam transportatos esse (Tacit. ann. II, 85). 2) Cf. ep. VIII, 23 n. 3. 3) De Eupaterio cf. ep. IX, 70 n. 4) Idem praeses Sardiniae commemoratur in ep. XI, 12; nota tunc temporis in Sardinia praeter militarem ducem adhuc civilem magistratum exstitisse. Cf. C. I. J, 27, 1, 12 et ep. V, 38 n. 2. 5) Cf. ep. VIII, 25 n. 1. IX, 38.

Quia vero non minorem de vobis, quam de nobis sollicitudinem gerimus, hoc quoque pariter[y] indicandum curavimus[z], quod finita hac pace Agilulfus[a] Langobardorum[b] rex pacem non faciat[6]. Unde necesse est, ut fraternitas vestra, dum licet, civitatem suam vel alia loca fortius muniri provideat atque immineat, ut abundanter in eis condita procurentur, quatenus, dum hostis illic Deo sibi[c] irato accesserit, non inveniat, quod laedat, sed confusus abscedat. Sed et nos pro vobis, quantum possumus, cogitamus et his quorum interest, ut se ad obsistendum Deo adiutore[d] praeparare debeant, imminemus, quia, sicut vos nostras tribulationes vestras attenditis, ita quoque nos vestras afflictiones nostras similiter reputamus.

IX, 196.

Gregorius I. papa Eusebium, archiepiscopum Thessalonicensem, hortatur, ut Lucae presbytero et Petro clerico, de reprobata synodo Chalcedonensi suspectis, quaestionem faciat. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 105; C: cap. 113.
Edd. M: Lib. X. ep. 42; G: Lib. VII. ind. II. ep. 6. — Iaffé Reg. 1723 (1321).

GREGORIUS EUSEBIO ARCHIEPISCOPO THESSALONICENSIUM.

Si, quam magna sit, frater carissime, pacis virtus, attendimus, quo[a] a nobis studio sit colenda[b], agnoscimus[c]. Hanc quippe Dominus et redemptor noster in magno munere discipulis suis relinquere ac dare dignatus est, ut[d] eos qui firmitate ei[e] fidei cohaere-
Matth. 5, 9. bant, per hanc sibi pia[f] faceret[g] participatione consortes. Scriptum namque est: 'Beati pacifici, quoniam[h] filii Dei vocabuntur'. Quisquis ergo patri heres esse[i] desiderat, filius[k] existere hanc custodiendo non renuat. Nam qui[l] locum praebet discordiae, ipse profecto tanti[m] se muneris[n] exsortem[o] esse constituit. Cum igitur fidei tuae sinceritas catholica nobis, ut oportuit, Deo[p] propitio sit rectitudine[q] declarata, magna nimis ammiratione suspendimur, ut eos, quos bene credere et recte sentire cognoscis, frustra quorundam scandalizari[r] vitio patiaris, ut aliorum culpa fraternitatis tuae fuscetur opinio. Nam quo modo sine erroris suspicione sit, qui patientiam[s] praestat erranti? Aut quam de se[t] aestimationem praebeat, si ea quae fervor fidei postulat aperta purgari satisfactione non praevidit[u]?

Fertur siquidem[v] Lucam presbyterum tuum[1] et Petrum clericum[w][2] synodum[x] Chalcedonensem[y] nolle[z] suscipere atque[a] ex hoc filiorum tuorum orthodoxorum corda non levi scandalo perturbari. Quorum quia zelus non solum laudandus, verum etiam omnino fovendus est, hortamur, ut cum omni vivacitate ac sollicitudine fraternitatis

y) *om. hoc verb. ϱ* 2. 3.* z) *corr. in* curabimus *R 1.* a) Agyulfus *R 1.* b) Longob. *R 1;* Largob. *ϱ* 2. 3.* c) sibi Deo *ϱ* 2.* d) Deum adiutorem *R 1.*

IX, 196 om. ϱ 1. — In titulo:* Eusevio *R 1.* — Thessal. *om. C;* Thessalonicensi *ϱ* 2 3;* Thesalonicensium *R 1.* a) *ex* quod *corr. R 1.* b) *ex* colendi *corr. R 1.* c) cognoscimus *C.* d) *add.* qui *C 1.* e) et *C 3.* f) pia *om. C 1.* g) *ex* face *corr.* faceret *C 1;* facere *C 2. 3.* h) ipsi *add. R 1.* i) her. e. patri *C.* k) filiis *C 1.* l) *ex* nuuqd *corr. R 1.* m) tanto *C 3.* n) t. remuneris *C 1.* o) extorrem *ϱ* 2. 3.* p) Dei *R 1. ϱ* 2. 3.* q) rectitudinis *C 3.* r) scandalazari *R 1.* s) quia patentia *C 1. 2, sed in* patentiam *corr. C 2.* t) re *R 1.* u) praevidet *ϱ* 2. 3.* v) quidem *C.* w) *hoc verb. om. R 1. ϱ* 2. 3;* crericum *C 1.* x) *hoc verb. om. ϱ* 2. 3.* y) Calcedon. *codd. n.* z) nolent *C 1. 3; ex* nollent *corr.* nolle *C 2.* a) at *R 1.*

6) *Cf. ep. IX, 11 n. 3; IX, 44 n. 2.*

IX, 196. De Eusebio cf. ep. VIII, 10 n. 1) De eodem agitur in ep. XI, 55. 2) Nota hic verbum clericum *usurpari pro munere presbyteri dignitate inferiore. Cf. ep. VIII, 7 n. 4.*

hoc vestrae[b] rimari cura non desinat[c]. Et si ab hac eos insontes pravitate reppererit[d], scandalum de filiorum suorum mentibus habita eorum satisfactione removeat atque inter omnes hereses specialiter Severum ac Nestorium anathematizent[e], ut[f] quibus sinistra de eis suspicio dissensionem[g] amore fidei genuit, gignat[h] purificatio[i] caritatem. Et salubriter unus[k] concordiae[l] nectat affectus, quos catholicae[m] sincera et una tenet confessio veritatis. Nec[n] satisfactio dubitantibus aestimetur[o] indigna, quia dominica voce praecipitur: 'Ne[p] contemnatis[q] unum ex minimis istis'. Qui ergo non despici a[r] prae- Matth. 18, 10.
cipiente[s] desiderat[t], praeceptoris verba non rennuat, quia[u] et is quem vas electionis redemptor sibi noster[v] testatus est[w] esse, servare nos unitatem spiritus in vinculo pacis ammonuit[3]. Unde quisquis hoc se[x] salutis tenere vinculo non recusat, quae sunt pacis studeat et locum hosti non praebeat, ut facta[y] fortius valeat unitate calcari, qui in fratrum saeve[z] poterat divisione grassari[a].

Si vero, quod non optamus, erroris huius deprehenduntur iaculo vulnerati[b], ecclesiasticae adhortationis eis est adhibenda[c] curatio, ut aut[d] inter oves dominicas, si fuerint sanati, permaneant aut ab unitate ecclesiastici corporis excidantur, quatenus et magnum[e] ex damno modico[f] lucrum fiat[g] et totum faciat liberum pars amissa. Nam et providi sollicitudo pastoris[h] ovem languidam, quae curationem non recipit, ne alias languoris sui labe contaminet, a sanarum consortio[i] non differet[k] eicere sciens ceterarum se sanitatem non aliter nisi huius posse[l] eiectione[m] servare. Proinde fraterna iterum caritate commoneo, ut summa hoc vigilantia perscrutari et summo quae scripsimus servare studio debeatis, ne rectam fidem, quam geritis, aliorum dubiam consortio[n] faciatis. Nam qui non corrigit[o] resecanda committit. Itaque magna vobis sollicitudine, magna omnino provisione pensandum est, ut nec aliis eorum persona scandalum nec vobis opinio sit nociva[p], quatenus tanto fraternitati[q] vestrae de commissis ovibus[r] pastoris lucra proficiant[s], quanto vos ad earum[t] custodiam et sincera dilectio et credita fecerit cura sollicitos.

IX, 197.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Caralitano, praecipit, ut Syricae, abbatissae monasterii SS. Gavini et Luxurii testamentum rescindat, quae, quamquam monachica veste abstinuerit, ordinatione tamen accepta et res suas monasterio cesserit et testandi ius amiserit. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 106.
Edd. M: Lib. IX. ep. 7; G: Lib. VII. ind. II. ep. 7. — Iaffé Reg. 1724 (1163).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALITANO.

Quia ingredientibus monasterium convertendi gratia ulterius nulla sit[a] testandi licentia, sed res eorum eiusdem monasterii iuris fiant[b], aperta legis definitione decretum

b) *in* vestra *corr.* *C 2.* c) desinet *C 1. 2.* d) repperis *C 1;* reppereris *C 2.* e) anathematizant *R 1.* f) a *C.* g) *hic iterum add.* removeat *omnes codd. n.* h) gignam *R 1.* i) purificationem *codd. n.* k) unum *C 3.* l) concordia *R 1.* m) catholica *C.* n) nam *ϱ* 2. 3.* o) *ex* extimetur *corr.* existimetur *C 2 m. 2.* p) Nec *C 2. 3.* q) condempnatis *ϱ* 3.* r) *ita ϱ* 2. 3;* despiciat *C, sed in* despicit *corr.* *C 2;* despicit *R 1* (*om.* a). s) praecipientem *C 1. 2;* praecipitantem *C 3.* t) *in* desiderata *corr.* *C 2.* u) qui *C 3.* v) n. sibi *C.* w) *om.* est *R 1, om.* esse *C 2.* x) re *C 1. 2.* y) factae *C 1.* z) seve *R 1. ϱ 1. ϱ* 2. 3;* sede *C.* a) *ita C 2;* crassari *cet.* b) vulnerari *C 3.* c) adhibendi *C 3.* d) et *C.* e) magnam *C 1.* f) modicum *R 1.* g) *ex* fiant *corr.* *C 2 m. 2.* h) est ut, *ut videtur, add. ϱ* 2. 3.* i) a sacrum consortium *R 1.* k) differret *R 1;* differat *ϱ* 2. 3.* l) posset *C.* m) electione *C. R 1.* n) consortium *R 1.* o) corrigat *C 3.* p) nocua *C.* q) fraternitatis *C.* r) ovilibus *C 1.* s) proficiat *R 1. ϱ* 2. 3.* t) eorum *R 1.*

IX, 197. a) si *ϱ* 1.* b) mons̄ iuris fiat *ϱ* 1.*

3) Cf. Act. 9, 15 et Eph. 4, 3.

est[1]. Quod cum paene omnibus notum sit, in magna nos Gaviniae abbatissae monasterii sanctorum Gavini atque Luxurii[c][2] insinuatio ammiratione perduxit, quod Syricam[d] monasterii sui abbatissam, postquam[e] regendi suscepit officium, condito testamento[f] legata quibusdam asseruit[g] reliquisse. Et dum de sanctitatis vestrae sollicitudine quereremur, cur res monasterio competentes[h] ab aliis pertulerit[i] detineri, communis filius Epiphanius[k][3] archipresbyter vester praesens inventus respondit memoratam abbatissam usque diem[l] obitus sui induisse vestem monachicam noluisse, sed in[m] vestibus[n] quibus loci illius utuntur presbyterae permansisse. Ad haec replicabat praedicta Gavinia hoc paene ex consuetudine licuisse adeo, ut abbatissam, quae ante suprascriptam[o] Syricam[p] fuerat, talibus usam[q] fuisse[r] vestibus allegaret[s][4]. Cum[t] ergo de qualitate vestium nec nos mediocriter coepissemus ambigere, necessarium visum est[u] tam cum consiliariis nostris[5] quam cum aliis huius civitatis doctis viris[6], quid esset de lege, tractare. Qui[v] tractantes responderunt, postquam sollemni more abbatissa[w] ab[x] episcopo ordinata est et in monasterii regimine per annos plurimos usque ad vitae suae transitum praefuit, vestis qualitatem ad culpam forte episcopi[y] respicere, qui eam sic esse permiserit, non tamen potuisse monasterio praeiudicium inrogare, sed res ipsius eidem loco, ex quo[z] illic ingressa et abbatissa constituta est, manifesto iure competere. Et ideo quia ex dimissis inlicite rebus xenodochium[a][7] possessionem asserit indebite detinere[b], his vos hortamur affatibus, ut, quia et monasterium et xenodochium[c] ipsum in vestra civitate est positum, omni cura ac providere studio debeatis, quatenus, si possessio ipsa ex nullo[d] praecedenti contractu, sed ex memoratae Syricae legato descendit, antedicto monasterio postposito strepitu vel excusatione reddatur. Si vero ex alio forte dicitur obvenisse contractu, aut fraternitas vestra inter[e] partes cognita veritate, quod legalis suaserit ordo, definiat, aut mutuo sibi consensu arbitros eligant[f], qui earum valeant allegationes[g] distinguere[h]. A quibus quicquid fuerit statutum, ita[i] vestra provisione servetur, ut nullum inter venerabilia loca iurgium remaneat, quae magnopere alterna pacis sunt fovenda concordia. Alia igitur omnia quae ex testamento praenominatae[k] Syricae detinentur, quippe quod nullum[l] esse[m] legali sanctione permittitur, necesse est, ut iure monasterii fraternitatis vestrae sollicitudine sacerdotali per omnia studio separentur, quia imperiali constitutione aperte sancitum[n] est[8], ut ea quae contra leges fiunt non solum inutilia[o], sed etiam pro infectis[p] habenda sint.

---

c) Gavi ϱ* *1* — Luxurii *R 1;* Luxor. *cet.* d) Sir. *codd.* e) p(ost) p(er) quam ϱ* *1.* f) testamenta ϱ* *2. 3.* g) asserui *R 1.* h) compotenter ϱ* *1.* i) pertuleris ϱ* *2. 3.* k) Epyphanius *R 1.* l) dies *R 1.* m) in *om.* ϱ* *1.* n) testibus *R 1.* o) superscriptam ϱ* *2. 3.* p) Syricam ϱ* *1;* Siricam *cet. codd.* q) ausam *R 1.* r) us. fuisse vest. *om.* ϱ* *1.* s) alligaret *R 1.* ϱ* *1.* t) cumque ϱ*. ϱ *1.* u) ut *add. codd. n.* v) quid ϱ* *1.* w) abbatisse ϱ* *1.* x) ad *R 1.* y) epi *corr. in* eum *R 1.* z) eo *R 1.* a) synodochium ϱ* *2. 3.* b) retinere ϱ*. c) senodochium ϱ* *2. 3.* d) nulla ϱ* *2. 3.* e) in *R 1.* f) arbitror eligant *R 1;* arbitrorelingant ϱ* *1;* arbitro relinquant ϱ* *2. 3.* g) alligationes *codd. n.* h) *om. hoc verb.* ϱ* *2. 3;* discingere ϱ* *1;* dirimere *Vat. D.* i) in ϱ* *2. 3.* k) s̄ nominate ϱ* *1.* l) *in* nulla *corr. R 1.* m) esse *om. R 1.* n) sanccitum *R 1;* sanctitum ϱ* *2. 3.* o) in Italia *R 1.* p) etiam in perfectis ϱ* *1.*

IX, 197. De Ianuario cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss. *1) Cf. ep. IV, 6 n. 2.* *2) De his sanctis cf. A. SS. die 30. Maii et 21. Aug.* *3) Idem archipresbyter commemoratur in ep. XIV, 2; de eiusdem adhuc presbyteri accusatione et absolutione cf. ep. III, 36 (n. 5). IV, 24 (n. 5).* *4) De hoc loco scribit Mabillon, de re dipl. I, 2, 10. qui cum cod. quodam Herovalliano pro:* presbyterae *legi vult* plebeiae. *5) Theodorus quidam consiliarius papae commemoratur in ep. III, 18. IX, 11. XI, 4.* *6) De iuris peritis agi videtur.* *7) De xenodochiis Sardiniae cf. ep. IV, 24. XIV, 2.* *8) C. I. I, 14, 5, 1:* ea quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur.

IX, 198.

Gregorius I. papa Fantino, defensori Siciliae, mandat, hortetur Decium, episcopum (Lilybaetanum), ut pecunias pro ecclesia expensas Savino, viro clarissimo, praesentium latori, qui per indictiones tertiam decimam et primam Lilybaetanae civitatis defensor fuerat, restituat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 114.
Edd. M: Lib. X. ep. 28; G: Lib. VIII. ep. 29. — Iaffé Reg. 1725 (1313).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI SICILIAE.

Savinus vir clarissimus praesentium nobis portitor indicavit hanc olim Lillibaci[a] consuetudinem convenisse, ut diversis supervenientibus cives eiusdem civitatis de proprio[b] expensas expenderent. De qua re dum se quererentur affligi, hoc illis cum Theodoro quondam episcopo[1] convenisse, ut in ecclesia eius certae portionis[c] substantiae suae donationem conscriberent et hoc in se onus susciperet atque securis eis redditis ipse de ecclesia[d], quicquid esset[e] necessarium, erogaret[2]. Se[f] vero per tertiam decimam et primam indictiones ob[g] praedictae civitatis defensoris officium[h] [3] absente episcopo de proprio expendisse, quod de ecclesia[i] poterat erogari. Et quia sibi quod expendit[k] postulat debere restitui, idcirco experientiae tuae praecipimus, ut reverentissimo fratri et coepiscopo nostro Decio[4] studeat imminere, quatenus aut pacifica cum eo, si ita est, ordinatione[l] decidat aut certe, si qua se ratione a restitutione expensarum credit posse[m] defendere, in iudicio tuo partes adsistat; exquisita diligentius veritate ita, quicquid tibi aequitatis ordo suaserit, mora postposita definito, ut et rationabiliter causa finem accipiat et partes apud te nulla fatiget in observatione dilatio. Si autem donationes, de quibus dictum est, ecclesiae suae esse onerosas existimat et reddere eas donatoribus fortasse voluerit, si qui[n] ex eis, qui[o] eas recipiunt, clerici sunt, a te similiter moneantur[p], ut aut secundum portiones suas, quae erant soliti dare, persolvant aut certe, si causari voluerint, contentiones partium tua necesse est cognitione discingi, ut nulla se pars inaudita queratur praeiudicium pertulisse. Alias vero causas, quas[q] cum memorato reverentissimo fratre nostro suprascriptus[r] portitor habere se asserit, tuo similiter volumus mediis[s] sacrosanctis[t] evangeliis iudicio definiri.

IX, 197. a) *ita scr. Ew.:* illabi ei *codd. n.* b) pro *C 1.* c) portiones *codd. n.* d) ecclesię *C 3.* e) *ita edd.;* esse *codd. n.* f) *ita edd.;* si *codd. n.* g) *ita scr. Mommsen;* quibusdam *C 1;* quibus *C 2. 3.* h) tenuit *hic add. edd.* i) ecclesię *C 1. 3.* k) expedit *C 2. 3, sed corr. m. 2 C 2.* l) tua *add., sed expung. C 2.* m) possit *C 1.* n) quis *codd. n.* o) quia *C 1.* p) *ita edd.;* nuniantur *codd. n.* q) quae *codd. n.* r) superscripto *codd. n.* s) medio *codd. n.* t) sacris sanctis *codd. n.*

IX, 198. De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. — 1) De Theodoro, ep. Lilybaei, cf. III, 49. V, 23. VI, 13; mortuus est ind. XIII. 2) Hospitalitatis curam tunc temporis ecclesiam saepissime suscepisse constat. 3) De civitatis defensoribus cf. Hegel l. l. p. 136 ss. 184 et librum meum, Untersuch. etc. p. 45 s. 150. Apud Gregorium non nisi hic et in ep. III, 39 (Campania); IX, 155 (Istria) civitatis defensores commemorantur. — Equidem dubito, an pro XIII *legendum sit* XV *ob legem Iustiniani, qua defensores duobus annis continuis munere suo fungi cogebantur: cf. Nov. Iust. 35 c. 1. 4) Decius successit Theodoro mense Sept. ind. XIIII: cf. ep. VI, 13 n. 2.*

IX, 199.

Gregorius I. papa Romanum, defensorem Siciliae, de praecepto suo mense Novembri praesentis secundae indictionis dato (IX, 48) non observato reprehendit hortaturque, ut Callixeno domum statim reddat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 115.
Edd. M: Lib. IX. ep. 40; G: Lib. VII. ind. II. ep. 40. — Iaffé Reg. 1726 (1201).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Mense Novembrio praesentis secundae indictionis experientiae tuae praeceptione nostra mandamus, ut Callixeno[a] filio[b] Stephaniae[c] domum Cathenae possessionis[d], quam Mammonia[e] avia eiusdem Callixeni[a] ecclesiae nostrae facta donatione[f] contulerat, reddere ei donationem eandem debuisses[g] [1]; quod hac, ut dicitur, excusatione facere distulisti[h], quia notitia[i] eiusdem donationis non esset[k] de pollyptychis[l] caraxata[2]. Quod incongrue te[m] dixisse cognoscas, dum ad munitionem[n] tuam praecepti nostri pagina possit valde sufficere. Proinde praesenti auctoritate suscepta praedictam domum et donationem antefato[o] Callixeno[p] orfano sine mora restitue. Nam quod iustum et ipse sentiat[q], novimus, et nos tamen praedicto[r] eidem orfano suprascripto[s] domum ex benignitate largimur.

IX, 200.

Gregorius I. papa Sergio defensori mandat, ut Petrum, artis pistoricae puerum, qui ex iure germani sui (Gregorii) ab Occila, viro magnifico, tribuno civitatis Hydruntinae, ad eum Romam perductus Hydruntum profugerit, comprehendendum Romamque navi reportandum curet. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 116.
Edd. M: Lib. IX. ep. 102; G: Lib. VII. ind. II. ep. 107. — Iaffé Reg. 1727 (1259).

GREGORIUS SERGIO DEFENSORI.

Filius noster vir magnificus Occila tribunus Ydrontinae[a] civitatis[b] [1] ad nos veniens puerum unum Petrum nomine artis pistoricae[c] [2] ex iure germani nostri[3] ad eum noscitur

IX, 199. a) Calix. *codd. n.* b) filius *codd. n.* c) *ex* Stephanę *corr. C 2;* Staphaniae *C 1;* Sthefanie *C 3.* d) possessionem *codd. n. Cf. ep. IX, 48.* e) omnia *corr. in* Mamonia *C 2;* Ammonia *C 1. 3.* f) sc̄a devotione *C 1.* g) eadem debuisse *codd. n.* h) *ex* detulisti *corr. m. 2 C 2.* i) notitiam *codd. n.* k) esse *codd. n.* l) polipthycis *C 3.* m) te *om. C 2.* n) ad monitionem *codd. n., in* ammonitionem *corr. C 2.* o) antefacto *C, sed corr. C 2.* p) Calix. *codd. n.* q) *ex* sentiant *corr. C 2.* r) praedicti *C 1. 2.* s) superscr. *C 1. 2.*

IX, 200. a) Syrontinae *C;* Sirantinę *C* 1.* b) civitate *C 1.* c) pistoriciae *C 2. 3.*

IX, 199. De Romano, rectore patrim. Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. 1) *Ep. IX, 48.* 2) *Idem est atque* de brevibus suis delere *in ep. XIV, 14 ad Felicem, rectorem patr. Appiae data. Polyptychum universale omnes ecclesiae Romanae possessiones continens, a Gelasio papa conditum, Romae erat; specialia brevia singuli rectores habebant. Cf. Grisar l. l. p. 324 s. Ioh. diac. II, 24.*

IX, 200. De Sergio, rectore patrimonii Apuliae, cf. ep. VIII, 9 n. 1) *Eidem tribuno Hydrunti degenti nuper ordinato missa est ep. IX, 205, ubi Occilanes appellatur. Cf. ep. IX, 112 n. 5.* 2) *Non de collegio pistorum agitur, sed de servo quodam; cf. infra, ubi* mancipium *appellatur.* 3) *De fratre Gregorii, cuius nomen ignoramus, cf. ep. I, 42 p. 66 n. 5.*

perduxisse; quem nunc fuga lapsum ad partes illas reverti cognovimus. Experientia ergo tua antequam ad Ydrontinam[d] civitatem valeat is ipse[e] coniungere, sub qua valueris celeritate vel ad episcopum[f] Ydrontinae[g] civitatis[4] atque praedictum tribunum vel ad quem in loco tuo te habere[h] cognoscis, scripta dirigas, ut uxorem vel filios praedicti mancipii sub omni debeant habere cautela atque de ipso sollicitudinem gerere, ut perveniens valeat detineri, et mox cum rebus suis omnibus[i], quaeque ad eos pertinent, navi impositis per fidelem personam hic[k] modis omnibus destinare. Experientia itaque tua cum omni hoc studeat efficacia sollertiaque perficere, ne de neglectu vel mora nostros, quod non optamus, animos offendas[l].

IX, 201.

Gregorius I. papa Anatolio, diacono (Constantinopolitano), commendat epistulae huius latores, qui relicto schismate episcopos Histricos postulaturi Constantinopolim proficiscantur. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 117.
Edd. M: Lib. IX. ep. 66; G: Lib. VII. ind. II. ep. 68. — Iaffé Reg. 1728 (1221).

GREGORIUS ANATOLIO DIACONO.

Latores praesentium, qui de Histricorum[a] scismate ad unitatem ecclesiae Deo miserante reversi sunt[1], multa de pravitate episcoporum qui in illis partibus sunt conqueruntur. Et quia ea pro re Constantinopolim[b] festinantes tua sibi petunt adesse[c] debere solacia, dilectionem tuam his hortamur affatibus[d], ut eis salva ratione solaciare debeat atque concurrere, quatenus te opitulante et minus illic[e] fatigari et quod iustum est facilius valeant adipisci[f].

IX, 202.

Gregorius I. papa Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathoni, Victori, episcopis Sardiniae, praecipit, ut de paschatis tempore metropolitam secundum veterem consuetudinem interrogare pergant neve sine „cognitione vel epistolis" eius insula egrediantur. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 107; C: cap. 118.
Edd. M: Lib. IX. ep. 8; G: Lib. VII. ind. II. ep. 8. — Iaffé Reg. 1729 (1164).

d) Ydrentinam *C 1;* Ydrendinam *in* Ydrent. *corr. C 2;* q. adrident in *C 3.* e) ipsi *codd. n., sed in* ipse *corr. C 2.* f) ab episcopo *C 2. 3.* g) Ydrentinę *C 1. 2;* Hidrenthine *C 3.* h) habuere *C 1.* i) omnia *codd. n.* k) *in* huc *corr. m. 2 C 2.* l) animos offendas *om. C 1. 2, sed add. m. 2 C 2;* motas incurras *C 3.*

IX, 201 in titulo: diac. *om. C 2.* a) Istricorum *C 1. 2;* stricorum *C 3.* b) Constantinopolion *C.* c) abesse *C 1.* d) effectibus *C 1;* affectibus *C 2. 3.* e) illa *C 1.* f) adipisci *om. codd. n., sed add. m. 2 C 2.*

4) Scil. Petrum: cf. ep. VI, 21 n.

IX, 201. De Anatolio, apocrisiario Constantinopoli, cf. ep. VII, 27 n. 6. *1) De his cf. ep. IX, 148 n.*

GREGORIUS VINCENTIO, INNOCENTIO, MARINIANO, LIBERTINO, AGATHONI ET VICTORI EPISCOPIS SARDINIAE.

Cognovimus, quod mos vestrae sit insulae[a] post paschalem festivitatem vobis euntibus aut directis responsalibus vestris ad metropolitanum[b] vestrum[c], utrum sciatis an[d] minime, ipse[e] vobis de venturo[f] pascha scripta debeat denuntiatione mandare[1]. Et quantum dicitur, quidam vestrum[g] hoc facere secundum consuetudinem[h] postponentes aliorum quoque ad non oboediendum[h] corda pervertunt. Additur etiam, quod ex[i] vobis aliqui[k] pro ecclesiae suae emergentibus causis transmarina petentes sine praedicti metropolitani sui[l] cognitione vel epistolis, sicut canonum ordo constituit[2], audeant[m] ambulare. Hortamur ergo fraternitatem vestram, ut antiquam ecclesiarum vestrarum consuetudinem exequentes tam de suscipienda[n] paschali denuntiatione, quam etiam si quemquam vestrum pro causis propriis ubicumque compulerit ambulare necessitas, ab eodem metropolitano[o] vestro secundum indictam[p] vobis regulam petere[q] debeatis nec eum postponere[r] in aliquo praesumatis, excepto si, quod[s] non optamus, contra eundem metropolitanum[t] vestrum vos habere aliquid causae contingat, ut ob[u] hoc sedis apostolicae[v] iudicium[w] hi[x] qui petere festinant licentiam habeant[y]; quod scitis per canones[z] etiam antiquorum patrum institutione permissum[a].

IX, 203.

Gregorius I. papa Vitalem, defensorem Sardiniae, reprehendit, quod clericis Caralitanis, (Ianuario) episcopo adversantibus, propugnatorem se praestiterit. Monet, ne „rusticos possessionis eiusdem Caralitanae ecclesiae, rura propria deserentes, in privatorum possessionibus culturam laboris exhibere“ patiatur. De monasteriorum causis addit.

599, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 108; C: cap. 119.
Edd. M: Lib. IX. ep. 64; G: Lib. VII. ind. II. ep. 66. — Jaffé Reg. 1730 (1219).

GREGORIUS VITALI DEFENSORI SARDINIAE.

Indicatum nobis est[a], quod quidam Caralitanae ecclesiae clerici disciplinam sui refugientes[b] episcopi contra eum solacium tuae[c] defensionis exquirant atque per hoc

IX, 202 om. ϱ 1. — In titulo:* Venantio *ind. C 1 — om.* Innocentio *C 1, sed suppl.* Ippocentio *man. post. in margine;* Ippocentio *item C 2. 3. et in ind. C 1. 3 —* Mariano *C 1 et in indice —* Victorio *C —* episcopo *C 1;* episcopos *ϱ* 2. 3;* episcopi *R 1 —* Sardiniae *om. C;* Sardinia *ϱ* 2. 3.* a) ins. v. s. *ϱ* 2.* b) metropolitanum *R 1;* metropolitanam *C 1. ϱ* 2. 3;* metropolitam *C 2.* c) vestram *C;* urbem *ϱ* 2. 3.* d) a *C 3.* e) ipsi *C 2. 3.* f) debentur ut *C;* de ventura *ϱ* 2. 3.* g) nostrum *ϱ* 2. 3;* utrum *C 3.* h) consuet. — oboediendum *deest in C 2 et man. 2 in margine suppl.* i) *om.* ex *C 1. 2.* k) aliquis *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* l) metropolitae suae (*corr. in* sui) *R 1;* metropoliti sui *C.* m) *om. ϱ* 2. 3;* audiant *C 3.* n) *corr. in* suscipiendo *ϱ* 2.* o) metropolita *corr. in* metropolitano *m. 2 C 2;* metropolitano *ϱ* 2. 3;* metropolita *cet.* p) inditam *C 1. 2. R 1.* q) petere epistolas *Vat. B (ed. M.).* r) praeponere *C 3.* s) si quod *ϱ* 2. 3;* sicut *cet.* t) metropolitanum *ϱ* 2. 3;* metropolitam *cet.* u) ab *ϱ* 2.* v) apostolica *C.* w) indicio *R 1.* x) his *codd. n.* y) licentiam *R 1. ϱ* 2. 3;* licentiam habeant *C.* z) *om.* p. c. *ϱ* 2.* a) est *add. R* 1.*

IX, 203 om. ϱ 1. — In titulo:* Gregorius *om. C — pro* defensori: deen *R 1 —* Sardinia *sed corr. ϱ* 2;* Siciliae *C 1 in ind.* a) est nobis *ϱ* 2. 3.* b) refugentes *C 3.* c) tuae *om. C.*

IX, 202. Innocentius atque Libertinus commemorantur etiam in ep. XIII, 6; de Mariniano, ep. Turritano, cf. ep. I, 59 n. 1. IX, 11 n. 7 et de Victore, ep. Fausianensi, ep. IV, 29 n. 1. XI, 7. 12. 1) Eodem modo Africanis episcopis episcopus Carthaginensis et episcopus Mediolanensis suis suffraganeis pascha indixit: cf. Loening l. l. I p. 422. 2) Cf. Concil. Carthag. III c. 28 a. 397 Nov. 123 c. 9 et Hinschius, Kirchenr. III p. 221 et ep. VI, 23 n. 2.

illi, quod dici grave est, contumaces existant[1]. Quam rem, si ita est, omnino dure suscepimus[d]. Dicitur[e] etiam, quod suae actus deserentes ecclesiae in aliorum se obsequiis ac laboribus occupantes, ubi nomen dederunt[f] militiae, inveniantur extranei. Experientia itaque tua[g] nihil deinceps tale aliquid facere praesumat, sed si cuiusquam clerici, ut assolet, culpae casus emerserit, in qua te sibi petere debeant adiutorem, ad eundem episcopum reverenter[h] accede et, sicut causae meritum cognoverit[i], apud eum non[k] defensor culpae, sed potius intercessor accede, ut hac provisione et poscenti feras[l] auxilium et iura praepositi non turbentur. Si qui[m] vero sunt, ut iusta poposcerint, eis per te[n] auxilium sedis apostolicae non est negandum. Sed tamen ita servanda[o] est uniuscuiusque episcopi reverentia, ut clericorum disciplina per[p] defensionem[q] tuae experientiae minime solvatur[r].

Dictum etiam nobis est, quod rustici[2] possessionis eiusdem Caralitanae ecclesiae rura[s] propria deserentes in privatorum possessionibus culturam laboris adhibeant. Ex qua re agitur, ut possessiones[t] ecclesiae proprio[u] in aliis[v] occupato cultore depereant atque ad tributa[w] sua persolvenda idoneae non existant. In qua re experientiam tuam volumus omnino esse sollicitam nec tale quicquam fieri[x] posthac nostra data tibi[y] auctoritate permittere; sciturus, quod si neglexeris, nostros[z] exinde de[a] minori tua sollicitudine contra te animos commoveri.

Cognovimus etiam, quod monasteria[b] servorum Dei vel etiam feminarum pro suo quisque libitu[c] et diversarum causarum[d] executione perturbent, quod omnino non grate[e] suscepimus, tuamque ex hoc experientiam commonemus, ne quemquam[f] hoc usurpare denuo accepta nostra auctoritate permittas; sed[g] episcopi[h] loci ipsius, sub cuius degant[i] moderamine, curae sit causas utilitatesque disponere[k][3]. Valde enim est incongruum, ut omisso eo[l] alius quilibet[m] illorum se causis admisceat. Sed ille eorum vitam competenti regularique debet[n] moderatione disponere, qui pro commissis eorum sibi animabus compellitur reddere rationem.

IX, 204.

Gregorius I. papa Ianuarium, episcopum Sardiniae (Caralitanum), hortatur, ut clericos contumaces coerceat; monasterio S. Iuliani hereditatem quandam exhiberi iubeat; idolorum cultores, aruspices, sortilegos comprimat; videatque, ne „saecularibus viris res ecclesiasticae committantur, sed probatis clericis". *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 109.
Edd. M: Lib. IX. ep. 65; G: Lib. VII. ind. II. ep. 67. — Iaffé, Reg. 1731 (1220).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO SARDINIAE.

Pervenit[a] ad nos, quod quidam de vestris clericis spiritu elationis inflati, quod dici grave est, fraternitatis vestrae iussionibus oboedire postponant atque in aliorum se

d) suscipimus *C.* e) dicuntur *C.* f) dederint *C 3.* g) tua *om. C, sed add. C 2 m. 2.* h) *ita C. ϱ*3;* revertentem *R 1;* reverterentur *corr. in* reverenter *ϱ*2.* i) agnoverit *R 1, sed corr. in marg.* k) n̄e *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ*2.* l) ferat *ϱ*2. 3.* m) quis *C, sed corr. C2.* n) parte *C3.* o) servandum *C.* p) pro *C 3.* q) *ita scr.;* defensionis *codd. n.* r) solvantur *R 1. C 3, sed corr. R 1.* s) iura *C. ϱ 1;* iure *ϱ*2. 3.* t) possionis *R 1.* u) propria *R 1.* v) alios *codd. n.* w) a tributa *C. R 1. ϱ 1.* x) fieri *om. C;* quicquam posthac *in ras. C 2.* y) tibi data *ϱ* 2. 3.* z) nostris *C 3.* a) de *om. C.* b) monasterium *C.* c) debitu *C.* d) causarum *om. C.* e) *ita ϱ* 2. 3;* grate (*om.* non) *C et in* ingrate *corr. C2;* grate *corr. in* grave *R 1.* f) quaquam *ϱ* 2. 3. C 2, sed corr. m. 2 C 2.* g) *ita edd.;* seu *C. R 1;* sive *ϱ* 2. 3.* h) episcopus *C 1. 2;* episcopis *C 3.* i) degunt *C.* k) vos ponere *R 1.* l) omnis suo *C.* m) quidlibet *C 3.* n) debeat C.

IX, 204. a) perveni *ϱ* 1.*

IX, 203. De Vitali cf. ep. IX, 2 n. 1) Cf. ep. seq. 2) I. e. coloni. 3) De episcoporum in monachos iurisdictione cf. ep. VI, 11 n. 3.

magis obsequiis ac laboribus occupantes suae deserant, ubi sunt necessarii[b], actus[c] ecclesiae. Ex qua re nimium ammiramur, cur in eis ecclesiasticae non teneatis regulam disciplinae nec eos dissolute vagantes in deviis ad normam suscepti officii districti moderaminis freno restringitis. Dicitur etiam, quod aliqui ex eisdem contumacibus clericis, ut defendi contra vos valeant, ad Vitalis defensoris nostri[d] patrocinia[e] convolare. Unde ad eum scripta nostra direximus[1], ne quemquam[f] clericorum vestrorum contra vos inrationabiliter denuo audeat[g] defensare, sed si culpae casus emerserit et gravis non est, sed quae veniam mereatur, intercessor apud vos magis accedere debeat, quam defensor. Ne ergo tale ad nos deinceps de subiectorum vestrorum contemptu quicquam perveniat, praecavete.

Cognovimus etiam, quod monasterio[h] sancti Iuliani quaedam vidua[i] suam substantiam derelinquens a clerico[k] vestro, qui eiusdem defunctae mulieris actus, dum adviveret, gubernabat, ipsa sit direpta substantia, nuncque callidum ad reddendum existere. Hortamur ergo, ut eum, si, ut[l] dicitur, ita verum esse patuerit[m], districta faciatis executione constringi, quatenus res monasterio derelictas restituere sine inminutione festinet et, quod adire[n] servata fidei suae puritate non debuit, vel cum pudoris sui damno reddere compellatur. Quam vero verecundum sit, ut fraternitatem vestram nos ammonere videamur, quatenus clericum suum sub disciplinae vigore restringat[o], credo, quod eadem[p] fraternitas vestra tacita etiam ipsa consideret.

Contra idolorum namque cultores[2] vel aruspicum atque sortilogorum[q] fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur invigilare[r] custodia atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere eosque a tanti labe sacrilegii et divini intentione[s] iudicii et praesentis vitae periculo[t] adhortatione suasoria[t] revocare. Quos tamen emendare se[u] a talibus atque corrigere nolle reppereris[v], ferventi comprehendere zelo te volumus et, siquidem servi sunt, verberibus cruciatibusque[w], quibus ad emendationem pervenire valeant, castigare. Si vero sunt liberi, inclausione[x] digni districtaque sunt in paenitentia dirigendi, ut, qui salubra[y] et a mortis periculo revocantia[z] audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos[a] corporis ad desideratam mentis[b] valeat reducere sanitatem.

Indicatum etiam nobis[c] est, quod laicis[d] quibusdam curam vestri patrimonii committentes postmodum in rusticorum vestrorum depraedationibus[e] atque per hoc exfugationibus fuerint deprehensi et reddere res, quas indecenter retinent habitas[f] quasi suae dicioni[g], quippe vestrae non suppositi curationi[h], postponant vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districte a vobis discuti convenit atque inter eos ecclesiaeque vestrae rusticos[i] causam examinare[k] suptilius. Et quicquid in eis fuerit fraudis inventum, cum poena legibus statuta reddere compellantur. De cetero vero cavendum a fraternitate vestra est, ne saecularibus viris atque non sub

b) necessaria ϱ*. ϱ *1.* c) actos *in* acta *corr. R 1.* d) *spatium 4 litt. vacuum, om.* nri *R 1. Aut hic aut post* valeant *verbum* volunt, conantur *vel sim. addendum esse videtur.* e) patricinia *ϱ* 1.* f) ne quaquam *R 1.* g) *ex* ad eam *corr. R 1.* h) monasterium ϱ*. i) quidam viduam *R 1;* quidam vidua *ϱ 1;* quaedam viduam ϱ* 2. 3, *sed corr.* ϱ* 2. k) clero ϱ* 2. 3. l) ut cum sicut ϱ*. ϱ *1.* m) *ita edd.;* putaverit *codd. n.* n) *ita scr. cum ed. G.;* audire *codd. n.;* audere *ed. M.* o) restringam *R 1.* ϱ**1, sed in* restringat *(ita ϱ* 2. 3) corr. R 1;* constringat *ϱ 1.* p) eam *ϱ* 1.* q) *ita R 1;* namque cultores vel aruspicum *hic repetit* ϱ* *1;* fortilogorum ϱ* *1;* sordilogorum ϱ* *3; ex* sortiloc. *corr.* sortilog. ϱ* 2. r) invigilari ϱ* 2. *3;* invigiliari *R 1.* ϱ* *1.* s) in temptatione *R 1.* t) *hoc verbum om. R 1.* u) si *ϱ* 1.* v) nollorepperiris *ϱ* 1.* w) cruciatibiquæ ϱ* *1; hic add.:* emendare nolentes per predicationem cruciatibusque emendentur *R 1.* x) *in* inclusione *corr.* ϱ* 2. y) *in* salubria *(ita ϱ* 3) corr.* ϱ* 2. z) revocanti *ϱ* 1.* a) eis *ϱ*;* eos *in* eis *corr. R 1.* b) desideratamentis *ϱ* 1.* c) vobis *R 1.* d) laici *R 1.* e) deprecationibus *R 1.* f) habit us *codd. n.* g) sui diaconi *R 1;* sui dicioni *ϱ 1.* h) curatione *codd. n.* i) rustorum *R 1.* k) exanimare *ϱ* 1.*

IX, 204. De Ianuario, ep. Caralitano, cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss. 1) Ep. praeced. 2) De paganis in Sardinia cf. ep. IV, 23. 26. XI, 12 etc. et de sortilegis ep. XI, 33. Cf. etiam C. I. IX, 18.

regula vestra degentibus res ecclesiasticae committantur, sed probatis de vestro officio clericis; in[l] quibus si quid repperiri potuerit pravitatis, ut in subditos, emendare quod inlicite gestum fuerit valeatis, quos[m] apud vos habitus sui magis officium[n] convenit, quam excuset.

IX, 205.

Gregorius I. papa Occilani, tribuno Hydruntino, qui Ravennae ordinatione ab exarcho accepta feliciter redierit, gratulatur. Monet, ut Savinum, episcopum (Callipolitanum), qui veniens Romam graves querelas edixerit, civesque eius a Viatoris extribuni iniuriis defendat. Dicit: „Scitis enim, quod locus ipse ecclesiae nostrae sit proprius, et ipsi pauci, qui illic rustici remanserunt, si incompetentibus angariis affliguntur, locum deserunt, et hostibus datur occasio illum pervadendi.“ 599, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 110.

Edd. M: Lib. IX. ep. 99; G: Lib. VII. ind. II. ep. 104. — Iaffé Reg. 1732 (1256).

GREGORIUS OCCILANI TRIBUNO YDRONTINO.

Cognoscentes[a] magnitudinem vestram[b] de Ravennatibus[c] partibus cum ordinatione excellentissimi filii nostri domni exarchi[1] ad Ydrontinam civitatem feliciter remeasse grate[d] suscepimus et Dominum exoramus, qui actus vestros suae propitiationis opitulatione disponat. Savinus[2] quidem frater et coepiscopus noster ad nos veniens graves nobis civium suorum querellas innotuit asserens Viatore extribuno Ydrontinae civitatis multa se[e] hactenus inlicita[f] pertulisse. Magnitudinem ergo vestram paterno salutantes affectu hortamur, ut, quicquid pridem male gestum esse cognoscitis, iudiciaria debeatis emendatione corrigere. Scitis etenim, quod locus ipse[3] ecclesiae nostrae sit proprius[4] et ipsi pauci qui illic rustici remanserunt, si in aliquibus incompetentibus angariis vel oppressionibus affliguntur, locum ipsum deserunt et, quod non optamus[g], hostibus datur illum[h] occasio pervadendi[5]. Praedictum ergo episcopum omnesque habitatores loci ipsius vobis peculiariter commendamus, ut non solum nullis inlicitis iniunctionibus onerentur, sed magis ex commendatione nostra vestra sibi in omnibus sentiant adesse solacia, ut et beatus Petrus apostolorum princeps, cuius res ipsa est, vobis retributor existat et nos in vestris promptius[i] utilitatibus commodemus[k].

---

l) de *R 1.* m) quod *ϱ* 1; ex* quo *corr.* quos *ϱ* 2.* n) accuset *hic addendum esse coni. Mommsen.*

IX, 205 in titulo: Occiliano *(ita ϱ 1)* tribuni *ϱ*;* Occilani tribuni *R 1;* Ceciliano tribuno *R* 1* — Udrontino *ϱ* 1. 4;* Ydrontino *ϱ 1. ϱ* 2. 3. R* 1:* Ydrontini *R 1.* a) cognoscente *R 1.* b) *om. hoc verbum R 1.* c) Ravennatis *ϱ*.* d) gratis *R 1.* e) *ex* multae *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2.* f) inlicite *R 1.* g) optemus *ϱ* 1.* h) *ita edd.;* illud *R 1. ϱ 1. ϱ* 1;* velut *ϱ* 2. 3.* i) promptos *R 1.* k) commendemus *ϱ*. ϱ 1.*

IX, 205. De Occilane vel Occila cf. ep. IX, 200 n. 1. *1) Nota tribunos ab exarcho ordinari; cf. ep. VII, 3 (n. 1).* *2) Hic Savinus appellatur, qui in ep. seq. Sarinianus, episcopus Callipolitanus, dicitur, qui post annum 595 Iohanni successisse videtur: cf. ep. VI, 21 n. (Hydrunti tunc temporis Petrus episcopus erat, ut ex ep. IX, 169 apparet: cf. Grisar l. l. p. 338. Wisbaum l. l. p. 4 n. 1).* *3) De Callipolitano castro agitur: cf. ep. seq.* *4) Non dubito, quin de loco vere proprio ecclesiae Romanae agatur, sicut in ep. VIII, 32 (cf. ib. n. 5) de castro* in solo iuris monasterii fundato*: adde ep. IX, 121 et Mommsen in Ztschr. f. Soc.- u. Wirthschaftsgesch. I p. 45 n. 6. Quod Hegel l. l. p. 174 contendit: de sola tuitione quadam ecclesiastica agi nihil est; vide in ep. seq.:* locus ipse nostrae … ecclesiae esse dinoscitur *(cf. Wisbaum l. l. p. 4).* *5) Nota etiam hic civilis magistratus mentionem nullam fieri et rusticos eosdem esse, qui militantes castrum defendebant: cf. ep. VI, 23 n. 1. VIII, 19 n. 3. VIII, 32 n. 5.*

IX, 206.

Gregorius I. papa Savinianum, episcopum Callipolitanum, hortatur, ne homines castri Callipolitani, qui locus ecclesiae Romanae sit, premi oneribus illicitis, longinquis angariis multisque dispendiis patiatur. Exemplaria privilegiorum ecclesiae Callipolitanae de scrinio Romano se misisse commemorat; homines massae ipsius Callipolitanae a futura tertia indictione eius curae subiungit. Ad Sergium defensorem hac de causa se scripsisse addit. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. ep. 111.
Edd. M: Lib. IX. ep. 100; G: Lib. VII. ind. II. ep. 105. — Iaffé, Reg. 1733 (1257).

GREGORIUS SAVINIANO EPISCOPO CALLIPOLI.

Indicatum nobis est, quod homines Callipolitani castri, in quo te propitiante Domino[a] constituimus sacerdotem, gravibus diversorum molestiis[b] affligantur atque in longinquis angariis multisque dispendiis conterantur. Hortamur ergo fraternitatem tuam, ut, quia et locus ipse nostrae, sicut cunctis notum est, ecclesiae esse dinoscitur, sollicitudinem tuam rectae defensionis zelo succendas eosque non permittas inlicitis[c] praegravari[d], quia et exemplaria tibi privilegiorum ecclesiae de scrinio nostro ad hoc fecimus dari, quatenus informatus ex omnibus, qualiter habitatores loci illius defensare valeas, non ignores.

Volumus etiam, ut massae ipsius Callipolitanae[1] homines sub sollicitudinis tuae cura a futura tertia indictione habere debeas atque de eorum relevandis molestiis esse cautissimus; et adhibita sollicitudinis cura uniuscuiusque[e] vires, quid[f] praestare de sua pensione ecclesiae utilitatibus valeant, caute cognoscere ac[g] secundum vires suas ad persolvendum quemque disponere[2]. De qua ordinatione fraternitas tua suptiliter facta notitia, quid dare ipsi homines totius[h] Callipolitanae massae possunt, indicare non differas, ut sciamus, quid exinde disponere auxiliante Domino valeamus. Ad Sergium vero defensorem[3] praecepta direximus[i], ut in hac tibi[k] re non solum non audeat esse contrarius, sed vobis magis ubi valuerit solacia sumministret[l].

IX, 207.

Gregorius I. papa Fortunatum, episcopum Neapolitanum, monet, ne in Agnellae abbatissae monasterio milites hospitari sinat. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 112.
Edd. M: Lib. IX. ep. 103; G: Lib. VII. ind. II. ep. 108. — Iaffé Reg. 1735 (1260).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM.

Insinuavit nobis latrix praesentium Agnella abbatissa[a], quod intra monasterium ipsius milites hospitentur. Et omnino de fraternitatis vestrae sollicitudine mirati sumus,

IX, 206 in titulo: Gallipoli *R 1;* Callipolitani *ϱ* 2. 3.* a) esse *hic add. ϱ*.* b) moleistiis *ϱ* 1.* c) in inliciti *R 1.* d) pergravari *ϱ* 1.* e) curavimus cuiusque *R 1.* f) quia *R 1.* g) a *ϱ* 1;* atque *ϱ* 2. 3.* h) totius *om. R 1.* i) dixerimus *ϱ* 1.* k) tibus *ϱ* 1.* l) subministrat *ϱ* 2. 3.*

IX, 207. a) abba *ϱ* 2. 3.*

IX, 206. Cf. ep. praeced. 1) *Inter habitatores castri et massae Callipolitanae homines hoc interesse credo, quod illi eodem, quo castri Scyllacii defensores, modo nihil nisi* solaticum *Romanae ecclesiae pendebant, hi, ut coloni, sub rectore esse solebant et ad patrimonii regularem administrationem pertinebant.* 2) *Cf. Diurn. f. 51.* 3) *Ex huius, patrimonii Apuliae et Calabriae rectoris (cf. ep. VIII, 9 n.), administratione igitur massa Callipolitana exempta est.*

cur hoc patienter tulerit et non illud cum omni celeritate fecerit emendari. Unde hortamur, ut[b] vel nunc studii vestri sit instanter eis quorum interest imminere, quatenus sine aliqua exinde excusatione tollantur et nullus illic ulterius metatum[1c] accipiat, ne callidus hostis occasionem inveniens de deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

IX, 208.

Gregorius I. papa Sereno, episcopo Massiliensi, Cyriacum abbatem, latorem praesentium, ad Syagrium, episcopum Augustodunensem, euntem commendat. Comperisse se scribit eum in ecclesiis imagines confregisse atque proiecisse. De imaginum cultu addit. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: cap. 113.

Edd. M: Lib. IX. ep. 105; G: Lib. VII. ind. II. ep. 110. — Iaffé Reg. 1736 (1262).

GREGORIUS SERENO EPISCOPO MASSILIENSI.

Quod fraternitati vestrae tam sero[a] scripta transmittimus, non hoc torpori, sed occupationi deputate. Latorem vero praesentium dilectissimum filium nostrum Cyriacum[b] monasterii patrem vobis in omnibus commendamus, ut nulla hunc[c] in Massiliensi[d] civitate mora detineat, sed ad fratrem et coepiscopum nostrum Syagrium[e] cum sanctitatis vestrae solacio Deo protegente proficiscatur[1].

Praeterea indico dudum ad nos pervenisse, quod fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens easdem ecclesiis imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manufactum[f] adorari possit, habuisse laudamus, sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus[g]. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi qui litteras nesciunt saltem in parietibus videndo legant, quae legere in codicibus non valent[2]. Tua ergo fraternitas et illa servare[h] et ab eorum adoratu populum prohibere[i] debuit, quatenus et litterarum nescii haberent, unde scientiam historiae colligerent, et populus in picturae adoratione minime peccaret.

IX, 209.

Gregorius I. papa Romano, defensori Siciliae, mandat, ut Salusium, virum clarissimum, ab iniuriis in Luminosum, praesentium latorem, servum ecclesiae S. Mariae, in parochia Grumentina sitae, eiusque uxorem dehortetur. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 120.

Edd. M: Lib. XII. ep. 42; G: Lib. X. ep. 48. — Iaffé Reg. 1737 (1476).

b) ut *om. R 1.* c) hospitium *Vat. A (ed. M).*

IX, 208 in titulo: Massiliensis *R 1. ϱ* 1. 4;* Mesaliensis *ϱ* 2. 3 — R 1 add. rubro:* de imaginibus s̄corum. a) *ita R 1;* sera *ϱ*.* b) Syriacum *R 1.* c) huc *R 1.* d) Masil. *ϱ*.* e) Suagrium *R 1. ϱ* 1;* Siagrium *ϱ* 2. 3.* f) manufacta *R 1. ϱ* 1.* g) iudicamur *ϱ* 2. 3.* h) reservare *ϱ* 1.* i) non *suprascr. R 1.*

IX, 207. De Fortunato cf. ep. III, 58 n. 1) Cf. C. I. XII, 40.

IX, 208. Nota hanc et ep. 211 ss., quae simul, ut videtur, sed a variis nuntiis in Galliam transmissae sunt, omnes quidem mense Iulio in registrum insertas esse, sed nullo inter eos ordine servato. — De Sereno cf. ep. VI, 50 n. 1) De Cyriaco cf. ep. IV, 23 n. 2 et de causis, pro quibus transmissus est, ep. IX, 213. 215. 218 s. 222. 228 ss. 2) Haec Gregorii de imaginibus verba certamine s. VIII de imaginibus exorto citantur in ep. Hadriani a. 785 Constantinopolim missa I-E. 2448. Mansi l. l. XII c. 1060). Sed iam Gregorius II. in I-E. 2182 contendit Gregorium nostrum circa imagines errare *non posse (Mansi l. l. XII c. 980). Adde ep. IX, 147 n.*

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Luminosus praesentium lator violentiam se uxoremque[a] suam a Salusio viro clarissimo asserens sustinere hic[b] necessitate eadem faciente venire compulsus est. Unde quia servum sanctae Mariae, quod est parrochiae ecclesiae[c] Grumentinae[1], se esse asserit, necesse est, ut ecclesiastica tuitione valletur. Experientia itaque tua praefato supplici ecclesiastica non desinat impertire solacia eumque de quo queritur ammonere, quatenus se ab eorum inquietudine compescat. Sin vero est, quod sibi in eis dicat rationabiliter posse competere, electorum iudicio terminetur tuaque, quicquid definitum fuerit, executione modis omnibus impleatur.

IX, 210.

Gregorius I. papa clero, ordini et plebi Ariminensi Iohannem episcopum a se ordinatum commendat secundum morem. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 121.
Iaffé Reg. 1738.

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI ARIMINO.

Probabilibus desideriis nihil attulimus tarditatis; fratrem iam et coepiscopum nostrum Iohannem[1] vobis ordinavimus sacerdotem. Et cetera secundum morem.

IX, 211.

Gregorius I. papa Vantilono et Arigio Gallis latorem praesentium Hilarium commendat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 122.
Edd. M: Lib. IX. ep. 118; G: Lib. VII. ind. II. ep. 123. — Iaffé Reg. 1740 (1275).

GREGORIUS VANTILONO ET ARIGIO GALLIS.

Ad maiorem[a] gloriae vestrae laudem attendit, quod Hilarius[1] lator praesentium valido se fidit praesidio relevari[b], si assequi[c] favorem tuitionis vestrae meruerit[d].

IX, 209. a) *om.* que *C 1.* b) *in* huc *corr. m. 2 C 2.* c) *om.* ecclesiae *C 1.*

IX, 210 in titulo: Aramino *C, sed corr. nigro atramento in* Arimino *C 2; in indicibus C 1:* Aramino; *C 3:* arconino; *sed in argumentis* Armino *C 1;* Arimino *C 2 — add. in titulo rubro* probabilius *C 3; in indice add. C 1:* probalibus, *C 3:* probabilibus.

IX, 211 in titulo: Uuantilino *C 3, etiam in indice;* Uuanthilino *C 1 in indice;* Vantilino *C 2 in arg.;* Wantilono *C 2. C* 1* — in Galliis *C* 1.* a) morem *C 3.* b) *ex* revelari *corr. C 1.* c) suas sequi *C 2.* d) meruit *C 3.*

IX, 209. De Romano, rectore patrim. Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss. 1) *De civitate Grumento (hodie Saponara) in Lucania sita agitur; recte contendunt Maurini hanc regionem ad Romani administrationem non pertinuisse.*

IX, 210. Haec ep., quam veteres edd. ob similitudinem cum ep. III, 11 (ubi cf. n. Ewaldi) omiserunt, scripta est secundum f. 6 Diurni. 1) *Ad eundem ep. XIV, 11 data esse videtur. Cf. Ewaldum in N. A. VII, 587 ss.*

IX, 211 una cum ep. IX, 212. 225 transmissa. — De Arigio patricio cf. ep. VI, 56 n. 1) *An idem fuit, cuius mentio in ep. III, 33 fit? Sed cf. ib. n. 1.*

Quod adeo[e], sicut et est, magnum existimat[f], ut ad hoc optinendum etiam nostram sui commendationem adhibere[g] studuerit adiutricem. Hunc igitur quoniam ad vestrum videmus patrocinium desideranter[h] velle confugere, scribere pro eo non iudicavimus differendum confidentes[i] tanto vos defensionem libenter petentibus impertire, quanto et eam in stricto positos[k] cognoscitis suppliciter expectare. Ea de re gloriam vestram paterna dulcedine salutantes petimus, ut, quia praedictus[l] portitor aliquorum se inimicitiis contra rationem asserit subiacere, patrocinium vestrum[m], quod magnopere cupit, inveniat; et nullam illum contra aequitatem molestiam[n], nullam vexationem patimini sustinere, sed ab omni eum afflictione, quam[o] non ratio, sed adversantium voluntas ingesserit[p], patrocinii vestri gratia tueatur, ut et hic optatum se in vobis, ut sperat, laetetur invenisse refugium et aliquid[q] vobis ad mercedem proficere vestrum[r], si quidam[s] vobis similiter quaerere discant in tribulatione solacium.

IX, 212.

Gregorius I. papa Brunichildae, reginae Francorum, Hilarium, epistulae huius latorem, commendat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 123.
Edd. M: Lib. IX. ep. 117; G: Lib. VII. ind. II. ep. 122. — Iaffé Reg. 1741 (1274).

GREGORIUS BRUNIHILDAE REGINAE FRANCORUM.

Cum in regni[a] regimine virtus iustitia[b] et potestas egeat aequitate[c] nec ad hoc alterum sine altero possit sufficere, quanto in vobis amore horum curae praefulgeant[d], ex hoc utique patenter ostenditur[e], dum turbas gentium laudabiliter gubernatis. Quis ergo haec considerans de excellentiae vestrae[f] bonitate diffideat aut de impetratione[g] sit dubius, quando illa a[h] vobis, quae subiectis vos libenter posse novit impendere, duxerit postulanda? Lator[i] itaque praesentium Hilarius excellentiae vestrae famulus nostra[k] se interventione[l] apud potestatem vestram aestimans[m] adiuvari commendationis nostrae sibi poposcit epistolas suffragari certum tenens uberius, sicut ceteris conceditis[n], promereri, si nostra pro eo intercessio loqueretur. Proinde paternae caritatis affectu[o] salutationis persolventes alloquia petimus, ut, quia quorundam se perhibet nequitia[p] adversitatibus laborare, excellentiae vestrae eum tuitio muniat et, ne contra rationem valeat praegravari, sua illum iussione tutum[q] esse praecipiat[r], quatenus, dum vobis iubentibus atque propitiis nullius[s] adversitas iniuste et pro sola tantum modo voluntate locum habuerit, et nos de impetratis[t], quae pro vestra magis mercede poscimus[u], gratias referamus et excellentiae vestrae beatus Petrus apostolorum princeps, quem in nobis[v] concedendo quae petimus christiana devotione veneramini, recompenset.

---

e) *ex* ideo *corr. C 2 m. 2.* f) *ex* existimant *corr. C 3.* g) adhibuerit *corr. in* adhibuere *C 3.* h) desiderantes *codd. n.* i) confidente *codd. n.* k) in stricti conposito *C 1;* in stricti conpositos *C 2;* in tristitiam positos *C 3.* l) qua praedictos *C 1.* m) vestum *C 1.* n) *ex* modestiam *corr. C 2.* o) quae *codd. n.* p) ingresserit *C 3.* q) aliquod *C 1. 3.* r) *ita C 1. 2;* utrum *C 3;* nostrum *Vat. A (ed. M).* s) *ita scr.;* quidem (*pro* si quidam) *codd. n.*

IX, 212 in titulo: Brunildae *C 1; ita et in indice, sed in arg.* Brunihildae *cum C 2* — regina *C 2.* a) regnum *C 1.* b) iustitiae *codd. n.* c) aequitatem *C.* d) praefulgeat *codd. n.* e) ostendimus *codd. n.* f) *ex* nostrae *corr. C 2.* g) inperatione *codd. n.* h) a *om. C 1.* i) latet *C 3.* k) nostrae *codd. n.* l) interventioni *C 1. 2.* m) extimans *C 1. 2;* exestimans *C 3.* n) concedetis *C 3.* o) effectu *C 1. 3.* p) *ita edd.;* nequicquam *C 1. 2, sed in* nequiquam *(ita C 3) corr. C 2.* q) tuum *codd. n.* r) *add.* ut *codd. n.* s) nulla *C 3.* t) imperatis *codd. n.* u) poscemus *codd. n., sed corr. C 2.* v) omnibus *Vat. A (ed. M).*

IX, 212. Cf. ep. praeced. — De Brunichilda cf. quae ad ep. VI, 5. 49 adnotavi.

IX, 213.

Gregorius I. papa Brunichildam, reginam Francorum, ut synodum fieri iubeat, rogat. Quae synodus praesente Cyriaco abbate et sub cura Syagrii, episcopi (Augustodunensis), habeatur. Significat de pallio Syagrio episcopo, de praedicatione in Anglorum gente facta bene merito, concesso. Ne Iudaeis mancipia christiana habere liceat, petit lege sanciri. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 114; C: cap. 124.
Edd. M: Lib. IX. ep. 109; G: Lib. VII. ind. II. ep. 114. — Iaffé Reg. 1743 (1266).

GREGORIUS BRUNICHILDAE REGINAE FRANCORUM.

Postquam excellentiae vestrae sollicitudo regia est ubique gubernatione laudabilis[a], ad augmentum gloriae suae vigilantiorem[b] se debet[c] et providam exhibere, ut[d] quos consilio regit exterius, perire[e] interius[f] non permittat, quatenus per fructum piae[g] sollicitudinis post[h] huius quod geritis[i] temporalis regni[k] fastigium ad aeterna[l] Deo auctore gaudia[m] possitis[n] et regna pertingere[o]. Quod quidem[p] hac[q] vobis confidimus[r] posse ratione contingere[s], si inter alia bona de ordinandis curam sacerdotibus gesseritis[t]. Quorum officium in tanta illic, sicut didicimus[u], ambitione perductum[v] est, ut sacerdotes subito, quod grave nimis est, ex laicis ordinentur. Sed quid[w] isti acturi[x], quid[y] populo praestaturi[z] sunt, qui non ad utilitatem, sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt? Hi[a] igitur quia[b] necdum[c] quod docere debeant[d] didicerunt, quid aliud agitur[e], nisi ut paucorum provectus inlicitus fiat multis interitus[f] et in confusionem ecclesiasticae moderationis[g] observantia[h] deducatur, quippe ubi nullus regularis ordo servatur[i]? Nam qui ad eius[k] regimen improvidus[l] et praecipitatus[m] accedit, qua ammonitione[n] subiectos[o] aedificet, cuius exemplum non rationem docuit[p], sed errorem? Pudet profecto, pudet[q] aliis[r] imperare, quod ipse[s] nescit[t] custodire[1].

Nec illud quidem, quod similiter emendationi[u] tradendum est[v], praeterimus, sed omnino execrabile et[w] esse gravissimum[x] detestamur[y], quod sacri illic ordines[z] per simoniacam heresem, quae prima contra ecclesiam orta[a] et districta maledictione damnata

*IX, 213 om. ϱ*1; huius ep. maxima pars exstat etiam in codice Bernensi 611 fol. 98 sqq. saec. VII aut VIII litteris merowingicis exarato (primam epistolae paginam invenies apud W. Arndt, Schrifttafeln Heft II Taf. 31 (Berlin 1888) et in codice Carnotensi 41 (3) s. VIII f. 53 s., in utroque, ut videtur, ex originali descripta. In titulo: Bern.:* † Domenae gloriosissemi adque precellentissemae filiae Bruniheldā reginae Gregorius episcopus servos servorum Dei; *Carnot.:* Incipit epistola sci Gregorii papae orbis *(in* urbis *corr.)* Romae. Domnę gloriosissimę atque pręcellentissimae filiae Brunichildę reg. G. eps s. s. D. — Bruildae *C 1, sed C 2 et C 1 in indice* Brunihildae; Brunechildae *in indice C 3;* Brunigilde *R 1;* Brunechildae *ϱ*2. 3* — regne *C 1.* a) laudabili *Carn.;* laudabile *B.* b) vigilationem *C 1;* vigilatione *C 3.* c) debit *Carn. B.* d) et *C.* e) inpetire *B.* f) interius *om. Carn.* g) pii *B.* h) *om. C 3.* i) gerites *B;* gregis *Carn.* k) temporale reginae *B.* l) ad veneranda *B.* m) *om. B.* n) possetis *B.* o) pertignere *B.* p) quidam *B.* q) has *B.* r) confidemus *Carn. B.* s) rationem contingire *Carn. B.* t) gessiretis *B;* gesseretis *R 1.* u) illic subdedicimus *B.* v) periustum *Carn.* w) qui *in* quid *corr. B;* quo *Carn.* x) aucturis *B.* y) quod *C 3. Carn.* z) populum pristiture *B.* a) hii *B. R 1;* his *ϱ*3.* b) quia *C. B. Carn.;* qui *cet.* c) *om.* dum *B.* d) debent *B;* debiant *Carn.* e) agunt *ϱ*2. 3.* f) ne ultis interius (interitus *C 2*) *C.* g) moderaminis *ϱ*2. 3.* h) observanciae *B.* i) ordinatur *Carn.* k) quia eius *C;* qui a dei *R 1.* l) inprobitus *B. C, sed C 2 corr. in* improbitas; inprovitus *R 1;* inprobetus *Carn.* m) probicitus *B;* ob praecipitatus *C.* n) quammonitione *C 1;* quammonitionem *Carn. B. C 2. 3.* o) subiectus *C. Carn., sed in* subiectis *corr. C 2;* subgectus *B.* p) docet *B.* q) putat profectu putat *B.* r) pudicet *(in* pudet *corr. C 2)* talis *C.* s) ipsi *B. Carn.* t) nescis *ϱ*2. 3.* u) emendatione *C. Carn.;* emendationem *R 1;* emendatiorem *B.* v) *add.* non *B. Carn.* w) ac *C 1. 2;* hac *C 3.* x) gravissimus *C 1.* y) detestamus *R 1.* z) sacrum illic ordinem *C;* ordinem *etiam R 1;* ordenebus *B;* ordinis *Carn.* a) quem primam c. eccl. hortam *C.*

IX, 213. Cum hac ep. cf. ep. IX, 208. 215. 218 s. 222 et de Brunichilda ep. VI, 5 n. 49 n.
1) De eodem abusu queritur noster in nonnullis aliis epistulis in Gallias missis: cf. ep. V, 58, p. 370 n. 1.

est, conferantur. Hinc ergo[b] agitur, ut sacerdotis dignitas in dispectu et[c] sanctus sit honor in crimine. Perit[d] utique[e] reverentia, adimitur[f] disciplina[g], quia qui culpas debuit[h] emendare committit, et nefaria ambitione[i] honorabilis sacerdotii ducitur[k] in depravatione[l] censura. Nam quis denuo veneretur[m] quod venditur, aut quis non vile[n] putet esse quod emitur? Unde valde contristor[o] et terrae[p] illi condoleo; quia, dum sanctum spiritum[q], quem per manus impositionem[r] omnipotens Deus hominibus largiri dignatur[s], divino munere habere[t] dispiciunt, sed praemiis[u] assequuntur[v], sacerdotium illic[w] subsistere[x] diu non[y] arbitror. Nam ubi dona supernae gratiae venalia iudicantur, ad Dei servitium[z] non vita quaeritur, sed[a] magis contra Deum pecuniae[b] venerantur[2].

Quia igitur tantum facinus[c] non solum illis periculum, verum etiam vestro regno satis est noxium[d], salutantes excellentiam vestram[e] paterno affectu petimus, ut de huius pravitatis emendatione[f] Deum vobis placabilem faciatis. Et ut[g] nulla deinceps[h] valeat occasione committi[i], synodum[k] fieri iussio vestra constituat[3], ubi[l] praesente dilectissimo filio nostro[m] Cyriaco[n] abbate[4] sub districta anathematis interpositione debeat interdici, ne ullus[o] ex laico habitu subito[p] ad episcopatus audeat[q] gradum accedere neque pro ecclesiasticis ordinibus quilibet quicquam dare vel sit ausus accipere, ut Dominus et redemptor noster sic, quae vestra sunt, faciat[r], sicut[s] excellentiam vestram in his quae sua sunt pia esse viderit devotione sollicitam[t]. Curam vero[u] et sollicitudinem eiusdem synodi, quam fiendam decrevimus, fratri coepiscopoque nostro Syagrio[v] [5], quem vestrum[w] proprium novimus, specialiter delegare[x] curavimus; quem petimus ut et supplicantem[y] libenter audire et ope iuvare dignemini, quatenus, quod ad mercedem vestram[z] respiciat, remoto[a] huius mali[b] contagio in cunctis finibus iuri vestro subiectis[6] pia et Deo placita procedat ordinatio sacerdotum[7].

Cui fratri nostro pro eo, quod se[c] in ea praedicatione quae in Anglorum[d] gente auctore Domino facta est devotum vehementer exhibuit[8], pallium ad missarum sollemnia utendum[9] transmisimus, ut, quia iuvare[e] spiritalia studuit, apostolorum principis solacio in ipso quoque inveniatur[f] spiritali ordine profecisse.

Omnino praeterea ammirati[g] sumus, ut in[h] regno vestro Iudaeos christiana man-

b) Incerto *pro* h. e. *C;* hic e. *B.* c) est *C.* d) periit *ϱ*2. 3.* e) utrique *C3.* f) adimitur *ϱ* 2.3. C3;* ademitur *cet.* g) disciplinam *C, sed corr. C2;* doctrina *B.* h) debet *B.* i) amovitione *C1. 2, sed corr. C2;* amonitione *C3.* k) dicitur *ϱ* 2. 3;* deducatur *B;* docetur *Carn.* l) in praevaricatione *ϱ* 2. 3.* m) dinuo veneritur *B;* veneratur *ϱ*2. 3.* n) nobile *C, sed corr. C2 m. 2.* o) contristo *C3;* constricto *C1. 2, sed corr. C2 m. 2;* contritur *B;* contristur *Carn.* p) *add.* more *R1.* q) sancti spiritus *C, sed corr. C2 m. 2.* r) inposicionis *B;* inpositione *C1. 3;* inpositionem *C2.* s) homenibus largire *(ita et Carn. et C2 m. 1)* dignitur *B;* dignatus est *R1.* t) habe *Carn.* u) praemias *B.* v) assecuntur et *B.* w) illis *Carn.* x) consistere *ϱ*2. 3.* y) dinuo *B.* z) sacerducium *Carn.* a) *om.* sed magis — venerantur, *spatio dimidiae lineae libero relicto R1.* b) pecunia *Carn.* c) facemus *Carn.* d) *post* noxium *sequitur in B signum crucis.* e) salutantis excellentiae vestrae *B.* f) pravitate (*om.* emendatione) *B.* g) ut *om. B.* h) deintempus *B.* i) committis *Carn.* k) nondum *Carn.* l) *add.* a *C.* m) f. n. d. *R1.* n) Cyrico *Carn.;* Ciriacho *B.* o) intercide ut nullus *B;* interdicione ullus *Carn.* p) *om. C2. 3.* q) valeat *C.* r) facta *C, sed m. 2 corr. C2.* s) sub *B.* t) *Ita duabus crucibus adiectis finit haec epistola in codice Bernensi et in Carnot., qui al. m. in marg. addit:* cetera desunt. u) *om.* curam vero *C.* v) Siagrio *C3.* w) *add. etiam hic* novimus *R1.* x) diligere *ϱ* 2. 3.* y) supplicantes *(erad.* s) *C1;* supplicante *C3.* z) vestram *om. C.* a) remotus *C2. 3.* b) *ex* modi *corr. C2.* c) se *om. C.* d) Angulorum *C1.* e) *ita R1. ϱ* 2. 3;* qui adiuvare *C.* f) inveniantur *R1, sed corr.* g) mirati *C.* h) *ita C1;* in *om. cet.;* et *add. R1. ϱ*2. 3.*

2) Cf. ep. V, 58 (p. 369 n. 4). 3) Nota in regnis Francorum concilia iussu aut permissu regum convocata esse: cf. Loening l. l. II p. 130 ss. 4) Simili modo in Franciam legatum noster postea mittere desiderat: ep. XI, 46. XIII, 7. — De Cyriaco cf. ep. IX, 208 n. 1. 5) De Syagrio, ep. Augustodunensi, cui noster pallium misit (cf. ep. VIII, 4. IX, 222), cf. ep. VI, 52 n. 6) Nota, quibus metropolitis ep. IX, 218 missa sit. 7) Hanc synodum congregatam non esse efficitur ex ep. XI, 47 Theoderico regi missa. 8) Cf. ep. VIII, 4 (p. 6 n. 4). 9) De his verbis cf. ep. V, 11 n. 3. V, 58 p. 370 n. 4.

cipia possidere permittatis[i] [10]. Quid enim sunt Christiani omnes nisi membra Christi? Quorum videlicet membrorum caput cuncti novimus, quia fideliter honoratis. Sed quam diversum sit, excellentia vestra perpendat, caput honorare et membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque ideo petimus, ut excellentiae vestrae constitutio de regno suo huius pravitatis mala removeat, ut in hoc vos amplius dignas cultrices omnipotentis Domini[k] demonstretis, quod fideles illius ab inimicis eius absolvitis.

IX, 214.

Gregorius I. papa Syagrio episcopo (Augustodunensi) mandat, inducat Francorum reges, ut Ursicino, episcopo Taurinensi, restituant parochias, in Francorum finibus sitas, quae illi „post captivitatem et depraedationem" ademptae, alterique episcopo contra canones constituto traditae sint. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 115; C: cap. 125.
Edd. M: Lib. IX. ep. 115; G: Lib. VII. ind. II. ep. 120. — Iaffé Reg. 1754 (1272).

GREGORIUS SYAGRIO EPISCOPO GALLIIS.

Si in rebus saecularibus suum cuique[a] ius et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio[b], ne[c] ibi[d] discordia locum inveniat, unde pacis debent bona procedere? Quod hac veneratione servabitur, si nihil potestati, sed totum aequitati[e] tribuitur.

Perlatum siquidem ad nos est dilectissimum fratrem nostrum Ursicinum Taurinae[f] civitatis episcopum post captivitatem et depraedationem quam pertulit [1] grave in parrochiis suis, quae intra[g] Francorum sitae terminum[h] perhibentur[i], praeiudicium pertulisse, denique ut alter[k] illic contra ecclesiastica statuta nullo eius crimine deposcente constitueretur antistes[l] [2]. Et ne leve[m] forsitan videretur hoc huius rei praeiudiciale commissum, etiam aliquid doloris est additum, ut res ei ecclesiae suae, quas habere potuit, tollerentur. Quod si haec veritate subsistunt, quia crudele nimis est et aperte sacris canonibus inimicum, ut ab altari[n] proprio insontem[o] ambitio[p] removeat[q] sacerdotem, qui non meretur ex crimine successorem, suam[r] in huius praeiudicium cuncti causam attendant, et quod nolunt perpeti, ne aliis imponatur, studeant. Nam si pravae rei aditus[s], antequam diu patescat, non clauditur, usu fit latior et erit consuetudine licitum, quod ratione constat esse[t] prohibitum. Sed prae ceteris fraternitatis vestrae sollicitudo

i) permittitis *codd.* k) omnipotentis Domini *R 1;* omnipotenti Deo nostro *ϱ* 2. 3;* omnipotenti Domino *C.*

IX, 214 om. ϱ 1. — Titulum et numerum om. C 1, sed linea libera relinquitur.* — Siagrio *C 2, ind. et arg. C 1 et ind. C 3;* Sicogrio *in tit. C 3;* Syagrio *R 1;* Suagrio *ϱ 1. ϱ* 2. 3* — Gall. *C 3;* Gallis *ϱ 1. C 2, arg. C 1 et ind. C 3.* a) unicuique *ϱ* 2. 3.* b) *post* confusio *ras. C 2;* confusione *R 1.* c) *post* ne *ras. C 2;* nem *C 3.* d) ubi *C.* e) equitatis *R 1; sed* s *erad.* f) Tauriane *R 1.* g) *ita R 1. ϱ* 2. 3;* infra *C. ϱ 1.* h) terrimum *R 1.* i) perhibent *C 1.* k) aliter *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2: ex* alter *corr.* aliter *C 1.* l) antestis *C 1;* antistis *C 3;* antistites *ϱ* 2. 3.* m) velle *C 1.* n) altario *ϱ* 2. 3.* o) insontes *C 1.* p) ammovitio *C 1;* animo vitio *C 3 et ex* ammonitio *corr. C 2.* q) removeret *C.* r) suum *C.* s) habitus *ϱ* 2.3;* auditur *C.* t) esse *om. C.*

10) Cf. ep. VII, 21 n. 2. IX, 104. Cf. conc. Clippiac. a. 626—627 c. 13; conc. sub Sonnatio ep. Rem. hab. a. 627—630 c. 11.

IX, 214. De Syagrio cf. ep. VI, 52 n. — De eadem causa, de qua nostra, scripta est ep. IX, 226. 1) Augusta Taurinorum tunc a Langobardis possidebatur (ab hostibus: *ep. IX, 226*). *2) Recte contendunt viri docti hic de nova Maurianae (St. Jean de Maurienne) dioecesi agi, quam Francorum rex Guntrammus instituit, postquam confinia illa Italiae occupaverat (Greg. Tur. IV, 44. Paul. diac. III, 8. Fred. Chron. 45. Subscript. conc. Matisc. a. 583 et a. 585. Cabilon. a. 639—654. Troya, Cod. dipl. I p. 457).*

pro nostra commendatione ac divinae considerationis intuitu, in eius se enixius[u] defensionem impendat[v] et a suis illum amplius contra rationem remotum esse parrochiis non permittat. Sed tam per se, quam supplicando praecellentissimis[w] regibus, quos vos in nullo[x] credimus contristare, id peragat, ut et hoc quod male factum est corrigatur et quae violenter ablata[y] sunt veritate patrocinante reddantur, quia, dum scriptum sit: 'Frater fratrem adiuvans exaltabitur', tanto se ab omnipotente Deo caritas vestra noverit Prov. 18, 19.
recepturam[z], quanto praecepta ipsius[a] in adiuvando fratre[b] libenter atque constanter fuerit executa[c].

IX, 215.

Gregorius I. papa a Theoderico et Theodeberto, regibus Francorum, eadem quae a Brunichilda superioribus litteris (IX, 213) poscit. *599, Iul.*

Codd. R et ρ: Indictio I. II. cap. 116; C: cap. 126.
Edd. M: Lib. IX. ep. 110; G: Lib. VII. ind. II. ep. 115. — Iaffé Reg. 1744 (1267).

GREGORIUS THEODERICO ET THEODEBERTO REGIBUS FRANCORUM.

Cum regni vestri nomen inter cetera[a] gratia olim christianae[b] religionis effulserit, valde studendum est, ut[c], unde gloriosiores ceteris gentibus eminetis, inde omnipotenti Domino, qui dat salutem regibus, perfectius placeatis et fidem quam colitis adiutricem in omnibus habeatis. Optaveramus quidem, praecellentissimi filii, nostrum ad vos[d] sola dirigere visitatione sermonem, ut caritatis[e] officio[f] paternum monstraremus affectum[g]. Sed quia animum[h] res contristat inlicita, sic unum nos convenit exhibere, ut aliud silentio, quod emendatione indiget, minime relinquamus. Quod si diligenter attenditis, pro salutis vestrae nos loqui prorsus incolumitate cognoscitis.

Fertur autem simoniacam heresem, quae prima contra Dei[i] ecclesiam diabolica plantatione subrepsit et in ipso horto[k] suo telo[l] apostolicae ultionis percussa atque damnata est, in regni vestri finibus dominari[m], cum in sacerdotibus fides[n] sit eligenda cum vita. Si vita deest, fides meritum non habet beato Iacobo attestante, qui ait[o]: 'Fides sine Iac. 2, 17.
operibus mortua est'. Quae enim opera esse valeant[p] sacerdotis, qui honores[q] tanti sacramenti convincitur optinere per praemium? Ex qua re agitur, ut ipsi quoque[r] qui sacros ordines appetunt non vitam corrigere, non mores componere studeant[s], sed divitias, quibus honor sacer[t] emitur, congregare. Hinc fit etiam, ut insontes[u] et pauperes a sacris ordinibus prohibiti[v] dispectique resiliant[w]. Et dum innocentia pauper displicet[x], dubium non est[y], quod praemium illic delicta commendet, quia ubi aurum, placet et[z]

u) se nexius *C 1;* se nexibus *C 2. 3.* v) pendat *C 1. 2, sed corr. C 2.* w) praecellentis *C, sed corr. C 2 m. 2.* x) in illo *C 3.* y) oblata *C 3.* z) receptura *ρ* 2. 3;* prȩceptura *C;* prȩceptus a *R 1.* a) illius *C 2.* b) frī *R 1.* c) exivita *R 1.*

IX, 215 om. ρ 1. — In titulo:* Teuderico *ρ* 2. 3* — Theodoberto *C 1. 2;* Theutberto *ρ* 2. 3;* Fidiberto *R 1* — regi *R 1.* a) ceteras *C.* b) christiana *ρ* 2. 3.* c) et *R 1.* d) praecellentissimum filium nostrum (*om.* ad vos) *C.* e) veritatis *ρ* 2. 3.* f) *ita C;* officium *corr. in* officii *R 1;* officii *ρ* 2. 3.* g) affectu *R 1.* h) *ita R 1;* animus *C 1. 2, sed corr. C 2;* nimium *ρ* 2. 3.* i) contradicit *C 1. 2;* contradicitur *C 3.* k) horto *R 1;* orto *C 1. 2;* ortu *ρ* 2. 3.* l) tela *ρ* 2. 3.* m) dominaret *C, sed in* dominare *corr. C 2;* dominare *ρ* 2. 3;* danaret, *suprascr.* dominari *R 1.* n) in fides sac. *C 1. 2, sed in* f. in sac. *corr. C 2 m. 2;* s. in fide (*corr. in* fides) *R 1.* o) agit *ρ* 3.* p) valent *ρ* 2.* q) *ita C 1;* s. qui honoris *C 2;* s. que (*in margine:* qui) honor est *R 1;* honorem *ρ* 2. 3.* r) quoque per (*add.* qui *in margine*) *R 1.* s) non mores *om., sed suprascr. m. 2 C 2* — student *R 1.* t) tanti sacramenti *C.* u) infantes *ρ* 2.* v) prohibi *R 1.* w) *ita C 2. 3. ρ* 2. 3;* resileant *R 1. C 1.* x) displicit *C 1. 2;* dispicit *C 3.* y) esse *ρ* 2. 3, sed corr. ρ* 2.* z) et *post add. C 1.*

IX, 215. De Theoderico et Theodeberto cf. ep. VI, 49 n. — Eadem fere, quae nostra epistula regibus, scribit noster Brunichildae ep. IX, 213.

vitium. Hinc[a] igitur non solum in ordinatoris et[b] ordinati animam[c] letale vulnus infigitur, verum etiam[d] excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuvari debuerat, praegravatur. Si enim is dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur[e], restat, ut nihil sibi in honores ecclesiasticos[f] gravitas, nil[g] defendat[h] industria, sed totum auri profanus amor optineat. Et dum vitia[i] honore munerantur[k], in locum ultoris[l] is[m] qui fortasse fuerat ulciscendus adducitur, atque hinc[n] sacerdotes non proficere sed perire potius inritantur[o]. Vulnerato namque pastore, qui[p] curandis ovibus adhibeant[q] medicinam? Aut quando populum orationis clipeo tueatur[r], qui a[s] iaculis se hostibus[t] feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste[u] radix infecta[v] est? Maior ergo metuenda[w] est locis illis fore calamitas[x], ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur[y], qui[z] Dei[a] in se magis iracundiam provocent, quam per semetipsos populis placare[b] debuerant. Audivimus[c] autem, quia ecclesiarum praedia tributa non praebeant[1] et magna super hoc ammiratione[d] suspendimur[e], si ab eis inlicita quaerantur accipi, quibus etiam licita relaxantur.

Nec hoc quoque malum sollicitudo nostra patitur neglegenter omittere, quod quidam instinctu gloriae inanis inlecti ex laico repente habitu sacerdotii honorem arripiunt et, quod dicere pudet et grave tacere est, regendi rectores et qui docendi[f] sunt doctores nec erubescunt videri nec metuunt. Ducatum animarum impudenter[g] adsumunt[h], quibus via omnis ignota ductoris[i] est et, quo vel[k] ipsi gradiantur, ignari sunt. Quod quam pravum quamve sit temerarium, saeculari etiam ordine et disciplina monstratur. Nam dum dux exercitus non nisi labore et sollicitudine expertus eligitur, quales animarum duces esse debeant, qui episcopatus culmen inmatura cupiunt festinatione conscendere, huius saltem rei comparatione considerent[l] et adgredi repente inexpertos labores[m] abstineant[n], ne caeca honoris ambitio[o] et ipsis in poena sit et aliis pestifera erroris semina iaciat[p], quippe qui non didicere[q], quod doceant. Proinde paterno salutantes affectu petimus, praecellentissimi[r] filii[s], ut hoc tam detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohiberi, et nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio locum inveniat, quia facientis[t] procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere neglegit emendare.

Qua de re, ut magnum omnipotenti Domino munus valeatis offerre, synodum congregari[u] praecipite, in qua, sicut fratribus coepiscopisque[v] nostris mandavimus, praesente[w] dilectissimo filio nostro abbate[x][2] sub anathematis debeat[y] obligatione constitui nullum pro ecclesiastico ordine aliquid umquam dare, nullum accipere nec quemquam ex laico[z] ad sacerdotium repente transire, quatenus hanc vobis mercedem et hic et in

a) hanc *C 3.* b) ordinatori sed *C.* c) animum *C.* d) tamen *C.* e) suffragantur *R 1. ϱ* 2. 3.* f) *in* honoris ecclesiastici *corr. ϱ* 2, sed om.* in *ϱ* 2. 3.* g) nihil *C 1. ϱ* 2.* h) defendit *C 3.* i) viticia *C 1;* divitia (*corr. in* divitie) *R 1.* k) *ex* honorremuneratur *corr. ϱ 1;* hor (*delet* ho) remunerantur *R 1;* honor enumerantur *C 3.* l) ultioris *corr. in* ultionis *R 1, in* ultoris *C 2.* m) is *om. C.* n) hic *R 1.* o) *in margine* indicantur *add. R 1.* p) quis *C. ϱ* 2. 3.* q) *in* adhibeat *corr. C 2;* adhibeat *ϱ* 2. 3.* r) clipeum *C 2* — tuetur *R 1.* s) a *om. ϱ* 2. 3.* t) hostilibus *C.* u) perte *corr. in* parte *R 1.* v) effecta *C.* w) metuendus *R 1.* x) calamitatis *C 2. 3, sed corr. C 2.* y) adducantur *C, C 2 in ras.* z) *ex* quoniam *corr. R 1.* a) *ex* dum *corr. ϱ* 2.* b) *ex* placere *corr. R 1.* c) audimus *C, sed corr. C 2.* d) admirationes *C 1.* e) suspendimus *C.* f) dicendi *ϱ* 2. 3.* g) inprudenter *ϱ* 2. 3.* h) assumere *C.* i) doctoris *C 3. ϱ* 2* — o. d. e. ign. *ϱ* 2.* k) et quod *C 3.* l) *ex* conscenderent *corr. C 3.* m) laudatores *C.* n) sustineant *R 1. ϱ* 2. 3.* o) nec honoris amvitio *R 1; om.* caeca *etiam C:* Nec haec ad honoris a. p) iaceant *C;* iaciant *R 1. ϱ* 2. 3.* q) dicere *C 3.* r) praecelli *C 1. 2, sed in* praecellentissimos *corr. C 2.* s) *in* filios *corr. C 2;* fili *R 1.* t) qua facientes *C.* u) congregare *R 1. C 2, sed corr. R 1.* v) episcopisque *C 3.* w) praesenti *C.* x) *ex* abbati *corr. R 1.* y) debet *R 1.* z) *om.* ex laico *libero spatio relicto R 1;* laicis *ϱ* 2. 3.*

1) Nonnullas ecclesias privilegiis a tributis liberatas esse constat (cf. Loening l. l. II p. 723 ss.); sed omnes omnino regni Francorum ecclesias tributa non persolvisse verum non est. *2) Scil. Cyriaco: cf. ep. IX, 213 (n. 4).*

futura vita redemptor noster, cuius sacerdotes interius ab hoste perire non sinitis, recompenset.

Omnino praeterea ammirati sumus[a], quod in regno vestro Iudaeos christiana mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt Christiani omnes[b], nisi membra Christi? Quorum videlicet membrorum caput cuncti novimus quia fideliter honoratis; sed quam diversum sit, excellentia vestra perpendat caput honorare et membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atque ideo[c] petimus, ut excellentiae vestrae constitutio de regno suo huius pravitatis mala[d] removeat, ut in[e] hoc vos amplius dignos cultores omnipotentis[f] Domini[g] demonstretis, quod fideles illius ab inimicis eius absolvitis.

IX, 216.

Gregorius I. papa Vergilium, episcopum Arelatensem, monet, ut privilegia monasterii Arelatensis, a Childeberto rege constituta, quae cum Vigilius decessor suus Aurelio eius temporis episcopo, tum ipse confirmaverit, tueatur. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 117; C: cap. 127.
Edd. M: Lib. IX. ep. 111; G: Lib. VII. ind. II. ep. 116. — Iaffé Reg. 1745 (1268).

GREGORIUS VERGILIO EPISCOPO ARELATENSI.

Cum piae desiderium voluntatis et laudandae devotionis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quae[a] pro quiete religiosae[b] conversionis[c] fuerint[d] ordinata nec dissimulatio neglegere nec quaedam valeat praesumptio perturbare. Sed sicut hoc quod ratio exigebat utiliter[e] oportuit definiri, ita quod definitum est[f] non debet violari. Igitur gloriosae memoriae Childebertus[g] Francorum rex[1] catholicae religionis amore succensus intra muros Arelatensis[h] civitatis monasterium virorum, ut scripto repperimus, pro sua mercede constituens quaedam ibidem pro habitantium[i] sustentatione concessit. Cuius ne voluntas umquam duceretur in irritum et ea quae pro quiete monachorum disposita fuerant turbarentur, quaeque contulit in iure eiusdem monasterii, epistolis suis apostolica petiit[k] auctoritate firmari hoc quoque suae petitioni subiungens, ut eidem monasterio[l] tam in dispositione rerum, quam in ordinatione abbatis quaedam pariter privilegia largirentur[2], sciens quippe eam apostolicae[m] sedi[n] reverentiam a fidelibus exhiberi, ut quae eius fuissent decreto disposita[o], nullius deinceps inlicitae usurpationis molestia quaterentur[p]. Unde quia effectum[q] et[r] regia voluntas et res valde desiderata poscebat, a praedecessore[s] nostro

a) omni opera certa animarum sumus *C, sed corr. C 2 m. 2 in* omnino pr. mirati. b) omnes *om. R 1;* homines *C.* c) ideo *om. C 2.* d) malum *ϱ*2. 3.* e) in *om. R 1.* f) *in* omnipotenti *corr. C 2.* g) dn̄o *C.*

IX, 215 om. ϱ 1. — In titulo:* Vergilio *C 1. 2 et in arg. C 2;* Virgilio *cet.* — Arelatim *R 1;* Arelate *ϱ* 2. 3;* Arlatensi *C 1 (ita et in indice);* Arlatensis *C 2;* Arlatens. *C 3;* Arelatensi *C 2 in arg. et C 3 in indice. C* 1.* a) eo quę *C 1;* ea q̄ *ex* eo que *corr. C 2;* eo qui *C 3.* b) *add.* que *R 1. ϱ* 2. 3.* c) conversationis *C 3.* d) fuerant *ϱ* 2. 3.* e) utilitas *codd. n., sed corr. R 1.* f) *om.* est *C 1.* g) Hildebertus *C 1;* Hildibertus *C 2 (sed in argumento:* Hildeb.) *C 3;* Cellibertus *R 1. ϱ* 2. 3.* h) Aralatensis *C, sed corr. C 2.* i) dubitantium *C 3.* k) petit *ϱ* 2.* l) ut idem monasterium *C 3.* m) apostolica *C.* n) *in* sede *corr. C 2;* sedis *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* o) disposito *ex* dispositio *corr. C 2;* dispotio *C 1.* p) *om.* nullius — quaterentur *C 1;* quererentur *C 2. 3.* q) affectum *R 1. ϱ* 2. 3. C 2. 3.* r) ex *C 3.* s) prodecessore *R 1. ϱ* 3; R 1 corr. in* praedec.; *ϱ* 2 corr.* praed. *in* prod.; *et sic ubique.*

IX, 216. De Vergilio cf. ep. I, 45 n. — Initium huius epistulae concordat cum Diurni f. 93. Cf. Loening l. l. II p. 391 s. et ep. VII, 12. XIII, 7. *1) Childebertus I mortuus est a. 558. Sammarthanus in Gall. Christ. I, 539 contendit de monasterio Apostolorum hic agi.* *2) Cf. ep. V, 47 n. 2.*

Vigilio[t] Romanae sedis antistite[3] ad[u] praedecessorem vestrum Aurelium[4] scripta transmissa sunt, ubi omnia quae amplectendae[v] voluntatis studium deposcebat apostolicae auctoritatis libenter[w] adnisu firmata[x] sunt, quia difficultatem[y] pati non potuit huiusmodi res petita. Sed ut fraternitas vestra, quae fuerint tempore illo decreta, cognoscat, antedicti[z] praedecessoris nostri scripta his praevidimus scriptis adiungi[5]. Quibus[a] lectione percursis[b] hortamur, ut omnia sacerdotali, sicut decet, studio inviolata conserves nihilque illic de vetitis[c], nihil permittas[d] de inlicitis inrogari[e] nec ea quadam patiaris usurpatione convelli. Nam licet ea quae semel apostolicae sedis auctoritate sancita sunt[e]/ nihil egeant[f] firmitatis, ex abundantia[g] tamen[h] cuncta, quae pro huius rei quiete a praedecessore nostro statuta sunt, nostra iterum[i] auctoritate in omnibus roboramus. Fraternitas ergo vestra ita se in custodiendis eis exhibeat, quatenus et omnem inquietudinis occasionem excludat et aliis[k] haec[l] operari suadeat[m], dum se in custodienda defuncti piissima voluntate sollicitam, ut decet, exhibuerit et devotam[n].

IX, 217.

Gregorius I. papa Aurelianum „ex (?) Francis" post fratris mortem ab adversariis vexatum consolatur. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 128.
Edd. M: Lib. XI. ep. 75; G: Lib. IX. ep. 70. — Iaffé Reg. 1746 (1425).

GREGORIUS AURELIANO EX FRANCIS.

Audito dulcissimi[a] filii mei fratris vestri[1] transitu, quo sim[b] maerore perculsus, epistolaris non valet explere locutio. Sed omnipotentem Dominum[c] rogo, ut suae vos gratiae aspiratione consoletur vosque et a malignis spiritibus et a perversis hominibus caelesti protectione custodiat. Nam et si quos post illius obitum tumultus quorundam adversantium sustinetis, nolite mirari. Si vos frui bona in terra vestra, id est in terra viventium, quaeritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe est vita praesens; et qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus, etiam si blandus esse videatur. Vobis autem, qui patriam[d] quaeritis, inter suspiria quae habetis etiam gemitus audio humanae oppressionis exsurgere. Quod mira omnipotentis Dei dispositione[e] agitur, ut, dum veritas per amorem vocat, mundus praesens a se ipsum animum vestrum per tribulationes quas ingerit repellat tantoque facilius[f] ab amore huius saeculi mens exeat, quanto et impellitur, dum vocatur. Itaque quod coepistis, hospitalitatis

t) *ex* Vigiliae *corr. C 2, ex* Virgilio *C 3.* u) a *C 3.* v) amplectenda *ϱ* 2. 3.* w) *in* libenti *corr. C 2 m. 2.* x) anni subfirmata *C, sed in* animo subfirmata *corr. C 2.* y) difficultas *C.* z) ante (*adicit in margine* dicta) *ϱ* 2;* antedicta *ϱ* 3.* a) a *add., sed del. C 2.* b) percussis *C 2. 3, sed corr. C 2.* c) *corr. in* veletis *C 3;* illic debetis *R 1;* illic debeatis *ϱ* 2. 3.* d) permittatis *ϱ* 2.* e) *verba* inrogari *usque* sancita sunt *om. C.* f) *ita ϱ* 2. 3, sed ϱ* 2 erad.* nil; de habeant *C. R 1. ϱ 1.* g) abundanti *C 2.* h) *add.* vestra *ϱ* 2.* i) igitur *ϱ* 2.* k) *add.* et alios *C, sed del. C 2;* et haec aliis *ϱ* 2.* l) hoc *C 2.* m) suadeas *R 1;* studeant *C.* n) *ex* devotum *corr. C 2.*

IX, 217 in titulo: Areliano *C 1 in ind.* — ex *C* 1;* et *C 1. 2;* in *C 3; om. hoc verb. indices* — Franciis *C 3;* Francis *cet.* a) *ex* dulcissimo *corr. C 1.* b) *ita edd.;* in *codd. n.* c) Domino *C 1;* Dominum *C 2; ex* dõ *corr.* dñ *C 3.* d) qui p. *om. C 2, sed suppl. m. 2.* e) dispositio *C 1. 2, sed corr. C 2 m. 2;* dispensatio *C 3.* f) *om. hoc verb. C 2, sed suppl. m. 2.*

3) Vigilius sedebat a. 537—555. 4) I. e. Aurelianus, qui inde ab a. 546 sedebat. 5) Haec non exstant (cf. Iaffé-Kaltenbr. 928 [608]).

IX, 217. De Aureliano, fortasse cum Dynamii patricii familia coniuncto, cf. ep. VII, 12 n. 3. 1) Maurini coniciunt hic de Dynamio agi.

curam impendite; in oratione et lacrimis instantissime laborate; elemosinis[g], quas semper amastis, iam nunc largius atque uberius operam date, ut tanto post crescat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic et excreverit studium laboris.

IX, 218.

Gregorius I. papa Syagrium (Augustodunensem), Etherium (Lugdunensem), Virgilium (Arelatensem), Desiderium (Viennensem), episcopos Galliarum, a paribus monet de simonia tollenda, de episcopali honore laicis ad sacrum munus non praeparatis negando, de prohibendo clericorum mulierumque contubernio, de conciliis semel saltem in anno per parochias habendis. Quibus de rebus synodo congregata statui iubet, praesentibus Aregio episcopo (Vapincensi) et Cyriaco abbate. De omnibus causis Syagrium episcopum cum synodo, Cyriaco abbate revertente, referre sibi praecipit. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 118; C: cap. 129.
Edd. M: Lib. IX. ep. 106; G: Lib. VII. ind. II. ep. 111. — Iaffé Reg. 1747 (1263).

GREGORIUS SYAGRIO, ETHERIO, VERGILIO ET DESIDERIO EPISCOPIS A PARIBUS GALLIARUM.

Caput nostrum, quod Christus est[a], ad hoc sua esse membra nos voluit, ut per compagem caritatis et fidei, unum nos in se[b] corpus efficeret. Cui ita corde adhaerere nos[c] convenit, ut, quia sine ipso[d] nihil[e] possumus, per ipsum[f] possimus[g] esse[h] quod dicimur[i]. Ab arce capitis nostri res nulla nos dividat, ne ab ea[k], si eius esse membrum[l] refugimus, relinquamur et velut eiecti de vite palmites[m] arescamus. Ut ergo redemptoris nostri esse habitaculum mereamur, in dilectione ipsius toto mentis studio maneamus. Ipse namque ait: 'Qui diligit me, sermonem meum[n] servabit, et pater meus Ioh. 14, 21. diliget[o] eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus'. Sed quoniam bonorum auctori haerere[p] aliter non valemus, nisi cupiditatem a nobis, quae omnium[q] malorum radix est[1], abscidamus, per scripta praesentia, quae alterno ad invicem desideratae visitationis sermone nos sociant[r], fraternitatem tuam institutis apostolicis convenimus[s], ut patrum regulis et praeceptis dominicis innitentes de templo fidei avaritiam,

g) elemosinas *codd. n.*

*IX, 218 om. ϱ*1. Haec ep. partim exstat etiam in cod. Monacensi 14641 (Pb 7) eadem fere forma, qua in C 1 et tota in cod. Carnot. 3 (cf. ep. 213) f. 54—58; titulus praeterea exstat in ind. cod. Pa 2 nº. 41. — Carnot., qui certe ex una ex epistulis originalibus descriptus est, post:* Incipit epistola sci Gregorii papae *hunc titulum exhibet:* Dilectissimo ac scissimo fratri Aetherio epo Gregorius servus servorum dī — Suagrio *omnes codd. (etiam Pa 2 ind.) praeter ind. in C 1, in quo legitur:* Siugria *et R 3:* Syagrio — Hetherio *R 1. C 2;* Heterio *C 1 (ita et in indice);* Heterio *corr. in* Hetherio *R 3;* et Herio *in indice Pa 2;* et Therio *Pb 7;* G. Etherio epo Suagrio *etc. ϱ* 2. 3* — Virgilio *ϱ* 2. 3, R 3 et ind. in Pa 2. C 1. 3* — et *om. Pb 7 et ind. C 3* — episcopis *om. Pb 7;* epo *R 1* — a par. G. *om. C;* in Galliis (*om.* a par.) *ind. Pa 2;* apparibus G. *Pb 7;* ac patribus G. *R 3.* a) est Chr. *Pb 7.* b) *add.* in *C 1. 2, sed corr. C 2.* c) n. a. *Pb 7.* d) esse *hic add. R 1. ϱ* 2. 3.* e) nil *R 1. ϱ* 2. 3.* f) *om.* possumus — ipsum *C 1. Pb 7.* g) possum *C 1. Pb 7.* h) esse poss. *ϱ* 2. 3.* i) *add. m. 2* et *R 3.* k) ab ea *om. C 3;* ab eo *C 1. 2.* l) membra *R 1;* membrorum *C 3.* m) palmes *C 1. 2;* palmitis *C 3. Pb 7, sed corr. Pb 7.* n) s. m. *m. 2 suppl. C 2.* o) diliget *ϱ* 2. 3. Pb 7. R 3 et ex* diligit *corr. C 2 Carn.* p) adhirere *Carn.* q) *hoc verb. supra ras. C 2;* quaenium *C 1;* quem nimiam *C 3;* qui omn. *Pb 7, sed corr.* r) sociat *ϱ* 3 et ex* saciat *corr. ϱ* 2.* s) conveniemus *R 1;* convenimur *C.*

IX, 218. In hac ep. plurima ex ep. IX, 213. 215 repetuntur. — De Syagrio, ep. Augustodunensi, et de Desiderio, ep. Viennensi, cf. ep. VI, 52 n.; de Aetherio Lugdunensi ep. VI, 50 n.; de Vergilio Arelatensi ep. I, 45 n. 1) *Cf. 1. Tim. 6, 10.*

quae idolorum est servitus[t] [2], excludamus, ut in domo Domini nihil[u] noxium nihilque[v] adesse[w] confusum sinamus[x].

Nuntio siquidem apud nos olim[y] discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per simoniacam heresem conferantur. Et vehementi taedio[z] maeroris[a] afficimur[b], si in ecclesiasticis officiis quemquam[c] habet locum pecunia et fit saeculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet[d] datione mercari, dum non officium, sed nomen[e] attendit, sacerdos non esse, sed dici[f] tantummodo inaniter concupiscit. Quod si licet[g], quid per hoc aliud[h] agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio[i], sed ille[k] solummodo dignus[l], qui dare pretium suffecerit[m], aestimetur? Ex qua re si recti[n] libraminis examinatione pensetur[o], dum improbe[p] ad inanem gloriam locum festinat utilitatis arripere, eo[q] ipso magis, quod honorem quaerit, indignus[r] est. Sicut autem is qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus ammovendus[s], sic qui[t] ultro ambit[u] vel[v] importunum se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius[w] in profunda[x] descendat? Itaque, frater carissime[y], in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, pura praeferatur electio, ut ad summam sacerdotii[z] non suffragio venditorum provectus[a], sed Dei credatur[b] esse iudicio. Nam quia grave omnino sit facinus Dei donum[c] velle pretio[d] comparare[e] vel vendere, evangelica[f] est testis auctoritas. Templum autem Dominus et redemptor noster[g] ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid[h] aliud est columbas vendere, nisi pretium de manus[i] impositione percipere[k] et sanctum spiritum[l], quem omnipotens Deus hominibus[m] tribuit, venumdare? Quorum sacerdotium[n] ante Dei oculos cadere cathedrarum utique patenter[o] eversione signatum est. Et tamen exerit adhuc nequitiae pravitas vires suas. Nam cogit vendere quos decepit[p], ut emerent. Et dum non
Matth. 10, 8. attenditur, quod divina voce praecipitur: 'Gratis accepistis, gratis date', agitur[q], ut
crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto[r] condicio, ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresem[s] ante omnes radice pestifera[t] subrepsisse[u] atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam[v], cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi[w] in[x] maledictione convertitur, qui ad hoc, ut fiat hereticus, promovetur?[3]

Plerumque igitur adversarius animarum, dum non potest in his quae ad faciem[y]

t) serv. est. *C*; avaritiam, *quod ante om., hic add. Carn.* u) nihil *C 1. 3. Carn.*; nil *cet.* v) nilque *R 1 — Carnot. hic supra lin. addit:* valeat. w) decet esse *ϱ* 2. 3.* x) sinamus *om. C. Carn. ϱ* 2. 3.* y) nova (*ex* nonva) siq. ap. nus fama *Carn.* z) *post ras.* diu *Carn.* a) merore *ex* mirori *corr. Carn.*; memores *C 1.* b) efficimur *C 3.* c) quemquem *C 1.* d) ergo praeter studet *C 1*; ergo praeter istud *C 3.* e) nom. *corr. in* non *C 3.* f) dicit *C, sed corr. C 2.* g) Quod scilicet *C. Carn. R 3, sed corr.* quod *in* sed *R 3 et* si licet *in* si sic licet *corr. C 2*; quid scilicet *cet.* h) aliud *om. Carn.* i) excusatio *ϱ* 2. 3.* k) illa *C 3.* l) dignis *C 3.* m) *ex* sufferit *corr. Carn.*; sufficeret *C*; sufficerit *R 1. ϱ* 2, sed corr. ϱ* 2.* n) *om.* si recti *C 3.* o) pensentur *R 1.* p) *add. m. 2* quis *et super* ad *scribit* ob *R 3.* q) et *Carn.* r) indignum *R 1.* s) amovendus *Carn.*; removendus *ϱ* 2. 3.* t) que *C 3.* u) ambitu *Carn.* v) *add.* qui *C.* w) iterum *C 3.* x) *ita R 1*; in profundo *C, sed in* in profundum *corr. C 2 m. 2*; ad pr. *ϱ* 2. 3.* y) fratrum karissime *C 1. 2. Pb 7*; fratres karissimi *C 3.* z) summa sacerdotio *C 1*; summa sacerdoti *C 3*; summa sacerdotii *C 2. Pb 7.* a) probetur *C.* b) *ex* credetur *corr. m. 2 C 2*; cred(atur) *erad. et* deteri *suprascr. Carn.* c) domum *Carn.* d) pretium *R 1*; pretii *Carn.* e) venundare *Pb 7.* f) evangelicę *C 3.* g) noster *om. C.* h) autem *hic suprascr. Carn.* i) *eradit* s *R 1*; manu *ϱ* 2. 3.* k) accipere *ϱ* 2. 3.* l) sp. s. *C 2. 3.* m) *hoc verb. suppl. m. 2 C 2 — add. m. 2 R 3* gratis. n) sacerdotio *C 1. 3. Carn.* o) pater *corr. in* pariter (*ita ϱ* 3*) *ϱ* 2*; mensarum fatentes *Carn.* p) decipit *R 1.* q) augetur *Carn.* r) delicto *R 1*; delicti *C. ϱ* 2. 3*; *ex* dilicti *corr.* dilicto *Carn.* s) haec aliquae ad hanc heresis *Carn.* t) radices pestiferas *C*; madices p. *ϱ* 2. 3, sed corr. in* radice p. *ϱ* 2*; radice *ex* radices *corr. Carn. et* pestifara *in* pestifare. u) subrepisse *Carn.* v) damnatum *C.* w) *om.* illi *R 3, sed corr. supplet* ei. x) in *om. C 1.* y) faciendum *C, sed corr. m. 2 C 2. — In marg. add. R 1 rubro:* de elemosina non facienda de rebus inlicitis.

2) *Cf. Gal. 5, 20.* 3) *Cf. ep. V, 58 p. 369 n. 4.*

sunt prava[z] subripere, callide[a] specie quasi pietatis iniecta[b] nititur supplantare suadetque forsitan debere ab habentibus[c] accipi, ut sit, quod[d] possit non habentibus erogari, dum modo vel sic venena mortifera elemosinae celata[e] obumbratione transfundat. Nam nec venator feram aut avem auceps deciperet[f] vel piscem piscator caperet, si aut[g] illi[h] laqueum in aperto proponerent[i] aut ille hamum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda et cavenda[k] est hostis astutia, ne, quos aperta nequit[l] temptatione subvertere, latente telo[m] saevius[n] valeat[o] trucidare[p]. Neque enim[q] elemosina reputanda est, si pauperibus[r] dispensetur quod ex inlicitis rebus accipitur, quia, qui hac intentione male[s] accipit, ut quasi[t] bene dispenset, gravatur[u] potius, quam adiuvatur[v]. Elemosina[w] redemptoris nostri oculis[x] illa[y] placet[z], quae non de[a] inlicitis[b] et[c] iniquitate congeritur, sed quae de rebus concessis et bene adquisitis impenditur[d]. Unde etiam illud certum est, quia, et si monasteria[e] aut xenodochia vel quid[f] aliud[g] construatur, mercedi[h] non proficit, quoniam, dum perversus et emptor honoris in loco[i] transmittitur et alios[k] ad sui[l] similitudinem sub commodi datione[m] constituit, plura male[n] ordinando destruit, quam[o] ille potest aedificare, qui ab eo pecunias[p] ordinationis accepit[q]. Ne ergo sub optentu elemosinae cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacra scriptura nos[r] prohibet dicens: 'Hostiae impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere'[s]. Quicquid Prov. 21, 27. enim in Dei sacrificio ex scelere[s] offertur[t], omnipotentis Dei[u] non placat[v] iracundiam, sed irritat[w]. Hinc rursum[x] scriptum est: 'Honora Dominum[y] de tuis iustis[z] laboribus'. Prov. 3, 9. Qui ergo male tollit, ut quasi bene praebeat, constat sine dubio, quia Dominum[a] non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: 'Qui offert[b] sacrificium de substantia Eccl. 34, 21. pauperis, ac si victimet filium in conspectu patris'.[c] Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur[d]. Et hinc facile cognoscimus, quantus apud Deum[e] dolor exasperatur, quando ei[f] sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo[g] declinandum[h] est, dilectissime fratrum[i], sub optentu elemosinae peccata simoniacae[k] hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere.

Hoc quoque ad nos pervenisse non dissimili dignum detestatione[l] complectimur, quod quidam desiderio honoris inflati defunctis episcopis[m] tonsorantur[n] et fiunt[o] repente ex laicis[p] sacerdotes atque inverecunde religiosi propositi ducatum arripiunt[q], qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quid isti subiectis praestaturi sunt, qui, antequam discipulatus limen attingant, tenere locum magisterii[r] non formidant? Qua de re necesse est, ut, etsi quamvis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per

z) prava *om. C2.* a) calida *R 1.* b) iniectu *Carn.* c) habentibus (ab *om.*) *ϱ* 2. 3;* ad habentibus *Carn.;* ab agentibus *C 3.* d) sicut *pro* sit quod *Carn.* e) et elata *Carn.* f) decipere *ϱ* 2. 3.* g) sicut *C 3.* h) illa *C3.* i) proponeret *corr. ex* proponerit *Carn., ex* proponerent *C 2.* k) metuenda incavenda *C 3;* m. est et c. est *ϱ* 2. 3.* l) opera nequid (*corr. in* neque) *R 3.* m) latentibus telis *in ras. Carn.* n) scevius *R 1.* o) valeat *om. C, sed suppl. m. 2 C 2.* p) trucidari *C.* q) enim *om. Carn.* r) *suprascr.* id *R 3.* s) male *om. Pb 7;* mala *Carn.* t) quia si *C 1.* u) *in* aggravatur *corr. C 2 m. 2; ex* gravetur *corr. Pb 7.* v) iuvatur *C.* w) *suprascr.* enim *R 3;* ergo *in ras. add. Carn.* x) oculos *R 1.* y) *ita Carn.; om. ϱ* 2. 3. C2, sed suppl. m. 2 C 2;* illud *R 1;* aliud *corr. in* illa *R 3.* z) placent *R 1. ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* a) de *om. ϱ* 2. 3.* b) scaelestis *ex* caelitis *corr. Carn.* c) in *add. ϱ* 2. 3.* d) *hic finit epistula in Pb 7; cetera desunt.* e) monasterium *C.* f) quod *corr. in* quodlibet *R 3.* g) *suprascr.* ita *R 3.* h) in *(suprascr.)* mercedem *Carn.* i) locum *C;* loco *corr. in* loca *R 3.* k) aliis *C.* l) *ex* suis *corr.* ad sui *m. 2 C 2;* sui *om. R 3, suprascr.* hanc. m) sub commodatione *C 1;* sub conmoditatione *C 2. 3, sed corr. C 2.* n) plure m. *C 3:* p. mala *C 1.* o) *suprascr.* nec *R 1.* p) *ita C. Carn.;* pecunia *R 1;* pecuniam *ϱ* 2. 3.* q) accipit *C.* r) *ita C. Carn.;* sacrae scripturae nos *R 1;* sacrae scripturae ordo vos *ϱ* 2. 3.* s) excelere *R 1. Carn.* t) *om.* quicquid — offertur *C 3;* offeretur *C 1. 2, sed corr. C 2.* u) dei *om. Carn.* v) placet *ϱ* 2, et suprascr.* a; placeat *ϱ* 3.* w) irritum *C 1.* x) rursus *C 3. ϱ* 2. 3.* y) deum *Carn.* z) iustis *om. Carn.* a) deum *Carn.* b) *ex* offerret *corr. m. 2 C 2;* offeret *C 1. 3.* c) patri *Carn.* d) filios victimemur *ϱ* 2. 3, sed corr. in* victimemus *ϱ* 3.* e) eum *ϱ* 2. 3.* f) et *R 1;* eius *C, sed corr. C 2.* g) enim *C.* h) declinandus *C 1. 2.* i) frater *ϱ* 2. Carn.* k) simoni *C, sed corr. m. 2 C 2.* l) digne contestatione *C.* m) episcopi *R 1.* n) tonsoratus *C 1.* o) fiant *C 3.* p) laici *R 1.* q) arripiant *C 3.* r) magistri *C.*

distinctos ordines ecclesiasticis exerceatur officiis. Videat[s] quod[t] imitetur[u], discat quod doceat, informetur quod teneat, ut postea non debeat[v] errare, qui eligitur[w] viam errantibus demonstrare. Diu ergo religiosa meditatione poliatur, ut placeat, et sic[x] lucerna super candelabrum posita luceat[4], ut adversa ventorum vis inruens conceptam eruditionis flammam non extinguat, sed augeat. Nam cum scriptum sit: 'Ut prius quis probetur,
1. Tim. 3, 10. et sic ministret', multo amplius[y] ante probandus est, qui[z] populi[a] intercessor adsumitur[b], ne fiant[c] causa[d] ruinae populi sacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excusatio, nulla potest esse defensio, quia cunctis liquido notum[e] est, quae sit in huius rei diligentia sancta egregii[f] sollicitudo doctoris[g], qua[h] neophitum ad ordines vetat sacros accedere. Sicut autem tunc neophitus dicebatur, qui initio in[i] sanctae fidei erat conversatione plantatus, sic modo neophitus habendus est, qui repente in religionis[k] habitu plantatus ad[l] ambiendos[m] honores sacros[n] inrepserit. Ordinate[o] ergo ad ordines[p] accedendum[q] est; nam casum[r] appetit, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quaerit ascensum. Et cum idem apostolus doceat[s] inter alia sacri ordinis instituta discipulum manum non esse cuiquam citius inponendam[5], quid hoc celerius quidve[t] praecipitantius[u], quam ut exoriatur a summitate principium et ante[v] esse incipiat episcopus quam minister? Quisquis igitur sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo quo[w] est subiturus[x] onere[y] metiatur[z], ut et inpar abstineat et ad[a] id cum metu, etiam qui se sufficere[b] existimat[c], accedat. Ab re autem non facimus[d], si ad argumentum rationabile usum rerum inrationabilium colligamus[e]. Apta namque aedificationibus de[f] silvis ligna succiduntur, nec tamen adhuc[g] viridibus aedificii pondus imponitur, nisi eorum[h] viriditatem multorum dierum mora siccaverit et apta[i] ad necessarium[k] usum effecerit. Quae si[l] observantia forte neglegitur, citius superimposita mole franguntur[m] et gignit ruinam ad auxilium res provisa[n]. Hinc enim et[o] medici, qui curam gerunt de corpore, quaedam adiutoria recenti[p] adhuc confectione[q] formata indigenti non offerunt, sed maceranda temporibus derelinquunt[r]. Nam si[s] inmature quis dederit, dubium non est, quia fit[t] causa periculi res salutis. Discant itaque, discant in officio suo sacerdotes, quibus animarum credita est cura, servare quod diversarum artium homines docente ratione custodiunt[u] et a praecipiti se ambitione, etsi[v] non metu, saltem pudore contineant[w]. Sed ne forsitan ab[x] hoc[y] pravae se consuetudinis quisquam velit[z] obiectu[a] defendere, fraternitatis tuae[b] discretio rationis[c] eos freno coerceat et labi in inlicitis[d] non permittat[e], quia, quicquid

s) ut *suprascr. R 1;* videatur *C1.* t) quod *corr. in* quid *ϱ* 2.* u) *add.* et *R 1.* v) *hic add., sed del. R 3:* qui vero huic contradicere non valet illam hystoriam *et suprascr.* neque enim oportet illum in via. w) elegit *ϱ* 2. 3.* x) sit *C, sed corr. C 2.* y) amplius *om. Carn.* z) probandi sunt *(in ras.)* qui ad *Carn.* a) populo *C.* b) intercessuram sumitur *Carn.* c) fiat *C.* d) causae *ϱ* 2. 3, sed ϱ* 2 corr.;* causas *Carn.* e) natum *C 1. 2, sed corr. C 2.* f) *ita C 1. 2;* sancta et *(suprascr.)* egregia *Carn.;* sanctęgregi *R 1. C 3;* sancta gregi *ϱ* 2. 3.* g) doctori doctoris *R 1.* h) *ita Carn. R 1;* quia *C;* qui *ϱ* 2. 3.* i) initio in *R 1;* in *(suprascr.)* initio in *Carn.; ex* initio *corr.* in initio *m. 2 C 2;* initio (*om.* in) *C 1. 3. ϱ* 2. 3.* k) religioni *R 1.* l) et *Carn.* m) commovendos *C 1. 2, sed corr. m. 2 C 2;* ammovendos *C 3;* ambiendus *Carn.* n) sacr. ordines *Carn. C 3, sed corr. C 3;* sacr. hon. *C 1. 2.* o) *in* inordinatae *corr. Carn.* p) ordines sacros *Carn.* q) ascendendus *C 1.* r) causa *C, sed corr. C 2.* s) *ex* deceat *corr. R 1.* t) qui diu *C 3.* u) prepitantius *R 1.* v) *suprascr.* non *R 3;* esse *hic del. et post* incip. *repetit C 2.* w) quod *C 1. ϱ* 2. 3.* x) subditurus *C, sed corr. C 2.* y) honore *ϱ* 2. 3. Carn.* z) remetiatur *C 1.* a) ad *om. C, sed suppl. m. 2 C 2.* b) *om.* qui se sufficere *R 3, suprascr.* si dignus. c) extimat *R 1;* existimatur *R 3.* d) facinus *R 1.* e) colligimus *C.* f) *ex* et *corr. m. 2 C 2.* g) *om.* adhuc *C, sed suppl. m. 2 C 2.* h) horum *C.* i) aptas *R 1. ϱ* 2. 3. C, sed corr. C 2.* k) necessarii *R 1.* l) si *om., sed m. 2 suppl. C 2.* m) moles frangantur *R 1.* n) inprovisa *Carn.* o) et *om. Carn.* p) *ex* redempti *corr. R 1;* recentia *C.* q) cum festinatione *C, sed corr. m. 2 C 2.* r) derelinquant *Carn.* s) *ex* sibi *corr. C 2.* t) fiat *Carn.* u) custodiant *C, sed corr. C 2.* v) *om.* si *C 3.* w) sustineant *C.* x) ad *C 3.* y) hac *ϱ* 2. 3.* z) vellit *C 1;* velud *R 1.* a) obiectum *R 1;* obiecta *C 3.* b) *corr. in* fraternitas tua *ϱ* 2.* c) discretionis *ϱ* 2. 3.* d) labi licitis *C 3.* e) permittas *R 1.*

4) *Cf. Matth. 5, 15.* 5) *Cf. 1. Tim. 5, 22.*

ultione dignum est, non ad imitationis[f], sed potius ad[g] exemplum debet[h] correptionis adduci.

Neque autem[i] hoc quod similiter corrigendum est patimur[k] neglegenter[l] omittere[m]. Nam quid prodest cuncta munisse, si per unum locum perniciosus hosti praebeatur accessus? Cum his itaque qui in sacro sunt ordine constituti habitare[n-o] mulieres perhibentur[p]. De quibus, ne[q] antiquus[n-r] humani generis inimicus exultet, omnium definiendum consensu est, ut praeter eas quas sacri canones complectuntur alias secum mulieres habere[s] non debeant[6]. Quae interdictio[t] etsi forte aliquibus ad tempus amara est, certum est, quia postmodum ex ipsa animae[u] utilitate dulcescit[v], si, unde inimicus superare potuit, superetur.

Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus[w], quod de habendis per parrochias conciliis patrum providentia[x] utilitatis causa sancitum est. Unde ne qua[y] inter fratres[z] dissensio[a], ne qua inter[b] praepositos et subiectos[c] sint fomenta discordiae, in unum sacerdotes convenire necesse est, ut et de incidentibus[d] causis disceptatio[e] et sit salubris[f] de ecclesiastica observatione collatio, quatenus, dum per hoc et praeterita corriguntur[g] et regulam futura suscipiunt[h], omnipotens ubique[i] Dominus fratrum concordia[k] collaudetur. Cuius vobis adesse praesentiam, si[l] haec[m] observabitis, scitote, quia scriptum est: 'Ubi fuerint congregati duo aut tres in nomine meo, ibi sum in Matth. 18, 20.
medio eorum'[n]. Si ergo adesse dignabitur[n], ubi duo vel tres fuerint, quanto magis non deerit, ubi plures convenerint sacerdotes? Et quidem, quia de habendo[o] bis in anno concilio[7] patrum sit regulis statutum[p], non latet. Sed ne forte aliqua impleri hoc necessitas non permittat, semel tamen[q] sine excusatione aliqua decernimus congregari, ut expectatione concilii nihil pravum[r], nihil praesumatur inlicitum. Nam plerumque etsi non amore[s] iustitiae, metu examinis[t] abstinetur[u] ab hoc quod omnium notum est posse displicere iudicio. Hanc, fratrum carissime[v], observantiam nostris relinquendam posteris teneamus et omnia, quae ad eruditionem nostram[w] sacris apicibus scripta sunt, meditemur[x] atque ad ea[y], quoscumque possumus, incitemus. Certum quippe est, quia, si toto corde praeceptis nos salutaribus occupamus, omnem vitiorum labem effugimus, quia[z], dum in his quibus aedificamur innitimur[a], locum sine dubio deceptionis excludimus.

De his itaque quae[b] superius dicta sunt fraternitatem vestram auctore Deo volumus synodum[c] congregare[d] atque in ea reverentissimo fratre nostro Aregio[e 8] episcopo et dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate[f] mediantibus[g] omnia, quae sanctis canonibus,

f) imitationes *R 1;* imitationem *C.* g) in *C.* h) debeat *C.* i) aut ϱ* 2. 3. k) patiamur *C.* l) neglegente *C 1.* m) mitterre *C 1.* n) *verba* habitare *usque* antiquus *om. Carn.* o) *add.* cum *et corr.* mulieres *in* mulieribus *R 1; add.* secum ϱ* 2. 3. p) prohibentur *C 3;* perhibetur *R 1.* q) ne *om. R 1.* ϱ* 2. 3. r) *add.* hostis *C.* s) m. habitare *C 2;* habitare mulieres ϱ* 2. t) interdicto *C, sed corr. C 2.* u) animi *Carn.* v) dulce sit ϱ* 2. 3. w) relinquamus *Carn.* x) *ex* providentie *corr. R 1.* y) quoque *pro* ne qua *R 3.* z) *add.* orta *R 3.* a) *ex* discordia *corr. in margine R 1;* dissensione *R 3.* b) *corr. in* aut si aliqua inter *R 3.* c) *ex* subiecte *corr. R 1.* d) *ita Carn. et ex* incedentibus *corr. R 1;* inced. *C. R 3;* ingruentibus ϱ* 2. 3. e) disceptio *C.* f) sal. sit *C 1;* sit sal. et *Carn.* g) corrigantur *C.* h) futuram *codd.* — suscipiant *C 1;* suscipiunt *corr. in* suscipiant *C 3.* i) itaque *R 1. 3.* ϱ* 3, *sed corr. in* utique *R 3;* ϱ* 2: *post* omnipotens *ras. 4 fere litt.* k) cum corda *C 1.* l) praesentia si *C;* praesentia nisi *R 1.* m) hoc *C 1.* n) *verba* eorum *usque* dignabitur *om. et post* fuerint *add.* dicit *Carn.* o) *in* adhibendo *corr. C 2:* addendo *R 1.* p) institutum *Carn.* q) *add.* in anno *R 1.* r) parvum *Carn.* s) amor *C.* t) examinationis *Carn.* u) obstinetur *Carn.* v) *ita C;* fratrum karissimi *R 1;* frater carissime ϱ* 2. 3. *Carn.* w) *in* vestram *corr.* ϱ* 2; vestram ϱ* 3. x) meditentur *R 1;* meditemus *C.* y) ad eam *ex* ea *corr. C 2;* ad eam *C 1;* eadem *C 3.* z) *ex* quibus *corr. C 3.* a) innotescimur *C, sed corr. C 2.* b) *om.* quae *C 1.* c) synodi ϱ* 2. 3. d) *corr. in* congregari *R 1.* e) Siagrio *C 2;* Regio *Carn.* f) dilectum filium nostrum C. abbatem *Carn.* — Ciriaco *C 2.* g) metientibus *C.*

6) Cf. ep. IX, 110. 7) Cf. Conc. Turon. a. 567 c. 1 (Concil. aevi Meroving. p. 122 cum nota 1). Ante saepe de convocandis semel in anno synodis decretum est. Loening l. l. II p. 203. 8) Cf. de Aregio Vapincensi ep. seq.

sicut praediximus, sunt adversa, districte sub anathematis interpositione[h] damnentur[i], id est, ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod[k] commodum[l] praesumat vel pro datis accipere, neque ex laico habitu quisquam repente audeat[m] ad locum sacri[n] regiminis pervenire, neque ut aliae[o] mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hae, quae[p] sacris, ut praedictum est[q], canonibus sunt permissae[r]. De quibus cunctis[s] reverentissimus frater noster Syagrius[t] episcopus cum omni synodo dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate remeante nobis quae acta[u] fuerint[v], studeat[w] nuntiare, ut suptiliter agnoscentes, quid[x] et cum qua cautela vel qualiter sit decretum, omnipotenti Deo de vita vestra ac moribus gratias incessabiliter persolvamus[y] [9].

IX, 219.

Gregorius I. papa Aregium, episcopum (Vapincensem), suorum obitu afflictum, consolatur eique et archidiacono eius usum dalmaticarum, per Cyriacum abbatem missarum, concedit. Synodo a Syagrio, episcopo Augustodunensi, congregandae interesse et ordinem eius sibi referre eum iubet. 599, *Iul.*

Codd. R et ρ: Indictio I. II. cap. 119; C: cap. 130.
Edd. M: Lib. IX. ep. 107; G: Lib. VII. ind. II. ep. 112. — Iaffé Reg. 1748 (1264).

GREGORIUS AREGIO EPISCOPO FRANCHS.

Fraternitatis vestrae afflictio, quam de amissione vestrorum vos hominum habuisse cognovimus, tantam nobis causam[a] maeroris[b] iniecit, ut, quia nos de duobus caritas unum fecit, cor nostrum in vestris specialiter uri[c] tribulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tuae ad animum reducta[d] discretio, quam et patienter ferre tristitiam et decet de morte, spe vitae[e] alterius, longam non habere maestitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente se teneat[f], hortor: quiesce dolere, desine[g] tristis esse[h]. Nam[i] indecens est de illis taedio afflictionis addici[k], quos credendum est ad veram vitam moriendo pervenisse[l]. Habent forsitan illi iustam[m] longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc saeculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem, qui novimus, qui hoc credimus et docemus, contristari nimium de obeuntibus non debemus, ne, quod apud alios pietatis tenet

h) interpossione *C1.* i) *ex* damnenter *corr. C2;* damnetur *ρ* 2.3.* k) *ex* aliquid *corr. R1;* aliquis *C2;* aliquid *C1. 3.* l) commodi *Carn.* m) *ex* adeat *corr. C 2.* n) sacre *C3.* o) alia *corr. in* aliquae *C2.* p) aeque *C1. 3;* aeque *corr. in* haec quae *C2;* haec que *et R1. ρ* 2. 3, sed corr. ρ* 2.* q) *om.* ut pr. est *R1.* r) *ex* permissa *corr. R 1;* praemisse *C3.* s) cuncta *C 2.* t) Syacrus *Carn.;* Sugrius *corr. in* Suagr. *C1;* Suagrius *cet., sed in* Siagr. *corr. C2.* u) acte *C3.* v) *ita Carn. et C 1. 3;* sunt *cet.* w) *in* studeant *corr. C 2;* studeat *om. Carn.* x) quod *R 1.* y) persolvam *C3. — Hic add.:* Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater *ex ep., ut videtur, originali et:* Explicit. Amen. *Carn. — Nota et hanc ep. et ep. IX, 213 etiam exstare in codd. Paris. 1603. Burgund. 10127 sq., ep. IX, 213 etiam in codd. Paris. 1454. 3842 A. Cf. Maassen l. l. p. 303.*

IX, 219 om. ρ 1. — In titulo:* Arigio *R* 1* — Franciis *R 1. C 1;* Francis *C2. 3, ita et C 1 in indice;* in Frantiis *ρ* 2. 3;* in Franciis *Vat. B. D. E. F (ed. M);* de Galliis *R* 1.* a) tantum ob causa *C.* b) memoris *C 1. 2.* c) *ita R 1. C 2;* vestri (= uri) *C 1; om. hoc verb. ρ* 2. 3.* d) rededucta (*om.* discretio) *C, in* res deducta *corr. C 2 m. 2.* e) morte plebi tuæ *C.* f) m. reteneat *C 1. 2, sed in* m. retineat *(ita C 3) corr. C 2.* g) quiesci dolore sine *C.* h) esse *om. C.* i) quam *C.* k) afflictionibus *C 2* — adduci *R 1. C 3.* l) pervenire *C.* m) illius tam *ρ* 2.*

9) *Subscriptio, quam ex originali addit cod. Carnotensis eadem est, quae affertur in Diurni f. 1, 10 cum rubrica:* subscriptio (ad episcopum).

IX, 219. Eidem Aregio, episcopo civitatis Vapincensis (Gap), missae sunt ep. XI, 42. 44. Aridius *subscripsit conc. Valentino a. 585 et Matiscon. a. 585. Cf. vitam eius in A. SS. die 1. Maii t. I p. 109 ss.*

speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentiae quodam modo genus est contra hoc[n] quod quisque praedicat torqueri[o] tristitia[p] dicente apostolo: 'Nolumus autem[q] vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent'. 1 Thess. 4, 12.

Hac[r] itaque, frater[s] carissime, ratione prospecta studendum nobis est[t], ut, sicut diximus, non de mortuis affligamur, sed affectum viventibus impendamus, quibus et pietas ad utilitatem et sit ad fructum dilectio. Proinde obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando[u] prodesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus; tumidos retundat, iratos mitiget, pigros[v] exacuat, desides hortatu[w] succendat[x], refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut, quia ductores dicimur[y], viam salutis gradientibus ostendamus. Simus[z] in custodia vigilantes, aditus contra hostis insidias[a] solliciti muniamus[b]. Et si quando per devia[c] ovem de commissis gregibus error adduxerit, toto[d] illam adnisu ad caulas revocare dominicas contendamus[e], ut de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed praemium consequamur. Quia[f] ergo in his omnibus divinae gratiae adiutorium[g] opus est, omnipotentis Dei adsiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad haec nobis[h] operanda et velle tribuat et posse concedat atque in ea nos via cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut, sine quo[i] nil[k] adsurgimus[l], per ipsum implere omnia valeamus.

Praeterea communis filius diaconus Petrus nobis innotuit, quod fraternitas vestra tempore quo hic fuit poposcerit, ut sibi et archidiacono[m] suo utendi dalmaticis[n] licentiam [1] praeberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate compulsus[o] festinanter abscessit, ut[p] nec ipse[q] maeror incumbens diu, ut dignum erat et res desiderata poscebat, sineret imminere et nos in multis implicitos ecclesiasticae rationis consideratio novum hoc inconsulte et subito non permitteret indulgere, idcirco postulatae[r] rei prolongatus effectus est. Nunc vero[s] caritatis tuae bona revocantes ad animum huius auctoritatis nostrae serie[t] petita concedimus atque te vel archidiaconem tuum dalmaticarum usu[u] decorandos[v] esse concessimus easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate [2] deferente transmisimus.

Praeterea[w] in ea[x] synodo [3], quam contra simoniacam heresem per fratrem et coepiscopum nostrum Syagrium[y] decrevimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse atque eidem[z] fratri ita pallium quod transmisimus tribui [4], si prius se promiserit inlicita[a], quae prohibuimus[b], per definitionem synodi a sancta ecclesia removere[c]. De qua synodo omnem nobis suptiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus nuntiare, ut[d] ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas[e] de omnibus[f] certiores.

---

n) haec ϱ* 2. 3. o) praedicator quaeri *C;* praedicat quaeri ϱ* 2. 3. p) iusticia *C1;* iustitiae *C2;* institiam *C3.* ϱ* 2. 3; tristitia *R1.* q) autem *om. R1.* r) haec *C;* hoc *corr. in* hac *R1.* s) fratrum *C.* t) est *om. C1.* u) consolendo *C2.* v) prigros *C1.* w) hortatur *C1. 2, sed corr. C2;* hortator *C3; Mommsen hoc verb. del.* x) succedat *C3.* y) doctores *(ita et Vat. A sec. ed. M)* dicimus *(in* dicimur *corr. C2) C.* z) scimus *C1. 2, sed corr. C2.* a) insidias *om., sed m. 2 suppl. C2.* b) muniamur *C.* c) perditam *C1;* perdi *C2;* perdimus *C3.* d) tota *C1.* e) *ex* adtend. *corr. C2 m. 2.* f) quid *R1.* g) adiutorio *R1* — opus *m. 2 suppl. C2.* h) vobis ϱ* 2. 3. i) qua *C.* k) nihil *C1.* l) aspergimus *C1;* aspargimus *C2. 3.* m) archidiaconi ϱ* 2. 3. n) dalmaticas *C.* o) conpulsa *C.* p) *om. hoc verb. C1.* q) ipsa *codd. n.* r) postulanter *C1. 3;* postulante *et ras. C2.* s) ergo *C1.* t) seriem *C.* ϱ* 2. 3, *sed corr.* ϱ* 2. u) *om.* usu ϱ* 2. 3. v) decorando *R1.* w) *add.* et *C3.* x) ea *om. C3;* eo *R1.* y) Sisagrium *C3;* Suagrium *cet., sed in* Siagr. *corr. C2 m. 2.* z) atque idem idem *R1.* a) inlicita *m. 2 add. C2.* b) prohibemus ϱ* 2. 3. c) removeret *C, sed corr. C2.* d) et *C.* e) reddat ϱ* 2. 3. f) *om.* de omnibus *C.*

1) Eadem narrat vita eius supra laudata c. 10. 11. — Dalmaticae a tunicis largis manicis differunt, ut apparet ex Ioh. diac. III, 59. — Idem ius utendi dalmaticis diaconis ecclesiae Arelatensis concessit Symmachus papa (Iaffé-Kaltenbr. 766 [479] = vit. S. Caesarii I c. 4. A. SS. d. 27. Aug. t. VI p. 71). Cf. Loening l. l. II p. 96. *2) Cf. ep. IX, 208 n. 1.* *3) Cf. ep. praeced.* *4) Cf. ep. IX, 222.*

IX, 220.

Gregorius I. papa Desiderio, episcopo in Franciis (Viennensi), pallii privilegium, velut antiquitus huius sedis episcopis datum, confirmari cupienti, respondet, tabulas rei testandae causa mittat, quarum in ecclesiae Romanae tabulario nihil inventum sit.

599, Iul.

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 120; C: cap. 131.
Edd. M: Lib. IX. ep. 112; G: Lib. VII. ind. II. ep. 117. — Iaffé Reg. 1749 (1269).

GREGORIUS DESIDERIO EPISCOPO GALLIIS.

Fraternitatis vestrae desiderium Iohannis regionarii[a] [1] relatione cognovimus: quod quidem libenter parati sumus implere, si diligenter fuerimus de his quae retulit informati. Inquit autem a vestra sibi relatum dilectione, quod[b] ecclesiae vestrae quaedam[c] olim privilegia[d] ab apostolica sede[e] concessa sint[f], atque usum[g] pallii eius sacerdotes antiquitus habuisse. Quod quia vobis magnopere poscitis reformari, in ecclesiae nostrae scrinio requiri fecimus, et inveniri[h] nil[i] potuit[2]. Sed quoniam quanto[k] studiosius ista cupitis adipisci, tanto vos arbitramur[l] esse sollicitos, in requirendis[m] chartis ecclesiae vestrae vigilantius[n] curam impendite et, si qua exinde scripta inveniri potuerint[o], quae nos valeant informare, huc[p] curae sit[q] vestrae transmittere. Nam qui nova concedimus, vetera libentissime reparamus.

IX, 221.

Gregorius I. papa Candido, presbytero in Franciis, Aurelium presbyterum, latorem praesentium, quem muneri presbyteri aut abbatis in possessione aliqua sancti Petri praeponat, commendat.

599, Iul.

Codd. C: cap. 132.
Edd. M: Lib. XI. ep. 70; G: Lib. IX. ep. 65. — Iaffé Reg. 1750 (1420).

GREGORIUS CANDIDO PRESBYTERO IN FRANCIS.

Lator[a] praesentium filius noster Aurelius presbyter Galliarum partibus veniens petiit, ut, sicubi in possessionibus beati Petri apostoli oratorium[b] aut locus, qui pres-

*IX, 220 om. ϱ*1. — In titulo: C1:* Aregio, *ita et C1. 2 in argumentis; C3 in indice item:* Aregio *etc. (cf. ep. IX, 219), sed* Desiderio *C1 in ind. et cet. codd.* — Franciis *aut* Francis *C1. 3 et ubique in ind. et arg. C;* Gallis *C2;* Galliarum *ϱ*2. 3. R*1;* Galliis *ϱ1;* Gallianę civitatis *R1;* Gallicanae civ. *Vat. B (ed. M);* in Galliis *Vat. A. F. (ed. M).* a) Iohannes regionarius *C, sed corr. C2.* b) ut *C.* c) quidam *C. R1, sed corr. R1 in* quodam; quiddam *scr. Mommsen.* d) privilegi *corr. in* privilegio *R1.* e) se *C.* f) concessa sit *corr. in* concessum sit *R1.* g) sub *C.* h) invenire *C1. ϱ*2. 3.* i) nihil *C3.* k) quoniam *om. C3* — quantum *C2. 3.* l) arbitramus *C.* m) quirendis *ϱ*2. 3.* n) vigilantibus *R1. ϱ*2. 3, sed corr. ϱ*2.* o) invenire potuerit *C.* p) ac *C;* hunc *corr. in* huc *R1.* q) sit *m. 2 suppl. C2.*

IX, 221 in titulo: in *om. C3 et arg. C1. 2* — Francia *C*1.* a) *ex* latores *corr.* latore *C2.* b) oratorius *C, sed corr. C2.*

IX, 220. De Desiderio, ep. Viennensi, cf. ep. VI, 52 n. 1) Iohannes ex Gallia Romam reversus erat iam ante m. Sept. a. 597: cf. ep. VIII, 4 p. 6 n. 3. 2) Vienna olim metropolis provinciae Viennensis fuerat: cf. not. Gall. XI, 3. Sed cum praefectus praet. Galliarum Arelate refugisset, haec urbs prima extitit, cuius episcopos postea papae pallio decorare coeperunt: cf. Iaffé-Kaltenbr. 328 ss. 766 etc.; ep. V, 58. De contentione inter Arelatenses et Viennenses episcopos de primatu orta cf. Gundlach, der Streit der Bisth. Arles u. Vienne (1890) p. 185 ss. Loening l. l. II p. 92. — Cf. etiam ep. XI, 40 (Gundlach, l. l. p. 199).

IX, 221. De Candido, rectore patrimonii Gallici, cf. ep. V, 31 p. 311 n. 3; VI, 10 n.

byterum vel abbatem indiget, inveniri potuerit, ei debeat committi, quatenus et ipse subsidium vitae praesentis inveniat et nos inveniamur[c] petitioni illius paruisse. Proinde eum dilectioni tuae[d] modis omnibus commendamus; in quo usus exegerit, ei tua dilectio concurrat, et scriptorum nostrorum illic solacium sentiat.

IX, 222.

Gregorius I. papa Syagrium, episcopum Augustodunensem, qui praedicationis operae, quam diu cogitans Anglorum genti per Augustinum, quondam monasterii sui (Gregorii) praepositum, nunc coepiscopum, impendere studuerit, adiutor fuerit, pallii iure ornat et ei concedit, „ut, metropolis suo per omnia loco et honore servato, ecclesia civitatis Augustodunae post Lugdunensem ecclesiam (prima) esse debeat". De synodo ad sanandos mores pravos congreganda addit. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 121; C: cap. 133.
Edd. M: Lib. IX. ep. 108; G: Lib. VII. ind. II. ep. 113. — Jaffé Reg. 1751 (1265).

GREGORIUS SYAGRIO EPISCOPO AUGUSTODUNO.

Magistra bonorum omnium caritas, quae nihil[a] sapit[b] extraneum, nihil asperum, nihil[c] confusum, ita quae[d] exercet[e] corda[f] corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed fiat totum dulce quod agitur. Huius igitur cum[g] sit proprium nutrire[h] concordia, servare composita[i], dissociata coniungere, prava dirigere et virtutes ceteras perfectionis suae munimine[k] solidare, quisquis in eius radices[l] se inserit, nec a viriditate deficit nec a fructibus inanescit, quia humorem[m] fecunditatis opus efficax non amittit[n]. Atque ideo multum tibi, dilectissime frater[o], in Domino condelector atque congaudeo, quod sic eadem caritate te[p] praeditum[q] multorum testificatione comperio, ut et ipse quae sacerdotis sunt decenter[r] exhibeas et aliis te[s] laudabiliter imitandum[t] ostendas[u].

Quia igitur in praedicationis opera[v], quam diu[w] cogitans Anglorum genti[x] per Augustinum[y] quondam[z] monasterii mei[a] praepositum, nunc fratrem et coepiscopum nostrum, impendere[b] studui, ita sollicitum ac devotum adiutoremque in omnibus te, ut oportuit[c], fuisse cognovimus, ut multum[d] me sibi fraternitas tua hac de re[e] faceret[f] debitorem, tantae rei[g] consideratione commonitus[h], ne infructuosus erga te viderer existere[i], fraternitatis tuae petitionem nulla pertuli ratione postponere[k]. Proinde secundum[l] postulationis tuae desiderium[m] pallii te usu, quod intra ecclesiam tuam habere debeas, ad[n] sacra tantum missarum sollemnia celebranda Deo auctore praevidimus

c) inveniamus *C 2.* d) *hic iterum add.* eum *codd. n.*

IX, 222 om. ϱ 1. — In titulo:* Siagrio *R 1. R* 1;* Suagrio *cet. codd., sed in* Siagr. *corr. C 2.* — Agustuduni *C 1. 2;* Agustoduni *C 3 (in indice C 3:* Agustud.); de Augustoduno *R 1;* de Augustiduno *ϱ* 2. 3;* Augustidunensi *R* 1.* a) nil *R 1. ϱ 1.* b) rapit *C.* c) nil *R 1. C 2. 3.* d) quae *om. ϱ* 2. 3.* e) exerci *C 3.* f) et *hic add. corr. ϱ* 2 et ϱ* 3.* g) dum *C.* h) nutrice *C 1. ϱ* 2.* i) compos. *om. ϱ* 2.* k) munime *R 1. ϱ* 2, sed corr. R 1.* l) radice *C.* m) amore *C.* n) non inmittit *C.* o) fratrum *C.* p) te *om. C.* q) praedicta *C.* r) ipse sacerdotium (sacerdotum *C 3*) dec. *C.* s) aliter *C.* t) imitendum *R 1; om. hoc verb. C.* u) intundas *C, sed in* infundas *corr. C 2 m. 2.* v) *ita scr.;* opere *R 1. ϱ* 2. 3;* offerret *C.* w) quandiu *R 1;* quia *(ras. 1 litt.)* diu *C 2.* x) gentis *codd. n., praeter* gentes *C 3.* y) Agustinum *C 3 — om.* genti per Aug. *C 1.* z) quondam *C 1;* quod *R 1;* tunc *ϱ* 2. 3.* a) mei *om. C 2. 3.* b) impende *R 1.* c) *add.* id *C.* d) multum *C;* malum *R 1. ϱ* 2. 3, sed corr. in* magnum *ϱ* 3.* e) tua accedere *C 1.* f) facere *C, sed corr. m 2 C 2.* g) tanta ei *C.* h) cons. commotus *R 1:* consideratione cogitatione communitas *(in* communicas *corr. m. 2 C 2) C.* i) te utere exsistere *C 1;* te utere et sistere *C 2. 3.* k) postpon. rat. *C 1.* l) secundo *C.* m) *ex* desiderii *corr. R 1;* desiderio *C 3.* n) de *C.*

IX, 222. De Syagrio cf. ep. VI, 52 n. VIII, 4. IX, 214. 218 et ep. seq.

honorandum[o] [1]. Quod tamen ita tibi dandum[p] esse decrevimus, si prius per synodi definitionem emendari[q] promiseris quae corrigenda mandavimus[2], quia dignum profecto esse credidimus[r], ut cum mentis gravitate, qua Deo te[s] propitio pollere didicimus, habitus[t] quoque exterioris clarior[u] in te cultus adcresceret[v], praesertim cum id[w] te non ad superfluae elationis pompam, sed pro genio et honore tuae arbitremur ecclesiae petivisse. Cuius ne indumenti munificentiam nudam videamur quodam modo contulisse, hoc etiam pariter prospeximus concedendum, ut metropolis[x] suo per omnia loco[y] et honore servato[z] ecclesia[a] civitatis Augustodunis[b], cui omnipotens Deus praeesse te[c] voluit, post Lugdunensem[d] ecclesiam esse debeat[e] et hunc sibi locum ac ordinem ex nostra auctoritatis indulgentia[f] vindicare. Ceteros vero episcopos secundum ordinationis suae tempus sive[g] ad consedendum in concilio seu ad subscribendum[h] vel in qualibet alia re sua attendere loca[i] decernimus et suorum sibi praerogativam[k] ordinum vindicare, quia omnino rationis ordo nos ammonet, ut cum usu pallii aliqua simul, sicut diximus, largiri privilegia[l] debeamus[3].

Sed quoniam cum honoris augmento cura quoque[m] sollicitudinis debet excrescere[n], ut cultui[o] vestium actionis quoque ornamenta conveniant[p], oportet, ut enixius in cunctis studium[q] se vestrae fraternitatis exerceat. Circa subiectorum actus[r] sit vigilans, vestrum illis[s] exemplum instructio[t] et vita magistra[u] sit[4]. Linguae vestrae exhortatione discant, quod metuant, et doceantur[v], quod diligant[w], ut, dum talenta credita lucro multiplicato[x]
Matth.25,23. reddideris, in die[y] retributionis audire sis[z] meritus: 'Euge serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui'.

Curam praeterea congregandae[a] synodi, quam vobis atque aliis fratribus nostris pro inlicitarum rerum prohibitione fiendam scripsimus, vestrae specialiter sollicitudini[b] noveritis incumbere. Unde quia praecellentissimos filios nostros Francorum reges magnam vobis novimus dilectionem impendere, omni vos studio omnique agere[c] adnisu necesse est, ut quod de[d] synodo congreganda mandavimus[e] fraternitatis vestrae vigilantia compleatur atque omnia illic, quae pro animarum salute scripsimus, censeantur, quatenus per hoc et vos zelum vestrum et[f], qualiter vobis inlicita displiceant, ostendatis et nos utiliter providisse[g], qui vestram ad hoc prae ceteris personam eligimus, videamur.

---

o) honorari, *suprascr. corrector:* dum quod t. i. t. damnum esse decrevimus *C 1;* honorari dum *C 2. 3.* p) tuendum *in ras. C2;* datum *C 3.* q) emendare *ex* mendari *corr. R 1;* emendari *ex* mendari *corr. m. 2 C 2;* mandari *ϱ*2. 3.* r) credimus *C.* s) te deo *ϱ*2. 3;* te *om. C.* t) habitu *R 1.* u) clariter *C.* v) adherescere *C.* w) *om.* id *R 1. ϱ*2. 3.* x) metropolis *C 1. 2. ϱ* 2. 3, sed in* metropoli *corr. C 2;* metropolitis *R 1. C 3, sed* s *erad. R 1.* y) loca *C 2. 3.* z) servet *corr. in* servat *C 1;* servat *C 2. 3.* a) ecclesiae *C.* b) Agustudunus *C 1. 3;* Augustudunus *C 2;* Augustodonis *R 1;* Augustidunis *ϱ* 2.* c) praeesset (*om.* te) *C 1;* praeesse (*om.* te) *R 1. C 2. 3, sed suppl.* te *R 1 et m. 2 C 2.* d) Lagdunensem *R 1; hic add.* et *C 3.* e) debebat *C 1.* f) ex nostra auctoritas *(sed in* auctoritatis *corr. m. 2 C 2)* indulgentia *C;* ex nostra auctoritatis indulgentiam *R 1;* ex nostrae a. i. *ϱ* 2. 3.* g) sibe *R 1;* sibi *C.* h) scribendum *R 1.* i) *ita ϱ*2. 3;* re sua dere loc. *C;* res vacat tendere loc. *R 1.* k) praerogati iam *C.* l) *ex* privigium *corr. m. 2 C 2.* m) queque *C.* n) exercere *R 1.* o) *om.* ut cultui *R 1.* p) veniant *C.* q) studiis *ϱ*2.* r) subiectos actum *C.* s) illi *R 1 — ex ante* illis *expung. C 2.* t) institutio *C.* u) magistri *C 1.* v) deceatur *C 1;* doceatur *C 2. 3.* w) diligat *C.* x) multiplicat ac *C 1. 3;* multiplicata *in ras. C 2.* y) inde *C.* z) si *C 1. 2, sed corr. m. 2 C 2.* a) congregandi *C 1.* b) vestra spec. sollicitudine *C.* c) agere *om. C.* d) de *om. R 1.* e) mandamus *ϱ*2.* f) et *om. C.* g) oboedisse *C.*

1) De hoc pallio cf. ep. VIII, 4. IX, 213. 219. 2) De huc synodo cf. ep. IX, 213 n. 7. 3) Loening l. l. II p. 94 ss. contendit hacc privilegia a conciliis observata non esse. 4) Similia verba in Diurni f. 46 occurrunt; admonitio de simonia deest, ut videtur, ob ep. IX, 218 eidem Syagrio eodem tempore missam.

IX, 223.

Gregorius I. papa Syagrio, episcopo Augustodunensi, mandat, et Menatem, episcopum (Telesinum?), qui „de dioeceseos nostrae ordinatione profectus“ est in Galliam cuiusque mores turpitudinem sibi infligant, et Theodorum episcopum, qui ad declinandam Constantii, episcopi Mediolanensis, disciplinam in Galliam se contulerit, ut in Italiam revertantur, compellat. 599, *Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 122.
Edd. M: Lib. IX. ep. 113; G: Lib. VII. ind. II. ep. 118. — Iaffé Reg. 1752 (1270).

GREGORIUS SYAGRIO EPISCOPO AUGUSTODUNO.

Cum sacerdotis dignitas[a] aliis videatur[a] dignitatibus eminere, ita quisquis ea ornatus est, cunctis se imitandum debet ostendere, ut exemplo suo[b] nulli nocere, sed vitam potius valeat componere subiectorum. Nam si actus dissentiat a nomine, quanto pontificatus ipse plus erigit, tanto magis addicit[c]. Itaque Menatem quendam episcopum[1], qui illic de dioeceseos nostrae ordinatione[d] profectus est, in tantam se levitatem didicimus exhibere, ut et nobis de eo maior sit verecundia et illi episcopatus nomen non sit in honore, sed onere[e][2]. Quod quia pudoris nobis est de eo illa cognoscere quae in aliarum provinciarum omnino reprehendimus sacerdotes, fraternitas vestra eum[f] illic immorari amplius non permittat, sed ad nos quantocius reverti compellat ac magis inventa per omnia occasione[g] transmittat, ut sub ea qua dignum est observantia refrenatus saeculares mores ad sacerdotalem studeat convertere gravitatem. Nam satis noxium atque perniciosum est, ut imitatione ipsius qui aedificari debuerant destruantur. In qua re non solum ille culpabilis, sed etiam qui non[h] restiterit invenitur: nam consentire videtur erranti, qui corrigenda ut resecari debeant[i], non concurrit.

Quia vero item[k] Theodorus quidam episcopus[3] de diocese reverentissimi fratris nostri Constantii Mediolanensis ecclesiae episcopi[4] disciplinam, ut dicitur, evitans illic venisse firmatur, hortamur, ut et isto diligentius requisito ad episcopum suum vestra fraternitas[l] retransmittat, et quia, sicut legitur: ‘Qui abicit disciplinam, infelix est’, Prov. 15, 32.
nulla eum illic se excusatione patiamini retinere, quatenus et eos[m] qui levitatis eorum vitio possunt decipi liberetis[n] et de ipsis habere mercedem, ne in hac stultitia pereant[o], valeatis[p].

IX, 224.

Gregorius I. papa Vergilium Arelatensem et Syagrium Augustodunensem episcopos reprehendit, quod, quominus Syagria monacha in matrimonium violenter collocaretur, non prohibuerint; cui mulieri facultatem de proprio statuendi iubet concedi. 599, *Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 123.
Edd. M: Lib. IX. ep. 114; G: Lib. VII. ind. II. ep. 119. — Iaffé Reg. 1753 (1271).

IX, 223 in titulo: cui supra *R*1;* Suagrio *ϱ* 1. 4* — Augustuduno *R1;* Augustiduno *ϱ* 2. 3.* a) *verba* dignitas *usque* videatur *om. R 1.* b) sui *ϱ* 1.* c) addicitur *ϱ* 1* — exigit l. m. adigit *coni. Mommsen.* d) ordinationis *ϱ*;* ordinationes *R 1.* e) onore *ϱ* 1.* f) ñ (*pro* eum) *ϱ* 2. 3.* g) occasio *R 1.* h) nobis *Vat. D (ed. M).* i) debeat *R 1. ϱ*1;* debeant *ϱ 1.* k) *ita scr.;* vero idem *ϱ*. ϱ 1;* ob idem (*pro* vero item) *R 1.* l) frat. vestra *ϱ* 2. 3.* m) *ita R 1. ϱ* 2. 3;* ad eos *ϱ* 1.* n) *ita R 1;* liberentur *ϱ*.* o) *ex* pareant *corr. R1;* pareant *ϱ*1.* p) valeant *R* 1.*

IX, 223. De Syagrio cf. ep. praeced. — 1) De Mena, ep. Telesino, qui in protocollo reg. XI, 15 commemoratur, hic agi, recte, ut videtur, viri docti coniecerunt; eiusdem accusatio et purgatio commemoratur in ep. XIII, 7. 2) Cf. Diurni f. 46. 3) De eodem Theodoro in Italiam reverso scribit noster in ep. XIII, 33. 4) De Constantio cf. ep. III, 29 ss. IV, 1 ss.

GREGORIUS VERGILIO EPISCOPO ARELATENSI ET SYAGRIO EPISCOPO AUGUSTODUNO.

Commissae[a] me qualitas, fratres carissimi, in voce cogit doloris erumpere et dilectionem vestram anxietudine caritatis exasperare, quod illic vos nimium neglegentes, remissos dicitur extitisse, ubi studium vestrum acriter iustitiae rectitudo et zelus debuit castitatis accendere. Pervenit autem ad nos Syagriam[b] quandam vitam religiosam mutatis etiam vestibus assecutam posteaque marito violenter esse, quod audiri iniquum est, sociatam et nullo vos in eius defensione dolore permotos. Quod si ita est, vehementius ingemesco, ne apud omnipotentem Dominum, quod absit, mercennarii officium et non pastoris meritum habeatis, quippe qui in ore lupi ovem laniandam sine certamine reliquistis. Quid enim dicturi[c] quamve rationem futuri estis iudicii reddituri, quos stupri solutio[d] non commovit, quos[e] ad defendendum favor nequaquam religiosi habitus excitavit[e], quos ad tutandam pudicitiae integritatem sacerdotalis consideratio non erexit? Vel nunc ergo neglectus[f] ad memoriam redeat, huius recordatio culpae sollicite et officii vestri[g] consideratio ad praedictae[h] mulieris vos adhortationem impellat. Et ne forte per tempus transisset[i] in voluntate necessitas, lingua illi vestra medella sit, atque ammonentibus vobis orationibus operam det, de memoria lamenta paenitentiae non recedant[k], redemptori[l] nostro cor paenitens exhibeat et castitatis damna, quam ei corpore servare non licuit, fletu resarciat.

Quia ergo praedicta mulier res suas etiam nunc piis, ut fertur[m], desiderat causis impendere, hortamur, ut fraternitatis vestrae hac in re[n] favorem inveniat, solaciis potiatur et servata competenti filiis portione fas illi sit de substantia sua[o] iudicare quod velit. Vestrum enim sine dubio bonum facitis, si[p] bona volentibus opem fertis[q]. Haec igitur, dilectissimi fratres, quae loquimur, ex quanto procedant amore, pensate et omnia cum ea qua dicuntur caritate suscipite. Nam dum unum in redemptoris nostri corpore corpus sumus, in his quae vobis nocere sentio simul uror[r]. Qua[s] autem intentione quove affectu hanc[t] ad vos epistolam miserim, cordi vestro veritatis auctor aperiat. Et ideo haec fraterna vos ammonitio non contristet, quia et asperum poculum libenter accipitur, quod intentione salutis offertur. Quod superest, carissimi fratres, iunctis Dei nostri misericordiam precibus exoremus, ut vitam nostram in suo propitius timore disponat, quatenus et[u] hic illi sacerdotaliter deservire et conspectu ipsius in futuro securi adsistere et sine metu valeamus.

IX, 225.

Gregorius I. papa Asclipiodoto (viro glorioso) in Galliis Hilarium, praesentium latorem, commendat. *599, Iul.*

Codd. C: cap. 134.
Edd. M: Lib. IX. ep. 119; G: Lib. VII. ind. II. ep. 124. — Iaffè Reg. 1742 (1276).

IX, 224 in titulo: V *(ras. 3 litt.)* gio *R1*; Virgilio *R*1. ϱ* 2. 3* — Suagrio *R1. ϱ**; Siagrio *R*1* — Agust *ϱ*1. 4*; Aug̅ *R*1*; Augustyduno *R1*; Augustiduno *ϱ* 2. 3.* a) commissa *ϱ* 2. 3* — commissi officii *edd.; fortasse deest* curae *vel sim.* b) Siagriam *R1.* c) diciturі *ϱ* 1.* d) solatio *ϱ* 2. 3*; sollicitatio *coni. Mommsen.* e) *verba* quos *usque* excitavit *om. ϱ* 1.* f) nec lectus *ϱ* 1.* g) nr̅i *ϱ* 1.* h) praedicti *ϱ* 2. 3.* i) *ita edd.*; transisse dicatur *vel sim. Mommsen*; transisse *codd. n.* k) recedent *ϱ* 1.* l) redemptor *ϱ* 1.* m) offert (*pro* ut fertur) *ϱ* 1.* n) re *om. ϱ* 1.* o) tua *ϱ* 1.* p) sina *ϱ* 1, sed del. n.* q) feretis *R1.* r) simulor *ϱ* 1.* s) quia *ϱ* 1.* t) in *add. ϱ* 1.* u) et *om. ϱ* 1.*

IX, 224. De Vergilio cf. ep. I, 45 n. et de Syagrio ep. praeced.

GREGORIUS ASCLIPIODOTO GALLUS.

Qui terrenis rebus adhaerent, quantum eis praestandi locus conceditur, tanto proniores in causis debeant mercedis existere, ut fructum boni operis et hic eorum quibus serviunt gratia perfruantur et[a] caelestis regni aulam[b] introire postea mereantur. Unde licet hoc diligere et in hoc vos[c] esse confidamus intentos, veruntamen quia paternum alloquium aliquid bonis[d] mentibus semper addit, hortamur, ut, quotiens congruum iuvandi tempus adstiterit, nequaquam quod operandum[e] vobis est differatis. Nam qui fratrem luctu[f] relevat, adprehensum eripit, maerentem consolatur, ab illo sibi retribui, cui totum inpendit, non dubitet, qui ait: 'Quod uni[g] ex minimis istis fecistis, mihi Math 25, 40. fecistis'. Quia igitur Hilarius praesentium portitor[h] pro eo, quod frustra contra se quorundam perhibet[i] inimicitias[k] exarsisse, nostra se tuitioni vestrae petiit epistola[l] commendari certus, quod patrocinantibus[m] vobis cuiusquam contra rationem adversitas ei nocere non valeat, idcirco paterno gloriam vestram salutantes affectu petimus, ut favoris vestri gratia muniatur et quod ceteris iusta petentibus indulgetis[n], huic quoque pro nostra intercessione largius inpendatis atque eum contra aequitatem opprimi non sinatis, sed manum illi auxilii, ubi rationis ordo vocaverit, porrigatis, quatenus ad mercedem gloriae vestrae et ipse in vobis, quod omnino ardue quaesivit, inveniat et vos afflicto et humiliter supplicanti videamini, quod valde gloriosum[o] est, subvenisse.

IX, 226.

Gregorius I. papa Theodericum et Theodebertum, reges Francorum, de Ursicino, episcopo Taurinensi, in integrum restituendo, hortatur. *599, Iul.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 124; C: cap. 135.
Edd. M: Lib. IX. ep. 116; G: Lib. VII. ind. II. ep. 121. — Iaffé Reg. 1755 (1273).

GREGORIUS THEODERICO ET THEODEBERTO REGIBUS FRANCORUM.

Summum in regibus bonum est iustitiam colere ac sua cuique iura servare et in subiectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod[a] aequum est custodiri. Quod quia vos et diligere et omnino confidimus studere[b], excellentiae vestrae indicare ea quae emendationem expetunt invitamur, ut per hoc et oppressis[c] succurrere[d] et vobis mercedem adquirere nostris epistolis valeamus.

Fratrem itaque et coepiscopum nostrum Ursicinum Taurinae civitatis antistitem, in parrochiis suis quae intra[e] regni vestri sunt terminum[f] constitutae grave omnino

IX, 225 in titulo: Asclipiodoto *ubique praeter ind. C1:* Asclipiododo *et arg. C 1. 2:* Asclipidoto *atque C* 1:* Asclepiodoto — Galliis *C 2;* Gallus (u *littera unciali scripta est*) *C 1. 3;* Gallis *C 1 ind. et arg.:* Gallas *C 2 arg.* — patricio Gallorum *C* 1.* a) ut *C 2. 3.* b) aula *codd. n.* c) us *C 1.* d) *hoc verb. suprascr. C1.* e) operando *C 3.* f) *ex* luctum *corr. C 2;* lictum *C 1. 3* — afflictum *coni. Mommsen.* g) *ex* unius *corr. C 1.* h) port. praes. *C 2.* i) *om. hoc verb. C 3.* k) inimicitiae *C* — *Mommsen pro* frustra: iras *vel simil. coniecit.* l) nostra (nostram *C 2. 3*) sevitioni (se visioni *C 3*) vestrae petiit epistolam *C.* m) *ex* patronandibus *corr. C 2 m. 2.* n) indulgitis *C.* o) gloriosa *codd. n.*

IX, 226 om. ϱ 1. — In titulo:* Leandro epo Spaniarum *(cf. ep. seq.) C 2, sed recte in arg.* — Theoderice *C 1;* Teoderico *in indice C 3 et ϱ* 2. 3;* Theodorico *R 1* — Theodeberte *C 1;* Theodoberto *C 3;* Teodiberto *ϱ* 2. 3;* Theudiverto *R 1.* a) *om.* quod *C1. 2. ϱ 1. ϱ* 2. R 1, sed add. post. R 1;* quod *corr. in* sed *C 3.* b) custodire *Vat. D (ed. M).* c) *ex* oppressi *corr. m. 2 C 2.* d) occurrere *C.* e) in *ϱ* 2.* f) termino *C.*

IX, 225. De Hilario, huius epistulae latore, cf. ep. IX, 211 s. — Eidem certe Asclipiodoto, patricio, missa est ep. XI, 43.

IX, 226. De Theoderico et Theodeberto cf. ep. VI, 49 n. — De eadem causa, de qua nostra, scripta est ep. IX, 214; quam cf.

dicitur[g] praeiudicium sustinere, adeo ut contra ecclesiasticam observantiam, contra sacerdotalem gravitatem et contra sacrorum canonum definita nullo eius[h] exigente crimine alter[i] illic non metueret[k] episcopus[l] ordinari. Et quia parum visum est, si inlicitis[m] non iungerentur inlicita, etiam res[n] ecclesiae suae, ut fertur, ablatae[o] sunt. Quod si ita se veritas habet, quoniam[p] intolerabile nimis est, ut virtute opprimeretur, cui culpa non nocuit, praemisso paterna caritate[q] salutationis alloquio petimus, ut, quod excellentia vestra amore ecclesiasticae reverentiae et aequitatis contemplatione[r] sponte potest[s] impendere, nostra studeat benignius[t] intercessione concedere et iustitiam illi, sicut de aequitatis eius bono confidimus, faciat[u] in omnibus custodiri atque patefacta[v] veritate[w] et[x] quod inlicite actum est corrigi et res ei violenter ablatas aequitate iubeat favente[y] restitui. Nec quod[z] ad tempus eius ecclesia ab hostibus detinetur, aliquid illi debet officere[a], sed hoc ad subveniendum[b] christianitatis vestrae magis[c] magisque debet animos permovere[d], ut largitatis vestrae munere consolatus captivitatis[e] quae pertulit non possit damna sentire. Pro utilitate ergo animae vestrae haec apud vos nostra exhortatio[f] locum inveniat, ut ad[g] mercedem vestram deiectionem[h] ipsius porrecta manu iustitiae relevetis[i], quatenus per hoc, quod aequitatem sacerdotibus custoditis, eorum precibus[k] ante Dei semper oculos[l] floreatis.

MENSE AUGUSTO INDICTIONE II.

IX, 227.

Gregorius I. papa Leandro, episcopo Hispalensi, respondet. Laudes sibi tributas recusat. Podagrae doloribus affectum consolatur. Pallium mittit. *599, Aug.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 125; C: cap. 136; coll. can. Hisp.: H 1. 3. 4.

Edd. M: Lib. IX. ep. 121; G: Lib. VII. ind. II. ep. 126; Gonzalez, Coll. can. Hisp. Pars II p. 158 s. — Iaffé Reg. 1756 (1278).

GREGORIUS LEANDRO EPISCOPO SPANIORUM.

Sanctitatis tuae suscepi epistolam solius caritatis calamo scriptam. Ex corde enim lingua tinxerat[a] quod in cartae[b] pagina refundebat[c]. Boni autem[d] sapientesque viri,

g) dicunt *ϱ*2.* h) ei *R 1.* i) *in* alterum *corr. m. 2 C 2.* k) metuere *C 3.* l) eps *in* epm *corr. C 2 m. 2.* m) est in illicitis *R 1.* n) *add.* ei *C.* o) ablata *R 1. C.* p) quoniam *om. C 1.* q) paternae caritatis *C 2.* r) contemplatio *C 2.* s) potes *R 1.* t) benignus *codd. n., sed in* benignius *corr. C 2 m. 2, ϱ*2. 3.* u) *ex* fiat *corr. m 2 C 2.* v) facta *R 1. ϱ* 2. 3.* w) *ex* caritate *corr. ϱ*2.* x) et *om. C.* y) faventer *C 1.* z) ne quid *C.* a) obicere *C;* efficere *ϱ*3;* aefficere *corr. in* officere *ϱ* 2.* b) hoc subveniendo *C.* c) magis *om. C.* d) promovere *ϱ* 2. 3.* e) *om. hoc verb. C.* f) *ita ϱ* 2. 3;* nos vestra exh. *R 1;* vos e. nostra *C 1:* vos nostræ e. *C 2;* hos vestra e. *C 3.* g) ad *om. C 2.* h) dilectionem *C.* i) relevatis *C 1.* k) *om.* cust. cor. prec. *C.* l) oculis *C. ϱ*2. 3, sed corr. ϱ*2.*

Mense *cet.: ita R 1. ϱ 1. ϱ*2. 3;* indictio *R 1.*

IX, 227 om. ϱ 1. — Haec ep. etiam asservatur in Pseudo-Isidori (cf. Hinschium l. l. p. XXX. CVI. cod. Par. Lat. 9629 = Par.) classi A et in collectione Hispana (H: cf. ep. I, 39ª n.) nº CII (Gonz. nº. XCIX). In Hispana sic inscribitur:* Cuius supra ad eundem sacerdotem (*H 3. 4; sed H 1:* Epla eiusdem b. Gregorii pape ad eundem sctissimum Leandrum episcopum integrum) de palleo a (a *om. H 1*) beati Petri (Petro *H 1*) apostoli sede directo (directe *H 1*). Reverentissimo et (et *om. H 3*) scissimo fri Leandro epo (quoepo *H 4*) Gregorius servus servorum dei. — Spaniarum *C;* Hispaniorum *in argumentis C 1. 2;* Francorum *in indice C 1;* Spaniorum *R 1. ϱ*2. 3;* Spaniae *Par. 9629.* a) te noverat *H 1.* b) parte *Par.* c) respondebat *H 1. 3.* d) autem *m. 2 suppl. C 2.*

IX, 227 una cum sequentibus Gregorii ep., ut videtur, per Cyriacum abbatem (cf. ep. IX, 208 n. 1. IX, 230) in Hispaniam missa. — De Leandro, ep. Hispalensi, cf. ep. I, 41 n.

cum legeretur, adfuerunt[e], quorum statim viscera in compunctione commota sunt. Coepit quisque amoris manu in suo corde te rapere, quia in illa[f] epistola tuae[g] mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. Accendebantur et mirabantur singuli, atque ipse ignis audientium demonstrabat, qui fuerit[h] ardor dicentis. Nisi enim[i] prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi[k] ergo[l] vidimus[m] quanta caritate tua mens arserit, quae sic et[n] alios accendit[o]. Vitam vero vestram, cuius ego semper cum magna veneratione reminiscor, minime noverant, sed eis altitudo vestri cordis[p] patuit ex humilitate sermonis. Vitam autem meam cunctis esse imitabilem illa vestra epistola loquitur: sed quod non est[q] ita, ut[r] dicitur, sit ita, quia[s] dicitur, ne, qui non solet, mentiatur. Ad haec autem breviter cuiusdam bonae[t] mulieris verba loquor: 'Nolite me vocare Ruth. 1, 20. Noemi, id est pulchram: sed vocate me[u] Mara[v], quia[w] amaritudine plena sum'. Neque enim, bone vir, hodie ego sum ille quem nosti[x]. Multum[y], fateor, exterius proficiendo[z] interius cecidi[a], meque[b] de eorum numero esse[c] pertimesco, de quibus scriptum[d] est: 'Deiecisti eos cum allevarentur'[1]. Cum allevatur[e] enim[f] deicitur, qui honoribus proficit Ps. 72, 18. et moribus cadit[g]. Ego enim vias[h] mei capitis sequens, summopere esse[i] decreveram opprobrium hominum et abiectio plebis, atque in eius sorte currere, de quo rursum[k] per psalmistam dicitur: 'Ascensus in corde eius[l] disposuit[m] in convalle[n] lacrimarum', Ps. 83, 6s. ut[o] videlicet tanto verius[p] intus ascenderem, quanto per convallem[q] lacrimarum[o] foris humilius[r] iacerem. At nunc multum me deprimit honor onerosus[s], curae innumerae[t] perstrepunt, et[u] cum[v] sese[w] ad Deum animus colligit[x], hunc suis impulsibus quasi quibusdam gladiis scindunt. Nulla cordi quies[y] est[z]. Prostratum iacet[a] in infimis[b] suae cogitationis pondere depressum. Aut rara valde aut nulla hoc[c] in sublimibus penna contemplationis levat. Torpet[d] ignava[e] mens et circumlatrantibus curis temporalibus iam paene ad stuporem[f] deducta cogitur modo terrena agere[g], modo etiam quae sunt[h] carnalia dispensare. Aliquando vero[i] fastidio exigente compellitur quaedam etiam cum[k] culpa disponere. Quid multa loquar? Victa[l] suo pondere sanguinem sudat[m]. Nisi enim sanguinis nomine culpa censeretur, psalmista non diceret: 'Libera me de[n] sanguinibus'. Ps. 50, 16. Cum vero culpas[o] culpis iungimus, hoc quoque quod per alium prophetam dictum est, implemus: 'Sanguis sanguinem tetigit'[p]. Sanguis enim sanguinem tangere dicitur, cum Osea 4, 2. culpa culpae adiungitur, ut iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter[q] haec per[r] omnipotentem Deum deprecor, in perturbationis fluctibus[s] elapsum[t] tuae orationis manu me[u] tene[v]. Quasi enim prospero flatu navigabam, cum tranquillam vitam in monasterio ducerem[w]; sed procellosis subito motibus tempestas exorta[x] in sua perturbatione me

e) adfuerint *C3.* f) ea *H4.* g) suę *H3. 4.* h) fuerat, *ut videtur, R1.* i) enim *om. H3.* k) succeduntur ubi *H1.* l) enim *H4.* m) videmus *R1.* n) et *om. Par.* o) incendit *C. Par.;* succendit *H1. 3.* p) corporis *H1.* q) est *om. H4.* r) ut *post add. R1;* aut *H4.* s) itaque quia *ϱ* 2. 3;* iam quia *H4.* t) vanae *C;* veteris *Par.* u) me *om. C.* v) amaram *H1. Par.* w) qui *C3.* x) nostri *C1.* y) omnia *Par.* z) profitendo *Par.* a) occidit *C1;* occidi *C2. 3;* cecidit *H1.* b) *ex* quae *corr. m. 2 C2;* me quae *C1;* usque *H1.* c) esse *om. Par.* d) dictum *C.* e) c. a. *om. C1. Par. H4.* f) etenim *Par.* g) motibus canit *H1.* h) viam *C.* i) *add.* me *ϱ* 2. 3.* k) quorum *H4.* l) suo *C2.* m) disposui *C, sed corr. m. 2 C2;* disposuisti *H1. 3. Par.* n) valle *ϱ* 2. 3. Par.* o) *verba* ut — lacrimarum *om. H3.* p) uberius *C;* vehementius *Par.* q) vallem *Par.* r) humilis *C1. H3.* s) oneros *ϱ* 3;* onerus, *sed corr. ϱ* 2;* onerosum *Par.* t) in munere *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2;* innumera *H3.* u) et *om. R1.* v) dum *H1.* w) se *H4.* x) cogit *C.* y) cordique *H4;* cordis qui *H1.* z) est *om. C. ϱ* 2. 3.* a) iacet *om. Par.;* iacere *H1.* b) in infirmis *C1. H1. 4;* infimis (*om.* in) *H3.* c) hunc *Par.* d) levator per *H4.* e) *ut videtur, ex* ignavia *corr. C2;* ignara *H3.* f) ab stupore *C1. 2;* ob stupore *C3;* ad obstuporem *H.* g) augere *R1. ϱ* 2. 3.* h) adsunt *H4.* i) vero *om. C1.* k) cum *om. Par.* l) vita *C1. H3.* m) rudat *C1 et ex* rudit *corr. C2;* radat *C3;* fudat *Par.* n) a *H4.* o) culpam *ϱ* 2. 3.* p) tetigerit *H1.* q) inter *om. H4.* r) per *om. H3.* s) fluctus *ϱ* 2. 3.* t) elapsus *Par.* u) manum (*om.* me) *Par. H4.* v) etene *C1;* sentiam etenim quasi *Par.* w) degerem *R1.* x) exorta *om. Par.*

1) *Similia occurrunt in ep. I, 5.*

rapuit, et prosperitatem itineris amisi[y], quia[z] quiete perdita mentis naufragium pertuli. Ecce[a] nunc in undis versor et tuae intercessionis tabulam quaero, ut, qui[b] navi integra dives pervenire non merui, saltem post damna ad litus per tabulam reducar[c].

De podagrae vero molestia[d] sanctitas vestra, ut scribit, affligitur[e], cuius dolore adsiduo[f] et ipse vehementer attritus[g] sum[2]. Sed facilis erit consolatio, si inter flagella, quae patimur, quaeque fecimus[h] ad memoriam delicta[i] revocamus[k]; atque haec non iam flagella, sed dona esse conspicimus, si, qui[l] carnis delectatione[m] peccavimus, carnis dolore purgamur[n].

Praeterea ex benedictione beati Petri apostolorum principis pallium vobis transmisimus ad sola missarum sollemnia utendum[3]. Quo[o] transmisso valde debui, qualiter vobis vivendum esset ammonere[4], sed locutionem supprimo[p], quia verba moribus anteitis[q]. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat atque ad caelestis remunerationem patriae cum[r] multiplici[s] animarum fructu perducat. Ego autem quanta[t] occupatione deprimor[u] et debilitate, brevis[v] testatur epistola[w], in qua et ei, quem multum diligo, parum loquor[x] [5].

IX, 227[a].

Reccaredus, rex Gothorum, se apud Gregorium papam de tarditate litterarum excusat; calicem aureum mittit; Leandrum, episcopum Hispalensem, commendat. 596—599.

Ex coll. can. Hisp.: cod. H 1.

Edd. M: Lib. IX. ep. 61; Baluzius, Misc. V, 472 s. (ed. Mansi II, 12).

INCIPIT EPISTOLA RECHAREDI REGIS GOTORUM AD BEATUM GREGORIUM ROMENSEM EPISCOPUM DIRECTA.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO PAPAE GREGORIO EPISCOPO RECHAREDUS.

Tempore quo nos Dominus sua miseratione nefandae Arrianae haeresis fecit[a] esse discordes, melioratos fidei tramite intra sinus suos sancta[b] catholica collegit ecclesia. Voluntatis tunc nostrae fuit animus tam reverentissimum virum, qui prae ceteros polles

y) proprietatem i. emisi (*in* amisi *corr. m. 2 C 2*) *C.* z) qui *C 2.* a) haec *C; at Par.* b) quia *Par.* c) perducar *ϱ* 2. 3;* reducatur *H 1.* d) moleste *Par.* e) scripta adfligitur *C 1.* f) assidue *H 1.* g) adfluctus *H 1.* h) facimus *Par.* i) delicta *m. 2 suppl. C 2;* derelicta *Par.* k) revocemus *H 3;* revocavimus *H 1.* l) sed quia *ϱ* 2. 3;* si quis *H 1.* m) delectationis *H 4.* n) purgamus *ϱ* 2. 3;* pungamur *H 3. 4;* purgantur *Par.* o) quod *H 4.* p) subpraemio *C 1;* suppremo *ϱ* 2. 3. H 1, sed corr. ϱ* 2.* q) de cetero *add. H 1.* r) cum *om. Par.* s) *ex* multipli *corr. m. 2 C 2.* t) quanto *C 1. H 4.* u) premor *Par.* v) brebitas *H 3.* w) eplę *H 3.* x) loquar *H 4.* — *Sequuntur in coll. Hispana et in Par. 9629 haec verba:* Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater (pater *H 4*).

IX, 227ᵃ exhibet codex collectionis canonum Hispanae: Paris. lat. 1565 = H 1, fol. 228. a) fecis, *sed* s *erad. H 1.* b) sancta *om. Bal.*

2) *Cf. ep. IX, 175 n. 3.* 3) *De his verbis cf. ep. V, 11 n. 3. — Pallium Leandro missum noster etiam commemorat in ep. IX, 228 in f.; cf. etiam ep. IX, 227ᵃ. Viri docti disputant de hac quaestione, an cum pallio vicariatus coniunctus sit.* 4) *Nota nostrum hic non de simonia etc. loqui, quod in ceteris pallii concessionibus solebat.* 5) *Eadem fere noster in fine ep. V, 53 scribit.*

IX, 227ᵃ translata sine dubio per Probinum presbyterum anno 595 in Hispaniam profectum, nunc Romam reversum; cf. etiam seq. ep. et ep. V, 53. — De Reccaredo cf. ep. I, 41 p. 57 n. 1. — Gams, Kirchengesch. v. Spanien II, 2 p. 47 s., fultus rusticitate stili, quam epistulae ad papam missae convenire negat, contendit hanc epistulam falsam esse; cui Mommsen assentit putans eam ex seq. ep. confictam esse; equidem credo et hanc ep. male asserratam multisque locis corruptam esse et rusticitatem stili huic tempori convenire.

antestites, omni intentione animi delectanter inquirere et tam dignam acceptam Deo rem pro nobis hominibus modis omnibus laudare. Unde nos multasque regni curas gerimus diversis occasionibus occupati, tres potuerunt[c] anni voluntatem animi nostri minime satisfacere. Et post hoc ad vos ex monasteriis abbates elegimus[1], qui usque ad tuam praesentiam peraccederent et munera a nobis directa sancto Petro offerrent, tuae sanctae reverentiae salutem nobis manifestius nuntiarent. Qui properantes, iam paene litora[d] cernentes Italiae, in illis vi maris advenit, quibusdam scopolis prope Massilia[e] inhaerentes, vix suas potuerunt animas liberare. Nunc autem presbyterum[2], quem tua gloria usque ad Malicitanam urbem direxerat, oravimus eum ad nostrum venire conspectum. Sed ipse corporis infirmitate detentus[f] nullatenus ad regni nostri solium valuit peraccedere. Sed quia certissime cognovimus eum a tua sanctitate fuisse directum, calicem aureum desuper gemmis ornatum direximus, quem, ut de tua confidimus sanctitate, illa dignam apostolo, qui primus fulget honore, offerre dignemini. Nam et peto tuam celsitudinem nos sacris tuis litteris aureis oportunitate reperta exquirere[g]. Nam quantum te veraciter diligam, tu ipse, pectoris fecunditatem inspirante Domino, latere non credo. Nonnunquam solet, ut quos spatia terrarum sive maria dividunt, Christi gratia ceu visibiliter glutinare. Nam qui te minime praesentialiter cernunt, bonum tuum illis fama patescit.

Leandrum vero Spalensis ecclesiae sacerdotem tuae in Christo sanctitati cum omni veneratione commendo, quia per ipsum tua benivolentia nobis est lucidata: et dum cum eodem antestite de tua vita loquimur, in bonis actibus vestris nos minores esse censemus[3]. Salutem vero tuam, reverentissime ac sanctissime vir, audire delector et peto tuae christianitatis prudentiae, ut nos gentesque nostras, quae nostro post Deum regimine moderantur et vestris sunt a Christo adquisitae temporibus, communi Domino tuis crebro commendes[h] orationibus, ut per eandem rem quos orbis latitudo dissociat, vera in Deum acta caritas feliciter convalescat.

IX, 228.

Gregorius I. papa Reccaredum, regem Wisigothorum, amplissimis verbis collaudat, quod per eum „cuncta Gothorum gens ab errore Arrianae haereseos in fidei rectae soliditatem translata sit" et quod, ut Probinus presbyter narraverit, pecuniam Iudaeorum, qui legem „contra perfidiam" eorum conditam redimere essent nisi, contempserit. De muneribus b. Petro oblatis gratias agit. Reliquias beati Petri apostoli et beati Iohannis baptistae mittit. *599, Aug.*

Codd. R et ϱ: Indictio I. II. cap. 126; C: cap. 137; coll. can. Hispana: H 1–4.

Edd. M: Lib. IX. ep. 122; G: Lib. VII. ind. II. ep. 127; Gonzalez, Coll. can. Hisp. Pars II p. 159ss. — Iaffé Reg. 1757 (1279).

GREGORIUS RECCAREDO REGI VVISIGOTHORUM.

Explere verbis, excellentissime fili[a], non valeo, quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe novi[b] diebus nostris virtute[c] miraculi, quod per excellentiam

c) *ita scr.;* preteruut *H1;* praeterierunt *Bal.* d) litero *H 1.* e) Masilia *H 1.* f) detemptus *H 1.* g) exquirerem *H 1.* h) commendo *H 1.*

IX, 228 om. ϱ 1. — Haec epistula etiam asservatur apud Pseudo-Isidorum (Par. lat. 9629) et in coll. Hispana n°. CII vel CIII (Gonz. n°. C), in quibus collectionibus haec ep. in septem capitula divisa est.*

1) Cf. ep. seq. 2) Probinum scilicet, non Iohannem ut, Gams l. l. putat. 3) Cf. ep. praeced. — Nota etiam hic regem episcopum commendare; cf. ep. V, 58 p. 369 n. 2. VIII, 4.

IX, 228. De Reccaredo cf. ep. praeced.

tuam cuncta Góthorum gens ab errore Arrianae hereseos[d] in fidei[e] rectae soliditate[f] Ps. 76, 12. translata est, exclamare cum propheta libet: 'Haec est inmutatio[g] dexterae[h] excelsi'. Cuius enim vel saxeum pectus tanto hoc opere cognito non[i] statim in omnipotentis Dei laudibus atque in tuae excellentiae[k] amore mollescat? Haec me, fateor, quae per vos acta sunt saepe convenientibus filiis meis dicere, saepe cum[l] eis pariter ammirari[m] delectat; haec me plerumque etiam contra me excitant, quod piger ego et inutilis tunc[n] inerti otio torpeo[o], quando in[p] animarum congregationibus pro lucro caelestis patriae reges elaborant[q]. Quid itaque ego in illo tremendo examine iudici venienti dicturus sum, si tunc illuc[r] vacuus venero, ubi tua excellentia greges post se[s] fidelium ducit[t], quos modo ad verae fidei gratiam per studiosam et continuam praedicationem traxit?[1] Sed est mihi, bone vir, hoc[u] ex Dei munere in magna consolatione, quia opus sanctum, quod in me non habeo, diligo in te, cumque de tuis actibus magna exultatione gaudeo, ea quae per[v] laborem tua sunt mea per caritatem fiunt. De conversione[w] igitur Gothorum in vestro opere et nostra exultatione[x] libet[y] cum angelis Luc. 2, 14. exclamare: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'. Nos[z] enim, ut existimo[a], nos gratiarum amplius omnipotenti Domino[b] debitores existimus, qui, etsi vobiscum nil[c] egimus[d], vestro[e] tamen operi congaudendo participes sumus. Beatus[f] vero Petrus[g] apostolorum princeps quam libenter munera excellentiae vestrae Prov. 15, 8. susceperit, ipsa[h] cunctis liquido[i] vita vestra[k] testatur. Scriptum quippe est[l]: 'Vota iustorum placabilia'. Neque enim in omnipotentis Dei[m] iudicio quid datur[n], sed a quo detur, Genes. 4, 4 s. aspicitur. Hinc est[o] enim[p] quod scriptum est: 'Respexit Dominus[q] ad Abel et ad munera eius; ad Cain autem et ad munera illius non respexit'[r]. Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera[s], praemisit sollicite, quia 'respexit ad Abel'. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus, sed munera ab[t] offerente pla-

— *In cod. H 1, ut v. cl. Molinier scribit, excerpta ex hac ep. duobus locis exstant, et f. 175 (cf. Maassen l. l. p. 813) et f. 229.* — Epistola sancti Gregorii ad eandem *Recharedum regem H 1.* Epistola Gregorii pape ad Reccaredum regem directa *H 2.* Cuius supra ad Reccaredum regem Gotorum (Gothorum *H 4.* Visigothorum *Par. 9629*) *H. 3. 4. Par. 9629.* — *Tunc sequitur index capitulorum* (Incipiunt capitula *add. H 1*) *in codd. H 1. 4. Par. 9629, quae post in epistula singula repetuntur in omnibus codd. Hispanae:* I. De laude eiusdem principis quod per eum ad (aut *H 1*) catholicam fidem gens (gestam *H 1*) Gothorum conversa est. II. De muneribus beato Petro apostolo a memorato principe missis. III. De constitutione eius adversus Iudeos, quod auro eorum (auri dono *Par. 9629*) non sit corruptus (corrupta *H 1. Par. 9629*). IIII. Ut principes humilitatem cordis (corporis *H 1*) habeant. V. Ut principes castitatem corporis studeant. VI. Ut principes moderati et mites erga subiectos existant. VII. De clave corporis beati Petri et de cruce Domini missa sive de pallio ad beatum Leandrum episcopum (beato Leandro episcopo *Par. 9629*) directo. — *Titulum hunc exhibent codd. H et Par. 9629:* Gloriosissimo atque precellentissimo filio Reccaredo (Recharedi *H 1;* Recaredo *H 2. Par. 9629*) regi Gotorum (Gothorum *H 4. Par. 9629*) atque Suevorum Gregorius servus servorum Dei. *In titulo:* Riccariodo *C 1* (*in indice* Reccareddo); Reccareddo *C 2;* Recaredo *ϱ*2. 3;* Recharedo *in indice C 3.* — Wisigotharum *R 1. ϱ*2. 3;* Wisigottharum *in indice C 1;* Wisigotthorum *C 1;* Wisigottorum *C 2;* Wisicorum *C 3.* a) vir *H 3.* b) *add.* de *R 1. ϱ*2. 3.* c) virtutem *C. H 2.*

d) h. a. *C;* herescorum *H 1. 3. 4* (*om.* errore); heresem eorum *H 2.* e) fidelitatis *C.* f) soliditatis *ϱ*2.* g) enim *add., sed expung. C 2* — mutatio *H.* h) dextera *H 1. 2.* i) nam *C 1.* k) tua excellenti *C.* l) cum *om. H 2.* m) ammirari *om. R 1.* n) tunc *om. H 3.* o) inertia torp. *C;* inertio (*erad.* tio) t. *R 1;* inertia torqueor *H 4;* i. o. torquent *H 3.* p) in *om. C.* q) laborant *H 3.* r) illi *R 1;* illic *ϱ*2. H 3.* s) posset *C 1.* t) ducit *m. 2 suppl. C 2.* u) hoc *om. H 2.* v) per *om. H 1.* w) conversatione *C.* x) exultione *C 1.* y) vilet *H 2.* z) Vos *H 2. 3. 4.* a) extimo *H 1. 3. 4.* b) Deo *C, sed in ras. C 2.* c) nihil *H 2. 3. 4. C 3. ϱ*2. 3.* d) legimus in (*pro* nil egimus) *C 2.* e) vestra *H 1.* f) *Cap. II hic incip. H.* g) P. v. *C 1.* h) ita *H 2. 3. 4.* i) liquide *H 1. 2. 3.* k) nrã *H 3.* l) est *om. C.* m) Dei *om. H 2.* n) *om.* quid datur *C.* o) est *om. C 3. R 1.* p) enim *om. H 1. 3.* q) *m. 2 suppl.* dns̄ *C 2;* deus *H 3. 4.* r) *verba* ad mun. *usque* respexit *om. H 4.* s) eius *add. H 1. 2.* ad *C 1.*

1) *Cf. similia in hom. in Evang. I. 17, 17.*

euerunt. Vestra itaque oblatio quam sit grata, ostenditis, qui daturi aurum[u] prius ex conversione gentis subditae animarum munera dedistis[v].

Quod[w] vero transmissos abbates[x], qui oblationem vestram beato Petro apostolo deferebant, vi maris dicitis[y] fatigatos ex ipso itinere ad Spanias[z] remeasse [2], non munera vestra repulsa sunt quae postmodum pervenerunt; sed[a] eorum qui transmissi fuerant, constantia probata, an scirent sancto desiderio obiecta pericula[b] vincere et in fatigatione corporis mente minime lassari[c]. Adversitas[d] enim quae bonis votis[e] obicitur probatio[f] virtutis est, non iudicium reprobationis. Quis enim nesciat, quam[g] prosperum[h] fuit[i], quod beatus Paulus apostolus praedicaturus ad Italiam[k] veniebat? et tamen veniens naufragium pertulit[l]. Sed navis cordis in marinis[m] fluctibus integra stetit[n].

Praeterea[o] indico, quia crevit de vestro opere in laudibus[p] Dei, hoc quod dilectissimo filio meo Probino[q] presbytero [3] narrante cognovi, quia, ||cum vestra excellentia constitutionem quandam[r] contra Iudaeorum perfidiam dedisset[s] [4], hi[t] de quibus prolata fuerat[u] rectitudinem vestrae mentis inflectere[v] pecuniarum summam offerendo[w] moliti sunt; quam excellentia vestra contempsit et omnipotentis[x] Dei[y] placere[z] iudicio[a] requirens[b] auro innocentiam praetulit. Qua in re mihi David regis factum ad memoriam venit: cui dum concupita[c] aqua de cisterna[d] Bethleemitica[e], quae inter hostiles cuneos habebatur[f], ab obsequentibus militibus fuisset allata, protinus dixit: 'Absit a me, ut sanguinem hominum[g] istorum bibam'; quam quia fudit[h] et bibere noluit, scriptum est: 'Libavit[i] eam Domino'. Si igitur[k] ab armato rege in sacrificium Dei versa est aqua contempta, pensemus, quale sacrificium omnipotenti Deo rex optulit, qui pro amore illius non aquam, sed aurum accipere contempsit? Itaque, fili excellentissime, fidenter dicam, quia[l] libasti aurum Domino[m], quod contra eum habere noluisti[n]. Magna sunt haec et omnipotentis Dei[o] laudi[p] tribuenda. I. Paral. 11, 19.

Sed inter haec vigilanti[q] sunt studio[r] antiqui hostis insidiae cavendae: qui quanto maiora in hominibus[s] dona conspicit, tanto haec auferre suptilioribus insidiis exquirit. Neque enim latrunculi in via capere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vascula vel argenti ferunt[t]. Via quippe est[u] vita praesens. Et tanto quisque necesse est ut insidiantes spiritus caveat[v], quanto maiora sunt dona, quae portat[w]. Oportet ergo excellentiam vestram in tanto hoc[x] de conversione gentis[y] subditae munere[z], quod accepit, summopere custodire prius[a] humilitatem cordis ac deinde munditiam corporis. Cum enim[b] scriptum sit: 'Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur', profecto liquet, quia ille veraciter alta amat, qui mentem suam[c] ab[d] humilitatis radice Luc. 14, 11 et 18, 14 et Matth. 23, 12.

u) actum utrum *H 1;* acturi utrum *H 2. 3. 4.* v) dedisti *C 3. H 1.* w) quos *C 2.* x) transmisso abbatem *C 1.* y) dicitur *H* (vi *om. H 1*). z) Spaneas *C 1;* Spaniam *R 1. H 1. 3;* Spania *H 4;* Hispaniam *H 2.* a) *add.* et *C 3.* b) procul *C.* c) laxari *R 1.* d) adversita *C 1.* e) vero quaestionis vobis *C.* f) probatis *H 4.* g) quem *C 2.* h) prosperatum *C 1.* i) fuerat *C.* k) aliam *C 1.* l) protulit *H 2.* m) maris *H 1.* n) integras tetigit *H 2.* o) Propterea *H 3.* — *Hic inc. cap. III in H.* p) laudibus in operibus *H 3.* q) Provino *C. H 4.* r) quondam *C 1.* s) dedisse *C;* dedissem *H 1.* t) hii *C 1. H 2. 3. 4.* u) *add.* ad *C.* v) inflecteret (*erad.* t) *R 1.* w) offerendam *C.* x) omnipotenti *H.* y) Deo *H 1.* z) *ex* plecere mihi *corr. m. 2 C 2;* placare *C 1.* a) iudicio *om. H.* b) querens *H.* c) cupita *C 3.* d) de cisterna *om. H 1.* e) bethlemitica *R 1. H 2. 3. 4.* f) habebitur *H 1.* g) hominum *om. H 1.* h) effudit *C.* i) libabit *R 1.* k) ergo *C.* l) quia *om. C.* m) D. a. *C 1.* n) *Hic inc. in H cap. IIII, quod H 1 omisit.* o) omnipotenti *C* — Deo *C 3;* Domino *C 1.* p) lande *ϱ*2. C 2. H 2. 4.* q) vigilandi *H 2;* vigilanda *H 4.* r) studiose *H 4.* s) omnibus *(ita H 2. 4) corr. in* hominibus *R 1.* t) fuerunt *H 2.* u) est *m. 2 suppl. C 2.* v) $\overline{\text{eps}}$ cubat *H 2.* w) poterat *H 2.* x) opere *add. H 4.* y) gentes *C 3.* z) munere *om. H 3.* a) primum *H 2. 3.* b) enim *om. H 2.* c) mentis suae *C 1.* d) ad *corr. in* ab *ϱ*2;* ad *ϱ*3.*

2) Cf. ep. IX, 227[a]. 3) De hoc cf. ep. V, 53 et ep. IX, 227[a]. 4) Cf. ep. VII, 21 n. 2. L. Wisig. XII, 2, 12. Concil. Tolet. III (a. 589) c. 14. Adde A. Helfferich, Entstehung u. Gesch. d. Westgothenrechts (1858) p. 41 ss.

non desecat[e]. Saepe namque malignus spiritus, ut bona destruat, quibus prius[f] adversari non valuit, ad operantis mentem post peractam[g] operationem venit eamque tacitis cogitationibus in quibusdam suis laudibus excutit ita, ut decepta mens ammiretur ipsa, quam sint magna[h] quae fecit[i]. Quae dum per occultum tumorem apud semetipsam[k] extollitur, eius qui donum tribuit gratia privatur[l]. Hinc est enim, quod[m] per prophetae
Ezech. 16, 15. vocem contra superbientem[n] animam dicitur[o]: 'Habens fiduciam in puchritudine tua[p] fornicata es in nomine tuo'. Fiduciam quippe animae in pulchritudine sua habere, est in semetipsa de iusta actione praesumere. Quae in suo nomine fornicatur, quando in hoc quod[q] recte egit non conditoris laudem dilatari[r] appetit, sed suae[s] opinionis
Ezech. 32, 19. gloriam requirit. Hinc rursus per[t] prophetam scriptum est: 'Quo pulchrior es[u], descende'. Anima etenim unde est pulchrior, inde descendit, quando ex virtutis decore, quo exaltari apud Deum debuit, ab eius gratia per suam elationem cadit. Quid ergo in his agendum est[v], nisi ut, malignus[w] spiritus cum nobis ad elevandam[x] mentem reducit bona quae egimus[y], nos semper ad memoriam mala nostra revocemus, quatenus et nostra cognoscamus esse quae peccando fecimus et solius[z] omnipotentis Dei munera, cum peccata declinamus[a]? Custodienda quoque est munditia[b] corporis in studiis[c] bonae
1. Cor. 3, 17. actionis, quia iuxta vocem praedicantis apostoli: 'Templum Dei[d] sanctum est, quod estis
1. Thess. 4, 3 vos'. Qui rursus ait: 'Haec est[e] enim[f] voluntas Dei, sanctificatio vestra'. Quam sanctificationem quid[g] dixerit[h], ostendens protinus adiunxit: 'Ut[i] abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore et non in passionibus desiderii'[k].

Ipsa quoque regni gubernacula erga subiectos magno[l] sunt moderamine temperanda, ne potestas menti[m] subripiat[n]; tunc enim regnum bene regitur[o], cum regnandi gloria animo non dominatur[p]. Curandum quoque est, ne ira subripiat[q], ne fiat citius omne quod[r] licet[s]; ira[t] quippe, etiam cum delinquentium culpas exequitur, non debet menti quasi domina praeire, sed post rationis[u] tergum[v] velut[w] ancilla famulari, ut ad[x] faciem[y] iussa veniat. Nam si semel mentem possidens[z] ceperit, iustum esse deputat[a]
Iac. 1, 20. etiam quod crudeliter facit; hinc enim scriptum est: 'Ira[b] viri iustitiam Dei non
Ibidem 19. operatur'; hinc rursum dicitur[c]: 'Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem[d] ad loquendum et tardus ad iram'[e]. Haec autem[f] vos auctore Deo omnia[g] servare[h] non ambigo. Sed occasione ammonitionis exorta[i], bonis vestris actibus[k] me furtive subiungo, ut quod non ammoniti facitis[l], quando vobis et ammonens additur[m], iam non soli faciatis. Omnipotens autem Deus in cunctis actibus[n] vestris caelestis brachii extensione vos protegat vobisque et praesentis vitae prospera et post multa annorum curricula gaudia aeterna concedat.

Clavem[o] vero parvulam[p] vobis[q] a sacratissimo[r] beati Petri apostoli corpore pro eius benedictione transmisimus, in qua inest ferrum de catenis eius inclausum, ut

e) desicat *R 1;* desiccat *ϱ* 2. 3. H 4.* f) prius *om. ϱ* 2. 3.* g) proactam *H 2.* h) sit m. *H 3;* sint agna *H 4.* i) egit *R 1.* k) semetipsum *H 2.* l) privetur *H 4.* m) quo *H 4.* n) supervenientem *C 1.* o) dicit *R 1.* p) in pulchritudinem tuam *R 1. H 3.* q) quod *om. C 1.* r) dilatoris *C 1. 2;* dilatori *C 3.* s) sicut *H 2.* t) per *m. 2 suppl. C 2.* u) quod p. est *C 1. H 2.* v) est *om. H 4.* w) magnus *H 2.* x) levandam *C. H 4.* y) *ex* agimus *corr. ϱ* 2.* z) soli *H 4.* a) declinemus *ϱ* 2. — Hic inc. in H cap. V. Deest in H 1. Ante hoc caput interponitur ep. IX, 229 in ed. Gonzalez.* b) mens *H.* c) studio *C.* d) enim *H 3.* e) est *om. H 2.* f) enim *om. C.* g) qui *H 3. 4.* h) dilexerit *H 2. 3.* i) ut *om. C 3.* k) desideriis *H 2. Hic incipit in H cap. VI. Deest in H 1.* l) magna *C.* m) mentes (*ex* mentem *corr. C 2 m. 2*) *C;* mentis *ϱ* 2. 3. H 4.* n) obripiat *H 2.* o) geritur *H 3.* p) domatur *C.* q) faciat *H.* r) non *add. H 4.* s) liceat *H 2.* t) ita *C 1.* u) prostrationi *H 2;* prostrationis *H 3.* v) regnum *C.* w) ut *add. H 2.* x) ad *om. C.* y) faciam *C 1.* z) possederit *H 3.* a) reputat *H 2.* b) via enim, *sed del.* enim *C 2.* c) scriptum est *ϱ* 2. 3.* d) autem *om. H 4.* e) iracundiam *H 4.* f) *add.* vero *C.* g) omni *H 2.* h) reservare *C 3.* i) exortans *H 4.* k) actionibus *H 2. 3.* l) facimus *corr. in* facitis *ϱ* 2;* facimus *ϱ* 3.* m) additur *R 1;* addicitur *C 3.* n) actionibus *H 3.* o) clavim *R 1. Hic inc. cap. VII in H.* p) parvulum *H 2.* q) vobis *om. H.* r) sacratissimi *C.*

quod collum illius ad martyrium ligaverat, vestrum[s] ab omnibus[t] peccatis[u] solvat[5]. Crucem quoque latori praesentium[6v] dedimus vobis offerendam, in qua lignum dominicae crucis inest et capilli beati Iohannis Baptistae. Ex qua semper solacium nostri salvatoris[w] per intercessionem[x] praecursoris eius habeatis. Reverentissimo autem viro fratri[y] et coepiscopo nostro Leandro pallium a[z] beati Petri apostoli sede transmisimus[a], quod et antiquae consuetudini[b] et vestris moribus et eius[c] bonitati atque gravitati[d] debemus[e].

IX, 229.

Gregorius I. papa Reccaredo in anagnostico scribit pacta inter Iustinianum et regnum Wisigothorum se non misisse, quia chartophylacium Iustiniani temporibus incensum esset et „quia nulli dicendum est: ea contra te sunt, apud temetipsum debes documenta perquirere atque haec pro me in medium proferre". Paci ut studeat, monet. (De trecentis cucullis a rege pauperibus b. Petri transmissis gratias agit. Queritur inveniri non posse, qui ab Italia in Hispaniam proficiscatur.) 599, *Aug.*

Codd. R (et ϱ): Indictio I. II. cap. 127 (126); coll. can. Hispana: H 1. 4.

Edd. M: Lib. IX. ep. 122; G: Lib. VII. ind. II. ep. 127. Gonzalez, Coll. can. Hisp. Pars II p. 161 post cap. IV praecedentis ep. — Iaffé Reg. 1757 (1279).

ITEM IN ANAGNOSTICO.

Ante longum tempus dulcissima mihi vestra excellentia[a] Neapolitano quodam[b] iuvene veniente mandare curaverat, ut piissimo imperatori[c] scriberem, quatenus pacta[d] in cartofilacio requireret, quae dudum[e] inter piae memoriae Iustinianum principem et iura regni vestri fuerant[f] emissa, ut ex his colligeret[g], quid vobis[h] servare debuisset. Sed ad hoc faciendum duae res mihi vehementer obstiterunt[i]: una, quia cartofilacium[k] praedicti piae memoriae Iustiniani principis tempore ita subripiente subito[l] flamma incensum est, ut omnino ex eius temporibus paene nulla carta remaneret: alia[m] autem, quia nulli dicendum est: ea[n] contra te sunt, apud temetipsum[o] debes documenta requirere atque[p] haec pro me[q] in medium proferre[p]. Ex qua re hortor, ut vestra excellentia suis moribus congrua disponat et, quaeque ad pacem pertinent, studiose peragat[r], ut regni vestri tempora per longa sint annorum curricula in magna laude[s]

s) vestra *H2*. t) omnis *H4*. u) peccatum *H3*. v) presidentium *H2*. w) nostris (*om.* salv.) *H1*. x) pro intercessione *ϱ*2. 3*. y) fratri *om. H1. 3*. z) a *om. R 1*. a) ut *add. H1*. b) consuetudinis *H2. 4*. c) eius *m. 2 suppl. C 2*. d) dignitati *H*. e) debeamus *R1. ϱ*2. 3. H. 1. 2*; debebamus *(ex* debeamus *corr. m. 2 C 2) C. H 3. 4*.

IX, 229. R 1 rubro: Item in aganostico *scribit; H 4. ϱ. ϱ*2. 3 hanc epistolam praecedenti statim sine discrimine adiciunt et numerum omittunt. Itaque numerus codicum ϱ et ϱ* deinde a numero codicum R differt. Deest in C et in H 2. 3 haec epistola.* Item in anagnostico *nigro atramento scribunt ϱ. ϱ*2. 3;* Item (*om.* in anagn.) *H 4;* Item epistola secunda eiusdem pape sanctissimi Gregorii ad eundem Recharedum regem *H 1*. a) excell. vestra *H 1*. b) quondam *corr. in* quodam *ϱ*2*. c) *ex* imperatore *corr. ϱ*2*. d) facta *ϱ*2. 3*. e) dudum *om. H1*. f) fuerat *R 1*. g) colligerem *H 1. 4*. h) nobis *H4*. i) obsisterunt *H 1*. k) chartofallacium *ϱ* 3*. l) subitanea *H4*. m) aliut *H4*. n) *ita R 1;* quae *hic add. ϱ*2. 3. H 1. 4*. o) te et me ipsum *H4*. p) *om.* atque — proferre *R 1*. q) per te *H 1*. r) peragant *H 1*. s) magnam laudem *ϱ*2. 3*.

5) Cf. ep. I, 25 n. 5. VI, 6 n. 4. *6) Scil. Cyriaco abbati.*

IX, 229. De verbo anagnosticum *cf. Ducange h. v.; adde Thiel, ep. Rom. pont. p. 679 n. 10; p. 680* (anagnosticon regis) *et Deusdedit III, 104 p. 289 Mart.; IV, 57 p. 380 Mart. et Ennodii op. 7. 381.*

memoranda[t]. Praeterea transmisimus clavem aliam a sacratissimo beati Petri apostoli corpore, quae cum digno honore reposita quaeque apud vos invenerit benedicendo multiplicet[u].

IX, 230.

Gregorius I. papa Claudium in Spaniis, „excellenti Gothorum regi sedule adhaerentem", laudat rogatque, ne Cyriacus abbas, confectis mandatis suis rediturus, detineatur.

599, Aug.

Codd. C: cap. 138; coll. can. Hisp.: H 1.
Edd. M: Lib. IX. ep. 120; G: Lib. VII. ind. II. ep. 125. — Jaffé Reg. 1758 (1277).

GREGORIUS CLAUDIO IN SPANIIS.

Quia unguenti[a] more bonorum flagrat[b] opinio, vestrae gloriae de occidentis partibus huc[c] usque se odor[d] tetendit. Cuius profecto aurae suavitate respersus[e], multum, fateor, quae nesciebam dilexi atque intra sinum cordis amoris manu te[f] rapui[g]: nec iam cum nesciens diligebam, cuius bona cognoveram. Qui[h] enim mihi magna intentione notus, sed corporis visione manet incognitus[i], de eo procul dubio dicere veraciter possum[k], quia personam illius scio, sed domum nescio. Magna autem vestrae laudis datur assertio quod excellenti Gothorum[l] regi vestra gloria sedule adhaerere perhibetur, quia, dum boni[m] semper malis displiceant, bonos vos[n] esse certum est, qui bono placuistis. Propterea debitum salutationis alloquium solvens opto vos in his quae concepistis[o] exerceri[p], ut
Prov. 4, 18. in vobis compleatur veridici[q] Salomonis illa sententia, quae ait: 'Iustorum semita[r] quasi lux splendens procedit et crescens usque ad perfectum diem'. Nunc enim cum lux nobis veritatis[s] infulget, cum sese[t] regni caelestis suavitas mentibus[u] aperit[v], iam quidem dies est, sed adhuc[w] perfectus[x] non est. Tunc autem dies perfectus[x] erit, quando iam quicquam de nocte[y] peccati in mente nostra non[z] erit. Vos autem usque ad perfectum diem crescite, ut, quousque[a] patria aeterna videatur[b], bonorum hic operum augmenta dilatentur, quatenus tanto post in retributione[c] maior sit fructus muneris[d], quanto nunc studium creverit laboris.

t) memorandum *H 1;* memorantia *H 4.* u) *Ita R 1. ϱ. ϱ*. Verba* Praeterea *usque* multiplicet *om. codd. coll. Hisp., qui hanc ep. exhibent; sed pro his verbis inveniuntur haec:* Praeterea dona vestrae excellentiae quae pauperibus beati Petri apostoli sunt transmissa, trecentas (-os *H 1*) cucullas (-os *H 1*) accepimus et quantum possumus precibus exoramus, ut cuius vos pauperes vestimentorum largitate protexistis (protegistis *H 4*), ipsum (autem *add. H 4*) in tremendo die examinis protectorem habeatis. Ut autem nostrum hominem ad vestram excellentiam modo minime mitteremus, navis necessitas fecit, quia inveniri non potest, qui ab istis partibus ad Spaniae litora (litore *H 1*) valeat proficisci. *Nescio an haec genuina sint et verba in textu relata ficticia. Hanc formam epistulae exhibent etiam Gonzalez et Baluzius, quem Maurini in nota sequuntur.*

IX, 230 in titulo: Cl. Hispaniis *argumentum in C 1. 2 et index in C 3.* — Epistola Gregorii pape aut Claudium comitem. Domino et filio Claudio Gregorius servus servorum Dei *H 1 (fol. 230).* a) unigeniti *C 3.* b) fraglat *C 1.* c) hunc *H 1.* d) ordo *C 1.* e) repersus *H 1.* f) mente *C 1.* g) rapuit *C.* h) Quem *C.* i) ignotus *H 1.* k) possunt *C, sed corr. C 2.* l) excellentissimo G. *H 1* — e. Gotorum *H 1.* m) bonis *H 1.* n) bonorum hos *C 1.* o) cepistis *H 1.* p) exercere *codd. n.; ante* semper *add. H 1.* q) veridica *H 1.* r) semina *C 3;* semite *H 1.* s) veritas *C 3.* t) se ęssę *H 1.* u) mentis *C 1. 3. H 1, suprascr. m. 2 C 2.* v) apparebit *H 1.* w) huc *H 1.* x) perfecta *H 1.* y) noctis *H 1.* z) non *om. H 1.* a) usque ad *H 1.* b) videantur *H 1.* c) in postretributione *C 1.* d) operis *H 1.*

IX, 230. Claudius quidam Lusitaniae dux Reccaredi regis auspiciis Francos devicerat: cf. Ioh. Biclar. a. 589; Isidor. hist. de reg. Goth. 54; Greg. Tur. IX, 31. Cf. Dahn l. l. p. 163 s.

Praeterea[e] dilectissimum filium nostrum Cyriacum[1] monasterii patrem vestrae gloriae[f] commendamus, ut peractis quae ei iniuncta sunt nulla illum remeandi mora praepediat[g]. Omnipotens[h] Deus caelestis vos brachii protectione tueatur et nunc gloriosos inter homines et post longa annorum curricula inter angelos esse concedat.

IX, 231.

Gregorius I. papa Maximum, episcopum Salonitanum, ad oboedientiam reversum paenitentiaque affectum, in gratiam et communionem recipit monetque, ut nuntium ad pallium percipiendum Romam mittat. Maxime Callinici exarchi petitione se motum esse addit, ut temperantius cum eo agat. *599, Aug.*

Codd. *1) R et ϱ: Indictio I. II. cap. 95.*
2) R (et ϱ): Indictio I. II. cap. 128 (127); C: cap. 139.

Edd. M: Lib. IX. ep. 81; G: Lib. VII. ind. II. ep. 82. — Iaffé Reg. 1703 (1237).

Hanc epistulam non credo tantummodo errore librarii iterum hoc loco descriptam esse; sed qua ex causa bis in registrum relata sit, nescio. Cf. notam ad ep. IX, 176.

IX, 232.

Gregorius I. papa Italicam patriciam et domnum Venantium valetudine affectos consolatur. Queritur, se propter podagram abhinc undecim mensibus raro e lectulo surrexisse; febrem Romae vagari; in vicinis urbibus permultos homines mori; pari malo Africam quoque vexari; de Oriente „graviores desolationes“ nuntiari. „In his itaque omnibus“ inquit „quia appropinquante fine mundi generalem percussionem esse cognoscitis, affligi nimis de propriis molestiis non debetis“. Filias eorum Barbaram et Antoninam salutat. *599, Aug.*

Codd. R: Indictio I. II. cap. 129; ϱ: Ind. I. II. cap. 128.
Edd. M: Lib. IX. ep. 123; G: Lib. VII. ind. II. ep. 128. — Iaffé Reg. 1759 (1280).

GREGORIUS ITALICAE PATRICIAE ET DOMNO VENANTIO.

Quosdam de Sicilia venientes affectu quo debui[a] de sospitate vestrae excellentiae requirere curavi; sed de adsiduitate aegritudinum[1] mihi tristia[b] responderunt. Haec autem dicens nec[c] ego vobis de me ipso invenio aliud[d], quod debeam nuntiare, nisi quod peccatis meis facientibus ecce iam undecim menses sunt[2], quod valde rarum est,

e) *verba* Praeterea *usque* praepediat *om. H 1.* f) gloriae *m. 2 suppl. C 2.* g) *ex* praepiat *corr. m. 2 C 2.* h) autem *add. H 1.*

IX, 231 hoc loco om. cod. Vindobon. 4372 s. XIV. —

IX, 232 in titulo: Italię *R 1. R*1 — et om. ϱ*2. 3.* a) debuit *codd. n., sed in* debui *corr. ϱ*2.* b) *ex* tristitia *corr. R 1;* tristitiam *(ita ϱ*1) in* tristia *corr. ϱ*2 et in* tristi *ϱ*3.* c) neque *R 1.* d) alium *ϱ*1.*

1) De Cyriaco cf. ep. IX, 208 n. 1. Nota eum non nisi multo post hanc epistulam scriptam in Hispaniam pervenisse, cum ante synodo in Francia interesse iussus esset.

IX, 232. De Venantio et Italica, eius coniuge, cf. ep. I, 33 n. VI, 40 n. IX, 13 n. 1) Cf. ep. XI, 18. 23. 2) I. e. inde a mense Septembri ind. II; cf. ep. IX, 175 n. 3 et ep. IX, 13 mense Octobri ind. II scriptum.

si de lecto surgere aliquando potuero. Tantis enim podagrae tantisque molestiarum doloribus premor, ut vita mea mihi gravissima poena sit. Cotidie enim in dolore deficio et mortis remedium expectando suspiro. In clero vero huius urbis et populo tanti febrium languores inruerunt, ut paene nullus liber[e], nullus servus remanserit, qui esse idoneus ad aliquod officium vel ministerium possit; de vicinis autem urbibus strages nobis[f] cotidie mortalitatis nuntiantur[3]; Africa autem qualiter mortalitate et languoribus vastetur, quanto viciniores estis, tanto credo, quod[g] suptilius cognovistis; de oriente vero qui veniunt, graviores desolationes nuntiant. In his itaque omnibus quia adpropinquante fine mundi generalem percussionem esse cognoscitis, affligi nimis[h] de propriis molestiis non debetis. Sed sicut sapientes nobiles decet, omne[i] cor ad animarum curam reducite, districtum iudicium, quanto fit vicinius, plus timete; studiis
1. Tim. 4, 8. pietatis intendite, de qua scriptum est, quod 'promissionem habeat vitae praesentis et futurae'. Potens autem est[k] omnipotens Deus vitam[l] vestrae excellentiae et hic in longo tempore conservare et post multa annorum curricula ad gaudia aeterna perducere. Dulcissimas filias meas domnam Barbaram et domnam Antoninam[m][4] mea peto vice salutari: quas oro[n] ut superna gratia protegat eisque prosperari in omnibus concedat.

IX, 233.

Gregorius I. papa Decio, episcopo Lilybitano, mandat, ut monasterium, ab Adeodata, gloriosa femina, aedificatum, beato Petro et sanctis Laurentio, Hermae, Pancratio, Sebastiano, Agneti consecret. *599, Aug.*

Codd. C: cap. 140.
Edd. M: Lib. X. ep. 66; G: Lib. VIII. ep. 63. — Iaffé Reg. 1760 (1348).

GREGORIUS DECIO EPISCOPO LILLABITANO.

Adeodata gloriosissima femina[1] petitorii[a] nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis, in domo siquidem iuris sui intra civitatem Lillabitanam monasterium ancillarum Dei a solo se pro sua devotione fundasse, quod in honore beati Petri principis apostolorum atque sanctorum martyrum Christi Laurentii, Ermetis, Pancratii[b], Sebastiani[c] et Agnes desiderat consecrari. Et ideo, frater carissime, quippe quia in civitate[d] tua commemorata[e] constructio[f] iure consistit et, si nullum corpus ibidem constat humatum, percepta[g] primitus donatione legitima, id est in reditu praestantes liberos

e) liber *om. R 1.* f) *ex* nobilis *corr. R 1.* g) quid *R 1.* h) *ex* affligimus *corr. ϱ* 2.* i) *ex* omnino *corr. ϱ* 1.* k) antem *om. ϱ* 1 et scr.* h. l) *in* tam *corr. R 1.* m) Antonianam *R 1.* n) ero *ϱ* 1.*

IX, 233 in titulo: Lillabitano *codd. n. ubique praeter C 3 in indice:* blapitano *et C* 1:* Lillibitano. a) *in* petitoria *corr. m. 2 C 2;* petitori in *C 1.* b) Pangratii *C 1.* c) *ex* Sebestiani *corr. m. 2 C 2.* d) *om. hoc verb. C 3.* e) *ex* commemoratione *corr. C 3.* f) *ita Diurn.;* constitutio *codd. n.* g) praecepta *C 1; ex* praec. *corr.* perc. *C 3.*

3) *Cf. Paul. diac. IV, 14:* subsequenti tempore rursum Ravennam et eos qui circa ora maris erant pestis gravissima vastavit. Sequenti quoque anno mortalitas valida populos Veronensium attrivit. *Cf. etiam ep. X, 20.* 4) *Cf. ep. I, 33 n.*

IX, 233 scripta est secundum f. Diurni 11. — De Decio cf. ep. VI, 13 n. 2. 1) Adeodatae inlustri etiam ep. VIII, 34. XI, 5 de causis monasterii missae sunt.

a tributis fiscalibus solidos X, pueros tres, boves[h] paria tria, mancipia alia, quae serviant in ipso monasterio numero V, equas numero X, vaccas numero[i] X, hastulas[k] vinearum numero IIII, oves numero XL, et cetera secundum morem[2].

IX, 234.

Gregorius I. papa Maximum, episcopum Salonitanum, de obiectis peccatis abunde satisfecisse laetatur. Pallii missi usum ei concedit. Sabinianum, episcopum Iadertinum, et Honoratum archidiaconum, Messianum quoque clericum commendat. 599. Aug. (25.)

Codd. R: Indictio I. II. cap. 130; ϱ: Ind. I. II. cap. 129; C: cap. 141.

Edd. M: Lib. IX. ep. 125; G: Lib. VII. ind. II. ep. 130. — Iaffé Reg. 1761 (1282).

GREGORIUS MAXIMO EPISCOPO SALONITANO.

Susceptis fratris et coepiscopi nostri Mariniani[a] epistolis[b], sed[c] et Castorio cartulario nostro remeante fraternitatem vestram plenissime de his quibus dubietas fuerat satisfecisse[d] cognovimus magnasque omnipotenti Deo gratias[e] solvimus, quia de meo corde medullitus omnis rancor sinistrae suspicionis evulsus est. Pro qua re communem filium Stephanum[1] diaconem vestrum cum summa volui celeritate laxare. Sed hunc apud[f] me vel paucis diebus immorari dolores crebri mearum aegritudinum[2] compulerunt[g]. At postquam meliorari vel modicum coepi, eum protinus cum gaudio retransmittere curavi.

Itaque pallium ad sacra[h] missarum sollemnia utendum ex more transmisimus, cuius vos[i] volumus per omnia genium vindicare[k]. Huius enim indumenti honor humilitas atque iustitia[l] est[3]. Tota ergo mente[m] fraternitas vestra se exhibere festinet in[n] prosperis humilem et in adversis, si quando eveniunt[o], cum iustitia erectam[p], amicam bonis[q], perversis contrariam. Nullius umquam faciem contra[r] veritatem recipiens, nullius umquam faciem[r] pro veritate loquentem premens, misericordiae operibus iuxta[s] virtutem substantiae[t] insistens[u] et tamen insistere etiam contra virtutem[t] cupiens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, aliena[v] damna propria deputans[v], de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis saeviens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis suae censuram non deserens: haec est[w], frater carissime, pallii accepti ratio[x]: quam si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habes[y].

h) cum boves *C, in* bubus *corr. m. 2 C 2.* i) *om.* numero *C 1.* k) iostulas *C 1;* iastulas *C 2. 3.*

IX, 234 om. ϱ 1. — In titulo:* Marriano epō Sollicitano *C 1 in arg.;* Salanitano *ex* Solanit. *corr. C 2 in arg.* a) Mariani *C1. ϱ* 2. 3.* b) epistobis *C1.* c) sed *om. R 1.* d) *ex* fuerat fecisse *corr. m. 2 C 2.* e) gratiam *C 2.* f) apud *om. C 3.* g) conpulerant *C 2;* copularint *C 3.* h) (*suppl. m. 2* ad) sacrum *C 1.* i) vos *om. C 1.* k) vindicari *C;* invindicare *R 1.* l) humilitatis atque iustitiae *C 2.* m) mente *om. C 2.3.* n) in *om. C, sed m. 2 suppl. C 2.* o) adveniunt *C.* p) iustitia erecta *R 1;* iusticię rectam *C 1.* q) vobis *R 1.* r) *om. verba* contra *usque* faciem *C. ϱ* 2. 3.* s) *add.* veritatem *C 3.* t) *om.* substantiae — virtutem *C 1.* u) insensis *C 3.* v) *om.* aliena — deputans *R 1.* w) est *om. C 3.* x) acceptio *C 2* — ratio *om. R 1. C 2. 3* — ingenita ratio *Baluzius ap. Rozière ad l. diurn. p. 79 ex cod. Par. 2285.* y) habens *C.*

2) Cf. ep. II, 9 n.

IX, 234. De Maximo, ep. Salonitano, de eius causa atque absolutione cf. ep. IX, 176. 231, qua noster Maximum monet, ut nuntium ad pallium percipiendum Romam mittat, et reg. VIII, 36 in f.: beatissimus papa Gregorius direxit pallium ad confirmationem eiusdem episcopi, id est VIII kal. Sept. ind. II. *1) Cf. reg. VIII, 36. I, 20. 2) Cf. ep. IX, 175 n. 3. 3) Cf. similia in f. Diurn. 45, a qua nostra ep. multis locis discrepat.*

Praeterea fratrem et coepiscopum nostrum Savinianum[z] [4] fraternitati vestrae in omnibus commendo et, si quae causae sunt[a], interim postponantur. Caritas inter vos fixa permaneat, ut sic de exterioribus, si quando contentio vertitur, examen veniat, quatenus mentem caritas non relinquat. Communem quoque filium Honoratum archidiaconem[5] commendamus. De quo si ita est, sicut per[b] Castorium cartularium nostrum didicimus, quia per eum iam tres antea[c] archidiacones servare consuetudinem ecclesiasticam quinquennio expleto exeundo compulsi sunt, tuae quidem volumus ut caritatem sanctitatis[d] inveniat. Nam flagitari iudicium non debet de causa, quam ipse iudicavit. Sin[e] vero ita non est, omni mentis tumore depresso omnique odio postposito debet in caritate recipi et nullatenus a loco in quo inventus est amoveri. Messianum[f] quoque clericum, qui ad nos confugerat, communi filio Stephano diaconi fiducialiter dedimus certi, quia, quem[g] nos vestrae fraternitati[h] transmittimus[i], vos in eo non odium, sed gratiam potestis[k] ostendere. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat detque[l] nobis ita agere, ut post huius temporalitatis fluctus ad aeterna valeamus simul gaudia[m] pervenire.

IX, 235.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, praecipit, ne Philagrium, latorem praesentium, luminibus captum, a Mediolanensis ecclesiae hominibus neve ab exactoribus collationis factae inter alios civitatis Genuensis habitatores neve ab episcopo Dertonensi patiatur vexari. *599, Aug.*

Codd. R: Indictio I. II. cap. 131; ϱ: Ind. I. II. cap. 130.
Edd. M: Lib. IX. ep. 126; G: Lib. VII. ind. II. ep. 131. — Iaffé Reg. 1762 (1283).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Licet si[a] multum fraternitatem vestram ad servandam sibi iustitiam Philagrii[b] portitoris praesentium flagellum caecitatis invitet, verumtamen quia ad restituenda quae sibi praeiudicialiter asserit detineri per nos vos voluit fieri promptiores, praesentia ad vos scripta praevidimus dirigenda. Questus autem est campum cum vinea sua ab ecclesiae vestrae hominibus inrationabiliter occupatum[c]; quod si ita est, quamquam ante iudicium possessio ei debuerat violenter[c] ablata restitui, tamen quia pervenit communis filius Eventius diaconus vester[d] [1], consentiente praefato latore constituit per quinque testes partem ecclesiae vestrae satisfacere posse eiusdem[e] ecclesiae iuris illum esse. Ideoque fraternitas vestra praedictum Philagrium[b] contra iustitiam laborare non faciat, sed modis quibus potuerit veritatem diligenter inquirat, et, si manifeste, sicut

z) Sevianum *C1;* Sav. *corr. in* Sab. *ϱ*2;* Sabin. *ϱ*3.* a) sunt *m. 2 suppl. C2.* b) per *om. C1.* c) antea *om. C.* d) sanctitas *C.* e) sint *C3.* f) mersianum *C1.2;* merstianum *C3.* g) qui *C. R1;* quae *ϱ*2. 3.* h) fraternitatis *R1. C2 (ex* fraternitates) *et C3. ϱ*2, sed corr. ϱ*2.* i) transmitamus *C3;* transmisimus, *sed corr. ϱ*2.* k) *ita C. ϱ*2. 3;* potestatis *R1.* l) eaque (*in ras. C2) C.* m) cum gaudio *ϱ*2. 3.*

IX, 235 in titulo: Mediolañ *abbr. R1; ex* Mediolanensis *corr.* Mediolanensi *ϱ*2.* a) si *del. ϱ*2.* b) Filagr. *R1.* c) *verba* occupata *usque* violenter *om. ϱ*2. 3.* d) noster (*om.* Eventius diac.) *R1.* e) eius de *ϱ*1.*

4) De Sabiniano, ep. Iadertino, cf. ep. VII, 17 n. 5) De Honorato cf. ep. I, 10 n. 19. III, 32 n. VI, 25 s.

IX, 235. De Constantio cf. ep. III, 29 ss. IV, 1 ss. 1) Eventium mense Iulio Roma Genuam reversum esse apparet ex ep. IX, 186.

hic fecit[f], probari potuerit vestri iuris esse, huic propter Deum citius satisfaciendum est, ut a[g] sua intentione sine labore discedat; alioquin ante omnem contentionem res ei tulta[h] vestra provisione reddatur, ut sua cuique parti integra post hoc maneat de proprietate cognitio[2]. Quia vero pro eo quod vobis nescientibus inde discessit, vestros se[i] aestimat[k] animos offendisse, fraternitas vestra ei dulcedinem suae caritatis ostendat, ut cognoscat se longe aliter quam debuit de sacerdote credidisse. Sed quoniam et sanctorum apostolorum se liminibus[l] saepe, ut ait, praesentare desiderat, quotiens venire voluerit, nullius impedimentum[m], sed vestrum magis habeat in hac parte solacium.

Indicavit praeterea suprascriptus portitor, quod collata inter alios[n] civitatis Genuensis habitatores et ipse dare[o] pariter compellatur. Et miramur, ut, qui magis misericordia dignus est, vobis praesentibus praegravetur. Quod si ita est, denuo ab eo[p] per quemlibet exigi vestra sanctitas non permittat, quia eum[q] quem caecitas sua gravat inhumanum nimis est in collatione affligere, cuius[r] esset magna necessitas, debuit ex collatione misereri[3]. Quia vero ab ecclesia Dertonensi[4] puerum suum iniuste queritur detineri, fraternitas tua praedictae civitatis episcopo curet scribere, ut, si ita est, sine aliqua illum contentione restituat. Qui[s] si aliter esse[t] forte responderit, aut apud vos aut apud arbitros causa haec cognoscenda sine excusatione est aliqua facienda. Nam isdem Philagrius[b] puellam suam cum filiis et nepotibus, de qua nulla, ut ait, est quaestio, eundem puerum suum[u] nomine Maurum maritum suum secutam innotuit. Ex qua re actum est, ut per eum de quo est contentio etiam alii de quibus nulla est quaestio teneantur. Quod si veritate subsistit, puella ei cum filiis et nepotibus sine aliqua altercatione reddenda est, et tunc de suprascripto Mauro quaestione ventilata, quod ratio suaserit, terminetur. Quod si forte et de uxore ipsius aliqua dicitur esse contentio, et hoc quoque ita interventu[v] iudicii finiatur, ut vobis illic praesentibus ad nos de memoratis causis denuo praedictus portitor necessitatem remeandi non habeat.

IX, 236.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Syracusanum, hortatur, ne Pascasinum, virum magnificum, et Blancam, virum clarissimum, ecclesiae Romanae debitores, praeter necessitatem vexet neque solummodo aut in suburbano civitatis aut in massa, quae dicitur Gelas, reditus accipiat. Et in Syracusana et in Panormitana parte reditus dari possint.

599, Aug.

Codd. C: cap. 142.
Edd. M: Lib. XII. ep. 43; G: Lib. X. ep. 49. — Iaffé Reg. 1763 (1477).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Filii nostri Pascasinus vir magnificus et Blanca vir clarissimus questi nobis sunt sanctitatem vestram reditus, qui sanctae Romanae ecclesiae debentur, non[a] alibi nisi

f) *ita R1;* staetit *ϱ*1;* steterit *ϱ*2. 3.* g) vita *ϱ*1.* h) *ita R1; ex* tulta *corr.* tuta *(ita ϱ*3) ϱ*2;* stulta *ϱ*1.* i) *ita ϱ*; sed om. et post add.* se *ϱ*2;* v̅r̅o̅ se *R1.* k) festinat *ϱ*3;* festinat *in* estinat *corr. ϱ*2.* l) luminibus *ϱ*1.* m) impedimento *R1. ϱ*, ex* imperiumento *corr. ϱ*2.* n) alias *ϱ*1.* o) ipsi dari *ϱ*1.* p) *ita ϱ*2. 3;* paveo *R1. ϱ1;* pavero *ϱ*1.* q) eum *om. ϱ*2. 3.* r) cui (*suprascr. ead. m.* si) *ϱ1;* cui si *ϱ*2. 3.* s) quia *R1.* t) esse *om. ϱ*1.* u) suum *om. R1.* v) interventum *codd. n., sed corr. ϱ*2.*

IX, 236 in titulo: Siracusano *C3 (sed in indice:* Syr.). a) *om. verba* non alibi — dicitur *C1.*

2) *Cf. similem causam in ep. IX, 41. 42.* 3) *De collatione ecclesiastica agi videtur.* 4) *Dertonam (Tortonam) iam multo ante a Langobardis occupatam esse Troya l. l. I p. 467 contendit fultus Pauli diac. l. II c. 25. Equidem dubito, an in civitate Langobardorum episcopus suffraganeus Mediolanensis ecclesiae fuerit.*

IX, 236. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n.

aut in suburbano civitatis aut in massa quae dicitur[a] Gelas[b] velle percipere[1]. Quod ego non ita factum intellego, sicut hi qui[c] murmurant putant. Scio enim sapientiam fraternitatis vestrae et idcirco vos arbitror talia proposuisse, ut per eandem propositionem quocumque in loco[d] reditus utiles potuissetis accipere. Laudo, frater carissime, intentionem tantae caritatis et vehementer amplector, quia, si curam ecclesiae nostrae agitis, quae profecto vestra est, sicut et vestrae, quae nostra est, tamen nec in suburbano nec de massa Gelas filii mei excellentissimi Italica et domus Venantii eos quos promiserunt reditus sunt[e] petendi. Sed sive in Syracusana sive in Panormitana parte dare voluerint[f] [2], hoc solum vestra sanctitas sit intenta, ut utiles per omnia reditus accipiat secundum promissionem pacti vel cautionis[g] quam[h] misimus. Ita ergo sanctitas vestra provideat, ut nec praedicti filii mei derelictis[i] suburbanis[k] sibi necessariis contristentur nec nostra[l] Romana ecclesia damnum aliquod[m] vel minorem utilitatem in eorundem redituum perceptione[n] sustineat.

IX, 237.

Gregorius I. papa Anatolio, diacono Constantinopolitano, Marcellinum, virum magnificum, praesentium latorem, in Maximi Salonitani et Histricorum causa bene de ecclesia meritum, commendat tarditatemque eius iubet imperatori excusari. *599, Aug.*

Codd. C: cap. 143.

Edd. M: Lib. IX. ep. 82; G: Lib. VII. ind. II. ep. 83. — Iaffé Reg. 1764 (1238).

GREGORIUS ANATOLIO DIACONO CONSTANTINOPOLIM.

Bonis devotisque filiis ita nos ope dignum est respondere, ut, quia debitum reddimus, id quod ultro nos convenit impendere duplicemus. Quia igitur lator[a] praesentium filius noster magnificus Marcellinus[1] sic[b] in causa se fratris et coepiscopi Maximi[c] atque Histricorum[d] exhibuit, se et in ecclesiae nostrae utilitates festinat impendere, ut[e] sinceritatis suae affectum[f] non solum verbis, sed etiam opere magis magisque valeat demonstrare, idcirco dilectionem tuam his hortamur affatibus[g], ut ei in urbe regia venienti[h] toto studio totaque intentione concurras atque ita eum in omnibus tuis studeas solaciis adiuvare, ut omnipotentis Dei ac tuae dilectionis fultus auxilio minus illic[i] debeat laborare. Quem etiam ita sicut re vera nostrum proprium attendere atque ei affectum meae[k] caritatis[l] in omnibus studebis impendere, quatenus et de praeteritis sibi vicem redditam recognoscat et magnam de futuro devotionis suae, quam se ecclE-

b) Gelos *C 3.* c) iniqui *C 3.* d) *ita edd.;* loci *codd. n.;* quo convenit loci *coni. Mommsen.* e) *ita edd.;* sum *codd. n.* f) voluerunt *C2.* g) cautiones *C 1.* h) *ita edd.;* quam *om. codd. n.* i) *ita edd.;* delictis *C 1. 2;* dilectis *C 3;* delectis *coni. Mommsen.* k) *ex* suburbanus *corr. C 2.* l) *ita edd.;* vestra *codd. n.* m) aliquid *codd. n., sed corr. C2.* n) praeceptione *codd. n., sed corr. C 2.*

IX, 237 in titulo: Anatholio *C 1. 3* — Constantinopl *C 1. 3;* Constantinopolim *C2.* a) lator *om. C3.* b) sicut *coni. Mommsen.* c) Maxi *C 1.* d) *ex* Histericorum *corr. C1;* Instricorum *C3.* e) et *C 3.* f) effectum *C 1.* g) affectibus *C3.* h) viventi *C 3.* i) illuc *C 3.* k) me *C 1. 2 (C2 corr. m. 2 in* mee); maee *C3;* meae *Vat. A (ed. M). Hoc verb. delet Mommsen.* l) caritatum *(corr. in* caritatis *m. 2 C2) codd. n.;* caritatis *Vat. A (ed. M).*

1) Nescio, cur hos reditus non rector patrimonii, Romanus, sed episcopus perceperit. 2) De Italica et Venantio cf. ep. I, 33 n. VI, 40 n. IX, 13 n.; ex nostra epistula elucet, cur Venantius et Syracusanus et Panormitanus appellari possit.

IX, 237. De Anatolio apocrisiario cf. ep. VII, 27 n. 6. 1) De Marcellini, proconsulis Dalmatiae, in Maximum favore cf. ep. IV, 38. VIII, 24 n. 8. IX, 158 et de Histricorum conversione ep. IX, 141. 148 etc.

siasticis exhibere utilitatibus pollicetur, spem possit retributionis adsumere. Quoniam vero, quantum didicimus, praedictum magnificum filium nostrum serenissimus dominus[m] imperator ad sua sub festinatione iusserat vestigia properare, quaesita oportunitate inferre te convenit, quia non oboedientiae[n] culpa, sed fratris et coepiscopi nostri Maximi cum causa retinuit. Quae etsi tarde, finem tamen eo studente percepit[2]. Hoc tamen dilectionem tuam voluimus[o] sollicite attendere, ne se in quacumque causa[p], ubi gravamen[q] est pauperum, misceri consentiat, ne fortasse potentia personarum aliquatenus pressus cogatur agere[r], quod animae illius non possit expedire. Cuncta ergo cum[s] Dei timore tractate[t], aeternam maxime mercedem perpendite[u].

IX, 238.

Gregorius I. papa Leoni, episcopo Catanensi, Severum, virum magnificum, praesentium latorem commendat. *599, Aug.*

Cod. C: cap. 144.
Edd. M: Lib. XI. ep. 9; G: Lib. IX. ep. 5. — Iaffé Reg. 1765 (1357).

GREGORIUS LEONI EPISCOPO CATENENSI.

Filius noster Severus vir magnificus[1] praesentium lator ad Siciliam venire desiderans nostris se apud fraternitatem vestram petiit epistolis commendari. Venientem ergo cum qua decet sacerdotali caritate suscipite eique in quo usus exegerit vestra solacia ministrate, quatenus vobis coram positis in nullo se contra iustitiam sentiat laborare[a], sed magis auxilii vestri ope suffultus quiete sua[b], quam studiose diligit, securius[c] perfruatur nosque de eius tranquillitate, quae illi per vos fuerit procurata, laetificare possimus.

IX, 239.

Gregorius I. papa Talitanum, publici patrimonii cura praeditum, hortatur, ne patrimonium ecclesiae Romanae ab „hominibus publicis" quaquam molestia affligi sinat. *599, Aug.*

Codd. C: cap. 145.
Edd. M: Lib. XI. ep. 10; G: Lib. IX. ep. 6. — Iaffé Reg. 1766 (1358).

GREGORIUS TALITANO.

Cum tanta nos de vobis oporteat caritate praesumere, ut, si ecclesiae nostrae utilitates apud alios[a] agerentur, vestram illic adhiberemus[b] gloriam adiutricem, satis

m) dominus *C 3.* n) *ita C 1;* inoboedientiae *ex* oboediae *corr. C 2 m. 2;* oboedientia *C 3.* o) volumus *C 2. 3.* p) causa *om., sed suppl. m. 2 C 2.* q) gramen *codd. n., sed corr. m. 2 C 2.* r) *ex* augere *corr. C 2.* s) cum *om. C 1.* t) tractante *C 2.* u) perpendit *C 3.*

IX, 238 in titulo: Cathenensi *C 1. 2;* Cathenensi *C 1. 3 in indicibus;* Chatenensi *C 3;* Kathanensi *C* 1. — Post titulum ante* Filius *in marg. add.* scripta *C 1.* a) lab. sent. *C 2.* b) quietem suam *codd. n.* c) *ita C 1. 2;* serius *C 3.*

IX, 239 in titulo: Talitani *C 1 et in ind. C 1. 3;* Talittani *corr. in* Tallitano *C 2;* Talitano *C 3;* Talano *C 1 in arg.;* Talatano *C 2 in arg.* a) alias *C 1.* b) adheremus *C 3.*

2) Cf. ep. IX, 234.

IX, 238. De Leone cf. ep. VI, 30 n. *1) De Severo cf. ep. V, 34 n.*

IX, 239. Talitanus quo munere functus sit, dubito: comitis largitionum an privatarum an patrimonii? In Italia, in Sicilia, in Italia et Sicilia?

debemus, quoniam in vobis est causa, gaudere, quia vos non oportet[c] neglegere, quod amore beati Petri apostolorum principis praestare[d] ipsi apud alios poteratis. Quia igitur comperimus publici patrimonii curam vestrae[e] esse ordinationi[f] commissam, idcirco paterna dulcedine salutantes patrimonium vobis nostrae[g] ecclesiae secundum iustitiam commendamus. Quo ne forte, fieri ut assolet, occasione inventa homines publici quandam vellent[h] inferri molestiam, hoc magnitudinis vestrae bonitas[i] fieri non permittat, sed ab omni illud hominesque ipsius inquietudine tueatur sicque salva ratione pauperum partes attendat[k], ut elemosina vicem impleat servata iustitia et vobis ex hoc ante Deum maior merces[l] adcrescat. Hortamur ergo, gloriosissime fili[m], ut ita benignos vos exhibere tam[n] circa ecclesiae nostrae, quam diligitis, utilitates, quam etiam in omnibus debeatis, quatenus et iniuncta salubriter expleatis[o] et omnipotentem vobis[p] Deum, quod summopere studendum est, placabilem faciatis.

IX, 240.

Gregorius I. papa Domnellum erogatorem imperatoris iussu rogam militarem etsi invito animo iterum suscepisse gaudet. Scribit de sex centenariis, quos exarchus ex Ravennatis ecclesiae cimeliarchio mutuatus sit, restituendis. Cum pecuniis cum Romam venire desiderat, quae urbs „diversis“ inquit „est attrita languoribus, ut neque in murorum custodia idonei persistant“. *599, Aug.*

Codd. C: cap. 146.
Edd. M: Lib. IX. ep. 124; G: Lib. VII. ind. II. ep. 129. — Iaffé Reg. 1767 (1281).

GREGORIUS DOMNELLO EROGATORI.

Epistolam gloriae vestrae plenam boni filii caritatis suscepimus, ex qua quidem[a] de molestia corporis vestri noster est animus contristatus. De divina tamen miseratione confidimus, quod, qui vos[b] miseram et deiectam diligere fecit Italiam, ipse vobis et corporis salutem restituat[c] et in aeterna retributione compenset. De militari enim roga, quam vos contra voluntatem vestram principali significastis iussione iterum[1] suscepisse, omnino sumus libenter amplexi scientes, quod magnitudo vestra cautiori salubriorique provisione militari necessitati concurrat.

De sex vero centenariis, qui in cimiliarchio[d] Ravennatis[e] ecclesiae fuerant commendati, sicut[f] vestra testatur[g] epistola, ab excellentissimo exarcho in cotidiana militum praefecturae[h] sunt mutuati[i][2]; qui[k] ut hactenus minime restaurentur, cuius sit causa, cognoscitis. Quod[l] enim scripsistis hoc praedicto filio nostro exarcho visum esse, ut, quia pax ad conclusionem tenuit[3], de pecuniis hic competentibus primum rogam illarum

c) oporteat *C 1.* d) praestari *codd. n.* e) vestram *codd. n.* f) ordinatione *codd. n.* g) vestrae *codd. n.* h) valent *C 3.* i) *om. hoc verb. C 3.* k) adtendit *C 1.* l) mercis *codd. n., sed m. 2 corr. C 2.* m) gloriosissimi filii *codd. n.* n) tunc *C 1.* o) expletos *C 3.* p) vos *codd. n.*

IX, 240. a) ex qua diem *C 3.* b) *ita edd.;* nos *codd. n.* c) restituit *corr. m. 2 in* restituet *C 2.* d) camiliarchio *C 1.* e) Ravennati *C 2. 3.* f) si, ut *coni. Mommsen.* g) temptatur *C 3.* h) praefecturiae *C 3.* i) mutati *codd. n., sed corr. m. 2 C 2.* k) quae *coni. Mommsen.* l) Quid *codd. n.*

IX, 240. Eidem Domnello missa est ep. IX, 173. De erogatoris munere cf. C. I. XII, 37, 16. *1) l. c., ut videtur, pro indictione III.* *2) Simili modo Heraclius ab ecclesiis mutuatus est ad expeditionem Persicam: Theophan. p. 302 de B., a. 6113. Cf. nov. Iust. 7 c. 2. —* De cotidianis expensis *cf. ep. V, 39 p. 328 n. 4. Mihi quidem ex hoc loco apparere videtur exarchum per erogatorem rogam solvisse, praefectum autem, ut antea, rem frumentariam et commeatum providisse.* *3) De hac pace cf. ep. IX, 44 n. 2.*

partium faciatis, gloria vestra caute prospiciat[m], si vel debet fieri vel sit quo modo praesumendum, ut, si praefectura partium illarum acceptas pecunias recuperare neglegit, hae[n] partes ob hoc periculum de militis nuditate sustineant. Sed hi[o] quibus mutuatae dicuntur ipsae pecuniae debent a mutuante constringi, quatenus, si quae novae erunt[p] expensae, centenaria ipsi restituant[q] et sic[r] pecuniae quae sine erogantis non possunt tangi periculo subtractae quibus debentur, admisso quod[s] nobis imminet periculo minime aliis dispergantur[t] indebite. Et haec quidem nos nec cum novo in causa viro, nec Romanorum partium ignaro agimus; cui quippe constat, quod, si pax minime fuerit reparata[u], belli tempore in his locis nisi solius divinae potentia[v] maiestatis[w] ....: nam humanum non praevalet subvenire remedium. Sciens ergo magnitudo vestra[x] voluntatem dominorum principum[y], quanta cura de Romanae civitatis praecipue subventione sit provida, quod ex donis eorum[4] evidenter agnoscitur, sed et partium istarum imminens periculum sub omni curae tuae loci civitatis[z] cum pecuniis huc[a] venire, ne, si[b] omissum fuerit et adversi aliquid, quod non optamus, evenerit, neque apud Dominum neque apud rerum dominos cuiuslibet optentu personae vos excusare quoquo modo[c] valeatis. Romana[d] enim civitas peccatis nostris facientibus[5] diversis est attrita languoribus, ut neque[e] in murorum custodia[f] idonei persistant.

EXPLICIT INDICTIO II.

m) proficiat *C 1.* n) hec *C 1.* o) hii *codd. n.* p) *ita scr.;* sicut noverunt *codd. n.;* si sunt, sicut noverunt, *coni. Mommsen.* q) restituerant *C 3.* r) *ita scr. Mommsen;* se *codd. n.* s) qui *codd. n.* t) dispargantur *C 2.* u) reparati *C 3.* v) potentiae *codd. n.* w) *hic deesse aliqua videntur.* x) vestrae *codd. n., sed corr. C 2.* y) principium *C 3.* z) *locus corruptus; fortasse legendum:* sub omni cura debet velociter restitutis c. p. *Mommsen censet post* curae tuae *nonnulla verba omissa esse, quae hoc vel simili modo supplenda esse putat:* sollicitudine vix posse evitari, praestabit fortasse omissa custodia eius. — a) hic *C 3.* b) nisi *codd. n.* c) e. quomodo *C 3.* d) Romane *C 1.* e) nec qui *codd. n.* f) custodio *C 1. 3.*

Explicit *cet.: ita codd. R. ϱ. ϱ* post ep. IX, 235.*

4) Cf. ep. V, 30 n. 1. *5) Cf. ep. IX, 232 (n. 3).*

MENSE SEPTEMBRI INDICTIONE III.
MENSE OCTOBRI INDICTIONE III.

X, 1.

Gregorius I. papa Romano, defensori Siciliae, mandat, Lucillum, ab episcopatu insulae Melitensis submotum, et eius filium Petrum hortetur, ut res ecclesiae ablatas Traiano episcopo restituant; recusantes apud Iohannem, episcopum Syracusanum causam dicere cogat. Traiano censet e Syracusano, cui praefuerit, monasterio monachos quattuor vel quinque concedi; de privatis eius rebus quicquam detrahi vetat. 599, Sept. Oct.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 132; ϱ: cap. 131.
Edd. M: Lib. X. ep. 1; G: Lib. VIII. ep. 1. — Iaffé Reg. 1768 (1284).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Nihil proficit sacerdotum culpas ulcisci et commissa[a] deiectione crimina vindicare[b], si eis[c] qui convincente facinore[d] deponuntur amissio[e] honoris solacium[f] et[g] casus sui coeperint esse compendium. Questus itaque nobis est frater et coepiscopus noster Traianus[1] Lucillum[h] quondam[i] insulae Melitensis episcopum[k] flagitii sui iniquitate perterritum[l] non solum res ecclesiae, cuius non rector, sed[m] inimicus potius extitit, abstulisse, verum etiam plurima eum eiusdem ecclesiae competentia de praeteritis retinere, quippe qui in fabrica vel sarta[n] tecta ipsius nihil pertulit expendere, sed mente sacrilega suis totum studuit compendiis applicare. Et quia grave[o] nimis ac contra Deum est, ut sua illi deiectio non sit poena, sed commodum, experientia tua eum districte commoneat, ut, quicquid abstulit vel[p] apud se de praeteritis retinet, sine mora restituat[q]. Qui si indita[r] sibi nequitia negare fortasse voluerit, quia facile dicitur posse convinci, una cum reverentissimo fratre et[s] coepiscopo nostro Iohanne[2] Syracusano[t] residens suptili inquisitione huius rei veritatem rimamini, quatenus probatione habita, quicquid eum tulisse vel suppressisse claruerit, palam verecundia confusus restituat[u]. Petrum autem praedicti[v] Lucilli[w] filium similiter studii tui sit ammonere, ut, quia et

Mense *cet. R1. ϱ. ϱ** — sept̄ *R1. ϱ**, sep̄ *abbr. ϱ1* — octr̄ *abbr. R1*, octb̄ *ϱ1*, oct̄ *ϱ** — Incip. eple ex regesto s. G. ind. III *R*1.*

X, 1 post titulum addit: cap. CXXXII *R1* — Scicile *R1.* a) digna *add. Vat. A (ed. M).* b) vindicaret *ϱ1.* c) ei *R1.* d) facinora *ϱ*1.* e) amisso *ϱ*. ϱ1;* amissi *ϱ3.* f) solatio *ϱ*.* g) *in* eis *(ita ϱ*3) corr. ϱ*2.* h) Lucillum *ϱ1;* Lucellum *cet.* i) quod *R1.* k) ep̄s *R1. ϱ*. ϱ3.* l) preterritum *ϱ3.* m) et *R1.* n) sacra *ϱ*1.* o) gravis *ϱ*2. 3.* p) velut *R1.* q) restituetur *R1.* r) indita *ϱ. ϱ*1;* indicta *R1;* indicata *ϱ*2. 3.* s) et *om. ϱ3.* t) Siracusano *R1. ϱ*1.* u) *hic add. haec verba:* quod inverecunde clam abstulit *ϱ. ϱ*, edd.* v) predictę *ϱ3.* w) Lucillis *ϱ1.*

X, 1. De temporis notis cf. N. A. III, 571, ubi efficit Ewald hanc ep. ad m. Octobrem pertinere. — De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. *1) De Traiano cf. ep. V, 20 n. 2. XIII, 22; Lucillo ind. II deposito successit: cf. ep. II, 43 n. IX, 25.* *2) De Iohanne cf. ep. VI, 18 n.*

ipse suprascriptae ecclesiae tulisse plurima perhibetur, honesta ea[x] consideratione restituat; alioquin[y] vestro et ipse est iudicio praesentandus, ut praecedente suptili inquisitione utrorumque causa uno[z] valeat fine concludi.

Praeterea petiit a nobis suprascriptus Traianus[a] frater noster, ut de monasterio suo, quod in civitate Syracusana[b] situm est, ei quattuor vel quinque dari monachi debuissent. Quod pro eius solacio nequaquam aestimavimus[c] denegandum, quia ad locum proficiscens incognitum, si proprios, quorum consolatione[d] utatur, non habeat, mens affecta tristitia minus se[e] ad ea quae utilitatis sunt erigit et ante incipit succumbere quam laboret. In qua re ne suprascripti reverentissimi fratris nostri Iohannis privilegiorum videremur praerogativa minuere, ita hoc illi noveris esse concessum, ut tamen fratris et coepiscopi nostri Iohannis sit arbitrio per omnia reservatum. Quia igitur petitioni[f] suae praedictus frater noster adiecit, ut pueros quos de propria pecunia comparavit ac suos patrisque sui codices aut res alias proprias quas in eodem monasterio habet ei sit tollendi licentia, ratio nos hoc negare non pertulit. Sed ne postulata videamur indiscrete[g] concedere, hanc[h] tenendam observantiam scito, id est ut, quicquid, postquam ab[i] abbatis est remotus[k] officio, comparavit vel quolibet titulo adquisivit, libera illi tollendi[l] facultas[m] sit; sed et hoc quod de monasterio illo in quo conversus[n] est, quod in provincia Valeria in possessione iuris sui patrem eius[o] manifestum est construxisse, pellente hostilitate decedens[p] abstulit secumque detulit, sine aliqua ei dubietate reddendum est, quia alterius adquisitionis ius effugit, quod semel monasterii fuerit dominio sociatum. Si quid autem, dum[q] adhuc illic abbatis fungeretur officio, adquisivit, non suum, sed monasterii ipsius esse cognoscat, et ideo de iure illud eiusdem monasterii auferri[r] ulterius[s] quolibet[t] modo non patimur. Legatum igitur quod antedictum fratrem nostrum illum Capitulina conditrix[u] suprascripti monasterii singulis annis de eodem monasterio per ultimam voluntatem suam habere constituit, experientia tua solaciante[v] iustitia favente sine[w] aliqua faciat dilatione percipere.

X, 2.

Gregorius I. papa Sabino, subdiacono regionario, praecipit, ut Sisinnium, presbyterum Regitanum, idololatriae et sodomiae accusatum, si noxius inventus sit, in carcerem coniciat eumque cogat, ut filiis Victoriani, defuncti presbyteri, pecunias depositas restituat.
599, Sept. Oct.

Codd. R: Ind. I—III. cap. 133; ϱ: cap. 132.
Edd. M: Lib. X. ep. 4; G: Lib. VIII. ep. 5. — Iaffé Reg. 1769 (1287).

GREGORIUS SABINO SUBDIACONO REGIONARIO.

Cum plerumque quod in laicis culpa est[a] hoc crimen in sacro sit ordine constitutis, quanta in eis districtione puniendum sit piaculare flagitium, qui zelo rectitudinis

x) honeste a *ϱ* 1.* y) in *add. ϱ 3.* z) in uno *ϱ 1.* a) Trianus *ϱ* 1.* b) Sirac. *R 1.* c) estivimus *ϱ 1.* d) consatione *in* conversatione *corr. R 1;* consulatio *ϱ* 1.* e) c̅e̅ *R 1.* f) petitionis *ϱ*. ϱ 1.* g) indistricte *R 1.* h) *ex* ac *corr. R 1.* i) ab *om. ϱ 3.* k) semotus *ϱ* 2. 3.* l) tollenda *R 1. ϱ 1.* m) faculta *ϱ 1.* n) conversatus *ϱ 3.* o) ei *R 1.* p) decens *ϱ 1. ϱ*.* q) dum *om.*, cum *suprascr. R 1.* r) auferre *ϱ*. ϱ 3.* s) alterius *ϱ 1.* t) quodlibet *ϱ* 1.* u) conditoris *ϱ. ϱ*;* conditris *R 1.* v) socianto *R 1;* solati *(rasura)* ante *ϱ 1.* w) iustitiam faventes me *ϱ* 1.*

X, 2 in titulo: Savino *ϱ*. ϱ 3.* a) culpasses *R 1.*

X, 2. De Savino vel Sabino, rectore patrimonii Bruttiorum, cf. ep. II, 10 n.

utitur[b] non ignorat. Quorundam siquidem relatione perlatum est[c], quia Sisinnius[1] Regitanae civitatis presbyter, quod auditu ipso intolerabile nimis est[d], idolorum[e] venerator ac cultor sit, adeo ut in domo sua quoddam[f] idolum positum habere praesumeret; sed et, quod non dissimile[g] nefas est, sodomitae[h] illum[i] scelere maculatum. Et ideo quia tanti facinoris iniquitas districta[k] ac suptili investigatione quaerenda atque plectenda est, hac tibi auctoritate praecipimus[l], ut vigilanti studio et diligenti omnino cura perquiras et, si qua indicia adprehendere huius rei potueris, eum in custodia districta, quousque nobis renunties, redigas, ut, qualiter immanissimum facinus discuti debeat ac puniri, deliberare possimus[m]. Scito autem, quia studium zelumque tuum, qualis contra nefandissima sit crimina, haec causa est sine dubio monstratura, per quam te apud nos aut multum de sollicitudine commendari aut periculose de neglectu[n] noveris accusari. Unde necesse est, ut ita te vigilantem in hac requisitione studeas exhibere, quatenus et nos de sollicitudine tua laetifices et Deum tibi facias esse placabilem.

Hoc quoque de suprascripto[o] nobis presbytero nuntiatum est, quod Victorianus quondam[p] presbyter[q] ei[r] cum diversis rebus vel ornamentis actionis[s] suae[2] aeque[t] pecuniam[u] commendasset; qui dum depositum abnegaret, iudicio habito convictus et[v], ut reddere debuisset[w], addictus sit; et quia eo restituere id quod condemnatus est differente[x] is qui deposuisse[y] dicitur obiit et necessitate eius perhibentur filii laborare, et hoc experientia tua diligenter inquirat atque ita salva ratione ad finem[z] hanc causam perducat, dum modo, si ita est, nec ille res alienas perfida mente retineat et orfani, quod suum est, vel amisso patre recipiant[a].

X, 3.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo (Turritano), praescribit, ut monacham, cognatam Stephani, viri clarissimi, latoris praesentium, a Petro iam iterum e monasterio elicitam, reducendam curet. Idem mandat Vitali defensori et Filoxeno, viro magnifico, a cuius homine Petrus defensari dicatur. *599, Sept. Oct.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 134; ϱ: cap. 133.
Edd. M: Lib. X. ep. 8; G: Lib. VIII. ep. 9. — Iaffé Reg. 1770 (1291).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO.

Si latoris praesentium Stephani viri clarissimi[a] [1] querella veritate subsistit, omnino nos fraternitas vestra contristatos intellegat, cur tam[b] pigra vel deses[c] extiterit, ut

b) uritur, *ut videtur*, ϱ*. c) est *suprascr.* ϱ *1.* d) nimium, *post add.* est ϱ**1.* e) *ex* dolorum *corr.* ϱ* *1. 2.* f) *ex* quod *corr. R 1.* g) simile ϱ *1.* h) sodomię ϱ *1.* i) illud ϱ* *1.* k) districtę ϱ *1.* l) praecepimus *R 1.* ϱ* *1, sed corr.* ϱ* *1.* m) possemus *R 1.* ϱ* *1, sed corr.* ϱ* *1.* n) *ex* donec lectu *corr.* ϱ* *1.* o) superscr. ϱ *1.* p) quod ϱ; quidam, *ut videtur*, ϱ* *1; om. hoc verb.* ϱ* *2. 3. Vat. B. E (ed. M).* q) pbris *codd. n.*; compresbyter *Vat. B. E (ed. M).* r) ei *om.* ϱ* — cum ei cum *R 1.* ϱ *1* — arcam ei cum *scr. Mommsen.* s) *ita scr. cum Vat. D*; actoris *R 1.* ϱ* *2. 3.* ϱ *3*; auctoris ϱ *1.* ϱ* *1.* t) *ita scr.*; atque *codd. n.* u) pecunia *codd. n.* v) et *om.* ϱ *1*; est et ϱ *3.* w) redderebuisset ϱ* *1.* x) differendo ϱ *3.* y) *ex* is de quo posuisse *corr.* ϱ* *1.* z) fidem ϱ. a) recipiat ϱ *1.*

X, 3 titulum omisit spatio vacuo relicto ϱ *1 et* ϱ* *1. 4*; Ianuario ep. Caralitano ϱ *3*; Stephano *inscribunt hanc ep.* ϱ* *2. 3 et Vat. D. E (ed. M).* — Mariniano epo *R 1*; Mauriano epo *R* 1.* a) vc *abbr. codd. n.* b) tantum ϱ. ϱ*. c) valde res ϱ*. ϱ *1.*

1) De nomine Sisinnii cf. ep. VIII, 3 n. 5. *2) Quid sit* actio, *colligas ex ep. III, 28 etc., Diurn. f. 54. Cod. Carol. nº. 55 (Epist. III, 578) embol. Marini, pap. dipl. nº. 73 etc.*

X, 3. Haec ep. Mariniano, episcopo Turritano, missa esse videtur, de quo cf. ep. IX 11 n. 7. 1) Alius Stephanus, conditor monasterii Caralitani, memoratur in ep. IV, 10.

ante[d] ad nos facti[e] pravitas quam correctio perveniret. Questus itaque est[f], quod cognatam[g] eius, cui aliquando Petrus quidam nequissimus[h] diabolico instinctu de monasterio exire suaserat atque a[i] Gratioso notario nostro[k] fuerat mutato[l] habitu[m] unde exierat revocata, nequissimus vir iniqua suasione de monasterio rursus eiciens[n] apud se nunc usque inpudice retineat. Ex qua re valde nos, sicut diximus, tua desidia contristavit, cur necdum in monasterium revocata sit ac retrusa. Vel nunc ergo propositi tui[o] consideratio et zelus te castitatis accendat[p] id summopere modis quibus potueris[q] studere, ut asperitatem, quam de tantae iniquitatis perpetratione concepimus, eius citius valeas praeceptione[r] mollire. Nam et Vitali defensori[2] praecepimus, ut vobis hac in causa solaciari non differat. Sed quia memoratus Petrus ab homine filii nostri magnifici Filoxeni dicitur defensari, apud eum vobis cum omni studio et caritate instanter agendum[s] est, ut eam sine aliqua faciat dilatione restitui; quem credimus hoc, quia bonus omnino vir esse dicitur, sine mora facturum. Quod si forte, quod non credimus, aliqua hoc fuerit excusatione dilatum, tunc etiam publice contestandus est atque pro hoc[t] fraternitas nobis vestra renuntiet, ut exinde[u] in urbem regiam scribamus, quatenus, quod fieri honeste[v] neglegitur[w], ea qua[x] dignum est ultione plectatur.

X, 4.

Gregorius I. papa Romano, defensori suo Siciliae, mandat, ut Basilium, episcopum (Capuanum), in causis nimis occupatum, intra quinque dies excedere insula iubeat.

599, Sept. Oct.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 135; ϱ: cap. 134.
Edd. M: Lib. X. ep. 10; G: Lib. VIII. ep. 11. — Iaffé Reg. 1771 (1293).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI NOSTRO SICILIAE.

Perlatum ad nos est reverentissimum fratrem nostrum Basilium episcopum[1] velut unum de ultimis in causis occupari et praetoriis inutiliter observare. Quae res quoniam et ipsum vilem[a] reddit et reverentiam sacerdotalem adnihilat[b], statim ut experientia tua hoc praeceptum susceperit, eum ita[c] ad revertendum districta executione compellat, quatenus ei illic te[d] insistente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari[e] non liceat, ne, si quolibet modo eum ibidem moram habere permiseris, cum ipso apud nos graviter incipias esse culpabilis.

---

d) ut tante *ϱ*;* ut antea, *om.* ad *ϱ1.* e) facti *om. ϱ*2. 3.* f) est *om., sed post add. R1.* g) cognitam *R1.* h) quem nescimus *Vat. F (cd. M).* i) a *om. R1.* k) non, *ut videtur, add. ϱ*.* l) mutatu *ϱ*1;* mutata *ϱ*2. 3.* m) et *add. ϱ*2. 3.* n) eliciens *coni. Mommsen.* o) præpositum *ϱ1. ϱ*2. 3;* praepositum *ϱ*1.* p) accedat *ϱ*1.* q) potuerit *ϱ3.* r) *ita codd. n.;* correctione *edd.:* praepeditione *vel* praeventione *coni. Mommsen.* s) agendus *ϱ*1.* t) *ita ϱ*. ϱ3;* hoc *om. R1,* pro hoc *ϱ1.* u) et inde *ϱ*1.* v) hoc nestae *ϱ*1.* w) neglegentiam *R1.* x) quę *R1.*

X, 4 in titulo: defensor̄ *R1;* defensori *ϱ1. R*1. ϱ*3 et ex* defensore *corr. ϱ*2;* defen̄ *ϱ*1. 4 —* nr̄ *R1;* nr̄ i *ϱ*1. 4;* nostri *ϱ*2. 3. ϱ3; om. hoc verb. ϱ1. R*1 —* Sicilia *ϱ*1. 4. ϱ3.* a) vilum *ϱ*1.* b) *ex* ad nihil *corr. R1.* c) ut *add. ϱ*1.* d) inlicite (*pro* ei illic te) *ϱ1.* e) memorari *ϱ1.*

2) De Vitali, rectore patrimonii Sardiniae, cf. ep. IX, 2 n.

X, 3. De Romano cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss. *1) De Basilio, ep. Capuano, cf. ep. IX, 72 n. 2.*

MENSE NOVEMBRI INDICTIONE III.
MENSE DECEMBRI INDICTIONE III.
MENSE IANUARIO INDICTIONE III.
MENSE FEBRUARIO INDICTIONE III.

X, 5.

Gregorius I. papa Gudiscalcum, ducem Campaniae, hortatur, ut direptum S. Archangeli monasterium vexare desinat. Perpendat, numquid, sicut ex illo monasterio, ita et multi de civitate, in qua consistat, ad Langobardos milites fuga non lapsi sint.

599, Nov. — 600, Febr.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 136; ϱ: cap. 135.
Edd. M: Lib. X. ep. 11; G: Lib. VIII. ep. 12. — Iaffé Reg. 1772 (1294).

GREGORIUS GUDISCALCO DUCI CAMPANIAE.

Illa praepositorum[a] sollicitudo utilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit et furor sibi nihil[b] vindicat. Restringenda ergo sub ratione potestas est nec[c] quicquam agendum, prius quam concitata[d] ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum putat ira quod fecerit. Pervenit itaque ad nos magnitudinem tuam usque ad hunc esse impetum[e] furoris impulsam, ut non solum frangi ianuas monasterii sancti Archangeli[1], verum etiam diripi exinde quod ibi inventum est feceris[f]. Insuper autem sic contra abbatem eiusdem monasterii diceris exarsisse, ut, nisi occultans se iracundiae tuae tempore latuisset, non leve discrimen incurreret, denique ut[g] metu tuo perterritus[h] de domo, in qua se olim receperat, exire nunc usque non audeat[i]. Quod ne frustra fecisse forsitan videreris[k], fugam monachi ipsius, qui ad hostes[l] abiit[m], ad eius[n], quantum ad nos perlatum est, crimen impingis asserens, quod cum ipsius[o] voluntate fugiverit[p]. Quod si ita est, contristamur et valde vestram sapientiam miramur. Nam si licitum putatis, ut aliorum culpa aliis[q] sit nociva, multi huic possunt crimini subiacere. Diversorum enim nobilium servi, multarum ecclesiarum clerici, diversorum monasteriorum monachi, multorum iudicum[r] homines saepe se hostibus tradiderunt. Ergo si hoc creditur, servorum[s] utique domini, clericorum episcopi, monachorum abbates, diversorum fugacium iudices, omnes sub culpa sunt et crimine constituti.

Mense *cet.:* nov̄ *abbr. codd. n.* — decemb *R1;* decbr̄ *ϱ1;* decēb *ϱ** — nov̄ *post* deceb *ponit ϱ*,* decem̄b *post* feb *R1* — mense decbr ind. III, *cet. om. ϱ1* — meñ febr. ind. III, *cet. om. R*1.* — *Ed. M in fine ep. seq. adnotat:* Datum m. Febr. ind. III *Vat. B. D,* mense Decembri *Vat. A.*

X, 5 in titulo: ita R1. ϱ1; Godiscalco *ϱ*. ϱ3* — dux *ϱ*1. 2. 3;* duo *ϱ*4.* a) propositorum *R1.* b) nil *ϱ1. ϱ*1.* c) ne *ϱ*1.* d) concita *R1.* e) *ita R1;* hoc e. impetu *cet.* f) faceris *R1. ϱ1, sed in* faceres *corr. R1.* g) et *ϱ3.* h) praetritus *ϱ*1.* i) audet *ϱ3.* k) videris *ϱ*,* videaris *ϱ3.* l) hestes *ϱ*1.* m) abit *ϱ*2. 3.* n) eos *ϱ*1.* o) ipsis *ϱ*1.* p) fugiverit *R1. ϱ*1. 2 et ex* fugeverit *corr. ϱ1, sed in* fugerit *(ita ϱ3. ϱ*3) corr. ϱ*2.* q) alii *ϱ1. ϱ*.* r) iudicium *ϱ1;* iuditium *ϱ*3;* iudic *(ras.)* um *ϱ*2.* s) servos *ϱ1. ϱ*1.*

X, 5. Gudiscalcus Maurentio mag. mil. successisse videtur, qui non post ep. IX, 162 (599, Iun.) memoratur. Post Gudiscalcum Guduinus dux commemoratur: cf. ep. XIV, 10. 1) An hoc monasterium Neapoli fuerit, non constat. Et in ep. V, 50 et in ep. IX, 172 (n. 1) monasterii S. Archangeli mentio fit; in ep. I, 23 oratorium S. Archangeli in Lucullano castro commemoratur; de monasterio quodam S. Arcangeli in civitate Neapoli sito, cuius in documentis s. X mentio fit, cf. Capasso in Arch. stor. Napolet. a. XVII (1892) p. 855. Cf. etiam ep. X, 9 n. 1. Adde Diehl l. l. p. 265.

Numquid et diebus magnitudinis tuae multi de civitate in qua consistis[t] ad Langobardos[u] milites fuga non lapsi[v] sunt?[2] Et quis tantae discretionis tantaeque possit stultitiae repperiri, ut eorum iniquitatem tibi aestimet applicandam?[w] Haec itaque sollicite pensa atque ex te aliorum causas existima et[x] in quorundam adversitates[y] falsis suspicionibus[z] non ducaris. Si vero aliquis est, qui[a] de praedicti monasterii abbate possit quid[b] dicere, quod ad culpam reatumque eius pertineat, nos[c] hoc non neglegi[d], sed magis una quidem cum eis quorum interest causam omnino districte et sollicite volumus perscrutari, ut aut feriat vindicta culpabilem aut absolvat veritas innocentem. Si autem nullus inveniri potuerit, qui contra eum hoc quod solus ipse perhibes asserat, hortamur, magnifice fili, ut a memorati monasterii abbatisque ipsius[e] te adversitate contineas et potius tuitionem illis et propter Deum caritatem impendas. Et si quid est, unde animi vestri fortassis offensi sunt, pro nostra eis interventione remittite et ita vos, sicut Christianos convenit et prudentes, in eorum magis iuvamine commodate[f], quatenus nos vobis[g] gratias referamus et ante omnipotentem Dominum mercedem pro impensis servis eius solaciis[h] adquiratis.

MENSE MARTIO INDICTIONE III.

X, 6.

Gregorius I. papa Clementinam patriciam hortatur, ut Amandum presbyterum, quem Surrentini episcopum elegerint, quam primum Romam venire sinat. *600, Mart.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 137; ϱ: cap. 136.

Edd. M: Lib. X. ep. 18; G: Lib. VIII. ep. 17. — Iaffé Reg. 1773 (1301).

GREGORIUS CLEMENTINAE PATRICIAE.

Amandum presbyterum[1] Sorrentinis[a] ad episcopatum, gloriosa filia, electum esse[b] cognoscas[c]. Quem quia[d] huc[e] scripsimus debere transmitti, contristari de eius absentia non debetis, quia nec abscedere creditur qui mente vobiscum[f] est. Et quoniam pastorem quaerentibus is qui vobis olim placuit gratus est, omnipotentem Deum[g] benedicentes christiana magis in hoc[h] devotione gaudete et, ut ad nos celerius aliis[i] profuturus venire debeat, hilariter studete, quia sincerae caritatis est exultare, quando is qui diligitur ad hoc vocatur, ut crescat.

---

t) consistit ϱ*1. u) Longob. ϱ3. v) lapsis ϱ*1. w) adplicandum *codd. n.* x) ut ϱ*. ϱ3. y) adversitate ϱ*3. z) supitionibus ϱ*1. a) qui *om. R1. ϱ1.* b) aliquid ϱ*. ϱ3. c) vos *R1.* d) neglegere ϱ*1. e) abbatisque iste ipse ϱ*1. f) commendate ϱ. g) vobis *om.* ϱ3. h) solacia ϱ1.

Mense *cet.*: mār *abbr. R1. ϱ1. ϱ**, mārt *R*1.*

X, 6 in titulo: Climentinæ ϱ*. a) Surentinis ϱ3; Sorentinis *cet.* b) est ϱ1. c) cognoscat ϱ*1. d) qui ϱ1. e) huic ϱ*1. f) nobiscum ϱ*. g) dominum ϱ*1. h) hac *R1.* i) alius ϱ1. ϱ*, *sed corr.* ϱ*2.

2) *Fugas Romanorum ad Langobardos frequentes fuisse ex hoc loco apparet. Cf. ep. V, 38 p. 325 n. 1. Troya l. l. p. 232.*

X, 6. De Clementina cf. ep. III, 1 p. 159 n. 1. 1) *Amandus Iohanni (de quo cf. ep. I, 40 n.) successit. Eum consecratum esse die 22 m. Martii iure contendit Ughelli, Ital. s., VI c. 598 s, fultus eius epitaphio in ecclesia SS. Felicis et Baculi asservato:* sedit annos XVII. Dies XXI. depositus est die XIII. Mensis April. Ind. V. Imperante D. N. Heraclio R. Aug. anno VII.

X, 7.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Amandum, presbyterum oratorii S. Severini, in castro Lucullano siti, a Surrentinis episcopum electum, vita eius per eum et Fortunatum, episcopum (Neapolitanum), probata et cum consensu Clementinae patriciae ad se confestim mittat. 600, *Mart.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 138; ϱ: cap. 137.
Edd. M: Lib. X. ep. 19; G: Lib. VIII. ep. 18. — Iaffé Reg. 1774 (1302).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Postquam is qui ad episcopatum Sorrentinae[a] civitatis electus fuerat aptus nobis non visus[b] est[1], Amandum presbyterum oratorii[c] sancti Severini, quod in castro Lucullano situm est[2], elegerunt. Eapropter experientiae tuae praecipimus, ut eundem presbyterum excusatione postposita sub omni ad nos studeat festinatione transmittere, quatenus petentium desideria cum Christi[d] auxilio, si nihil est, quod eum impediat, impleantur. Cuius vita[e] vel actus quia melius possunt illic, ubi diu est conversatus[f], agnosci, curae[g] tuae sit cum fratre et coepiscopo nostro Fortunato de eo diligenter inquirere. Et si nulla sunt, quae ad sacrum ordinem obsistere valeant[h], ad nos debet[i] omni postposita tarditate transmitti. Ne autem[k] gloriosa filia nostra Clementina hoc moleste suscipiat, ad eam experientia tua pergat et cum eius voluntate hoc faciat. Sin vero reniti[l] fortasse voluerit, huc eum, sicut diximus, sine mora experientia tua transmittat, quia ita animi filiorum nostrorum a nobis pacandi[m] sunt, ut tamen animarum[n] utilitas non debeat praepediri.

X, 8.

Gregorius I. papa Iohannem, praefectum praetorio Italiae, redarguit, quod diaconiae Neapolitanae annonam, quae Iohannis, mali hominis, decessoris sui tempore fuerit ministrata, subtraxerit. Dolet, quod praeceperit, ut Dulcitius, vir magnificus, agens vices suas, nihil super diatyposin expenderet. 600, *Mart.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 139; ϱ: cap. 138.
Edd. M: Lib. X. ep. 21; G: Lib. VIII. ep. 20. — Iaffé Reg. 1775 (1304).

GREGORIUS IOHANNI PRAEFECTO PRAETORIO ITALIAE.

Quicquid tribuitur pauperi, si[a] suptili consideratione pensetur, non est donum[b], sed mutuum, quia quod datur multiplicato sine dubio fructu recipitur. Scripsistis

X, 7 *in titulo:* Antemio *ϱ*. ϱ3* — nro *post* subdiac. *add. R*1.* a) *ita R1. ϱ1;* Surentinae *ϱ3;* Sorentinae *ϱ*2. 3;* tinae *ϱ*1.* b) missus (*pro* non visus) *R1.* c) *ex* oratorium *corr. ϱ*2. 3.* d) *ex* Christo *corr. ϱ1.* e) cuius civita *ϱ*1.* f) conconversatus *ϱ1.* g) agnosciturę *ϱ*1.* h) valeat *R1.* i) *ex* debes *corr. R1.* k) cum *hic add. ϱ1.* l) *ex* retini *corr. et spatium 3 litt. relinquit R1.* m) placandi *ϱ*. ϱ3.* n) animorum *ϱ*1.*

X, 8 *titulum om. ϱ*3* — Ioannis *ϱ*1. 4* — pp (= praefecto praetorio) *abbr. R1. ϱ. ϱ*2. Vat. E. F (ed. M);* papae *ϱ*1. 4. R*1;* praeposito *Vat. D (ed. M);* episcopo Neapol. *Vat. A (ed. M)* — Italiae *om. ϱ. ϱ*. Vat. D. E. F (ed. M).* a) si *om. ϱ*1.* b) *spatio vacuo relicto om. hoc verb. et post. add.* datum *R1.*

X, 7. Cf. ep. praeced. et de Anthemio ep. I, 23 n. 1) De electionis modo cf. ep. V, 20 n. 3. 2) Cf. ep. I, 23 p. 28 n. 1 et ep. III, 1 p. 159 n. 3.

X, 8. Idem Iohannes, praefectus Italiae, aut eius praedecessor in ep. IX, 5 (n. 4) commemorari videtur; neque an idem sit, cuius in ep. XI, 16 mentio fit, constat.

autem nobis, ut Dulcitio viro magnifico[c] agenti vices vestras[d] [1] dicere deberemus, ne quid super diatiposin[e] [2] auderet expendere. Et quamquam sit laudabile futura prospicere, quia[f] tamen infirma omnino[g] cautela est, quae pietatis[h] adiutorio non munitur[i], in hac sollicitudine vestra, quod nos pro[k] vobis constaret[l], invenimus[m]. Fertur itaque, quod annonas atque consuetudines diaconiae[3], quae[n] Neapolim exhibetur[o], eminentia[p] vestra subtraxerit[4]. Quod minus fortasse fuerat obstupendum, si Iohannis decessoris vestri non fuissent[q] tempore ministratae[r]. Si igitur haec ille, cuius cunctis notum est quam fuerit gravis actio, non negavit, quale[s] sit sapientia vestra consideret, si vel in aliquo bono opere malus homo vos superet. Nulla enim occasione hoc subtrahere vos decuit[t]. Quod etsi[u] forte nullus vestris voluisset rationibus imputare, hoc de proprio vos impendere non debuit gravare[v] precario[w] [5], ut huius modi pietas in vestro[x] patrona esset iuvamine, quae ministra fuisset in opere. Haec itaque eminentia vestra[y] potentia qua pollet inspicere atque hoc quod[z] sub decessoribus[a] eius non est ademptum[b], ut solite valeat ministrari, bonitatis suae largitatem debeat magis ostendere, quatenus nec[c] in his quae[d] secundum iussionem agitis adversitatem[e] aliquam[f] incurratis[g] et huius vobis officii amministratio[h] et[i] coram hominibus laudem parare[i, k] et coram omnipotente Deo possit providere mercedem.

MENSE APRILI INDICTIONE III.

X, 9.

Gregorius I. papa Fortunatum, episcopum Neapolitanum reprehendit de fuga Mauricii aliorumque monachorum e monasterio Barbatiani. Monachos nisi duobus tirocinii annis completis tonderi militesque sine ipsius consensu in monasteria asscisci vetat.

600, Apr.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 140; ϱ: cap. 139.
Edd. M: Lib. X. ep. 24; G: Lib. VIII. ep. 23. — Iaffé Reg. 1776 (1307).

c) *ita ϱ3;* $\overline{\text{vrm}}$ *abbr. R1. ϱ1. ϱ*1;* $\overline{\text{vras}}$ *ϱ*2. 3.* d) *ita ϱ*2. 3;* $\overline{\text{vra}}$ *R1;* $\overline{\text{vro}}$ *ϱ1. ϱ*1.* e) *ita R1. ϱ1;* biatyposim *ϱ3;* superbiae tiposin *ϱ*1;* superbia typosin *ϱ*2. 3;* superbiae typo *seu* typosi *Vat. D;* super diatim pensionem *Vat. B;* super ecclesiastico *Vat. A (ed. M).* f) qui *ϱ1.* g) omn. inf. *R1.* h) pietas *R1;* pietati sunt *ϱ*1.* i) minuitur, *sed m. post. suprascr.* munitur *R1.* k) *hic fere aliqua deesse videntur; Mommsen proponit:* pro[bare non posse] vobis. l) constare *ϱ1.* m) invenimur *ϱ*1.* n) qui *ϱ3.* o) *m. post. in* exhibentur *corr. R1.* p) exnimentia *ϱ*1.* q) fuisset *ϱ1.* r) *ex* ministrare *corr. R1.* s) quales *ϱ1;* qualis, *sed* e *suprascr. ϱ*2.* t) *ex* docuit *corr. m. post. R1.* u) si *R1. ϱ3;* etsi *cet.* v) graviore *ϱ3.* w) precatio *Vat. B. D. F (ed. M).* x) vestra *ϱ3.* y) eminentia vestrae *ϱ*1;* eminentiae vestrae *ϱ*2. 3. ϱ3.* z) quod *om. R1.* a) *ita scr. Mommsen;* de decessoribus *ed. M;* a subdecessoribus *ed. G;* a successoribus *codd. n.* b) *ita ϱ*. ϱ1;* adeptum *R1. ϱ3.* c) *ita ed. M;* h' *ϱ*1;* haec *cet. codd. n.* d) secum *ante* secundum *add. R1. ϱ1.* e) adversionem *ϱ*.* f) non *hic add. ϱ*. ϱ3.* g) hic curatis *ϱ*1.* h) officia ministratio *R1. ϱ1. ϱ*1, sed corr. R1;* officii ministratio *ϱ*2. 3. ϱ3.* i) *verba* et *usque* parare *om. ϱ1.* k) parere *ϱ*2. 3.*

Mense *cet.:* $\overline{\text{apr}}$ *abbrev. R1. ϱ*,* apr̄l *ϱ1* — IIII *ϱ*2. 3, sed corr. ϱ*3. — Ed. M. pro his citat Vat. A. B. E.*

1) Mommsen contendit hunc eundem esse, qui in ep. IX, 5 (cf. n. 4) Iohannis praefecti vices agere dicitur. 2) „διατύπωσις = dispositio“ in gloss. Graeco-Lat. Ducange. Sophokles in Greek Lexicon of the Rom. and Byz. per. inter alia citat nov. Iust. 43 pr. 3) De diaconiis pro sustentatione et alimoniis fratrum nostrorum Christi pauperibus *(Diurn. 95) constitutis cf. ep. V, 25 n. 4. XI, 17. 4) Nota etiam hic reipublicae annonas per ecclesiam distribui: cf. ep. V, 36 p. 319 n. 3. IX, 5 n. 2. IX, 115. IX, 198 n. 2. 5) I. e. stipendio: cf. ep. II, 45 p. 144 n. 8. IX, 131 n. 2.*

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLIM.

Dum fraternitas vestra minus erga[a] monasteria sibi subiecta studet esse sollicita, et ipsa culpam reprehensionis incurrit[b] et nos de sua lenitate[c] contristat[d]. Pervenit autem[e] ad nos Mauricium quendam, qui nuper in monasterio Barbatiani conversus[f] est, ablatis secum aliis[g] monachis fuga[h] de eodem monasterio discessisse[i]. Qua in re praedictum nobis Barbatianum sua praecipitatio[k] vehementer accusat, qui temere saecularem hominem et non ante probatum tonsoravit. Numquid non vobis scripsimus[1], ut prius eum probaretis et tunc, si aptus esset, abbatem facere deberetis? Vel nunc ergo circa eum quem elegistis estote solliciti. Nam vos illo delinquente delinquitis[l], si ita se coeperit exhibere, ut se ad fratrum ostendat regimen indignum.

Praeterea monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat, ut eos quos ad convertendum susceperint[m], prius quam biennium[2] in conversatione compleant, nullo modo audeant tonsorare. Sed hoc spatio vita moresque eorum sollicite comprobentur, ne quis eorum aut[n] non sit contentus[o] quod voluit aut ratum non habeat quod elegit. Nam dum grave sit inexpertos[p] hominum obsequiis sociari, quis possit dicere, quanto sit gravius ad Dei servitium improbatos[q] applicari? Miles[r] vero si converti[s] voluerit[3], prius quam nobis renuntietur[t], nullus eum sine nostro consensu qualibet praesumat ratione suscipere. Quod[u] nisi diligenter fuerit custoditum, omnem subiectorum in te culpam inexcusabiliter[v] noveris redundare, qui minus te erga eos rebus ipsis testaris esse sollicitum.

MENSE MAIO INDICTIONE III.

X, 10.

Gregorius I. papa Zittani, magistro militum, litteris graeco sermone dictatis questo, „quod quaedam religiosa loca responsum iuri publico de rebus ei competentibus reddere contemnant", respondet se Fantino defensori mandasse, ut religiosi in Panormitanis partibus apud electos iudices suorum actuum rationem reddant. 600, Mai.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 141; ϱ: cap. 140.
Edd. M: Lib. X. ep. 27; G: Lib. VIII. ep. 28. — Iaffé Reg. 1777 (1312).

X, 9 in titulo: Neapol. ϱ*1. 4; Neapolitano ϱ3. a) ergo ϱ*1. b) *ex* incurrat *corr.* ϱ1. c) *in* levitate *corr.* ϱ*2; ignavia, *in correctura,* ϱ1. d) *ex* constringat *corr.* constringit *R1.* e) aut, *sed erad.,* ϱ1. f) conversatus ϱ*1. g) *ex* alias *corr.* ϱ*1. h) fugam *R1.* ϱ1. ϱ*1. 2, *sed corr.* ϱ*2. i) discessisset *R1.* k) praecipitatione ϱ3. l) delinquistis ϱ*1. ϱ3. m) *hoc verb. om.* ϱ*1. n) ut ϱ1. o) contemptus *R1.* ϱ1, *sed corr. R1.* p) inexperto ϱ*. ϱ1. *Vat. D (ed. M);* inexpertorum ϱ3. q) inprobitos ϱ1. ϱ*1, *sed corr.* ϱ1; improvitos *in* inprovidos *corr. R1*; improbos ϱ3. r) *ex* milex *corr. R1.* ϱ1. s) sicut vera ϱ*1. t) renuntient *R1.* u) quodquod ϱ*1. v) *ex* inexcusabitur *corr. R1.*

Mense *cet.:* mai̅ *abbr. R1.* ϱ*1. 2. 3; mar̅ ϱ*4 — *In f. ep. seq. haec add. ed. M., quae citat Vat. A. B. E.*

X, 9. De Fortunato cf. ep. III, 58 n. *1) Scil. ep. IX, 12 a. 598, Oct. Fortasse de eadem causa hic agitur, de qua in ep. X, 5; quod si verum est, Barbatianus abbas monasterii S. Archangeli fuit. 2) „τριετία" praescribitur in nov. Iust. 5 c. 2; 123 c. 35; sed unius anni spatium in reg. S. Benedicti c. 58. Cf. Loening, l. l. II p. 395. 3) Cf. ep. VIII, 10 n. 2.*

X, 10. Zitta (cf. de hoc nomine C. I. L. V, 7793: c. Tzittani com. et trib.), ut ex contextu huius ep. apparet, mag. mil. Siciliae erat, fortasse Campaniano (cf. ep. I, 42 p. 66 l. 15) successerat. Etiam in nov. Iust. 75 = 104 ducis Siciliae mentio fit.

GREGORIUS ZITTANI MAGISTRO MILITUM.

Epistolas vestras graeco sermone dictatas me indico suscepisse, in quibus dicitis, quod quaedam[a] religiosa loca responsum iuri publico de rebus ei competentibus reddere contemnant[1]. Quae res me[b] omnino contristavit, quia nostri est habitus non solum praeiudicia minime facere, sed etiam facta aequanimiter portare, nisi forte quod res pauperum defendere[c] rationabiliter cogimur, ne apud omnipotentem Deum[d] culpabiles inveniri valeamus. Proinde Fantino defensori[2] quae[e] scripserim, vestrae gloriae transmisi, ut ipse religiosos[f] quosque in Panormitanis partibus apud electos[g] iudices venire compellat[h] et suorum actuum rationem reddant. Omnipotens Deus caelestis vobis misericordiae largitatem praebeat, ut per cuncta quae agitis eius gratiae[i] serviatis.

X, 11.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, ad litteras per Marianum, latorem praesentium, transmissas rescribit, se de Pompei episcopi causa, contra quem dudum apud Maximianum, episcopum (Syracusanum), questio mota sit, nondum satis explorata, iudicare non posse. Quae de Alamannis nuntiaverit, se non credere profitetur. *600, Mai.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 142; ϱ: cap. 141.
Edd. M: Lib. X. ep. 29; G: Lib. VIII. ep. 30. — Iaffé Reg. 1779 (1314).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Relectis[a] epistolis, quas ad nos per Marianum[b] [1] latorem praesentium transmisistis, gratam nobis sollicitudinem vestram[c] fuisse[d] rescripsimus[2], quod ea quae ad vos[e] de fratre et coepiscopo nostro Pompeio, qui adhuc[f] ita a nobis nominandus est[g], pervenerunt[h] dissimulare minime pertulistis. Sed si[i], qualis fuit in requisitione cura, talis fuisset in discussione suptilitas[k], nihil ex hoc quod de eo dictum est[l] fuisset[m] ambiguum, sed utrum verum an esset[n] compositum, patuisset[o], quia iam contra ipsum dudum in Sicilia apud reverendae memoriae fratrem[p] nostrum Maximianum episcopum[3] talis quaestio, ut cognovimus, mota est. Sed[q] quia causa ipsius suptili omnino investigatione quaesita est, inventus est innocens, qui fuerat accusatus in crimine. Nunc

X, 10 in titulo: Cittano *R1;* Zittani *ϱ1. ϱ*2. 3;* Zithani *ϱ3;* Zyttani *ϱ*1;* Zytani *ϱ*4;* Zizani *R*1* — mag̅ *abbr. ϱ*1. 4;* mas *R*1* — militum *R1;* militię *ϱ1. ϱ*2. 3;* militio *ϱ*1. 4;* militi *R*1.* a) quidam *R1. ϱ1. ϱ*1, sed corr. R1.* b) me *om.,* nos *post. add. R1.* c) defende *ϱ*1.* d) dominum *ϱ*1.* e) quem *ϱ*1.* f) regiosos *ϱ*1.* g) delectos *ϱ*1.* h) *ex* compellar *corr. R1.* i) gr̅a *R1.*

X, 11 in titulo: Mediolan̅ *abbr. R1.* a) Relictis *ϱ1.* b) *ita R1. ϱ1;* Marinianum *ϱ*. ϱ3.* c) nostram *ϱ*1.* d) fugisse *ϱ3.* e) vos *in* nos *(ita ϱ*3) corr. ϱ*2.* f) huc *ϱ3.* g) est *om. ϱ. ϱ*2. 3.* h) pervenerit *ϱ1.* i) si *om. ϱ1.* k) t' *hic add. ϱ*1.* l) est *om. ϱ*1.* m) *ex* fuisse ter *corr. R1; in* fuit *corr. ϱ*1.* n) *ex rasura corr.* esset *ϱ*1.* o) *ita, ut videtur, ϱ3 et ed. M.;* potuisset *codd. n. praeter ϱ*1, qui ex* intuisset *corr.* sciri potuisset *(ita etiam ed. G).* p) fr̅u̅m *ϱ1.* q) sed *om. ϱ3.*

1) Siciliae provinciae ... praetorem praefecimus, eius ut gubernatione omnia privata peragantur et militares expensae procurentur. Nam publicas eiusdem insulae functiones sub iurisdictione viri exc. comitis sacri patrimonii per Italiam esse antiqua consuetudo tradidit, cuius auctoritate tam exactio quam illatio earum procederet *nov. Iust. cit. Cf. ep. V, 38 p. 325 (n. 4).* *2) De Fantino, rectore patrimonii Panormitani, cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n.*

X, 11. De Constantio cf. ep. III, 29 ss. IV, 1 ss. *1) Idem esse videtur, qui in ep. VII, 14 defensor eccl. Mediol. appellatur; itaque illo loco* Marianum *pro* Marinianum *legendum est.* *2) Ep. VII, 14, ut videtur (cf. ib. n. 4).* *3) De Maximiano, ep. Syracusano, cf. ep. V, 20 n. 1.*

igitur, quoniam illa, quae contra eum dicta sunt, non sub illa qua decuit[r] districtione quaesita sunt et gesta, quae exinde apud fraternitatem vestram confecta sunt, neque ad condemnationem neque[s] ad absolutionem eius probantur posse sufficere, non levis res agitur, ut[t] incaute vel in transcursu debeat definiri. Nam grave est satis et indecens, ut in re dubia certa dicatur sententia. Et[u] haec quidem[v] gesta esse poterant ad definiendum[w] idonea, si accusati ea confessio sequeretur, si tamen eandem confessionem suptilitas examinis ex occultis eiceret[x] et non afflictio vehemens extorqueret, quae frequenter hoc agit, ut noxios se fateri etiam cogantur innoxii. Nam postquam praefatus episcopus, ut dicitur, cruciari custodia cremarique fame se asserit, scire debetis, si ita est, utrum noceat. Si sic fuerit extorta[y] confessio, numquid, quando sententiam tales causae suscipiunt[z] et ad sedem apostolicam appellatur, non et[a] persona quae iudicatur praesens est et[b] districtissime atque ab omni latere veritas[c] quaeritur[d], ut tunc, si debeat necne manere[e] sententia, decernatur? Necnon et si praedictus episcopus ad sedem apostolicam appellare voluerit, causa ipsius interius[f] et cum omni est diligentia perscrutanda. Et ideo, postquam et persona absens est et gesta quae ad nos transmisistis nobis, sicut[g] praefati[h] sumus, idonee[i] satisfacere non videntur, temere aliquid de episcopi persona decernere nec debemus nec possumus, ne, quod absit, reprehensibiles inveniamur in nostris, quibus aliorum iure competit retractare sententias.

De Alamannis[k] [4] autem quod vobis indicatum est, nos et longius quam vos positi sumus[l] et, quia[m] verum non sit, minime dubitamus. Vestra tamen fraternitas bene fecit[n] pro informatione nostra quod audivit scribere.

MENSE IUNIO INDICTIONE III.

X, 12.

Gregorius I. papa Libertinum expraetorem angustias fortiter ferre iubet. Pueris eius ut viginti vestes darentur, Romano defensori se mandasse nuntiat. 600, Iun.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 143; ϱ: cap. 142.
Edd. M: Lib. X. ep. 31; G: Lib. VIII. ep. 31. — Iaffé Reg. 1780 (1315).

GREGORIUS LIBERTINO EXPRAETORI.

Quanta vos saeculi huius premat angustia [1], incognitum non habemus. Sed quia in summa tribulatione positis sola est consolatio misericordia Creatoris[a], in eum spem

r) quę docuit *(in* dec. *corr.) R 1.* s) ne *ϱ 1* — neque ad absol. *om. ϱ 3.* t) ut *m. post. add. R 1.* u) ut *ϱ* 2. 3;* ad *R 1.* v) quidam *R 1.* w) de infiniendum *R 1.* x) *ita codd. n.;* eliceret *edd.* y) *ex* extota *corr. ϱ 1;* exorta, *ut videtur, ϱ*.* z) suspiciunt *R 1.* a) non et *R 1. ϱ* 2. 3;* nonne *(om.* et) *ϱ 1;* nonne et *ϱ 3;* net *(pro* non et) *ϱ* 1.* b) ut *ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2.* c) veritatis *ϱ*. ϱ 3; sed corr. ϱ* 2.* d) queratur *ϱ 1;* que ritur *in* que ratur *corr. ϱ* 1.* e) *ex* nec manere *corr. R 1; ex* nec remanere *ϱ* 2.* f) *ex* interi *corr.* interim *ϱ* 1.* g) sic ter *ϱ 1.* h) pro, *et spatium 5 litt. relinquit R 1.* i) idonea est *R 1.* k) Alamansis, *sed corr. ϱ* 1;* Alamandis *R 1;* Alemannis *ϱ 3.* l) possumus *(pro* pos. sumus) *ϱ 3.* m) qui *ϱ 1.* n) facit *ϱ 3.*

Mense *cet. in f. ep. seq. cum Vat. A. B. D. E. add. ed. M.*

X, 12 in titulo: expretori *R 1;* expraetori *ϱ* 1. 4. ϱ 1;* expretorio *ϱ* 2. 3. ϱ 3;* praetori *Vat. D (ed. M).* a) conditoris *ϱ* 2. 3.*

4) Quid de Alamannis nuntiatum sit, ignoro.

X, 12. De Libertino cf. ep. III, 37 n. IX, 4 n. 3. IX, 5 n. 5. XI, 4. *1) Etiam hic de quaestione Leontii agitur.*

vestram ponite, ad ipsum tota vos mente[b] convertite, qui et iuste[c] quem vult permittit affligi et confidentem in se misericorditer liberabit[d]. Ipsi ergo gratias agite et patienter, quaeque inlata sunt, sustinete. Nam rectae mentis est Deum non solum in prosperis benedicere, sed etiam in adversitatibus[e] collaudare. In his igitur quae patimini nullum contra Deum murmur cordi vestro[f] subripiat, quia, ad quid hoc creator noster operetur, ignotum est. Forsitan enim, magnifice fili, aliquid illum in prosperis positus offendisti, unde te[g] clementi amaritudine vult purgare[h]. Et ideo nec temporalis te frangat afflictio nec rerum damna discrucient, quia, si in adversis gratias referens Deum tibi patientia feceris esse placabilem, et quae amissa[i] sunt multiplicata redduntur et super hoc gaudia aeterna praestantur. Peto autem, ne iniuriosum ducatis, quod viginti[k] annonas[l 2] vestitus[m] ad pueros vestros[n] per Romanum defensorem[3] scripsimus praeberi, quia de[o] beati Petri apostoli rebus, quamvis parva sint quae offerantur, pro magna semper benedictione suscipienda sunt, quoniam et hic vobis valebit maiora impendere et apud omnipotentem Deum beneficia[p] aeterna praestare.

X, 13.

Gregorius I. papa Ecclesio, episcopo Clusino, mandat, ut de vita et actibus Iohannis diaconi, quem gloriosus vir Ansfrid una cum habitatoribus Balnei-Regis episcopum elegerit, cognoscat seque certiorem faciat. *600, Iun.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 144; ρ: cap. 143.
Edd. M: Lib. X. ep. 34; G: Lib. VIII. ep. 34. — Iaffé Reg. 1782 (1318).

GREGORIUS ECCLESIO EPISCOPO CLUSINO.

Gloriosus filius noster Ansfrid[a 1] ad nos scripta transmisit indicans, quod in castro Balneum[b] Regis[2] una cum habitatoribus loci ipsius sibi Iohannem diaconem elegerit episcopum ordinandum, de cuius omnino vita bona testatus est. Sed quia quae[c] sunt[d] canonica nesciunt et nos inexpertis vel incognitis manus temere non audemus imponere, fraternitas vestra cum omni sollicitudine ac vigilantia diversis quibus potuerit modis de vita actibusque ipsius requirere studeat: et si nihil est, quod ei canonice possit obsistere, requirendum quoque est, si in opere Dei studium habuit vel psalmos novit. Et si talis fuerit, cum ad nos cum testificationis suae epistola dirigat: si vero aliter fuerit, vestris nobis similiter epistolis indicate[e] et habitatores loci ipsius adhortamini, ut, si iste[f] aptus non fuerit, sicut et suprascripto[g] Ansfrid filio nostro scripsimus[3], alium sibi eligant, qui[h] ad hoc officium cum Dei gratia aptus valeat inveniri[4].

---

b) *alterum* vos *hic add.* ρ*1. c) iniuste ρ3. d) deliberavit R1; liberat ρ*1. e) adversis ρ3. f) cordis vestri ρ*. — subrepat *edd.* g) te *om.* ρ1. ρ*1. h) purgari ρ. ρ*. i) commissa ρ1. k) vigilanti R1. l) *ita* R1; annos ρ1; a nobis ρ*. ρ3. m) vestitas R1; vestitos ρ1. ρ*1. n) nostros ρ*2. 3. o) de *om.* R1. p) benefaciat R1.

X, 13 in titulo: Eclesio R*1 — eleusino R*1. a) *ita* ρ. ρ*; Ansfritus R1; Ansfridus R*1. b) Valneum R1. c) *ita* R1. ρ1; quia queque ρ*. ρ3. d) *ita* R1. ρ1; sint ρ*. ρ3. e) indicare R1. f) iste *om.* R1. g) sto ρ1. h) quid ρ1.

2) Annona ut alias pecunia vel species praestatur, ita hic vestes praestari videntur. 3) De Romano, rectore patrim. Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss.

X, 13. Eidem Ecclesio, episcopo Clusii Etruriae, missa est ep. XI, 3 et de eodem agitur in ep. XIV, 15. 1) Dux vel magister militum huius regionis (ducatus Perusini), quam Romani non multo ante recuperaverant, fuisse videtur. De hac regione cf. Diehl l. l. p. 68 ss. 2) Hoc oppidum post indutias a Langobardis captum est: cf. Paul diac. IV, 32. 3) Haec ep. desideratur in nostris collectionibus. 4) Si in ep. XI, 3 de eadem electione agitur, Iohannes episcopus non factus esse videtur.

MENSE IULIO INDICTIONE III.

X, 14.

Gregorius I. papa Eulogio, patriarchae Alexandrino, litterarum intermissionem excusat. De podagrae doloribus, qui eum iam per duos fere annos teneant, queritur. Monachos Hierosolymitanos ad se de Agnoitarum errore interrogatum venisse negat. Quos vero ante biennium Constantinopolim adiisse scribit seque, ab Anatolio diacono de illa haeresi (de qua Graeci patres cum Latinis consentiant) consultum, per litteras respondisse.

600, Iul.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 145; ϱ: cap. 144.
Edd. M: Lib. X. ep. 35; G: Lib. VIII. ep. 35. — Iaffé Reg. 1783 (1319).

GREGORIUS EULOGIO PATRIARCHAE ALEXANDRINO.

Transacto anno suavissima sanctitatis vestrae scripta suscepi, quibus pro aegritudinis meae nimietate respondere nunc usque non[a] valui[1]. Ecce enim iam biennium paene[b] expletur, quod lectulo teneor tantisque podagrae doloribus affligor[c], ut[d] vix in diebus festis usque ad horarum trium spatium[e] surgere valeam missarum[f] sollemnia celebrare. Mox autem cum gravi depellor dolore decumbere, ut cruciatum meum[g] possim gemitu[h] interrumpente[i] tolerare. Qui dolor interdum mihi lentus est, interdum nimius, sed neque ita lentus, ut recedat, neque ita nimius, ut interficiat. Unde[k] fit[l], ut, qui[m] cotidie in morte sum, cotidie repellar[n] a morte. Nec mirum, quia peccator
Ps. 142, 8. gravis talis corruptionis carcere diu teneor inclusus. Unde compellor exclamare: 'Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo'. Sed quia meis adhuc precibus optinere non mereor, rogo[o], vestrae sanctitatis oratio suae mihi intercessionis adiutorium praebeat meque a peccati et corruptionis pondere liberum reddat in illa quam bene nostis libertate gloriae filiorum Dei[2].

Scripsit autem mihi dulcissima et semper honoranda beatitudo vestra, quod ei communis filius Anatolius[p] diaconus[3] de Constantinopolitana urbe scripserat ad me quorundam monachos[q] de Hierosolymorum[r] partibus venisse, qui a[s] me aliquid de Agnoitarum[t] errore[4] requirerent; et dicitis[u], quia petiit[v], ut vestra mihi sanctitas scriberet, quid de eadem debuisset[w] inquisitione sentire. Sed neque ad me de Hierosolymorum[x] partibus requirentes aliquid[y] monachi venerunt, neque eundem communem filium vobis[z] potuisse aliud quam erat scribere, sed interpretem suspicor in eius epistolis

Mense *cet.: ed. M. in nota f) ad ep. praeced.:* Datum mense Iunii, Indict. III.

X, 14 in titulo: Alexandrię *R* 1.* a) non *om. R 1.* b) plene *R 1. Vat. B (ed. M).* c) affrigor *ϱ 1.* d) ut *post. add. R 1.* e) spacia *ϱ* 2. 3;* spatiarum *ϱ* 1.* f) *hoc verb. om. ϱ 1* — et missarum *scr. Mommsen.* g) non *suprascr. R 1.* h) gemitum *R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. R 1. ϱ 1.* i) interrumpere *R 1.* k) et *R 1.* l) fiat *R 1.* m) quid *ϱ* 1.* n) repellor (*om.* cotidie) *ϱ. ϱ*.* o) roga *ϱ* 1;* ut *add. ϱ.* p) Anatholius *ϱ 1. ϱ* 2. 3.* q) monachi *ϱ* 1.* — quosdam m. *edd.;* quondam m. *scr. Mommsen.* r) *ita ϱ 1;* Hierosolim. *cet.* s) a *om. ϱ 1.* t) agnovitarum *ϱ*. ϱ 3.* u) dictis *R 1. ϱ* 1, sed corr. R 1.* v) petit *ϱ* 1. ϱ 3.* w) debuissem *ϱ 1.* x) Hierusolym. *R 1;* Hierosolim. *ϱ*. ϱ 3.* y) aliqui *R 1. ϱ 3.* z) *ita ed. M.;* nobis *codd. n.*

X, 14 transmissa, ut ex ep. X, 21 apparet, per Abramium Alexandrinum. — De Eulogio cf. ep. V, 41 n. 1) An de epistula in ep. IX, 175 commemorata agitur, cui noster brevius, quam Eulogio solet, respondit? Notandum est nostrum semel in anno Eulogio scribere solitum esse. — De Gregorii valetudine cf. ep. VIII, 29 n. 1. IX, 175 n. 3. IX, 232 n. 2. 2) Similia saepius in epistulis Eulogio missis. 3) De Anatolio apocrisiario cf. ep. VII, 27 p. 474 n. 6. 4) De eadem re noster plura scribit in ep. X, 21. De Agnoitis cf. Timothei presb. librum de receptione haereticorum: Ἀγνοῖται οἱ λέγοντες ἄλλα τέ τινα τὸν Κύριον ἀγνοῆσαι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον καὶ τὴν ἡμέραν δὲ τῆς συντελείας (Migne t. 86 c. 41 et passim). Adde Leontii Byzantini de sectis 5, 6 (Migne 86 c. 1232) et 10, 3 (ib. c. 1261).

errasse. Nam isdem diaconus mihi iam ante biennium scripsit. quia a[a] praedictis[b] partibus ad Constantinopolitanam urbem talia requirentes monachi venerunt, meque studuit requirere. quid sentirem. Cui ego ante longum tempus quam vestra scripta susceperam[c], contra eandem heresim ipsa[d] respondi, quae postmodum in vestrae sanctitatis epistola inveni[5]: atque[e] omnipotenti Deo magnas gratias retuli. quia de cunctis inquisitionibus Romanorum atque Graecorum patres[f]. quorum nos sequaces sumus, uno spiritu sunt locuti. In multis enim eandem vestram epistolam ita repperi, ac si contra praedictam heresim scripta[g] Latinorum patrum legerem[h]. Et quantum potui de sanctissimo fratre meo amare bonum et laudare, perpendite, in cuius ore venerandos[i] patres. quos multum diligo, recognovi. Sit ergo illi laus, sit in excelsis gloria, cuius dono adhuc in sede Petri clamat vox Marci[6], de cuius effusione spiritus cum sacerdos perscrutanda mysteria scilicet ad sancta sanctorum intrat, in sancta ecclesia velut[k] in tabernaculo ex verbis praedicationis spiritalia tintinnabula resonant. Recta itaque et valde laudabilis est vestra praedicatio. Sed omnipotentem Dominum[l] deprecamur, ut diu vos etiam in hac vita custodiat, ut de Dei organo, quod estis, in hoc mundo latius vox veritatis sonet[m]. Pro me autem, peto, intercedite, ut huius peregrinationis via, quae mihi asperior facta est, cum celeritate finiatur, quatenus, qui ex meis non valeo, ex vestris meritis possim ad aeternae[n] patriae promissa pertingere et cum caeli civibus gaudere.

X, 15.

Gregorius I. papa Maximo, episcopo Salonitano, queritur de podagrae doloribus. quibus iam tempore, quo Veteranus presbyter Romae fuit, cruciatus sit. De Sclavorum incursionibus, de pauperibus tuendis, de Photinianistis ad fidem revocandis addit.

600, Iul.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 146; ϱ: cap. 145.

Edd. M. Lib. X. ep. 36; G: Lib. VIII. ep. 36. — Iaffé Reg. 1784 (1320).

GREGORIUS MAXIMO EPISCOPO SALONITANO.

Ad Romanam urbem veniens communis filius presbyter Veteranus[1] ita me podagrae doloribus debilem repperit, ut fraternitati[a] tuae epistolis per me respondere nullatenus valuissem[b]. Et quidem[c] de Sclavorum gente[d], quae vobis[e] valde imminet[2], et affligor[f] vehementer et conturbor. Affligor in his quae iam in vobis patior: conturbor, quia per Histriae[g] aditum iam ad Italiam intrare coeperunt. De Iuliano autem scribone[3] quid dicam, quando ubique video, quia nobis peccata nostra respondeant. ut

a) qui a *R1. ϱ*2.3.* b) praedictus *ϱ*1.* c) *ita R1;* susciperam *ϱ*1;* susciperem *ϱ. ϱ*2.3.* d) ipse *ϱ*; post* ipsa *ras. ϱ1.* e) inveniat *ϱ*3 et ex* inveniatque *corr. ϱ*2.* f) *ex* partes *corr. R1.* g) scriptam *ϱ*. ϱ3.* h) legeret *R1;* regem *ϱ3.* i) venerando *R1.* k) vel *ϱ1.* l) deum *ϱ3.* m) sonat *ϱ*1.* n) eterna *R1.*

X, 15 in titulo: Maximiano *R1. ϱ1. ϱ*2.3, sed corr. ϱ*3;* Maximianio *ϱ*1.4* — Solicitano *ϱ*1.4.* a) fraternitatis *ϱ*2.3. ϱ3.* b) *ex* valuisse *corr. R1.* c) quidam *ϱ*1.* d) gente Sclav. *ϱ*2.3.* e) nobis *ϱ1.* f) *ex* affligo *corr. R1.* g) strie *R1.*

5) Haec ep., ut videtur, indictione 1 scripta deperdita est. 6) Cf. ep. VI, 58 p. 432 n. 2.

X, 15. De Maximo cf. ep. IX, 234 n. 1) De Veterano cf. ep. XIII, 10. 2) Callinicus indict. II de Sclavis victorias reportaverat: cf. ep. IX, 154 (n. 1). Cf. Paul. diac. IV, 24: Langobardi cum Avaribus et Sclavis Histrorum fines ingressi universa ignibus et rapinis vastavere. *3) De Iuliano cf. ep. V, 29 n.*

et foris a gentibus et intus a iudicibus conturbemur? Sed nolite de talibus omnino[h] contristari, quia qui[i] post nos vixerint deteriora tempora videbunt, ita ut in[k] comparatione sui temporis[l] felices nos[m] aestiment dies habuisse. In quantum vero[n] praevalet[o] fraternitas tua, opponere se pro[p] pauperibus[q], pro oppressis debet. Quae etiam si prodesse minime valuerit, ipsa[r] omnipotenti Deo mentis devotio sufficit quam dedit.
Prov. 24, 11 Scriptum est etenim[s]: 'Eripe eos qui ducuntur[t] ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare ne[u] cesses'. Quod si dixeris: vires non[v] suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intellegit. In omne ergo quod agis, inspectorem cordis appete habere placatum: quicquid est, unde illi placeas, facere non omittas. Nam humani terrores et gratiae[w] fumo sunt similes, qui leni aura[x] raptus evanescit. Hoc certissime scito, quia[y] placere Deo[z] et pravis hominibus nullus potest. In tanto se ergo aestimet[a] fraternitas tua omnipotenti Deo placuisse, quanto se perversis hominibus displicuisse cognoverit[b]. Ipsa tamen defensio pauperum moderata et[c] gravis sit, ne, si quid[d] nimis[e] rigide agimus[f], ex iuventute vos[g] arbitrentur homines superbire. Sed talis necesse est ut inveniatur pro oppressis nostra defensio, quatenus et humiles protectionem sentiant et oppressores non facile inveniant, quod ex malivola mente reprehendant.
Ezec. 2, 6. Attende ergo quod ad Ezechielem[h] dicitur: 'Fili[i] hominis, increduli et subversores
Iob 30, 29. sunt tecum, et cum scorpionibus habitas'. Et beatus Iob ait: 'Frater fui[k] draconum
Phil. 2, 15. et socius strutionum[l]'. Et Paulus discipulis dicit: 'In medio nationis pravae et perversae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo'. Tanto ergo debemus cautius ambulare, quanto nos scimus[m] inter Dei inimicos vivere.

De Frontinianistis[n] [4] autem fraternitas tua sit omnino sollicita et, sicut coepit, studeat, quatenus ad sinum sanctae ecclesiae revocentur. Si qui vero ad me[o] venire voluerint et rationem recipere, prius iusiurandum praebeant, quia non permittant[p] suis, quod in eorum errore etiam ratione recepta persistant. Et postmodum eis tua sanctitas promittat, quia a me nullam violentiam patiuntur, sed rationem reddo[q]. Si veritatem cognoverint, suscipiant[r]; si non cognoverint, inlaesos dimitto[s]. Si qui[t] vero contra vos ex eis ad nos venire voluerint, minime eos fraternitas tua retineat, quia venientes aut rationem recipient[u], aut scito, quia terram illam ulterius non videbunt.

X, 16.

Gregorius I. papa Innocentio, praefecto Africae, initum honorem gratulatur dromonesque praeparanti nuntiat cum Langobardorum rege usque ad mensem Martium quartae indictionis pacem factam esse; sed postea mortem regis nuntiatam esse. De

h) omnimodo *ρ 1. ρ**. i) qui *suprascr. R 1.* k) in *om. ρ 3.* l) uitempris *ρ* 1.* m) nos *om. R 1. ρ* 1. 2, sed* l *suppl. R 1. ρ* 2.* n) ut *hic add. R 1.* o) prevalent *R 1.* p) *ex* oppones et *corr.* se opponere et *R 1.* q) pro pauperibus *om. ρ 1.* r) ita *R 1.* s) *ita R 1. ρ* 2. 3. ρ 3;* enim *ρ 1. ρ* 1.* t) dicuntur *ρ* 1.* u) non *ρ 3.* v) non *suprascr. R 1.* w) *alterum* et *add. ρ* 1.* x) lenia vra *ρ* 1.* y) qui *ρ 1.* z) deo *om. R 1.* a) et *add. ρ* 1.* b) cognoverint *ρ 1.* c) et *post. suppl. R 1.* d) quod *ρ 1.* e) niminis *ρ* 1.* f) agitur *ρ* 2. 3;* agitis *ρ 3.* g) *in* nos *corr. R 1.* h) Ezechiel *R 1.* i) filii *ρ* 1.* k) fuit *ρ 1.* l) *ex* strutiorum *corr. R 1;* structionum *ρ 1.* m) noscimus *ρ* 1.* n) Frontianitatis *R 1;* Fotinianistis *ρ 3;* Frontinianistis *ρ 1. ρ* 2. 3, sed in* Frontionianistis *corr. ρ* 2;* Fotianistis *ρ* 1.* o) te *ρ 3.* p) *ita R 1. ρ 1; ex* promittunt *corr.* permittunt *(ita ρ* 1) ρ* 2. 3;* promittunt *ρ 3.* q) redde *ρ 3.* r) suscipiam *ρ 3.* s) dimittam *ρ 1.* t) quis *R 1.* u) recipiant *ρ* 1.*

4) Maurini notant de Photinianistis hic agi, quorum etiam in ep. Pelagii II I-K. 1056, a nostro scripta (Mansi l. l. IX c. 444) mentio fit; de his cf. Timotheum in libro de receptione haereticorum (Migne t. 86 c. 24 s.) et Augustin. de haeres. 45. Sed nota Marcell. com. ad. a. 554. 562 de quodam Frontiniano, Salonensi ep., ob tria capitula in exilio degente scribere, de cuius sectatoribus hic agi verisimilius est. Cf. Farlati Illyric. s. II p. 200 ss.

Anamundaro addit; suum in Iob commentarium postulanti S. Augustini libros commendat. De patrocinio in pauperes b. Petri, de quo Hilarus chartularius retulerit, gratias agit.

600, Iul.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 147; ϱ: cap. 146.
Edd. M: Lib. X. ep. 37; G: Lib. VIII. ep. 37. — Iaffé Reg. 1785 (1322).

GREGORIUS INNOCENTIO PRAEFECTO AFRICAE.

Luculenta eminentiae vestrae et condita[a] cordis melle facundia[b] ita[c] sui nobis saporem medullitus infudit[d] et in suo amore nos rapuit, ut nobis et dulce sonet quod scribitis et sapiat suave quod agitis; nec inmerito, quia qui bonis studiis comptus est[e] iudicio[f] magnus est, non favore. Praefecturae autem vos suscepisse cingula[g] cognoscentes, laetitiae se miscuit nostrae[h] tristitia[i]. Nam ex una parte laetati de provectu[k] dulcissimi filii contristati sumus ab altera, quia, quam grave sit confusis temporibus locis maioribus[l] esse praepositos, ex nostro prorsus dolore sentimus. Unde omnino studendum est, ut res aspera fiat mercedis occasio. Nam sicut nostis, de terra plena carduis frumentum egreditur et de spinis rosa producitur. Dum ergo seminandi vobis congruum tempus est, bonorum operum serere semina[m] non cessetis, ut maiores in die messis laetitiae manipulos reportetis atque ad aeternam gloriam ex[n] transitorii honoris merito veniatis.

Cognoscentes igitur[o], quale studium in praeparandis drumonibus gesseritis [1], sollicitudinem vestram desiderato[p] nuntio relevamus[q] indicantes cum Langobardorum rege[r] usque ad mensem Martium futurae quartae indictionis de pace propitiante Domino convenisse [2]. Quae si retineat, ignoramus, quod isdem rex obisse postea nuntiatum[s] est, licet adhuc habeatur incertum.

De Anamundaro[t] [3] autem quae scripsistis[u] fecimus, sed voluntatem utinam sequatur effectus[v], quia, quantum ad nos pertinet, afflictis intercessionis nostrae solacium non negamus.

Quod vero in expositione sancti Iob [4] transmitti vobis codicem voluistis, vestro omnino studio gaudemus[w], quoniam illi rei eminentiam vestram[x] studere conspicimus, quae nec totos foris vos exire permittat et ad cor iterum saecularibus curis dispersos recolligat. Sed si delicioso[y] cupitis pabulo saginari[z], beati Augustini[a]

X, 16 in titulo: praefecto *Ioh. diac. IV, 78 et edd.;* ēpō *codd., sed nigro atram. suprascr.* prefecto *R 1.* a) contra *ϱ 3.* b) mella fecunda *R 1;* melle fecundia *ϱ 1.* c) *ex* alita *corr.* alta *ϱ* 1.* d) infundit *ϱ* 1.* e) compotest *ϱ* 1,* contemptus est *ϱ* 3.* f) indici *R 1.* g) suscepisset ingula *ϱ* 1.* h) nrā *ϱ 1;* vestrae *ϱ* 1.* i) *ex* tristitię *corr. R 1.* k) proectu *ϱ* 1.* l) moribus *ϱ 1.* m) semina *om. R 1.* n) et *ϱ* 1.* o) *ita R 1;* igitur *om. ϱ. ϱ*.* p) sollicitudini vestrae desiderium *ϱ 3.* q) *ex* relevemus *corr. R 1;* revelamus *ϱ 1. ϱ* 2. 3.* r) *ex* gente *corr. ϱ* 2.* s) *ita R 1. ϱ 1. ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2 in* nuntiatus *(ita ϱ* 3 et ϱ 3).* t) Anamandorum *R 1.* u) scripsisti *R 1.* v) *om. hoc verb. ϱ 3.* w) congaudemus *R 1.* x) illi regimen etiam vrām *(corr. in* vrūm*) R 1.* y) dilectioso *ϱ* 1.* z) *ex* paulo s. *corr. R 1;* pabulo signari *ϱ 3;* palossignari *(in* palosignari' *corr.) ϱ* 1.* a) Agustini *ϱ* 1. ϱ 3.*

X, 16. Haec et sequens ep. per Hilarum transmissae esse videntur. — Eidem Innocentio missa est ep. XI, 7. *1) Ex hoc loco F. Lampe in dissertatione* Qui fuerint Gregorii M. p. temp. in imperii Byzantini parte occident. exarchi et qualia eorum iura atque officia *(Berol. 1892) efficere conatur tunc temporis novum exarchum (post Gennadium) in Africam missum non esse aut munus exarchi una cum praefectura ab eodem viro gestum esse.* *2) In ep. IX, 195 m. Iul. ind. II scribit noster* quod finita hac pace Agilulfus ... pacem non faciat. *An indutiae initio anni 600 interruptae sint non constat, neque interruptas esse puto. Mense Februario sequentis anni (601) admonet noster episcopos Siciliae, ut adversus hostes Siciliam invasuros auxilium a Deo precentur: ep. XI, 31.* *3) Quisnam fuerit, ignoro. De Alamundaro, Saracenorum regulo, cogitari non potest.* Alamund *quidam proavus Rothari regis commemoratur in serie regum Langobardorum.* *4) Cf. ep. V, 53 a.*

patriotae vestri opuscula legite et ad comparationem siliginis[b] illius nostrum furfurem non quaeratis[c].

Quale praeterea patrocinium qualemque affectum in utilitatibus pauperum beati Petri apostolorum principis amatoris sui gloria vestra praebuerit, Hilaro[d] cartulario nostro[5] testificante didicimus. Ex qua re[e] uberes gratias exsolventes[f] omnipotentis Dei misericordiam exoramus, ut gratiae suae protectione vos muniat et nec malos contra vos homines exterius nec malignos[g] spiritus interius praevalere permittat, sed ita actiones vestras in suo propitius timore disponat, ut, sicut fecit inter homines, ita quoque post longaevae aetatis discursus in sanctorum suorum vos esse faciat numero gloriosos.

X, 17.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Caralitano, significat, ex Dominici, episcopi Carthaginiensis, et Innocentii praefecti epistulis, quarum exemplaria transmittit, se cognovisse in Sardinia pauperes a maioribus opprimi; monet de iis, qui in ecclesias confugerint. *600, Iul.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 148; ρ: cap. 147.
Edd. M: Lib. X. ep. 38; G: Lib. VIII. ep. 38. — Iaffé Reg. 1786 (1323).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALITANO.

Qualiter in[a] Sardinia[b] minores vel pauperes ab eis qui illic maiores sunt opprimantur, testantur[c] reverentissimi fratris nostri Dominici Carthaginensis episcopi[1] atque eminentissimi filii nostri Innocenti[d] praefecti[2] epistolae[e]; a quibus ut quae nobis scripta sunt[f] noveritis, ipsarum vobis epistolarum exemplaria praevidimus transmittenda. Et ideo, quia ea[g] quae petenda[h] sunt offeruntur, studiose agendum est, ut ea quae promittuntur opere compleantur.

Si qui eorum de quibus est quaestio in ecclesia fortasse refugerint, ita debet causa[i] disponi, ut nec ipsi violentiam patiantur nec hi qui dicuntur oppressi damna sustineant[3]. Curae ergo vestrae sit, ut eis sacramento ab his quorum interest de servanda lege et[k] iustitia promittatur[l] et per omnia commoneantur[m] exire atque suorum actuum reddere rationem, quibus etiam ecclesiae vestrae defensorem deputare vos convenit[n]. Cuius sollicitudine ea quae illis fuerint promissa serventur, quatenus nec aliis noxa[o] sit[p] et ipsis[q] ecclesiastica salva ratione[r] possint[s] prodesse refugia. Ita ergo fraternitas vestra faciat, ut haec quae eius studio emendanda sunt mora[t] per eam vel impedimentum aliquod[u] non contingat.

---

b) silignis *ρ*2. 3, sed corr. ρ*2.* c) feratis *ρ1.* d) *ita ρ. ρ*2. 3;* Hylario *R1;* Hylaro *ρ*1.* e) res *R1.* f) excolentes *R 1.* g) malignus *ρ 1.*

X, 17 in titulo: Iohanni (*pro* Ianuario) *omnes codd.* — Carał *ρ 1. ρ*1. 4;* Caralis *ρ* 2. 3.* a) in *om. R 1.* b) Sardiniana *ρ1.* c) opprimuntur *ρ1. ρ*1, sed corr. ρ1* — testantur, *quod scr., hic om. omnes codd.* d) *ita R 1. ρ1. ρ*, sed in* Innocentii *corr. R1.* e) dócuerunt *m. post. add. R 1;* testantur *hic m. post. add. ρ*2.* f) *ex* s n *corr.* sint *R 1.* g) hae *ρ 3.* h) petanda *ρ* 1.* i) *add. hic* v̄r̄a *R 1,* diligentia vestra *edd.* k) legeret *ρ* 1.* l) promittantur *ρ*.* m) *ex* commoveantur *corr. ρ*2.* n) conveni *R1.* o) *ita R1;* noxia *cet.* p) *ita R1. ρ*1. ρ3;* sint *cet.* q) ipsi *ρ*1.* r) salvatione *ρ1.* s) possit *codd. n.* t) moram *R1. ρ.* u) aliquot *R1.*

5) De Hilaro cf. ep. I, 73 n. 2.

X, 17. De Ianuario cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss. 1) Cf. ep. X, 20. n. 2) Cf. ep. praecedentem. 3) De asylo ecclesiastico cf. ep. IX, 4 n. 3.

X, 18.

Gregorius I. papa Adeodato, abbati Neapolitano, scribit se monasterio eius S. Sebastiani et Graterense, quod situm est in Plaia, et Puteolanum, quod Falcidis dicitur, monasteria coniungere, salvis iuribus et Neapolitani posthac ordinandi et Puteolani episcopi.

600, Iul.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 149; ϱ: cap. 148.
Edd. M: Lib. X. ep. 61; G: Lib. VIII. ep. 39. — Iaffé Reg. 1787 (1324).

GREGORIUS ADEODATO ABBATI NEAPOLIM.

Quorundam monachorum eiusdem monasterii ad nos relatione pervenit[a] monachos monasterii[b] Graterensis, quod situm in Plaia[1] est, monasterio[c] sancti Sebastiani[2], quod Neapolim in domo quondam[d] Romani constructum est, ubi Deo miserante, sicut dictum est[e], abbatis[f] geris officium, se monasteriumque suum uniri[g] magnopere poposcisse, adeo[h] ut cartas[i] omnes eiusdem[k] monasterii tuo monasterio, ut dicitur[l], tradidissent[m]. Sed quia monasterium ipsum[n] in Neapolitana[o] est diocesi constitutum, ne quid constituere, quod absit, praeiudicialiter videamur[p], volumus, ut, quousque Neapolim ordinetur antistes[q], tuo interim monasterio antefatum Graterense[r] monasterium cum omnibus ad se pertinentibus[s] sit unitum. Cum vero propitiante Domino Neapolim fuerit episcopus ordinatus, utrum in perpetuo haec unitio extendi an temporalis esse debeat, mature ac solidius cum Dei gratia pertractamus[t] [3]. Quia vero monasterium Puteolis[u] constitutum, quod Falcidis dicitur, ita esse destitutum a monachis perhibetur, ut non solum Dei[v] illic opus minime celebretur, sed etiam paene pro derelicto, quod dici[w] grave est, habeatur, idcirco tuo illud monasterium praesenti[x] auctoritate cum omnibus ad se pertinentibus in perpetuo duximus uniendum ammonentes, ut monachos in praedicta utraque[y] monasteria debeas deputare, qui et curam illic diligenter habeant et opus Dei regulari studeant institutione peragere atque ita se in his, sicut convenit, exhibere, ut nec illos de neglectu nec te de minori sollicitudine culpa confundat[z]. Quicquid vero ad eadem monasteria pertinere cognoscis, si[a] ab aliquibus inrationabiliter detinetur, ex hac nostra auctoritate repetendi exigendique atque tuo monasterio vindicandi habebis per omnia Deo adiuvante[b] licentiam, quia dignum est, ut, quorum curam geris, rebus[c] nullo modo defrauderis[d]. Monachos autem quos[e] in monasterium[f] Puteolis[g] situm[h] deputaveris, sub tua quidem disciplina, sed tamen Puteolano[i] episcopo, cuius diocesis est, non Neapolitano[k] noveris subiacere.

X, 18 in titulo: Adeodate *ϱ 1* — abba *ϱ 1* — Neapolitano *R 1. ϱ 3;* Neapoli *R* 1.* a) pervenit *om. R 1.* b) *in* monasterio *(ita ϱ* 3) corr. ϱ* 2.* c) nomen *ϱ* 2. 3.* d) quod *R 1.* e) est *om. ϱ 1.* f) ab̄b̄i *R 1.* g) viri *ϱ* 1.* h) adea *ϱ* 1.* i) caritas *R 1.* k) eius *ϱ 3.* l) dicitur (ut *om.*) *R 1. ϱ 1. ϱ* 1;* dicatur *ϱ 3.* m) tradidisse *ϱ.* n) (monasterium *om.*) *post ras.:* ipsum *ϱ* 2;* ipsum monasterium *ϱ* 3.* o) Napolitana *R 1;* Neopol. *ϱ* 2. 3.* p) videamus *R 1. ϱ 1.* q) antistites *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* r) Gratarense *R 1;* Graterenseñs. ē. *ϱ 1.* s) ad se pert. *om. ϱ 3.* t) *in* pertractabimus *corr. ϱ* 2;* pertractabimus *ϱ 3.* u) Poteolis *ϱ 1. ϱ* 1.* v) dei *om. ϱ 3. ϱ* 2. 3, sed suppl. ϱ* 2.* w) dicitur *R 1.* x) praesentia *ϱ* 1.* y) itaque *ϱ 1.* z) confundit *ϱ* 1.* a) sibi *ϱ* 1.* b) iuvante *ϱ 1.* c) rebus *om. ϱ 1.* d) frauderis *ϱ 1.* e) quod *R 1.* f) monasterio *ϱ* 2. 3.* g) Puteoculis *ϱ 1.* h) situ *ϱ* 2. 3.* i) Puteolane *ϱ* 2. 3.* k) Neappollitano *ϱ* 1;* Neopolitano *ϱ* 2. 3.*

X, 18. De Adeodato abbate cf. ep. XIII, 4. 1) Hodie Chiaia. 2) I. e. monasterium SS. Theodori et Sebastiani, quod in documentis s. X monasterium S. Sebastiani in viridario *vel* ad casa picta *appellatur: cf. Capasso in Archivio stor. Napolet. a. XVII (1892) p. 860 ss. — De eodem monasterio agitur in ep. IX, 10 (cf. ib. n. 1). IX, 165. 3) Fortunato post m. April. huius anni mortuo (cf. ep. X, 9) successit Pascasius ante m. Ian. a. 601 (cf. ep. XI, 19 et ep. X, 19). Unio, qua de agitur, confirmatur ep. XIII, 4. Cf. Wisbaum l. l. p. 34 s. et ep. XI, 54.*

X, 19.

Gregorius I. papa clero et nobilibus civitatis Neapolitanae scribit nec Petrum diaconum ab iis electum, si faeneretur, dignum honore episcopali esse neque, quem altera pars elegerit, Iohannem diaconum, castitatis expertem. Alium eligendum esse scribit.

600, Iul.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 150; ϱ: cap. 149.
Edd. M: Lib. X. ep. 62; G: Lib. VIII. ep. 40. — Iaffé Reg. 1788 (1325).

GREGORIUS CLERO ET NOBILIBUS CIVITATIS NEAPOLIM.

Nec novum nec reprehensibile est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes dividere[1], sed grave est, quando in huius modi causis non ex iudicio, sed ex solo[a] favore venit electio. Prius enim quam scripta ad nos vestra discurrerent, Iohannem[b] diaconem, qui ab altera parte electus est, parvulam[c] habere filiam quorundam relatione cognovimus. Unde si rationem voluissent attendere, nec alii eum eligere nec ipse debuerat consentire. Nam qua praesumptione[d] ad episcopatum audet accedere, qui[e] adhuc longam corporis sui continentiam filiola teste convincitur non habere? Petrus autem item[f] diaconus, quem a vobis[g] electum asseritis[h], omnino, quantum dicitur, simplex est. Et nostis[i], quia talis hoc tempore in regiminis debet arce[k] constitui, qui non solum de salute animarum, verum[l] etiam de extrinseca[m] subiectorum utilitate et cautela sciat esse sollicitus. Nam de eo insuper ad nos pervenisse cognoscite, quia[n] solidos dederit ad usuras; quod vos oportet cum omni suptilitate[o] requirere; et si ita constiterit, alium eligite et ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos[p] amatoribus usurarum[q] nulla ratione manus imponimus. Si vero suptili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit[r], quia persona nobis eius ignota est et, utrum ita sit de simplicitate eius[s] quod ad nos perlatum est, ignoramus[t], cum decreto a vobis facto[u] ad nos eum[v] venire necesse est, ut de vita moribusque ipsius sollicitius[w] requirentes sensum quoque pariter agnoscamus[x], si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eum adiuvante Domino desideria compleamus. Studii praeterea vestri sit etiam alium, qui aptus sit, providere, ut ne forte, si[y] huic ordini[z] hic non videatur idoneus, sit[a] in quo se[b] vestra declinare[c] possit electio. Nam grave cleri[d] illius erit[e] opprobrium, ut, si hic fortasse adprobatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat[f], non habere.

IX, 19 in titulo: civitatis *R1;* civium *ϱ. ϱ*; om. hoc verb. R*1* — Neapolim *R1. ϱ1;* Neapł *ϱ*1.4;* Neapoli *ϱ*2. 3;* Neapolī constitutis *R*1.* a) de solo *ϱ1;* excelsolo *ϱ*1.* b) iobis *R1.* c) parvulum *ϱ* 1.* d) praesumptio *ϱ*1.* e) quia *R1. ϱ1.* f) idem *R1. ϱ1. ϱ*1.* g) vobis a vobis *ϱ*1.* h) censeritis *ϱ*1;* censetis *ϱ3. ϱ*2. 3.* i) non scitis *R1.* k) arte *ϱ*2. 3, sed corr. ϱ*2.* l) verum *om., sed suppl. ϱ1.* m) extrinsecus *R1.* n) quod *ϱ*.* o) sublitate *ϱ1.* p) vos *ϱ1. ϱ*1.* q) amplius usurae *ϱ3.* r) putaverit *ϱ1. ϱ*1;* paruerit *ϱ*2. 3.* s) eius *om. ϱ.* t) ignoramus *om. ϱ1.* u) *ex* facta *corr. R1.* v) eum *om. ϱ.* w) sollicitus *ϱ1.* x) agnoscimus *ϱ*1* — ut *hic add. ϱ3,* et *Mommsen.* y) *ita ϱ* 2. 3;* si *om. R1. ϱ. ϱ*1, sed suppl. R1;* si *del. Mommsen.* z) cordini *ϱ*1.* a) sit *om. ϱ3* — et desit *coni. Mommsen.* b) esse *ϱ1.* c) declinari *R1. ϱ1. ϱ*.* d) *ex* clerici *corr.* clericis *R1.* e) *ex* eris *corr. R1.* f) *ex* debeant *corr. R1.*

X, 19. De electione, de qua hac ep. agitur, cf. ep. praeced. n. 3. 1) *Populum Neapolitanum iam antea in duas partes divisum esse apparet ex ep. IX, 47.*

MENSE AUGUSTO INDICTIONE III.

X, 20.

Gregorius I. papa Dominicum, episcopum Carthaginiensem, de lue in Africa vagante consolatur. *600, Aug.*

Codd. R: Indictio I—III. cap. 151; ρ: cap. 150.
Edd. M: Lib. X. ep. 63; G: Lib. VIII. ep. 41. — Jaffé Reg. 1789 (1326).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO CARTAGINENSI.

Quanta in Africanis partibus lues inruerit, iam dudum agnovimus[1]; et quia nec Italia a[a] cladis percussione[b] est libera, geminati in nobis[c] dolorum sunt gemitus. Sed inter haec mala et alias calamitates innumeras desperata cor nostrum, carissime frater[d], tribulatione deficeret, nisi fragilitatem nostram vox dominica praemunisset[e]. Olim enim fidelibus evangelicae[f] tuba lectionis insonuit adpropinquantem[g] finem mundi: pestilentiam, bella et alia multa[2], quae adhuc, sicut nostis, in metu sunt[h], eventura. Quae ergo praescientes patimur, affligi ex his nimium tamquam de incognitis non debemus. Nam plerumque et genus mortis in alterius mortis consideratione levamen[i] est. Quantas igitur detruncationes quantasque crudelitates[k] vidimus, quibus mors sola remedium et[l] erat vita tormentum[m]? Nonne cum David optio esset mortis oblata, recusatis fame vel gladio populum suum Dei elegit manu[n] succumbere?[3] Ex qua re colligite[o], in his qui divina percussione intereunt quanta sit gratia, quando ea vocatione obeunt quam prophetae sancto pro[p] munere constat oblatam[q]. Itaque creatori nostro in cunctis adversitatibus gratias referamus atque de eius misericordia confidentes patienter omnia toleremus[r], quia satis minus patimur quam meremur. Quoniam tamen[s] ita temporaliter flagellamur[t], ut sine aeternae vitae consolatione minime relinquamur, necesse est, ut, quanto[u] his signis nuntiantibus venturum indicem[v] in proximo non nescimus, tanto rationes nostras, quas in eius sumus examine posituri, bonae actionis studio et fletu paenitentiae muniamus[w], ut tantae[x] nobis percussiones favente eius gratia non damnationis initium, sed beneficium purgationis existant. Quia vero ea infirmitatis[y] nostrae natura est, ut non possimus de obeuntibus non dolere, fraternitatis vestrae doctrina tribulatis[z] sit solamen. Mansura[a] illis bona quae promittuntur[b] insinuet, ut per[c] certissima roborati in comparatione futuri muneris[d] discant de amissione temporalium non dolere[e]. Vestra eum[f] lingua, sicut et credimus, magis ac magis a pravi operis perpetratione coerceat, bonorum praemia, malorum poenas edisserat[g], ut qui bona minus diligunt saltem mala pertimescant[h] et ab his sese quae sunt[i] plectenda[k] contineant.

Mense *cet. om. R1;* ags *abbr. ρ*,* aūg *ρ1 — In fine seq. ep. haec add. cum Vat. A. B. D. E. ed. M.*

IX, 20 in titulo: Domnico *R*1;* Domico *ρ*4* — Cartaginense *R1;* Cartaginensi *ρ3;* Cartaginiensi *corr. ex* Cartaginensi *m. post. ρ1 et* Kartaginensi *ex* Kartaginiensi *R*1;* Cartagine *ρ*.* a) hac *add. ρ3.* b) dispercussione (*om.* cladis) *ρ*1;* tali percussione, *ut videtur*, *ρ*2. 3.* c) vobis *ρ1.* d) frm̄ *ρ1.* e) praemonisset *ρ1;* praemonuisset *Vat. A. F. (ed. M).* f) evangelica *R1.* g) adpropinquante *ρ*1;* appropriantem *R1;* adpropiantem *ρ1. ρ*2. 3;* adpropiante *ρ3.* h) *ita ρ. ρ*2. 3;* in metus est *R1;* in met' t *ρ*1.* i) *ita cdd.;* libamen *R1. ρ1;* iuvamen *ρ*. ρ3.* k) credulitates *ρ1.* l) et *om. ρ3.* m) victator mentum *ρ*1.* n) manus *ρ*1.* o) colligitur *R1.* p) pro *om. R1.* q) oblatum *codd. n.* r) toleramus *ρ*1.* s) tamen *om. R1.* t) *ex* flagellemur *corr. ρ1.* u) in *hic add. R1.* v) iudicium *ρ3.* w) muniamur *ρ1.* x) ante *R1.* y) infirmitis *R1.* z) tribulantibus *codd. n., sed corr. ρ1.* a) mensura *ρ*1.* b) promittentur *R1. ρ1:* promittuntur *ρ3. ρ*.* c) *ita R1. ρ;* spe *ρ*.* d) *ex* muniri *corr. ρ*2;* muniri *ρ3;* muniris *ρ1;* muneri *ρ*1;* numeri *R1.* e) dolore *R1. ρ1. ρ*1, sed corr. R1. ρ1.* f) eos *ρ3. ρ*2. 3.* g) edisseras *R1.* h) *ex* pertimescat *corr. R1.* i) querunt *R1. ρ3.* k) plectendo *ρ*. ρ3.*

X, 20. De Dominico cf. ep. II, 52 n. Eius epistulae, cui noster hac ep. respondere videtur, mentio fit in ep. X, 17. 1) *Cf. ep. IX, 232 n. 3.* 2) *Cf. Matth. 24, 7. Luc. 21, 11.* 3) *Cf. 2. Reg. 24, 13 s.*

Nam in flagella positos flagellis digna committere contra ferientem est specialiter superbire et saevientis[l] acrius iracundiam irritare; atque est primum genus dementiae nolle quempiam[m] a malis suis iuste[n] quiescere et Deum iniuste a sua[o] velle ultione cessare. Sed quoniam in his divino adiutorio opus est, iunctis[p], dilecte frater, precibus omnipotentis Dei clementiam exoremus, ut et nos digne ista tribuat exhibere et[q] populorum ad haec operanda misericorditer corda compungat, quatenus in timore ipsius actus nostros salubriter ordinantes et ab ingruentibus malis erui et ad superna venire gaudia eius duce gratia, sine qua nihil possumus, mereamur.

X, 21.

Gregorius I. papa Eulogio, patriarchae Alexandrino, iterum respondet, cum Abramium Alexandrinum, superioris ad eum epistulae (X, 14) latorem, Neapoli diu moratum esse cognoverit. De Agnoitis exponit. Deesse sibi peritos Graeci sermonis interpretes queritur. Addit de maioribus lignis praeparatis, quae transmitti ob navis parvitatem non potuerint.

600, Aug.

Codd. R: Indictio I—III. cap. 152; ϱ: cap. 151.
Edd. M: Lib. X. ep. 39; G: Lib. VIII. ep. 42. — Iaffé Reg. 1790 (1327).

GREGORIUS EULOGIO PATRIARCHAE ALEXANDRINO.

Prov. 25, 25. ‘Sicut aqua frigida animae sitienti, sic nuntius bonus de terra longinqua.’ Quis[a] vero mihi esse nuntius bonus, quantum ad sanctae ecclesiae adiutorium, potest, nisi vita atque incolumitas suavissimae mihi vestrae sanctitatis, quae ex percepta luce veritatis et eandem ecclesiam[b] praedicationis verbo inluminat et ad meliorem viam morum[c] suorum exemplis informat? Quotiens autem in corde meo unanimitatem[d] vestram relego atque in corde vestro fixum me permanere cognosco, ago omnipotenti Deo gratias, quia dividi locis caritas non potest. Nam etsi corpore longe disiungimur, mente tamen semper indivisibiles sumus[1].

Communis autem filius Anatolius[e] diaconus[f] suis mihi scriptis innotuit, in urbe regia nulla[g] ecclesiastica, quaedam de causis terrenis[h] mota[2]. Sed credo, quod prius haec mihi nuntiaverit[i], quam de causa[k] ecclesiae beatitudo vestra loqueretur, et gaudeo, quia, ubi vos adesse contigit[l], me non arbitror defuisse; nam veritatis minister, Petri sequax et sanctae ecclesiae praedicator illa scio[m] quia[n] loqui potuisti[o], quae de sede[p] Petri apostoli per os doctoris sonare debuerunt.

Ante hos autem[q] dies Abramio[r] Alexandrino veniente sanctitati vestrae rescripseram[3], vel quid de scriptis vestris quae contra hereticos Agnoitas edidistis[s] senserim vel cur tarde responderim[t]. Sed isdem Abramius[u] navigii necessitate compulsus diu perhibetur in Neapolitana[v] civitate demoratus atque in eo sensu, quod[w] dudum[x] scripseram, ita rescribo: quia de doctrina vestra contra hereticos qui dicuntur Agnoitae

l) ad se venientes *ϱ 3.* m) quampiam *ϱ 1.* n) suę iustitię *R 1.* o) suę *ϱ* 1.* p) in cunctis *ϱ 1.* q) et *om. ϱ 3.*

X, 21 in titulo: patriarcha *R 1.* a) qui *ϱ 3.* b) eclę *R 1.* c) morem *ϱ 1.* d) uniamitatem *ϱ*;* unianimitatem *ϱ 1.* e) Anatholius *ϱ* 2. 3.* f) ut *add. ϱ 1.* g) nonnulla *ϱ 1.* h) terrenis *om. R 1.* i) *ita R 1. ϱ 1;* nuntiaverat *cet.* k) causis *ϱ 3.* l) contingit *R 1.* m) *ita R 1;* scit *cet.* n) que *ϱ* 1.* o) potuisse *ϱ* 1.* p) *ex* se *corr. R 1.* q) autem hos *ϱ* 2. 3.* r) Abraham *ϱ* 1.* s) edisti *ϱ* 1.* t) responderimus *ϱ* 2. 3.* u) Abrahamius *ϱ* 1.* v) mea politana *ϱ* 1;* Neopol. *ϱ* 2. 3.* w) quo *R 1.* x) unum *ϱ* 1.*

X, 21. De Eulogio cf. ep. V, 41 n. *1) Similia saepe occurrunt, e. g. in ep. VI, 58. Cf. ep. V, 35 n. 1.* *2) Cf. ep. X, 14 n. 3.* *3) Scil. ep. X, 14; quam cf.*

fuit, valde quod ammiraremur[y], quod autem displiceret, non fuit. In eodem autem
sensu iam dudum communi filio nostro Anatolio[z] diacono plurima scripseram. Ita
autem doctrina vestra per omnia Latinis patribus concordavit, ut mirum mihi non esset,
quod in diversis linguis spiritus non fuerit diversus.

Nam hoc quod de ficulnea dixistis in eo sensu proprie beatus Augustinus[a] loquitur,
quia[b], cum evangelista subiunxit: 'Nondum enim erat tempus ficorum', aperte cognoscitur, Marc. 11, 13.
quod per ficum Dominus fructum in synagoga quaesierat, quae folia[c] legis habuit, sed[d]
fructum operis non habebat. Non enim poterat creator omnium nescire, quia fructum[e]
ficus non habuit, quod, dum tempus ficorum non esset, omnes poterant scire. De eo
vero quod scriptum est, quia 'diem et horam neque filius neque angeli sciunt', omnino Marc. 13, 32.
recte[f] vestra sanctitas sensit, quoniam non ad eundem filium iuxta[g] hoc quod caput
est, sed[g] iuxta corpus eius, quod nos[h] sumus, est[i] certissime referendum. Qua de re
in multis locis isdem beatus Augustinus[k] eo sensu utitur[4]. Dicit quoque et aliud, quod
de eodem filio possit intellegi, quia omnipotens Deus aliquando more loquitur humano,
sicut ad Abraham dicit: 'Nunc cognovi, quia[l] times Deum', non quia se Deus tunc Gen. 22, 12.
timeri cognoverit[m], sed quia[n] tunc eundem Abraham fecit agnoscere, quia Deum
timeret. Sicut nos diem laetum[o] dicimus[p], non quia ipse dies laetus est, sed quia
nos laetos facit[q], ita et omnipotens[r] filius nescire se dicit diem quem[s] nescire[t] facit,
non quod[u] ipse nesciat, sed quia hunc scire[v] minime permittat. Unde et pater solus
dicitur scire, quia consubstantialis ei filius ex eius natura, qua[w] est super angelos,
habet, ut hoc sciat, quod angeli ignorant. Unde et hoc intellegi suptilius potest, quia
incarnatus unigenitus factusque pro nobis homo perfectus in natura quidem humanitatis[x] novit diem et horam iudicii, sed tamen[y] hunc non ex natura humanitatis novit.
Quod ergo in ipsa novit, non ex ipsa novit, quia Deus homo factus diem et horam
iudicii per deitatis suae potentiam novit, sicut et[z] in nuptiis, cum mater virgo diceret
vinum deesse[a], respondit: 'Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum[b] venit hora mea'. Ioh. 2, 4.
Neque enim angelorum Dominus horae subiectus[c] erat, qui inter cuncta[d] quae[e] creavit
horas et tempora fecerat; sed quia mater virgo, cum[f] vinum defuit, per eum miraculum
fieri volebat, statim ei responsum est: 'Quid mihi et tibi est, mulier?' Ac si aperte
diceretur[g]: Unde facere miraculum possum, hoc mihi ex patre, non ex matre est. Ex
matre enim mori poterat, qui ex natura patris miracula faciebat. Unde et in cruce
positus eandem matrem moriens recognovit, quam discipulo commendavit dicens: 'Ecce Ioh. 19, 27.
mater tua'. Ait ergo: 'Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum venit hora mea'. Quod Ioh. 2, 4.
est[h]: In miraculo, quod ex tua natura non habeo, te minime recognosco. Cum hora
mortis venerit, cognosco matrem, quia, unde mori possum, hoc ex te habeo. Itaque
scientiam, quam ex humanitatis natura non habuit, ex qua cum angelis creatura fuit,
hanc se cum angelis, qui[i] creatura[k] sunt, habere denegavit. Diem ergo et horam
iudicii scit Deus et homo, sed[l.m] ideo, quia[n] Deus est homo[m]. Res autem valde manifesta est, quia, quisquis Nestorianus non est, Agnoita[o] esse nullatenus potest. Nam

y) admiremur ρ1. z) Anatholio ρ3. ρ*2. 3. a) Agustinus *R1. ρ3. ρ*1, sed corr. R1.* b) qui *R1.* c) *ex* filia *corr. R1.* d) et *R1.* e) fructus ρ*. f) recte *om.* ρ1. g) *verba* iuxta *usque* sed *om. R1.* h) non ρ*1 — *In marg. hic fere add. rubro atr.:* de die autem illa et hora *et atr. nigro:* N. I. *R1.* i) et ρ1. k) Agust. ρ*1. l) quod *R1.* m) cognovit ρ3. n) qui ρ1. o) laetum diem ρ. ρ*1. p) ducimus ρ*1. q) fecit ρ3. ρ*2. 3. r) *in marg. add.* II *R1.* s) dum nos ρ3. t) *ita R1.* ρ; nesciri ρ*. u) quid ρ*1. v) *ita R1.* ρ*1; sciri *cet. et in* sciri *corr.* ρ*1. w) quę ρ3. x) divinitatis ρ* *et in ras.* ρ1. y) *hic in marg. add.* III *R1.* z) ei ρ. ρ*. a) deesset *R1.* ρ*1. b) non ρ1. c) *ex* subtus *corr.* ρ1. d) cunctas ρ1. ρ*. e) quas ρ*1. f) cum *om.* ρ1. g) *verba* ac si a. dic. *om. R1.* h) ergo ρ3. i) qui *om.* ρ*1. k) creati ρ3. l) sed *om.* ρ*1. m) *verba* sed *usque* homo *om.* ρ1. n) quia *om., sed suppl. R1.* o) agnotus *R1.* ρ3. ρ*1, *sed corr. R1;* agnoitis ρ1.

4) Cf. Augustin., in psalm. 6, 1. 34 serm. 2 v. 11. 12; 77 v. 7; 98 v. 3; de divers. quaest. 60. 65; de trinit. I, 12. De hac Gregorii doctrina cf. Lau l. l. p. 426 ss.

qui ipsam Dei sapientiam fatetur incarnatam, qua mente valet dicere esse aliquid, quod
Ioh. 1, 1. Dei sapientia ignoret? Scriptum est: 'In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt': si omnia, procul dubio etiam iudicii dies et hora. Quis ergo ita desipiat, ut dicere praesumat, quia verbum
Ioh. 13, 3. patris fecit quod ignorat? Scriptum quoque est: 'Sciens Iesus, quia omnia dedit ei pater in manus': si omnia, profecto et[p] iudicii diem et horam. Quis ergo ita stultus est, ut dicat, quia accepit filius in manibus quod nescit?

Ioh. 11, 34. De eo vero loco in quo mulieribus de Lazaro[q] dicit: 'Ubi posuistis eum?' ipsa specialiter sensimus, quae[r] sensistis: quia, si negant scisse Dominum[s], ubi fuerit Lazarus sepultus, atque ideo requisisse[5], procul dubio compelluntur fateri, quia nescivit Dominus, in quibus locis se Adam et Eva post culpam absconderant[t], cum in paradiso[u] dixit[v]:
Genes. 3, 9. 'Adam, ubi es?' aut cum[w] Cain corripit dicens: 'Ubi est Abel frater tuus?' Qui si
Genes. 4, 9. Genes. 4, 10. nesciebat, cur protinus adiunxit: 'Sanguis fratris tui de terra clamat ad me'? Quamvis hoc in loco Severianus Gabilli[x] aliud loquitur[6] dicens, quia hoc mulieribus Dominus quasi per increpationem dixerit, quod mortuum Lazarum, ubi posuerint, requisivit, ac si[y] aperte Evae culpam memorans mulieribus diceret: ego virum in paradiso posui, quem vos posuistis in sepulcro.

Ad haec vero mihi isdem communis filius Anatolius[z] diaconus respondit aliam quaestionem dicens: Quid, si obiciatur mihi, quia, sicut inmortalis mori dignatus est, ut nos liberaret a morte, et aeternus ante tempora fieri voluit temporalis, ita Dei sapientia[a] ignorantiam nostram suscipere dignatus est, ut nos ab ignorantia liberaret? Sed ad haec ei necdum respondi, quia gravi nunc usque infirmitate detentus sum. Iam nunc autem vestra coepi[b] oratione convalescere et ei, si ita perfecte convaluero, ut dictare valeam, adiuvante Domino respondebo; de quibus vobis mihi nihil[c] dicendum est, ne videar docere quae nostis, quia et[d] medicamina vires medendi perdunt, quae membris sanis[e] ac fortibus apponuntur[f].

Indicamus praeterea, quia gravem hic[g] interpretum difficultatem patimur. Dum enim non sunt, qui sensum de sensu[h] exprimant, sed transferre verborum semper proprietatem volunt, omnem dictorum[i] sensum confundunt. Unde agitur, ut ea quae translata fuerint[k] nisi cum gravi labore intellegere nullo modo valeamus[l][7].

Benedictionem vero sancti Marci evangelistae et vestrae beatitudinis accepi. Ligna autem transmittere volui, sed quia navis parva fuit quae venit, ea[m] portare non potuit, quamvis[n] haec ipsa, quae[o] viderunt Alexandrini venientes, parva sunt[p]. Nam alia vobis omnino maiora[q] paraveram, quae necdum ad Romanam civitatem tracta sunt, quia expectavi, ut veniente Alexandrina navi trahi debuissent, et in loco quo[r] incisa fuerant remanserunt[8].

Omnipotens Deus vitam vestram ad aedificationem sanctae ecclesiae per tempora longa custodiat vobisque aspiret, ut pro me enixius oretis, ut quem propria peccata deprimunt, vestrae apud omnipotentem Dominum[s] preces levent.

---

p) et *om.* *R 1.* q) Lazoro *ϱ 1;* Lazare *ϱ* 1.* r) qui *R 1.* s) dm̄ *ϱ 1.* t) absconderat *R 1. ϱ 1. ϱ*, sed corr. R 1. Ita scr. etiam Mommsen, qui del.* et Eva. u) *ita ϱ 3;* paradyso *ϱ 1. ϱ* 2. 3;* paradysum *R 1;* paradisum *ϱ* 1.* v) dixerat *ϱ 1.* w) cum *om. R 1.* x) *ita ϱ 1. ϱ*;* Gabelli *R 1. Vat. B (ed. M);* Gaballus *ϱ 3.* y) si *om. R 1.* z) Anatholius *ϱ* 2. 3. ϱ 3.* a) sapientiam *R 1. ϱ* 1;* sapiens sapientiam *coni. Mommsen.* b) coepit *ϱ* 1.* c) nil *R 1.* d) et *om. ϱ 3.* e) sanis *om. ϱ* 1.* f) ponuntur *ϱ 1. ϱ*.* g) et *add. ϱ* 1.* h) de sensu *om. ϱ* 1.* i) *ex* doctorum *corr.* doctrinę *R 1.* k) sunt *ϱ 3.* l) valemus *R 1. ϱ* 2. 3, sed corr. R 1.* m) venite (*om.* ea) *ϱ* 1.* n) quia vis (*in* vix *corr.*) *R 1.* o) qua *ex* quam *corr. ϱ 1.* p) siut *ϱ 3.* q) meiorę *ϱ* 1.* r) ubi *R 1.* s) dm̄ *ϱ 1.*

5) De his doctrinis cf. Leontii Byzant. de sectis 10, 3 (Migne 86 c. 1264). 6) Σεβηριανὸς Γαβάλων commemoratur a Leontio Byzant., de sectis 3, 4 (Migne 86 c. 1216). 7) Cf. ep. I, 28 n. 2. III, 63 n. 7. Adde ep. X, 10 in. 8) Cf. ep. VI, 58. VII, 37. VIII, 28. IX, 175.

MENSE SEPTEMBRI INDICTIONE IIII.

XI, 1.

Gregorius I. papa Palladium, presbyterum de monte Sina, detractorum invidiam aequo animo ferre iubet. Mittit cucullam et tunicam. *600, Sept. 1.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 153; ϱ: cap. 152; P: cap. 27 et 54.
Edd. M: Lib. XI. ep. 2; G: Lib. VIII. ep. 45. — Iaffé Reg. 1791 (1351).

GREGORIUS PALLADIO PRESBYTERO DE MONTE SINA.

Epistolis[a] dilectionis tuae susceptis filium meum Simplicium requirere[b] curavi et, qua[c] temptatione[d] tua caritas urgueretur[e], inveni, de qua[f] tamen mei[g] verbi consolatione non indiget[h], cum ipsa veritas dicat: 'Si patrem familias Beelzebub[i] vocave- Matth. 10, 25. runt[k], quanto magis domesticos eius?' Quae[l] iterum dicit[m]: 'Si de hoc mundo essetis[n], Ioh. 15, 19. mundus[o,p] quod suum erat diligeret. Sed quia de hoc mundo non estis[p], sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus', mundum videlicet corda carnalia designans[q], quae diligunt mundum. Haec ergo[r] cum perfecte scire te audiam, miror[s] dilectionem tuam verbis hominum[t] contristatam[u]. Inter verba enim laudantium sive[v] vituperantium ad mentem semper recurrendum est, et si in ea non invenitur bonum, quod de nobis dicitur[w], magna tristitia generari[x] debet; et rursum, si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines[y] loquuntur, in magna debemus laetitia[z] prosilire[a]. Quid enim, si omnes laudant[b] et conscientia[c] accusat[d]? Aut quae[e] debet esse tristitia[f], si omnes accusent et sola conscientia nos liberos demonstret[g]? Habemus Paulum dicentem: 'Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae': Iob quoque dicit[h]: 'Ecce 2. Cor. 1, 12. Iob 16, 20. in caelo testis meus[i]'. Si ergo est nobis[k] testis in caelo, testis in corde[l], dimitte[m]

Mense *cet. et in codd. R. ϱ. ϱ* 2. 3 et in codd. P exstat: cf. N. A. III, 588.* Data *ante* mense *add. Pa. Pb 1. 2. 3. 4.* — septimo *Pa* 1^{l}. 2. *Pb* 2^{l}; sept *R 1. ϱ. ϱ* 2. 3;* septb *Pb 1. 6;* sep *Pb 3* — III *ϱ* 2. 3.*

XI, 1. Haec ep. in Pa 1. Pb 2. 3 bis transscripta est, nº. 27. 30. 27 = Pa 1. Pb 2. 3 et nº. 54. 2. 54 = Pa 1^{l}. *Pb* 2^{l}. *Pb* 3^{l}. *Deest in ϱ* 1. Exstat et in Pb 4. 5 et in ϱ* 2. 3. — In titulo:* Paladio *ϱ* 2. 3. Pb 4. 5. Pa 1 in ind.* — de monte Sina *om. P;* de m. Syna *R 1. ϱ* 2. 3. — In marg. litt. unc. add. Pa 2:* E. AD. G. — a) epistula *Pa* 1^{l}. *Pb* 2^{l}. 3^{l}. b) recurrere *Pa 2.* c) quia *Pa 1.* d) temptatio *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 3.* e) urguetur *ϱ* 2. 3. Pb 4. 5;* argueretur *R 1.* f) quia *Pa 2.* g) temptatione me *Pb* 3^{l}. h) *corr. ex* indigis *corr. 2* indigit *Pa 1;* indigit *Pb 2.* 2^{l}. i) Belcebub *Pb 1;* Belzebud *Pa 1;* Belzebub *Pa* 1^{l}. k) vocaverint *ϱ 3.* l) quia *Pb 1. 2. Pa 1;* qui *Pb 4. Pa 2.* m) dicitur *Pa* 1^{l}. *Pb* 2^{l}. n) *corr. ex* estis *corr. 1 Pa 1;* fuissetis *R 1.* o) enim *add. Pb* 2^{l}. p) *verba* mundus *usque* estis *add. in marg. corr. 2 Pa 1.* q) designaris *ϱ* 2. 3, sed in* designari *corr. ϱ* 2.* r) igitur *R 1.* s) minor *Pb 1.* t) omnium *Pb* 2^{l}. u) contristatum *Pa* 1^{l}. *Pb* 2^{l}. v) *ex* sine *corr. Pb* 2^{l} *m. post* w) dicitur *om. Pa* 1^{l}. *Pb* 2^{l}. x) magnam tristitiam generare *Pa 1. 2;* generare *etiam Pb 1. 2. 3. 4.* y) *om.* homines *Pa 1. 2. Pb 1. 2. 3. 4.* z) magnam deb. laetitiam *Pa 1. 2.* a) prosilere *Pa 1.* 1^{l}. *Pb 2.* 2^{l}, *sed corr. Pb* 2^{l}. b) laudant *R 1. Pa 1.* 1^{l}. *Pb 2.* 2^{l}; laudabant *Pb 1;* laudent *cet.* c) conscientie *R 1* — nos consc. *Pa 2* — conspiencia *Pb 1.* d) *ita P;* accuset *cet.* e) quod *Pa 1. Pb* 2^{l}. f) stristicia *Pb 1.* g) demonstretur, *signo interrogationis corrupto Pa 2.* h) dicitur *Pa* 1^{l}. *Pb* 2^{l}. i) *add.* et conscius meus in excelso *Pa 2.* k) *om.* nobis *Pa 2.* l) *om.* testis in corde *Pa 2.* m) demitte *Pb* 2^{l}; denite *Pa* 1^{l}.

XI, 1. Cf. ep. seq., quacum haec transmissa esse videtur per Simplicium.

stultos foris loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi[n] in pulverem sufflant atque in oculos suos terram excitant[o], ut, unde plus detractionis[p] perflant[q], inde magis nihil veritatis videant[r]?

Vocandi tamen sunt etiam ipsi, tranquille[s] ammonendi[t], eisque satisfieri modis
Matth. 17, 27. omnibus debet[u], scientes, quod de Iudaeis[v] veritas dicit: 'Ne forte scandalizemus[w] eos'.
Si autem[x] satisfieri sibi ex veritate noluerint[y], habes consolationem, quam in sancto
Ibid. 15, 12. evangelio aspicias[z], quia cum Domino[a] dictum fuisset[b]: 'Scis, quia audito hoc[c] verbo
Ibid. v. 14. scandalizati sunt', respondit: 'Sinite[d] illos, caeci sunt[e], duces caecorum'. Paulus
Rom. 12, 18. quoque apostolus ammonet dicens: 'Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus
hominibus pacem habentes'; dicturus: cum omnibus pacem habeamus, quia[f] hoc difficile esse prospexit[g], praemisit: 'Si fieri potest'; sed tamen adiunxit[h], quod[i.k] possit fieri[l][1], cum dicit[i]: 'Quod ex vobis est[m]'. Quia, si nos in mente caritatem erga odientes servare cupimus, etsi illi nobiscum pacem non habent[n], nos tamen cum illis sine dubio
Prov. 4, 23. habemus[o]. In omnibus ergo[p], fili dilectissime[q], cor custodi, sicut scriptum est: 'Omni
custodia serva cor tuum[r], quia ex ipso[s] vita procedit'.

Haec breviter pro caritatis commemoratione[t] rescripsi. Sed peto, ut pro me orare debeas, quatenus omnipotens Deus[u] et a[v] malignis[w] me[x] spiritibus et a perversis hominibus custodire dignetur[y], quia in hac vitae meae peregrinatione mala me simul
Ps. 87, 17 s. et multa[z] circumdant, ita ut[a] cum[b] psalmista iure dicam[c]: 'In me pertransierunt irae
tuae, et terrores[d] tui conturbaverunt me. Circumdederunt[e] me sicut aqua tota die[e], circumdederunt me simul'. Caelestis gratia et nos in urbibus et vos in[f] heremo protegat, quia antiquus hostis terrarum locis a temptatione non excluditur, quia, si in paradiso hominem stravit[g], qui[h] locus esse extra paradisum[i] potest, in quo mentes hominum penetrare non valeat? In sola ergo[k] creatoris nostri protectione fidendum[l]
Ps. 70, 3. est, cui ex intimo corde[m] clamemus: 'Esto mihi in Deum protectorem et in locum
munitum, ut salvum me facias'.

Transmisimus vobis de benedictione sancti Petri apostoli cucullam[n] et tunicam, quae ea[o], petimus, caritate[p] suscipe[q], qua a nobis transmissa[r] sunt.

Data[s] die Kalendarum Septembrium[t] indictione IIII.

---

n) ni $Pb2^1$, *sed m. post. corr.* o) exercitant $Pa1^1.\ 2^1$, *sed corr.* $Pb2^1$. p) detractiones *R 1*. ϱ*2. ϱ3. $Pb2^1$, *sed corr.* $Pb2^1$; detractione *Pa2*; detractationis *Pb2*. q) perflant ϱ 3. ϱ* 2. 3. *Pa2*; perfluant *cet., sed corr. 2 Pa1.* r) vedeant *Pb1*; videat $Pb2^1$. s) ipse tranquilli *Pb1*; ipsae tranq. *Pa1*. 1^1. *Pb2*. 2^1; ipsi et tranq. ϱ 3. t) ammonendo *Pa2*. u) debetur *Pa2*. v) his (*pro* Iudaeis) ϱ 3. ϱ* 2. w) scandalizamus *Pb1*. x) hoc $Pa1^1$. $Pb2^1$. y) ex veri noverint $Pa1^1$. $Pb2^1$. z) conspicias ϱ 3. a) dō $Pb2^1$. b) esset *Pa2*. c) hoc *om. Pa2. Pb4.* d) *corr. ex* responde sinete *Pa1 corr. 1.* e) et *add. R 1.* f) quia *om.* $Pa1^1$. $Pb2^1$. g) perspexit *P.* h) si tamen adi. $Pb2^1$; si tunc xit (*om.* sed tamen) $Pa1^1$. i) *verba* quod *usque* dicit *om. Pa2.* k) si *add. Pb4.* l) fieri possit *Pa1. Pb1. 2*; posset f. $Pa1^1$. m) est ex vobis $Pa1^1$. $Pb2^1$. n) non hab. pacem ϱ 3. o) habeamus ϱ 3. p) igitur *Pa2*. q) *ex* fili dilectissimi *corr. Pa1 corr. 1*; filii dilectissimi $Pa1^1$. $Pb2^1$, *sed corr.* $Pb2^1$; fili kme *Pa2*. r) tuum cor *R 1*. ϱ 3. s) ipsa *Pa1. Pb1.* t) comm. car. *Pb2. Pa2.* u) deus *om.* $Pb2^1$. v) a *om.* $Pa1^1$. w) malis ϱ* 2. 3. ϱ 3. x) me *om.* $Pa1^1$. $Pb2^1$. y) dignet $Pa1^1$. $Pb2^1$, *sed corr.* $Pb2^1$. z) et multa *om. R 1.* a) ut *om. R 1.* b) cum *om. Pa2.* c) dicamus ϱ* 2. 3. ϱ 3. d) torrentes, *suprascr.* vel terrores ϱ 3. e) *verba* circumded. *usque* die *om. Pa1, sed in marg. add. corr. 2.* f) in *om., sed post. add. R 1.* g) homine straum $Pa1^1$; hominem stratum $Pb2^1$. h) quis *Pb1. 2. 4. Pa2.* i) locus extra p. esse *Pa2*. k) *ex* solo erga *corr.* $Pb2^1$. l) confidendum *Pa2*. m) cordis ϱ* 2. 3. n) *ex* cuculum *corr. Pb1.* o) ea *om. Pa2.* p) susc. car. *Pa2*. q) *in* suscipi (*ita* ϱ* 2. 3. ϱ 3) *corr. R 1 in marg.* r) transmissi *R 1*. s) Data *etc. ad ep. seq. trahunt codd. Pb; om. R.* ϱ. ϱ*. P^1. t) sept *vel* sēp *abbr. codd.*

1) *Cf. ep. V, 41 p. 333 l. 15 ss.*

XI, 2.

Gregorius I. papa Iohanni, abbati montis Sinai, ad instruendum hierocomium, quod a quodam Isauro illic constructum est, varia dona mittit. *600, (Sept. 1.)*

Codd. P: cap. 28.
Edd. M: Lib. XI. ep. 1; G: Lib. XII. ep. 16. — Iaffé Reg. 1792 (1350).

GREGORIUS IOHANNI ABBATI MONTIS SINAE.

Sanctitatem vitae tuae[a] humilitatis tuae testatur epistola[b], unde omnipotenti Deo magnas gratias agimus, quia adhuc esse cognoscimus, qui[c] pro peccatis nostris[d] valeant exorare. Nos enim sub colore ecclesiastici regiminis mundi huius fluctibus volvimur[e], qui frequenter nos[f] obruunt, sed caelestis gratiae manu protegente de profundo relevamur. Vos ergo, qui in tanta quietis vestrae serenitate tranquillam vitam ducitis et securi quasi in litore statis, nobis navigantibus aut potius naufragantibus[g] orationis vestrae manum tendite et conantes ad terram viventium pergere quantis potestis precibus adiuvate[h], ut non solum de vestra vita, sed etiam de ereptione nostra mercedem in perpetuum[i] habere valeatis. Sancta trinitas dilectionem tuam suae protectionis dextera protegat detque tibi[k] commissum gregem[l] orando, ammonendo[m], exempla boni operis ostendendo in suo conspectu recte pascere, ut ad aeternae vitae pascua valeas cum ipso quem pascis grege pervenire. Scriptum quippe est: 'Oves meae[n] venient et pascua invenient'[1]. Quae[o] videlicet pascua[p] tunc invenimus, quando huius vitae hieme carentes de aeternae vitae quasi de novi[q] veris veritate[r] satiamur.

Filio nostro Simplicio renuntiante cognovimus lectos[s] vel lectisternia in hierochomio[t][2], quod a quodam[u] illic Isauro constructum est, deesse. Propterea[v] transmisimus lenas xv, racanas[w][3] xxx, lectos xv; pretium quoque de emendis culcitis vel naula dedimus; quae dilectionem tuam petimus non indigne suscipere et in loco quo transmissa sunt[x] praebere[y].

XI, 3.

Gregorius I. papa Ecclesii, episcopi (Clusini), valetudinem dolet; de quodam non temere electo gaudet; equum dono mittit; de latorum praesentium causis et de ecclesiis visitandis addit. *600, Sept.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 154; ϱ: cap. 153.
Edd. M: Lib. X. ep. 45; G: Lib. VIII. ep. 46. — Iaffé Reg. 1793 (1330).

XI, 2. Nota datum, quod ad hanc ep. trahunt Pb, ad ep. praecedentem pertinere. — Sinai *Pa1 in ind. Pb1 in ind.;* Synai *indices Pa2. Pb3.4;* Synae *P* 1.* a) et *Pa2.* b) epistola *om. Pa2.* c) quia *Pb3.* d) nostris pecc. *Pa2.* e) *hic desunt aliquot folia in Pb2, usque ad ep. XI, 46 in f.* f) nos frequenter *Pa2.* g) *verba* navigant. *et* potius *om. et* naufrag. *in* navig. *corr. Pb4.* h) iuvate *Pa2.* i) perpetuo, *om.* habere *Pa2.* k) ut *Pa2.* l) gregem *om. Pb4.* m) commonendo *Pb1.* n) me *Pb1.* o) quia *Pa2.* p) pascuę *Pb1* — tunc pasc. *Pa2.* q) no *Pb4.* r) *ita codd. n.;* viriditate *scr. edd.;* hereditate *coni. Mommsen.* s) lectos *om. Pb3.* t) hierichomio *Pb4;* gerontocomio *edd.* u) quendam *Pb4.* v) *ex* proptere *corr. Pb1;* praeterea *Pb4.* w) *ita Pb1.4 et ex* caucanas *corr. Pb3;* racanas *Pa1;* raganas *Pa2.* x) sunt transm. *Pa2.* y) praeberi *Pb3.*

XI, 2. De Iohannis Climaci *vita et operibus cf. M. Raderi editionem apud Migne, patrol. Gr. t. 88 c. 585 ss.* *1) Cf. Ioh. 10, 27 et 10, 9.* *2)* Hierocomium *uno solo loco in A. SS. Febr. II p. 539 (not. a)* male pro geroc. *legi notat Ducange. Cf. ep. IV, 44 n. 2.* *3) rachana = διεῤῥωγὸς ἱμάτιον ῥάκος, ῥάκη, ῥάχη: cf. ep. XI, 59 et Ducange h. v.*

GREGORIUS ECCLESIO EPISCOPO.

Scripta fraternitatis vestrae suscipientes contristati sumus, quod vos per ea et graviter infirmatos et adhuc debiles esse cognovimus. Et licet sanctitatem vestram videndi[a] desiderium haberemus, bene tamen fecistis isto[b] vos illic tempore retinere[c], ne[d] venientes hic de aegritudinis vestrae recidiva[e] nobis tristitiam faceretis[f].

De episcopatu autem laudavimus, propter quod personam non temere elegistis, sed cauti[g], sicut decuit, extitistis[1]. Venientibus enim vobis, si Deo placuerit, communi deliberatione tractabimus[h] et quod utile visum fuerit Deo auxiliante disponemus[i].

Unum autem caballum vobis, qualem[k] invenire potuimus[l], de benedictione sancti Petri transmisimus, ut habeatis, cum quo post infirmitatem vectari possetis.

De causis vero pro quibus latores praesentium hic venerunt quid actum sit, ipsorum omnia renuntiatione cognoscetis[m]. Praeterea ecclesiis[n] ad quas sine labore potestis accedere fraternitas vestra officium[o] visitationis impendat, ut hi[p] qui illic[q] Deo propitio baptizantur inconsignati non debeant remanere.

XI, 4.

Gregorius I. papa Leontium exconsulem, quod Libertinum, virum magnificum, a se commendatum, libertate privaverit, vituperat. Quamquam cautio, qua ad praeturam ille accesserit, et glorioso Palatino patricio et consiliario suo Theodoro, viro magnifico, et sibi ipsi exsecrabilis apparuerit, tamen a tota provincia eundem Libertinum gratiarum actione honoratum esse. De iudiciis mansuete agendis monet. Alia quoque ut corrigantur, petit.

600, Sept.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 155; ϱ: cap. 154.
Edd. M: Lib. X. ep. 51; G: Lib. VIII. ep. 51. — Iaffé Reg. 1794 (1336).

GREGORIUS LEONTIO EXCONSULE.

Cautionis[a] exemplar Libertini[1] viri magnifici[b] ad me[c] studuit gloria vestra transmittere, quatenus mihi ostenderet, cum qua obligatione[d] vel mente ad praeturae[e] dignitatem isdem Libertinus accesserit. Quae a glorioso fratre meo Palatino patricio[2] vel consiliario meo viro magnifico[f] Theodoro[3] relecta mihi suptiliter[g] insinuata est atque execrabilis et mihi et cunctis apparuit, qui cognoscere valuerunt. Sed debeat[h] gloria

XI, 3 in titulo: ecclesie *R 1. R* 1;* Eudosio *Vat. A (ed. M);* Eulogio *ed. G.* — Syon *add. R* 1.* a) *ex* vivendo *corr. ϱ 1.* b) istos *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* c) continere *ϱ*. ϱ.* d) non *ϱ 3.* e) *ita ϱ 1 (cum Vat. E. F. sec. ed. M);* recidium a *R 1;* recideva *ϱ* 1;* recidivam *ϱ* 2. 3. ϱ 3;* molestia *add. edd.* — aegritudine vestra recidiva *Vat. D (ed. M).* f) fateretis *ϱ 1.* g) *ex* cautis *corr.* cautiis *ϱ 1.* h) *ex* tractamus *corr. R 1. ϱ 1.* i) disponimus *R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. R 1. ϱ 1.* k) quare *ϱ 1.* l) *verba* qual. inv. pot. *post* transmisimus *transponit R 1.* m) *ex* cognoscitis *(ita ϱ) corr. R 1.* n) ecclas *R 1. ϱ 1;* ecclesię *ϱ 3.* o) officii *ϱ 1. ϱ* 1.* p) hic *ϱ* 1.* q) licet *R 1.*

XI, 4 in titulo: ex consul *ϱ*;* exconsuli *ϱ. R* 1.* a) et *add. codd.* b) verm̄ *R 1; om. haec verba ϱ. ϱ*.* c) me *om. R 1.* d) oblatione *ϱ*. ϱ 3.* e) pręturię *ϱ 1;* prefecture *ϱ* 2. 3.* f) vermēū *R 1.* g) salubriter *ϱ* 2.* h) debet *ϱ. ϱ* 2. 3.*

XI, 3. De Ecclesio, ep. Clusino, cf. ep. X, 13 n. 1) De episcopatu Balneoregiensi agi videtur: cf. ep. X, 13 n. 4.

XI, 4. De Leontio cf. ep. VIII, 33 n. 1) De Libertino expraetore agitur: cf. ep. III, 37 n. IX, 4 n. 3. An idem fuit, cuius mentio fit in ep. VII, 19 (n. 6). IX, 5 (n. 5). IX, 28? Quam cautionem dederit, dubito; fortasse de suffragio *promisso: cf. ep. V, 38 p. 324 n. 3. 2) De Palatino, quem, quo munere functus sit, nescimus cf. ep. IX, 44 n. 8 et IX, 5 n. 4. 3) De Theodoro cf. ep. III, 18 n.*

vestra meminisse, quia numquam meas epistolas pro commendatione alicuius accepit, nisi ut protectionem vestram favente iustitia praestaretis. Et quia de eodem Libertino tota simul provincia gratias referebat, indicavi. Nam vel quis esset vel quales causas habuerit, neque umquam professus sum neque[i] hactenus suptiliter[k] scio. Nam si et in ista[l] causa cautionis[m] culpabilis invenitur, de aliis causis quid[n] pro se alliget, nescio; unum tamen hoc bene atque constanter novi, quia, et si quam[o] rebus publicis fraudem fecit, substantia eius caedi[p] debuit, non libertas. Nam in hoc, quod liberi caeduntur[p], ut taceam, quod omnipotens[q] Deus offenditur, ut taceam, quod[q] vestra opinio vehementer gravatur, piissimi tamen imperatoris[r] nostri omnino tempora[s] fuscantur. Hoc enim inter reges gentium et[t] imperatorem[u] Romanorum distat, quia reges gentium[t] domini servorum sunt, imperator vero Romanorum dominus liberorum[4]. Unde et vos, quicquid agitis, prius quidem servata iustitia[v], deinde custodita per omnia libertate agere debetis[w]. Scriptum est: 'Quod tibi non vis fieri, vide, ne ipse alteri feceris'[x]. Et per Tob. 4, 16.
semetipsam veritas dicit: 'Quae vultis, ut faciant vobis homines, et vos eadem facite Matth. 7, 12.
illis'. Libertatem ergo eorum qui vobis in discussione commissi sunt vestram specialiter[y] attendere debetis; et si ipsi a maioribus vestris iniuriari libertatem vestram[z] non[a] vultis, subiectorum vestrorum[a] libertatem honorando[b] custodite. Scimus enim qui dixit: 'Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt'. Cuius quia[c] verba Matth. 24, 35.
non transeunt, sed per omnia implentur, metuamus, quod iterum[d] dicit: 'In qua men- Matth. 7, 2.
sura[e] mensi fueritis, in ea metietur[f] vobis'. Quid autem gloria vestra existimat, quia[g], si superbe, si crudeliter agimus, despecto Deo[h] nobis homines[i] placamus? Nullo modo. Nam ipse qui[k] despicitur eum contra nos quem despecto Deo placare[l] volumus irritat. Curemus ergo per omnia placere Deo[m], qui potens est etiam iratos homines ad mansuetudinem reducere[n]. Nam, sicut dixi, etiam mansueti homines indignante Deo ad iracundiam provocantur.

Si autem dicitur, quia sine verberibus atque terroribus fraudes[o] publicae inveniri non possunt[p], hoc admittere poteram, si in ratiocinorum causa domnus[q] Leontius non venisset[r]; nam verum est, quia illi solent manibus excedere, qui[s] in sensu et in lingua deficiunt. De qua re mihi[t] vestra se[u] gloria non valet excusare. Nam vel quae auditis vel quid[v] dicitis suptiliter exquirens inveni[w], quia homines sine causa caeditis[x], qui[y-z] auxiliante Deo verbis agere omnia potestis.

De causis vero eorum quos discutitis[z] verum fateor, quia multa audiens quae[a] numquam[b] ante cognovi vehementer erubesco. Unde et vobis et[c] piissimo domno[d] imperatori taceo. Nam si mihi constare potuisset, quia iustas causas de suis rationibus haberent, et prius per[e] epistolas vos pulsare habui et, si auditus minime fuissem, serenissimo domno imperatori suggererem. Sed quia mihi de eorum rationibus nihil constat, ideo, sicut dixi, et vobis et piissimo principi hactenus nihil dico. Turpe est enim

i) neque *R1. ϱ3;* nec *cet.* k) simpliciter *ϱ*2;* suppliciter *ϱ3.* l) iusta *ϱ*1;* ista *in ras. ϱ*2.* m) causationis *ϱ*2.* n) qui *ϱ3.* o) *ita R1. ϱ1;* in *add. ϱ*. ϱ3.* p) ced. *codd. n.* q) *verba* omnipotens *usque* quod *om. R1.* r) imperatores *ϱ*.* s) omni tempore *ϱ*.* t) *verba* et *usque* gentium *om. R1.* u) *ita ϱ*2. 3;* imperatorum *ϱ1. ϱ*1.* v) iustia *R1.* w) debeatis *ϱ*1.* x) facias *ϱ3.* y) *ex* spirital. *corr. ϱ*2.* z) vestram lib. *ϱ*1.* a) *verba* non *usque* vestrorum *om. ϱ*1.* b) honorandam *ϱ3.* c) qui *R1.* d) item *ϱ*1.* e) mesura *R1.* f) in eam et eicietur *ϱ*1;* in ea mentietur de *ϱ1.* g) qua *R1.* h) despectu (*om.* deo) *ϱ3.* i) *ita R1;* hominem *cet.* k) qui *post. suprascr. R1.* l) *ita ϱ*2. 3. ϱ3;* placere *R1. ϱ1. ϱ*1.* m) placare deum *R1.* n) adducere *R1.* o) fraude *ϱ*1.* p) possumus *R1.* q) dominus *ϱ*2. 3.* r) invenisset *R1.* s) quod *R1.* t) mi *ϱ1.* u) s *ϱ1.* v) que *ϱ*. ϱ3.* w) invenit *R1.* x) *ita ϱ*1;* cęcidistis *ϱ3;* ceditis *cet.* y) quia *codd. n. praeter ϱ3.* z) *verba* qui *usque* discutitis *om. ϱ*1.* a) quae *om. R1.* b) non michi quam *R1;* quam *ϱ.* c) vobis et *om. R1.* d) domno *om. ϱ3;* domni *ϱ*2. 3.* e) per *om. ϱ*1.*

4) De hoc loco cf. Gregorovii Gesch. d. St. Rom im Mittelalt. II[4] p. 49 s. Eadem repetit noster in ep. XIII, 34.

me[f] defendere, quod prius mihi non[g] constiterit iustum esse, quia ego homines propter iustitiam diligo, non autem[h] iustitiam propter homines postpono[i].

Ita ergo age, gloriose fili, ut in[k] actione commissa prius illum habeas placatum, qui continet omnia, ac deinde serenissimi[l] principis utilitatem cum omni sollicitudine impleas. Nam et[m] in eius actione, a quo tibi commissa est, esse neglegentem non[n] sine peccato existimo. Sed quia omnipotente Deo largiente[o] idonea est vestra sapientia et rationes[p] vigilanter ac suptiliter exquirere[q] et Creatoris[r] vobis iudicium per mansuetudinem placare, quotiens ira[s] animum invadit, mentem edoma[t], vince te ipsum. Differ[u] tempus furoris; cum tranquilla mens fuerit, quod placet iudica. Ira enim in vindicta malorum sequi[v] debet rationem[w] animi, non praeire, ut quasi ancilla iustitiae post tergum[x] veniat et non lasciva ante faciem prorumpat. Aliquando vero ostendenda est et non exhibenda, aliquando exhibenda est, sed numquam sequenda. Quando enim in executione[y] iustitiae placata mente[z] irascimur[a], iracundiam et non sequimur[b] et[c] exhibemus. Ira enim, quae animum perturbat, quanta consideratione cavenda est!
Iac. 1, 19. De qua scriptum est: 'Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur'. Hinc rursum[d]
Prov. 18, 14. scriptum est: 'Quis[e] potens[f] habitare cum homine[g], cuius spiritus facilis est ad irascen-
Prov. 22, 24 s. dum?' Hinc iterum dicitur[h]: 'Noli esse cum homine iracundo neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius et sumas scandalum animae tuae'. Contra hanc[i]
Prov. 16, 32. in laude patientiae scriptum est: 'Melior est[k] vir qui vincit iram, quam qui capit civi-
Ps. 6, 8. tatem[l] magnam'. Hinc David personam in se infirmorum[m] sumens ait: 'Turbatus est prae ira oculus meus[n]'. Atque ex ipsa perturbatione quid sequatur, adiunxit: 'Inveteravi inter omnes inimicos meos'. Ex ira quippe cum turbatus[o] fuerit oculus cordis, inter inimicos nostros[p] ad vetustatem reducimur, quia inter malignos spiritus ad vetusti[q] hominis similitudinem revocamur. Cum igitur iram, quae cor permovet, sacra eloquia tot[r] testimoniis detestentur, perpendamus, qua intentione debemus hoc vitium fugere, quod Deo iudice[s] in testimonio illius totiens reprobatur.

Alia[t] quoque occurrit[u] opinio, quia alii pro aliis gravantur[v] et quibusdam, quae[w] ex principali iussione expensa sunt, minime reputantur. Quod si verum sit[x], nescio. Si tamen ita est, hoc omnino facere et pro timore aeterni iudicii et pro ipsius humanae considerationis ratione minime[y] debetis.

Ecce, gloriose fili, amore Dei tuoque provocatus cuncta quae sensi, cuncta quae[z] audivi breviter indicavi. Sapientis autem viri est et breviter audita latius pensare et, quaeque Deo displicent, in celeritate corrigere[a]. Omnipotens Deus caelestis[b] vos gratiae protectione circumdet, ut hic vos et a pravis actibus et a perversis hominibus tueatur[c] et apud se postmodum in aeterna patria pia[d] remuneratione laetificet.

---

f) *ita R1;* me *om. cet.* g) non *om. R 1* — non mihi ϱ* 2. h) autem *om. R1.* i) postpone ϱ*1; prepono ϱ 3. k) in *om. R 1.* l) serenissimo *R1.* m) et *om. R1.* n) nos *R1.* o) largiante ϱ 1. p) ratio ϱ 3. q) exquire ϱ 3. r) creatori ϱ 1. s) irę *R 1.* t) mente doma *R 1.* u) differt *R 1;* differre ϱ*1; *in marg. add.* Nota ϱ 1. v) sed qui ϱ*1. w) ratione *R 1;* rationi ϱ 1. x) postergum ϱ 1. y) excusatione *codd. n.* z) placamente ϱ 1; placita mente ϱ* 2. a) irascitur *codd. n.* b) sequitur *R 1* c) et *om.* ϱ* 2. d) rursus *R 1.* e) qui *R 1.* f) potest ϱ*. ϱ 3. g) homines *R 1.* h) dicit ϱ*1. — Nota pro furiosis *in marg. m. post.* ϱ 1. i) hac *R1.* ϱ*1; hoc ϱ 3. k) est *om.* ϱ*1. l) aviditatem ϱ* 1. m) infirmor ϱ* 1. n) tuus ϱ* 1. o) conturbatus *R 1;* si conturbatus ϱ 3. p) nostros *om.* ϱ 3. q) venusti *R 1.* r) tot *om. R 1.* s) iudex (*om.* deo) *R1.* t) alio *R 1.* ϱ* 1, *sed corr. R 1.* u) occurrit *om.* ϱ 3. v) progravantur (*om.* aliis) ϱ 1; graviter *et suprascr.* vel gravantur ϱ 3. w) quae *om. R 1.* x) est, *sed in marg. add.* vel sit ϱ* 2. y) animę ϱ 3. z) agi (*in* agis *corr.*) *add. R 1.* a) corrige *R 1.* b) caelesti ϱ* 2. 3. ϱ 1. c) tuatur ϱ* 1. d) pia *om. R 1.*

XI, 5.

Gregorius I. papa Adeodatae, illustri feminae, reliquias expetitas mittit excusata retardatione. *600, Sept.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 156; ϱ: cap. 155.
Edd. M: Lib. X. ep. 65; G: Lib. VIII. ep. 62. — Iaffé Reg. 1795 (1347).

GREGORIUS ADEODATAE INLUSTRI FEMINAE.

Ut moram in dandis reliquiis, quas gloria vestra[a] petit, faceremus, non voluntate distulimus, sed praecedentis[b] rei[c] nos casus fecit ambigere. Deus autem omnipotens cordis vestri devotionem[d] intuens miraculorum[e] signis ammonentibus a vestra vos intentione fraudari non pertulit. Sed ideo desiderium vestrum modica voluit dilatione differri, ut docentibus miraculis et amor vobis cresceret[f] in veneratione[g] sanctorum[h] et maior fieret exultatio gaudiorum. Quia ergo in affectu[i] postulatae rei gloriae vestrae vota completa sunt, hortamur, ut cuius praedicatores colitis eius sollicite mandata[k] servetis et, sicut religiosa devotione terrena sanctorum honoribus loca construitis, sic quoque cum eis mansionem vobis procurare in caelestibus festinetis, quatenus et hic illos in omnibus adiutores et in futura mereamini habere[l] vita[m] consortes.

XI, 6.

Gregorius I. papa presbyteris, diaconis et clero Mediolanensi concedit, ut, quem post dolendam Constantii mortem elegerint, Deusdedit, diaconus Mediolanensis, auctore Pantaleone notario suo, quem illuc transmiserit, episcopus ordinetur. Agilulfi regis epistola non turbentur; nam competitorem per Langobardos electum a se repudiari affirmat. Bono eos animo esse iubet, quia loca, unde possint alimenta S. Ambrosio servientibus clericis ministrari, non in hostium potestate, sed in Sicilia et in aliis reipublicae provinciis sint. Pantaleoni notario mandasse se addit de possessiunculis quondam Magno presbytero commissis et de aliis ecclesiae Romanae utilitatibus curam gerere. *600, Sept.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 157; ϱ: cap. 156.
Edd. M: Lib. XI. ep. 4; G: Lib. VIII. ep. 65. — Iaffé Reg. 1796 (1376).

GREGORIUS PRESBYTERIS, DIACONIBUS ET CLERO MEDIOLANENSI.

Quantus[a] nos de obitu fratris[b] et coepiscopi nostri Constantii[1] maeror afficiat, paginali explere locutione non[c] possumus. Sed quam multa bona partes illae in uno

XI, 5 in titulo: illustri *ex* illustris *corr. R 1. ϱ* 2;* inlustris *ϱ. ϱ* 1. 4.* a) glę v̄rę *R 1.* b) precidentis *R 1.* c) re *ϱ* 1.* d) vestra devotione *ϱ* 1.* e) miraculo *ϱ 3.* f) et *add. ϱ 3.* g) benedictione *R 1.* h) sc̄os *ϱ* 1.* i) effectu *ed. M.* k) mandatę *ϱ* 1.* l) abe *ϱ* 1.* m) vita mer. hab. *ϱ 3.*

XI, 6 in titulo: populo *ante* presb. *add. R* 1* — p̄p̄ b̄b̄ d̄d̄ (*pro* presbyteris diaconis) *abbreviant omnes codd. ϱ. ϱ* et R 1* — Mediolaneūs *abbr. R 1,* Mediolāū *ϱ 1;* Mediolanensis *ϱ*. ϱ 3. R* 1* — ecclesiae *add. R* 1.* a) quantum *ϱ. ϱ*.* b) f̄ri *R 1.* c) locutione, *om.* non *R 1;* locutionem, *om.* non *ϱ* 1. 2, sed corr. ϱ* 2 in* locutione.

XI, 5. Haec epistula non concordat cum formulis Diurni de similibus rebus dictatis. De Adeodata cf. ep. VIII, 34 n.

XI, 6. Hanc ep. refert etiam Landulfus in Mediolan. hist. II, 9 (SS. VIII p. 48 s.). — Eandem superscriptionem habent ep. III, 29. XI, 11 sede vacante scriptae. 1) *Ultimam epistulam Constantio misit noster m. Maio ind. III: ep. X, 11; eum III. die mens. Sept. obiisse referunt catalogi (SS. VIII p. 101 ss., Dümmler Gesta Bereng. p. 163), sedisse annos XVIII (l. VIII), sepultum esse „in Ienua in domo S. Ambrosii“.*

homine perdiderunt, utinam vicinae[d] repentina calamitate non[e] sentiant! Nam quem ad modum sollicitus in[f] ecclesiasticae regula[g] disciplinae vel quam fuerit vigilans in tuitione civitatis vestrae, non habemus incognitum.

Sed quoniam obeunte pastore sine proprio vos esse non decet antistite, omnino grate suscepimus, quod Deusdedit diaconem vestrum ad episcopatus officium vos[h] unanimes elegisse[2] Deo auctore signastis. Unde, quia bonorum studiorum[i] desideria[k] nulla debet tarditas impedire[l], vota in eo vestra complere cum Dei gratia festinamus. Et quia praedictus vir nobis non moribus, sed solum specie tenus notus est, oportet, ut, quanto[m] in hac electione[n] non solum vestram utilitatem, sed etiam causam Dei agi cognoscitis, tanto debeatis esse solliciti; et si[o] suptiliter requirentes, nihil est, quod ei ex ante acta vita criminis per sacros possit canones[p] obviare aut si ad[q] tenendam disciplinam vel exhibendum[r] regimen idoneus repperitur atque cunctorum in eius, sicut scribitis, electione concordat assensus[s], divinitatis gratia suffragante eum[t] praesentium scriptorum[u] auctoritate sollemniter decernimus ordinari.

Illud autem quod vobis ab Agilulfo indicastis scriptum dilectionem vestram non moveat. Nam nos in hominem, qui non a catholicis[v] et maxime a Langobardis[w] eligitur, nulla praebemus ratione[x] consensum[3] nec, si[y] alicuius praesumptionis usurpatione[z] factus[a] fuerit, in locum vel ordinem illum sacerdotis[b] suscipimus[c], quia vicarius sancti Ambrosii indignus evidenter ostenditur, si electus a talibus ordinatur. Nec enim est, quod vos hac[d] ex causa deterreat vel aliquam vobis necessitatem incutiat, quia, unde possint[e] alimenta sancto Ambrosio servientibus clericis ministrari[f], nihil in hostium locis, sed in Sicilia[4] et in[g] aliis[f] rei publicae partibus Deo protegente consistit. Ut igitur in ordinando eo qui a vobis electus est nulla possit mora contingere, Pantaleonem notarium nostrum transmisimus, qui eum, ut moris est[5], adnitente[h] consensus nostri auctoritate faciat consecrari. Cui etiam, quia[i] de[k] possessiunculis quas Magnus quondam[l] presbyter[m][6] commissas habuerat vel de aliis[n] ecclesiae nostrae utilitatibus curam gerere[o], vel quid[p] agere debeat, in praesenti mandavimus, vestra se ei dilectio[q] in omnibus devotam[r], ut decet[s], studeat exhibere.

---

d) minime *Vat. D (ed. M.)* — velim ne *coni. Mommsen.* e) non *Vat. E. F (ed. M.), sed om. codd. n.;* repentinam calamitatem *R 1. ϱ 1. ϱ* et Vat. E. F (ed. M.).* f) sollicitis sine *R 1.* g) regule *ϱ* 1.* h) nos *ϱ* 1.* i) studiorum *om. ϱ 1.* k) desiderii *ϱ 1.* l) impendire *ϱ 1.* m) quantum *ϱ 1.* n) dilectione *R 1;* lectione *ϱ 1.* o) si *om. ϱ 1.* p) canone *R 1.* q) sicut (*pro* si ad) *R 1.* r) exhibendam *R 1. ϱ 1.* s) adsensum *R 1. ϱ* 1.* t) *ita ϱ 1;* eam *R 1;* cum *cet.* u) scripturarum *ϱ 3.* v) ad chatolicis *ϱ* 1.* w) Long. *R 1.* x) nullam p. statione *R 1.* y) si *om. R 1.* z) usurpationis *R 1.* a) *ita R 1. ϱ;* factum *ϱ*.* b) *ex* sacerdotem *corr.* sacerdotum *ϱ 1.* c) suscepimus *ϱ*. ϱ 1, sed corr. ϱ 1.* d) hanc *R 1;* ex hac *ϱ*. ϱ 3.* e) possit *ϱ 1.* f) *verba* ministrari *usque* aliis *om. ϱ 1.* g) in *om. ϱ*. ϱ 3.* h) ad mente *R 1.* i) quia *om. R 1.* k) de *om. ϱ 1.* l) quod *R 1. ϱ* 3;* qūod *ϱ 1;* quōō *ϱ* 1; rasuram exhibet hoc verbo omisso ϱ* 2.* m) pb̄ri *R 1. ϱ 1;* pri *ϱ*.* n) alię *R 1.* o) gere *ϱ* 1* — curam gerere vel *del. Mommsen.* p) aliud, *ut videtur, add. ϱ* 2. 3.* q) dilectatio *ϱ* 1.* r) devota *R 1. ϱ. ϱ* 1.* s) docet *ϱ* 1.*

2) Deusdedit, episcopo Mediolanensi, missae sunt ep. XII, 14. XIII, 33; catalogi in n. sup. citati referunt eum sedisse a. XXVIII m. I d. XIV et obiisse III kal. Nov.; itaque consecratus esse videtur c. d. XV m. Sept. Cf. Oltrocchi, eccl. Mediolanensis hist. Ligustica (1795) p. 432 ss. 508 s. 3) Ex hoc loco apparet nullos cum Gregorii auctoritate episcopos intra fines Langobardorum exstitisse. — Cf. ep. III, 29 n. V, 18 n. 4) De patrimonio eccl. Mediolanensis in Sicilia sito cf. ep. I, 80 n. 1. 5) Cf. ep. XI, 14 et de electione et ordinatione episcoporum Mediol. in universum notam Ewaldi 8 ad ep. III, 29 et Wisbaum l. l. p. 44 s. 6) De Magno presbytero cf. ep. III, 26. 29.

MENSE OCTOBRI INDICTIONE IIII.

XI, 7.

Gregorius I. papa Innocentium, praefectum Africae, rogat, ne Victoris, episcopi Fausianensis, dioecesim contra edicti morem ab Africanis iudicibus vexari patiatur; duplicia tributa exigi vetet. *600, Oct.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 158; ρ: cap. 157.
Edd. M: Lib. XI. ep. 5; G: Lib. IX. ep. 1. — Iaffé Reg. 1797 (1352).

GREGORIUS INNOCENTIO PRAEFECTO AFRICAE.

Qui pravorum[a] actuum eminentiam vestram[b] vindicem esse desiderat, quid de[c] aequitatis eius bono[d] sentiat, aestimatis. Proinde reverentissimi fratris et coepiscopi nostri[e] Victoris Fausianensis[f] episcopi[e 1] plenam vobis doloribus querellam deferimus, ut et[g] malos ab[h] actione perpera[i] corrigatis[k] et oppressos ab iniustitia quam sustinent eruatis. Queritur siquidem suprascriptus[l] frater noster[m] multas in locis suis violentias multaque alia contra edicti[n 2] morem Africanos iudices exercere; denique ut duplicia illic tributa, quod auditu[o] ipso intolerandum est, exigantur[3]. Et quia huius mali emendatio[p] vestrae specialiter auctoritatem dignitatis[4] expectat, petimus, ut[q] suptili indagatione perquirere et ita hoc Deo vobis debeatis imperante corrigere, quatenus afflictis pro mercede[r] animae vestrae protectione iustitiae succurratis et huius emendationis exemplo alios a pravis de futuro actionibus arceatis.

XI, 8.

Gregorius I. papa Alexandro, praetori Siciliae, Iohannem diaconum, ad gubernandum ecclesiae Ravennatis patrimonium Siciliense, ne amplius decrescat, a Mariniano episcopo missum, commendat. *600, Oct.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 159; ρ: cap. 158.
Edd. M: Lib. XI. ep. 8; G: Lib. IX. ep. 4. — Iaffé Reg. 1798 (1356).

GREGORIUS ALEXANDRO PRAETORI SICILIAE.

Qui de filii[a] caritate[b] non dubitat, commendare ei quos diligit non recusat. Et ideo quia[c] patrimonium ecclesiae[d] Ravennatis quod in Sicilia[e] constitutum est[1] ita

Mense *cet.:* octob. *abbr.* ρ*, oct. *ρ 1;* octub. *R 1* — ind. IIII *om. R 1.*

XI, 7 in titulo: praefecto *edd.;* pb̃ro *R 1;* p̄r̄o̅ *ρ 1;* prb̃o *ρ* 1. 4. ρ 3;* prb̃ro *ρ* 2. 3;* e̅p̅o̅ *R* 1 et sec. ed. M. Vat. A;* praetori *Vat. B (ed. M.)* — Africa *ρ 1;* Africano *ρ* 1. 4.* a) pravarum *ρ* 1.* b) eminentię v̄r̄ę *R 1;* eminentię n̄r̄ę *ρ 1.* c) quide *ρ* 1.* d) bonum *R 1.* e) *verba* nostri *usque* episcopi *om. ρ* 2. 3.* f) Fausionensis *ρ 3.* g) et ut *ρ 1;* et *om. ρ 3.* h) ab *om. ρ* 1.* i) perperam *ρ 3;* prava *Vat. B (ed. M.);* per opera *cet. Vat. (ed. M.).* k) corrigas *ρ 1.* l) *ita ρ. ρ* 1.;* sunt *R 1;* supradictus *ρ* 2. 3.* m) fraternitas *ρ 3.* n) *ita ρ 1;* dicti *R 1. ρ* 1;* dīti *ρ* 2. 3; om. hoc verb. ρ 3;* Dei timorem *vet. edd.;* ed. tenorem *coni. Mommsen.* o) auditu *ρ 3;* audito *cet. codd. n., sed corr. R 1.* p) enim datio *ρ* 1.* q) et *ρ*. ρ 3.* r) merce *ρ 1.*

XI, 8 in titulo: praetori *ρ* 1. ρ 3;* PR̄Ā . ĒT̄ *R 1;* prēt *ρ* 4;* pb̃ro *ρ 1;* presbytero *ρ* 2. 3 et Vat. A (ed. M.);* prefecto *R* 1.* a) felici *ρ 1.* b) car. filii *R 1.* c) *ex* qui *corr. ρ 1.* d) ecła *R 1.* e) silicia *ρ 1.*

XI, 7. De Innocentio cf. ep. X, 16 n. 1) De Victore cf. ep. IV, 29 n. 1. IX, 202 n. XI, 12. 2) De edictis praefectorum agi videtur. 3) Cf. ep. I, 42. V, 38 n. 4 etc. 4) De competentia praefecti cf. librum meum Untersuch. etc. p. 35 ss. 93.

XI, 8. Alexander, qui non nisi hic praetor appellatur, Libertino aut eius successori successit; sed fortasse idem adhuc in ep. IX, 54 vir magnificus solummodo dicitur (cf. ib. n. 2). 1) De patri-

dicitur deminutum, ac si nullus esset, qui illic utilitates ipsius agere potuisset, necesse[f] fuit reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Marinianum[2] de ordinando[g] patrimonio ipso, ne amplius decresceret[h], cogitare. Ad cuius quia gubernationem[i] Iohannem[k] diaconem suum[l] transmisit, paterno salutantes affectu petimus, ut ei tamquam[m] a nobis misso, sicut de vobis confidimus, caritatem in omnibus inpendatis[n].

XI, 9.

Gregorius I. papa Cononis, monasterii Lirinensis abbatis, virtutes per Menam, episcopum (Telesinum), praedicatas laudat. Columbum presbyterum commendat.

600, Oct.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 160; ϱ: cap. 159; P: cap. 29.
Edd. M: Lib. XI. ep. 12; G: Lib. IX. ep. 8. — Iaffé Reg. 1799 (1360).

GREGORIUS CONONI ABBATI GALLIAE MONASTERII LIRINENSIS.

Praepositorum sollicitudo subiectorum cautela est, quia, qui[a] super rem creditam vigilat, hostis insidias declinat. Quam autem sollers[b] in regendis fratribus quantoque studio in eorum sis custodia vigilans, reverentissimo[c] fratre et coepiscopo nostro[d] Mena[e 1] referente[f] cognovimus[g]. Et sicut nos audita[h] decessoris tui incauta remissio saepius contristavit, ita provisionis tuae sollicitudo laetificat, quia studii tui[i] cautelam et tibi ad remunerationem et aliis ad utilitatis exemplum prodesse[k] non dubium est.

Sed quia, quantum se adversarius noster[l] ex omni parte[m] praecaveri[n] cognoscit[o], tanto per occulta quaerit disrumpere[p] et repugnantem sibi callida nititur arte deicere[q], dilectionis tuae vigilantia ardentiori[r] se[s] semper cura succendat[t] et ita cuncta Deo adiuvante praemuniat, ut lupus saeviens huc illucque discurrens in[u] oves dominicas ingrediendi locum non habeat[2]. Eos ergo qui tibi commissi sunt[v] a gula, a superbia, ab avaritia, a maliloquio et ab omni inmunditia redemptoris nostri suffragante[w] gratia[x] prohibere ac[y] studii tui sit per omnia custodire, ut tanto[z] tibi maior de commissa gubernatione merces adcrescat, quanto subiecti tui contra adversarii nequitias[a] te fuerint vigilante victores.

f) nec *R 1.* g) *ex* ordinandi *corr. ϱ 1.* h) *ita R 1;* decessere *ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. ϱ 1;* decessere, *suprascr.* vel decideret *ϱ 3;* deciderent *ϱ* 2. 3.* i) gubernationi *ϱ 1.* k) Iohs *R 1.* l) suum *om. R 1.* m) ut etiam quam *R 1.* n) *ex* impedatis *corr. ϱ 1.*

XI, 9 om. ϱ 1. — In titulo:* Conon *ϱ* 2. 3;* Coon *Pb 2 in ind. et Pb 3. 4;* Canoni *Pb 4 in ind. Pb 6* — abbati *bis Pb 1. 6* — Galliarum *Pb 4;* Gallorum *indic. Pb 1. 3. 4; Pb 1. 3. 6 et ind. Pb 2 abbr.* Gałł.; *Pa 2 in ind. om. hoc verbum* — monasterio *R 1;* monasterii *ϱ 3;* montis *cet.* — Lirenis *P;* Lirienensis *R 1;* Lirinensis *ϱ 3. ϱ* 2. 3.* a) qui *om. Pb 3.* b) sollicitus *Pa 2.* c) *om. hoc verb. Pa 2.* d) coep. n. et fratre *Pa 2.* e) Mena *P;* Menna *R 1. ϱ. ϱ*.* f) referente *add. corr. 1 Pa 1.* g) cognovi *Pa 2.* h) auditu a *R 1;* auditu *ϱ 3;* audi ita *Pa 2.* i) tui studui *Pa 2.* k) prodisse *ϱ 3.* l) severus noster advers. *Pa 2.* m) *in* parate *corr. Pa 2.* n) *ex* praevaricari *corr. Pb 1;* precavari *R 1.* o) *ex* cognoscitis *corr. Pb 1.* p) *ita Pa 1. Pb 4. ϱ* 2. 3. ϱ 3;* q. discumbere *Pb 1;* queritis rapere *R 1.* q) *corr. ex* deicitur *corr. 1 Pa 1.* r) ardentioris *Pb 1.* s) se *om. Pa 2.* t) succedat *R 1.* u) in *om. Pa 2.* v) c. sint *Pb 1;* commissis (*om.* sunt) *R 1;* sunt commissi *Pa 2.* w) affragante *R 1.* x) gratia *om. P; ante corr.* redemptoris nostri *in* redemptore nostro *corr. 1 Pa 1;* redemptore nostro *Pb. Pa 2.* y) a *R 1.* z) tanta *Pa 2.* a) adversaria nequitiae *ϱ 3;* nequitias adv. *Pa 2.*

monio ecclesiae Ravenn. in Sicilia agit Agnellus c. 111; rector eius commemoratur etiam ib. c. 31 et apud Marini in pap. dipl. nº. 73. 2) De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5.

XI, 9. De Conone atque eius praedecessore cf. ep. VI, 54 n. 1) De Mena ep. „Telesino", qui post m. Iul. a. 599 Romam profectus est, ut se purgaret a criminibus, cf. ep. IX, 223 n. 1. XI, 15. 41. XIII, 7; Telona (Telo Martius, Toulon) sedes eius episcopalis erat: cf. Gall. Christ. I c. 742. 2) Cf. Diurn. f. 46.

Itaque boni te[b] dulcem, pravi sentiant correctorem[c]. In qua videlicet correctione[d] hunc esse ordinem noveris observandum, ut personam diligas et vitia[e] persequaris, ne, si aliter agere fortasse[f] volueris, transeat in crudelitatem correctio[g] et perdas quos emendare desideras. Sic enim vulnus debes[h] abscidere[i], ut non possis ulcerare, quod sanandum[k] est, ne, si plus, quam res exigit, ferrum impresseris, noceas cui[l] prodesse festinas. Ipsa enim in te dulcedo[m] cauta sit, non remissa, correctio[n] vero diligens sit[o], non severa. Sed sic alterum condiatur ex altero, ut[p] et boni habeant[q] amando, quod caveant, et pravi metuendo, quod diligant.

Haec, dilectissime fili[r], sollicite[s] attende[t], studiose custodi[u], ut, dum tali moderatione Deo nostro incolumes quos[v] suscepisti reddideris, in die aeternae retributionis eo dicente audire sis meritus[w]: 'Euge serve bone[x] et fidelis, quia in pauca fidelis Matth. 25,21. fuisti[y], supra multa[z] te constituam; intra in gaudium domini tui.'

Filium praeterea nostrum Columbum presbyterum[3], qui caritati[a] tuae suis est[b] meritis commendatus[c], in tua dilectione proficere optamus et ex nostra commendatione[d].

Data[e] die[f] ... kalendarum[g] Novembrium[h] indictione IIII[i].

XI, 10.

Gregorius I. papa Serenum, episcopum Massiliensem, de imaginum eversione, a se iam dudum vituperata, reprehendit hortaturque, ut consternationem inde ortam compescat et malorum hominum societate abstineat. Quod de scriptis suis per Cyriacum quondam abbatem translatis dubitaverit, miratur. 600, Oct.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 161; ϱ: cap. 160; P: cap. 53 (1).
Edd. M: Lib. XI. ep. 13; G: Lib. IX. ep. 9. — Iaffé Reg. 1800 (1361).

GREGORIUS SERENO EPISCOPO MASSILIENSI.

Litterarum tuarum[a] primordia ita sacerdotalem in te[b] esse benivolentiam[c] demonstrabant[d], ut maior nobis fieret de fraternitate tua laetitia. Sed tanto[e] eorum[f] finis a suis dissensit[g] initiis, ut[h] non unius, sed diversarum esse[i] mentium talis crederetur epistola. Ex illo autem, quod[k] de scriptis nostris, quae ad te misimus, dubitasti[l]

b) te *om. P.* c) correptorem *Pb 1.* d) correptione *Pb 1.* e) vita *Pb 1.* f) fort. ag. *Pa 2.* g) correptio *R 1. Pb 1.* h) deb. vuln. *Pa 2.* i) absidere *Pb 1.* k) *ita P;* sanum *cet.* l) qui *ϱ 3.* m) dulcetudo in te *R 1.* n) correptio *Pb 1.* o) si *Pb 4.* p) ut *om. Pa 2.* q) habent *Pb 1.* r) dilectisimae filii *Pb 1.* s) sollicitatem *R 1.* t) *corr. ex* adtendite *corr. 1* adtende *Pa 1.* u) custodite *R 1.* v) quod *R 1.* w) audiret is meritis *R 1;* a. merearis *Pa 2.* x) b. s. *Pa 2.* y) fuisti fidelis *ϱ 3. ϱ* 2; om.* fidelis *R 1.* z) multa *om. R 1.* a) caritatis *Pa. R 1.* b) e *R 1;* esse *Pb 3.* c) commendator *Pa 1. Pb 1. 3.* d) *ita R 1; verba* et *usque* commendatione *om. P;* ēt extra commendationem *ϱ 3. ϱ* 2. 3.* e) data *et cet. om. Pa 2, sed exhibent cet. codd. P; qui abbrev.:* dāt; *ad ep. sequentem haec trahunt codd. Pb.* f) in die *Pb 3. — Hic numerus, fortasse, ut Ew. coniecit, X deesse videtur; nam haec epistula, ut codd. R docent, mense Octobri scripta est.* g) klr̄ *codd. n.* h) novēƀ *Pb 1. 6;* novemƀ *Pa 1;* novembr. *Pb 3.* i) III *Pb 3. 6.*

XI, 10. Haec ep. in cod. Pb 2 prima est, in ceteris codd. P numero 53 signatur, deest in ϱ 1; recepta est etiam (nº. CXXXIX) in canonum collectionem, quae dicitur Hadriana auçta (cf. Maassen, l. l. p. 454. 461), cuius codicem Monacensem 14,008 (= M) rogatu meo contulit r. d. Keyssner. Etiam in indice* Gregorius *ante titulum exhibent Pa 1. Pb 2. 3;* ad Sereno *Pb 2 in ind.* — ep̄o Sereno *Pa 2* — Massiliensis *R 1. ϱ* 2. 3. ϱ 3;* Maxiliensis *Pb 1. 6;* Maxiliensi *Pb 1 in ind. Pb 2. 3. Pa 1. 2 in ind.;* Maxilensi *Pa 1;* Massiliensi *Pa 2 — In marg. add. rubro* de imaginibus sc̄orum *R 1.* a) tuarum *om. R 1. M.* b) inter *Pb 1.* c) bonevolentiam *ϱ 1.* d) demonstrarent *Pa 2.* e) tanta *P. M* f) *in* earum (*ita ϱ 1. Pa 2*) *corr. Pb 2.* g) desensit *P. M.* h) sed *M.* i) esse *om. M.* k) quę *R 1.* l) dubitastis *Pa 1.*

3) Columbus presbyter etiam commemoratur in ep. V, 17 in f.

XI, 10. De Sereno cf. ep. VI, 60 n.

quam sis incautus, apparuit. Nam si[m] diligenter ea quae fraterno amore monuimus attendisses[n], non solum minime dubitasses[o], sed[p] immo, quid te[q] sacerdotali gravitate oporteret[r] agere, cognovisses. Neque enim Cyriacus[s] quondam[t] abbas, qui scriptorum nostrorum portitor extitit[u] [1], istius disciplinae vel eruditionis fuit, ut vel ipse aliud facere, sicut putas, auderet[v] vel[w] tu de eius[x] tibi persona[y] suspicionem falsitatis adsumeres[z]. Sed dum[a] monita salubria[b] pensare postponis[c], contigit[d], ut iam[e] non[f] solum actu[g], verum etiam esses[h] interrogatione culpabilis. Perlatum siquidem ad nos fuerat[i], quod[k] inconsiderato zelo[l] succensus[m] sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent[n], confringeres[o]. Et[p] quidem quia eas[q] adorari[r] vetuisses[s], omnino[t] laudavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic[u], frater, a quo factum[v] sacerdote aliquando auditum[w] est quod fecisti. Si non aliud, vel illud te non debuit revocare, ut[x] despectis[y] aliis fratribus solum te sanctum et esse[z] crederes[a] sapientem? Aliud est enim picturam adorare[b], aliud[c] picturae historia[d], quid[e] sit adorandum, addiscere[f]. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura[g] cernentibus, quia[h] in ipsa ignorantes vident[i], quod[k] sequi debeant, in ipsa[l] legunt qui litteras[m] nesciunt; unde[n] praecipue gentibus[o] pro lectione pictura est. Quod[p] magnopere a[q] te[r], qui inter gentes habitas, attendi decuerat[s], ne, dum recto zelo incaute[t] succenderis, ferocibus[u] animis scandalum generares[v]. Frangi[w] ergo non[x] debuit quod non ad[y] adorandum in ecclesiis, sed[z] ad[a] instruendas solum modo mentes[b] fuit nescientium collocatum. Et quia[c] in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine[d] ratione vetustas[e] admisit[f], si zelum discretione[g] condisses[h], sine dubio et ea quae intendebas[i] salubriter optinere[k] et collectum gregem non dispergere, sed[l] dispersum[m] potius poteras congregare, ut pastoris in te meritum[n] nomen[o] excelleret[p], non[q] culpa dispersoris incumberet. Haec[r] autem dum in hoc[s] animi tui incaute[t] nimis motus exequeris, ita tuos[u] scandalizasse[v] filios perhiberis[w], ut maxima eorum pars a tua se[x]

m) quam si *Pa;* quasi *Pb1;* quia si *Pb2. M.* n) adtendisse *Pa1.* o) dubitasse *Pa1.* p) sed *om. Pb. M.* q) de *Pa2. Pb2.* r) oportes et *Pb1.* s) Ciriacus *Pa1. Pb2.* t) quod *R1; om.* quondam *Pa;* quidam *Pb. M.* u) extat *Pa2.* v) audire *R1;* audiret *ϱ 1;* averat *Pa1;* avertat *Pa2.* w) studii eius *add. P. M.* x) tu de eius *R1;* istud de eius *ϱ 1;* istam de eius *ϱ*2. ϱ 3; haec verba om. P. M.* y) personeam *Pa1;* personae *Pa2;* personam *R1. Pb. M.* z) assumeret *M.* a) *om.* dum *Pa2.* b) salutis *Pa2.* c) postponi *R1.* d) contingit *Pa1.* e) ut esses iam *Pa2;* ut et iam *ϱ*2.* f) in *add. R1.* g) actum *R1. Pa1. M.* h) sed, *om.* verum etiam esses *Pa2;* esse *pro* esset *R1.* i) *add.* sed *Pa1.* k) quod *om. M.* l) *add.* rectitudinis *Pa2.* m) suscensus *Pa1.* n) debeantur *Pa2.* o) confringeres *Pb. Pa2. M;* confringeris *R1;* constringeres *Pa1;* confregeris *ϱ. ϱ*2.* p) *add.* si *R1.* q) queas *Pb1.* r) adorare *P.* s) vetusti *Pa2;* vetuisset *R1.* t) *om.* omnino *Pa2.* u) *om.* dic *Pa2.* v) quo facto a *Pa2;* a quo facto *ϱ;* factum *om. M.* w) vel diacono factum *pro* aliquando auditum *Pa2.* x) ut *om. P.* y) despectis *R1. ϱ 3;* disp. *cet.* z) esse *om. ϱ*2.* a) *ita M et cd. M.;* credideris *ϱ 3;* crederes et *ϱ*2;* crederis *cet.* b) adorare picturam *Pa2.* c) *add.* per *ϱ. ϱ*. Pa2.* d) historiam *codd. n., sed corr. Pb2.* e) quod *M.* f) adducere *Pa.* g) *ex* picturis *corr.* picturas *R1.* h) qua *Pa2;* qui *Pa1.* i) vident *om. Pa;* videant *R1;* videns *M.* k) *ita R1. ϱ*2. Pb2. M;* quid sit quod *Pa;* qui *Pb1;* quid *cet.* l) ipso *Pa1.* m) littera *Pa1;* lite eras *M.* n) et *add. ϱ.* o) gent. praec. *Pa2.* p) quo *Pa2.* q) a *om. P.* r) te *om. Pa2.* s) adtendi te quo erat *Pa1;* adtende quo erras *Pa2.* t) qui caute *R1.* u) ferocioribus *ϱ 3.* v) generaris *Pa1. R1. ϱ 1;* generes *Pa2.* w) frange *Pa1.* x) non *om. Pa1.* y) ad *om. R1. ϱ 1. ϱ*2. Pb2. M, sed corr. Pb2.* z) et *R1.* a) ad *om. Pa. R1.* b) instruendis s. m. mentibus *Pa2.* c) que *Pa1.* d) non desines *R1.* e) vetustum *M.* f) amisit *Pb1.* g) discretionis *R1. Pa2;* discretiones *Pa1.* h) condis sub *R1;* condidisses *Pa2;* contendisses *M.* i) sine dubio *etiam hic add. ϱ*2. 3.* k) optineret *M.* l) sed *om. Pa1.* m) dispersum *om. P. M.* n) intemeratus *Pa2;* in te merito *Pb. M.* o) nomenque *ϱ 3;* numerus *Pa2.* p) excederet *R1.* q) nunc *Pb1.* r) *ita R1. ϱ. ϱ*. Pa;* hinc *Pb. M.* s) haec *Pa2.* t) incautem *R1;* hinc autem *ϱ 1. ϱ*2. M;* incautio *Pa2.* u) *ex* ita vos *corr. ϱ*2, ex* ut et vos *Pa2 m. 2;* ut et vos *Pa1.* v) scandalizasses *R1. M;* scandalizasset *Pa1.* w) *ex* perhiberes *corr. ϱ*2;* prohiberit *in ras. M.* x) tua se *om. Pa2.*

1) *De Cyriaco abbate, qui m. Iulio ind. II. et ep. IX, 208 de eadem re ad Serenum scriptam et alias epistulas in Gallias portaverat, cf. ep. IX, 208 n. 1; fortasse mortuus est, antequam in Hispaniam venerat.*

communione suspenderet[y]. Quando ergo ad ovile dominicum errantes oves adducas[z], qui quas habes retinere[a] non praevales? Proinde hortamur, ut vel nunc studeas esse sollicitus[b] atque ab hac[c] te[b] praesumptione compescas et eorum animos[d] quos a tua disiunctos[e] unitate[f] cognoscis paterna ad te[g] dulcedine[h], omni[i] adnisu omnique[k] studio revocare festines.

Convocandi enim sunt diversi[l] ecclesiae filii[m], eisque[n] scripturae sacrae est testimoniis[o] ostendendum, quia omne manufactum adorare non liceat[p], quoniam[q] scriptum est: 'Dominum Deum tuum adorabis et illi[r] soli servies': ac[s] deinde subiungendum[t], Luc. 4, 8. quia[u] quoniam picturas[v] imaginum, quae[w] ad aedificationem imperiti populi factae fuerant[x], ut nescientes litteras ipsam historiam[y] intendentes, quid[z] dictum sit[a], discerent[b], transisse in[c] adorationem videras, idcirco commotus es[d], ut eas imagines frangi[e] praeciperes[f]; atque eis dicendum[g]: Si ad hanc instructionem, ad quam imagines[c] antiquitus factae[h] sunt, habere vultis in ecclesia[i], eas modis omnibus et fieri[k] et haberi permitto[l]; atque[m] indica, quod non tibi ipsa visio historiae, quae pictura[n] teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quae picturis fuerat incompetenter exhibita[o]; atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam tuam[p] revoca. Et si quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines omnimodis[q] devita. Sed hoc sollicite fraternitas tua ammoneat[r], ut[s] ex visione[t] rei gestae ardorem compunctionis percipiant[u] et in adoratione solius omnipotentis[v] sanctae trinitatis[w] humiliter prosternantur.

Cuncta vero haec et[x] amore sanctae ecclesiae et tuae fraternitatis loquimur. Non[y] ergo ex mea correptione[z] frangatur a zelo[a] rectitudinis, sed magis adiuvetur[b] in studio piae dispensationis.

Praeterea[c] pervenit ad nos, quod dilectio[d] tua libenter malos homines[e] in societate sua recipiat[f], adeo ut presbyterum quendam[g], qui, postquam lapsus est et in suae[h] adhuc dicitur iniquitatis pollutione versari, familiarem[i] habeat[k]. Quod quidem[l] nos ex toto[m] non credimus, quia[l] qui talem recipit scelera[n] non corrigit, sed magis aliis[o] talia perpetrare videtur[p] dare licentiam. Sed ne forte aliqua[q] tibi subreptione vel[p] dissimulatione, ut a te reciperetur atque adhuc habeatur[r] grate[s], suaserit[t], non solum

y) communionis respeuderet *Pa1;* c. privaretur *Pa2.* z) adduces *ϱ.* a) detinere *P. M.* b) *verba* sollicitus *usque* te *om. R1.* c) alia *M.* d) ut horum animas *M.* e) disiunctus *Pb1.* f) caritate *Pa2.* g) cum tota (*pro* paterna ad te) *Pa2.* h) dulcine *M.* i) omnia *Pb1. M.* k) omniaque *Pb1; add.* et *et om. verba* omni *usque* omnique *Pa2.* l) *ita P;* diversę *R1. M;* dispersi *ϱ. ϱ*.* m) *om.* filii *M.* n) eius qui *R1.* o) testimonium *R1. Pa2, sed corr. in* testimonii *R1;* testimonii *ϱ1.* p) licet *ϱ. ϱ*.* q) quod *Pa1;* quia *Pa2.* r) ipsi *R1. ϱ*2.* s) hec *Pa1.* t) *add.* est *Pa2. M.* u) qui (*pro* quia) *Pa1;* quoniam *om. codd.* v) pictura *R1. ϱ. ϱ*;* picturas, *ut videtur, Pa1;* picturae *Pb. M.* w) quae *om. Pa2.* x) *ita Pa1. Pb. M;* fuerant factae *R1. ϱ1;* fuerant facta *ϱ*, sed in* fuerat facta (*ita ϱ3*) *corr. ϱ*2;* factae sunt *Pa2.* y) *ex* historias *corr. R1.* z) *ita Pa;* quo *Pb1;* quod *Pb2. M;* quia *R1. ϱ. ϱ*.* a) est *ϱ3.* b) discerens *M.* c) que (*pro* in) *Pa2.* d) commonemus *Pa2;* c. est *M.* e) *verba* frangi *usque* imagines *om. R1.* f) praeciperis *ϱ. ϱ*2;* preceperis *ϱ3;* praecipueras *Pa1;* perciperes *Pb1.* g) est *add. ϱ3.* h) fectae *ϱ1.* i) ecclesiis *Pa1. Pb. M.* k) offerri *P. M.* l) promittas *M;* permittas *cet. codd. n. — Hunc locum ita exhibet Pa2:* eas imagines quas confregisti easdem in ecclesia et haberi et offerri permittas, sicut consuetudo est antiqua. m) populo *add. Pa2.* n) scriptura *Pa2.* o) exibeat *Pa1.* p) tuam conc. *Pa2.* q) *ita P. M;* omnibus *R1;* modis omnibus *ϱ. ϱ*.* r) ammoveat *Pb1.* s) ut *post. suprascr. Pb2.* t) visionem (*om.* ex) *Pa2.* u) adorationem in conpunctione aspiciat *Pa2.* v) et in a. sollicius omnipotens *Pa1;* et oret sollicite omnipotentem *Pa2;* ei in adorationem (*m. 2 suprascr.:* unius, *om. cet.*) *M.* w) et scae trinitati *Pa2.* x) et *om. Pa2.* y) nemo *Pb;* nemo enim (*om.* ergo) *M. — Quod hic sequitur in Pa2 vetustate corruptum et post maxima ex parte alio folio absconditum est.* z) correctione *R1. ϱ1;* corruptione *M.* a) zelus (*om.* a) *Pa2;* ad zelo, *sed corr. ϱ*2.3.* b) adiuvet *Pa1. Pb1.* c) propterea *Pb1.* d) dilectione *Pb1;* dilectatio *M.* e) mal. hom. lib. *ϱ*2.* f) *ex* tua recipias *corr. R1.* g) presbyter quędam *ϱ1.* h) sua *Pb. M.* i) familiarem ita tecum *Pb1;* familiaritatem tecum *Pb2. M* k) habeas *R1. ϱ3.* l) *verba* quidem *usque* quia *om. Pa2.* m) tota *M.* n) scelere *Pa1.* o) ab his *M.* p) *verba* videtur *usque* vel *om. Pa1.* q) aliquis *Pb. M.* r) haberetur *Pb. M.* s) atque grate *Pa1;* grate *ϱ*2;* grates *R1. Pb;* gratis *ϱ1. M;* gratus *ϱ3.* t) adserat *Pb. M.*

hunc a[u] te longius expellere, verum etiam excessus[v] ipsius sacerdotali te[w] zelo modis omnibus convenit resecare[x], alios vero, qui pravi[y] esse memorantur, paterna adhortatione a sua pravitate compesce[z] et ad viam[a] stude[b] rectitudinis revocare. Quod si, quod absit, salubri[c] monitu[d] eos videris in nullo[e] proficere, et hos quoque[f] curabis a[g] te procul abicere, ne pravitates eorum ex eo, quod recipiuntur, displicere[h] minime videantur et[i] non solum ipsi[k] inemendati[l] remaneant, sed etiam eorum[m] receptione[n] alii corrumpantur. Et considera[o], quam et hominibus execrabile et periculosum ante Dei sit oculos, si per[p] eum a quo[q] plectenda[r] sunt crimina[s] nutriri[t] vitia videantur. Haec igitur, dilectissime[u] fratrum[v], diligenter attende et ita agere stude, ut et[w] pravos salubriter corrigas et scandalum de malorum[x] societate[y] filiorum tuorum[z] animis[a] non inducas[b].

XI, 11.

Gregorius I. papa presbyteris, diaconis et clero ecclesiae Mediolanensis scribit, agant, ut novo in Constantii defuncti locum episcopo substituto, Arethusae, clarissimae feminae, latricis praesentium, de legato a Laurentio episcopo ei eiusque coniugi et filiis relicto causa tandem terminetur. *600, Oct.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 162; ϱ: cap. 161.
Edd. M: Lib. XI. ep. 16; G: Lib. IX. ep. 10. — Iaffé Reg. 1801 (1364).

GREGORIUS PRESBYTERIS, DIACONIBUS ET CLERO MEDIOLANENSI.

Latrix praesentium Arethusa[a] clarissima femina[b] propter causam legati, quod ei coniugique vel filiis ipsius[c] Laurentius reverendae memoriae episcopus vester[d 1] reliquerat, diu apud nos est, ut recolitis, demorata. Unde scripta nostra recordandae[e] memoriae fratri et coepiscopo[f] nostro Constantio miseramus[g], ut cum ea sacerdotali studio causam ipsam definire iurgiorum cessante strepitu debuisset[h]. Quod, sicut scire vos[i] credimus, se et[k] olim facere voluisse[l] et[m] adhuc facere[l] tunc velle responderat. Sed quia latrix harum diu est in hac urbe demorata atque illuc distulit remeare, nunc[n] usque decidi non potuit. Idcirco dilectionem vestram scriptis praesentibus[o] adhortamur, ut memoratae mulieri illic venienti[p] caritatem quam[q] decet ecclesiae filiis[r] impendatis[s] et, cum auctore Deo[t] ecclesia[u] fuerit ordinata[2], id agatis, quatenus causa ipsa, quae

u) ad *Pb 1.* v) excelsus *R 1.* w) te *om. R 1. ϱ 3. Pb 1.* x) resecari *Pb 1. M.* y) pravis *R 1. M.* z) *ita Pb. Pa 2. ϱ 3. M;* conpescat *Pa 1;* conpescere *R 1. ϱ 1. ϱ*2.* a) vitam *R 1.* b) studii *Pa 1.* c) salubribus *Pa 2.* d) monito *R 1;* monitione *Pb. M;* moniti *Pa 1;* monitis *Pa 2.* e) in iniurio *M.* f) eos (*om.* et) quoque *R 1,* et eos q. *M.* g) ad *Pb 1.* h) dispicere *Pb 1.* i) ut *M.* k) et n. s. ipsi *om. Pa 1.* l) inemendatiores *ϱ 3.* m) eorum etiam *R 1.* n) corruptione *M.* o) considera *Pb 1. ϱ 1. M;* considerate *cet.* p) si per *om. Pa 1.* q) quam *Pa 1.* r) plectanda *Pb 1.* s) crimina si *Pa 2.* t) nutri *R 1.* u) k. *Pa 1;* karissime *Pa 2.* v) fratrum *ϱ 1;* fr̄ aure *Pb. M;* fr. curam *Pa 1;* fr̄ aur̄e curam *Pa 2;* frater *cet.* w) est *ϱ*2; om. hoc verb. ϱ.* x) pravorum *Pa 1.* y) societata *Pb 1.* z) suorum *Pa 1.* a) con m r (*ras. 4 litt.*) nimis *R 1;* nimis *Pa 1.* b) dicas (*om.* non) *R 1;* non indicas *ϱ*2.* — amen *add. Pb 1. M.* — *Pa 2 add.:* data mens. sēp indictione (...?) —

XI, 11 in titulo: p̄p̄ b̄b̄ d̄d̄ *abbr. R 1,* p̄p̄ d̄d̄ *ϱ. ϱ*;* populo diaconib. *R* 1* (*cf. ep. XI, 6 tit.*) — Mediolanensis *R 1. ϱ*1. 2, sed corr. ϱ*2;* Mediolanensi *ϱ 1. ϱ*3;* Mediolaneñs *ϱ 3.* a) Archusa *R 1;* ad rectus a *ϱ*1.* b) cł f. *R 1. ϱ;* d. f. *ϱ*.* c) filii ipsius *R 1;* filius (*om.* ipsius) *ϱ*1.* d) nōr *ϱ*.* e) recondandae *ϱ*1.* f) episcopo *ϱ 3.* g) misereamus *ϱ 1.* h) et *add. R 1.* i) si *add. R 1.* k) et *om. ϱ 3.* l) *verba* voluisse *usque* facere *om. R 1.* m) voluisset et *ϱ 1.* n) nam *R 1.* o) *hoc verb. om. ϱ* 1.* p) venientem *ϱ*1.* q) tuam *R 1.* r) filios, *ut videtur, R 1.* s) impendite *ϱ*2. 3.* t) deo *om. R 1.* u) ecłe *R 1.*

XI, 11. De hac superscriptione cf. ep. XI, 6 n. *1) De Laurentio, Constantii nuper mortui praedecessore, cf. ep. I, 80 n.* *2) Cf. ep. XI, 6 n. 2.*

tempore diuturno dilata est, ita sine mora aequitate[v] servata debeat terminari, ut nec ante dicta femina amplius fatigari nec vos videamini contra ecclesiasticum propositum petentibus negasse quod iustum est.

XI, 12.

Gregorius I. papa Spesindeum, praesidem Sardiniae, hortatur, ut Victorem, episcopum (Fausianensem), in Christi fide inter barbaros et provinciales Sardiniae propaganda adiuvet. *600, Oct.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 163; ϱ: cap. 162.
Edd. M: Lib. XI. ep. 22; G: Lib. IX. ep. 17. — Iaffé Reg. 1802 (1317).

GREGORIUS SPESINDEO PRAESIDI SARDINIAE.

Particeps procul dubio mercedis existit, qui bonorum se operum exhibet adiutorem. Quia ergo multi de barbaris et provincialibus Sardiniae ad christianam fidem dicuntur Deo propitio devotissime festinare[1], magnitudo vestra studium suum hac in causa decenter accommodet et fratri coepiscopoque[a] nostro Victori[2] in convertendis baptizandisque eis studiose concurrat, quatenus, dum de interitu multorum animae per baptismatis gratiam vobis fuerint solaciantibus liberatae, et apud[b] homines laudem habere et apud omnipotentem Dominum, quod summopere studendum est, magnam mercedem possetis adquirere atque nos vobis gratias referentes magnitudini vestrae possimus modis omnibus existere debitores.

XI, 13.

Gregorius I. papa Ianuarium, episcopum Caralitanum, laudat, quod virorum monasterium ex Epiphanii, lectoris defuncti, voluntate construi in eiusdem domo vetuerit propter adiacentem parthenonem. Mandat vero, ut monachos aut ancillis alio traductis collocet in earum domo aut in destituto Urbani monasterio foris civitate Caralitana. 600, Oct.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 164; ϱ: cap. 163.
Edd. M: Lib. XI. ep. 25; G: Lib. IX. ep. 20. — Iaffé Reg. 1803 (1374).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALITANO.

Gratam nobis[a] fraternitatis vestrae sollicitudinem fuisse cognoscite, quod[b] pastorali se[c] vigilantia pro tutamine animarum, ut oportebat, exhibuit. Nuntiatum siquidem nobis est, quod in domo quondam Epiphanii[d] [1] lectoris ecclesiae vestrae[e] idcirco secundum voluntatem ipsius monasterium construi vetuistis, ne[f] pro eo, quod domus ipsa ancillarum Dei[g] cohaerebat, deceptio exinde contingeret[h] animarum. Et valde laudavimus[i], quia[k] antiqui hostis insidias provisione congrua, ut decuit, praecavistis[l]. Sed

v) *ex* ęquitata *corr. R 1.*

XI, 12 in titulo: Spes in dn̄o *ϱ* 2. 3;* Spesdeospes *R* 1;* Spei in domino *Vat. D (ed. M.)* — presidis *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2; om. hoc verb. R 1.* a) et coepiscopo *ϱ 3.* b) libera et aco ud *ϱ 1.*

XI, 13 in titulo: episcopo *om. ϱ* 2. 3.* a) vobis *ϱ 1.* b) quos *ϱ 1.* c) se *om. ϱ* 1;* e *ϱ 1* — pastoralis (*ras.*) evigilantia *R 1.* d) epiphania *ϱ* 1;* Epiphani *ϱ. ϱ* 2. 3.* e) vestrae *om. R 1.* f) non *R 1.* g) monasterio, *ut videtur, add. ϱ* 1.* h) contigeret *ϱ 1.* i) laudabile *R 1;* laudabimus *ϱ* 1.* k) qui *R 1.* l) *ex* precadistis *corr. R 1.*

XI, 12. De Spesindeo cf. ep. IX, 195 n. 4 et de huiusmodi nominibus ep. VII, 32 n. 1. 1) De paganis in Sardinia cf. ep. IV, 23. 25. 2) De Victore, ep. Fausianensi, cf. ep. IV, 29 n. 1. IX, 202 n. XI, 7 n. 1. XI, 15 p. 275 n. 6.

XI, 13. De Ianuario cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss. 1) Cf. ep. XIV, 2.

quia perlatum ad nos est[m] Pompeianam[2] religiosam feminam velle[n] de eodem monasterio ancillas Dei tollere et per sua[o], unde tultae fuerant, monasteria revocare atque illic congregationem constituere monachorum, necesse est, ut, si impletum[p] hoc fuerit, defuncti dispositio modis omnibus conservetur. Si vero factum hoc non[q] fuerit, ne testatoris[r] voluntas in totum videatur esse frustrata[s], volumus, ut, quia monasterium Urbani quondam abbatis positum foris civitate Caralitana ita dicitur destitutum[t], ut ne unus quidem[u] illic monachus remaneret[v], Iohannes[w], quem memoratus Epiphanius[x] in monasterio[y], quod, sicut dictum est, in domo sua fiendum decreverat[z], abbatem esse constituit, si[a] tamen nihil est, quod eum impediat, abbas debeat ordinari[3] atque reliquiae ibi, quae[b] in domo antedicti Epiphanii[x] condendae fuerant, recondantur et ei modis omnibus applicetur, quicquid isdem Epiphanius[x] in monasterio quod deputaverat aedificari contulerat[c], quatenus, etsi de loco propter suprascriptam[d] cautelam voluntas eius disponitur[e], merces nihilominus inlibata servetur. Et haec quidem omnia fraternitas vestra una cum Vitale[4] defensore[f] disponat et ita[g] ea utiliter studeat ordinare, ut, sicut de laudabili prohibitione, ita quoque de bona habere possit[h] constructione mercedem. Ipsum vero monasterium licet fraternitati vestrae sit supervacuum commendari, hortamur[i] tamen ex abundanti, ut id salva iustitia, sicut vos decet, habeatis commendatum.

XI, 14.

Gregorius I. papa Pantaleoni notario mandat, Genuam proficiscatur, ubi et Deusdedit diaconum curet episcopum ordinandum et ecclesiae rationibus consulat. 600, Oct.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 165; ϱ: cap. 164.
Edd. M: Lib. XI. ep. 3; G: Lib. IX. ep. 21. — Iaffé Reg. 1804 (1375).

GREGORIUS PANTALEONI NOTARIO.

Experientia tua praesenti auctoritate suffulta ad Genuensem[a] urbem[b] auxiliante Domino proficiscens Deusdedit diaconem ecclesiae Mediolanensis, si tamen a cunctis electus est et nihil est[c], quod ei ex[d] anteacta vita per sacros possit canones obviare, episcopum sollemniter faciat ordinari[e].

Praeterea quia multae illic ecclesiae nostrae utilitates sunt, quae Deo propitio peragantur, sollicitum esse necesse est et ita omnia secundum capitularem subter adnexum[1] requirere utiliterque disponere, ut[f] nulla[g] te neglectus culpa respicere, sed magis vigilantia Deo et[h] hominibus valeat commendare[i] [2].

---

m) agnosces (*pro* ad nos est) *R 1.* n) vel *ϱ* 1.* o) persona (*pro* per sua) *R 1.* p) implerum *R 1.* q) non *om. ϱ. ϱ*.* r) testatori *ϱ 3.* s) frustata *ϱ 1.* t) destitū *ϱ 1.* u) quidem *om. R 1. ϱ.* v) remanere *R 1.* w) Iohem *R 1. ϱ.* x) Ephiph. *ϱ* 1.* y) immonast. *ϱ 1.* z) decreveram *R 1.* a) constitutum sic *R 1.* b) ibidem *ϱ* 2. 3;* ibi (*om.* quae) *ϱ 1.* c) non tulerat *ϱ 1.* d) supradictam *ϱ 3.* e) non disponitur *edd.;* deseritur *vel sim. coni. Mommsen.* f) *ita edd.;* defide *R 1; hoc verb. om. ϱ*. ϱ.* g) it *ϱ* 1.* h) *ex* posset *corr. R 1.* i) ortamus *ϱ 1.*

XI, 14 in titulo: Panterleoni *ϱ*4.* a) Genuensium *ϱ 3.* b) urbum *ϱ* 1.* c) et nihil est *om. R 1.* d) ei ex *om. ϱ 3.* e) ordinare *ϱ*. ϱ 3.* f) et *ϱ*. ϱ.* g) nullo *ϱ 1. ϱ*;* nullius *ϱ 3.* h) ut *ϱ* 1.* i) ualeant commedare *ϱ 1.*

2) De Pompeiana eiusque monasterio cf. ep. I, 46, n. 1. 3) Fortasse de eodem abbate agitur in ep. XIII, 6. 4) De Vitali cf. ep. IX, 2 n.

XI, 14. Cf. ep. XI, 6 de eadem causa scriptam. — Dubito, an Ewald (ep. III, 40 n.) recte putet hunc Pantaleonem alium esse, alium Pantaleonem notarium in Siciliam missum (cf. ep. VIII, 26 n. 1). 1) Deest. — De capitularibus cf. ep. I, 39a, 1 (et IX, 131. XIII, 19). 2) Similia in Diurni f. 52 (preceptum eunte rectore in patrimonio).

XI, 15.

Gregorius I. papa Probo, abbati monasterii SS. Andreae et Luciae in synodo quinque episcoporum eius petitione per Paterium secundicerium relecta testamenti factionem concedit. *600, Oct. 5.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 166; ϱ: cap. 165.
Edd. M: Append. IX; G: Lib. IX. ep. 22. — Iaffé Reg. post n. 1798 (1356).

In nomine domini Dei et[a] salvatoris nostri Iesu Christi imperante[b] domno[c] Mauricio[d] Tiberio[e] perpetuo augusto[f] anno XVIIII[g] eodemque domino[h] consule anno XVII[i] sub die tertio nonarum Octobrii[k] indictione IIII.[1]

Praesidente beatissimo et apostolico papa Gregorio atque consedentibus reverentissimis Menna episcopo[l] Telesino[2], Basilio Capuano[3], Constantio Numentano[4], Montano[m] Saonense[n 5], Victore Fausanense[o 6], Iohanne presbytero titulo[p] sanctorum[q] Protasi et Gervasi[7], Deusdedit presbyter[r] titulo[q] sanctorum Iohannis et Pauli[8], Andromacus presbyter titulo Eudoxiae[9], Rusticus presbyter titulo sanctae[s] Susannae[10], Vivulus[t] presbyter titulo[s] sancti Marcelli[11], Probinus[u] presbyter titulo sancti Cyriaci[v 12], Iohannes presbyter titulo sanctorum Iohannis et Pauli[13], Agapitus presbyter titulo Eudoxiae[w 14], Felix presbyter titulo sanctae Sabinae[x 15], Gratiosus presbyter titulo sanctorum[w] Nerei et Achillei[16], Bonifatius[y] presbyter titulo sancti Xisti[z 17], adstantibus etiam diaconibus[18] et clero Paterius secundicerius[19] dixit: 'Probus abbas[a] monasterii sanctorum Andreae et Luciae[20] vestris[b], si praecipitis, desiderat aspectibus praesentari[c]'.

XI, 15. *Verba:* In nomine *usque* ind. IIII *rubro, quasi titulum, exhibent codd., sed R* 1 rubro scribit usque ad verba:* secundicerius dixit. a) dei et *om. R* 1.* b) imp. *abbr. R 1. ϱ 3;* impris *ϱ 1;* imperatoris *ϱ* 1. 4;* imperatorum *R* 1.* c) dm̄o *abbr. R 1,* donn̄ *ϱ 1,* dm̄ *ϱ* 1. 4,* dnm̄ *ϱ* 2. 3. ϱ 3.* d) Mauritio *ϱ* 1. ϱ 3.* e) Tyberio *R 1;* et Tyberio *R* 1.* f) atque augustorum *R* 1.* g) XIII *omnes codd., praeter R* 1:* ab incarnatione dn̄i DCCCIII°. h) dm̄o *abbr. R 1;* dn̄o *ϱ 1. ϱ*;* don̄ *ϱ 3.* i) XI *omnes codd. praeter R* 1, qui hunc numerum omisit.* k) octb *abbr. R 1;* octub̄ *ϱ 1.* l) episcopo *hic om., sed ante* Menna *add.* epis *R 1.* m) Muntano *ϱ*;* Mimiano al. Montano *Vat. D (ed. M.).* n) Savinense *ϱ*. ϱ 3. Vat. E;* Sabinense *Vat. D (ed. M.);* Saonense *R 1. R* 1;* Seonense *ϱ 1.* o) Fausenense *ϱ 3. Vat. D (ed. M.);* Faufenense *ϱ*;* Fauson. *R* 1;* Fausin. *Vat. E;* Suasenense *Vat. A.* p) tt̄ *hic et fere semper abbr. R 1. ϱ 1;* titulos *fere semper abbr. ϱ* 1.* q) *verba* sanctorum *usque* titulo *om. ϱ 1.* r) presbytero *ϱ* 2. 3. ϱ 3.* s) *verba* sanctae *usque* titulo *om. ϱ* 1.* t) *ita ϱ* 2. 3. ϱ 3;* Uunus *R 1;* Uibulus *ϱ 1.* u) *ita ϱ*. ϱ 3;* Provinus *ϱ 1;* Probitius *R 1.* v) Ciriaci *ϱ.* w) *verba* Eudoxiae *usque* sanctorum *om. ϱ* 1.* x) Savinae *ϱ.* y) Bonifacius *ϱ.* z) *ita R 1. ϱ 3;* Xysti *ϱ 1. ϱ* 1;* Syxti *ϱ* 2. 3.* a) abba *ϱ*.* b) virginis *R 1 —* se vestris *ϱ 3.* c) praesenstari *ϱ* 2.*

XI, 15. Recte, ut videtur, contendit Ewald, N. A. III p. 601, hanc constituti notitiam in codicibus suo loco, mense Oct. ind. IV., relatam atque annos imperii et consulatus a scriptore corruptas esse. Nota aliud esse datum protocolli, aliud cartae, quae recitabatur. [Fortasse inscriptio ex parte (scil. verba „imperante" usque „XVII") repetita est ex ea quae postea sequitur; certe formula „eodemque domino consule" imperitum librarium arguit, cum requiratur postconsulatus. Mommsen.] 1) *De dato cf. reg. V, 57ª p. 362 n. 4.* 2) *De Mena vel Menna cf. ep. XI, 9 (n. 1), ex qua apparet eum tunc Romae fuisse.* 3) *De Basilio cf. ep. IX, 72 n. 2.* 4) *Constantius successit Gratioso: cf. ep. V, 57ª, p. 366 n. 3.* 5) *Cf. de hac ecclesia ep. I, 76. — De ecclesia Sabinense cogitandum esse non credo. Nam ecclesiam Curium Sabinorum noster ep. III, 20 Nomentanae univerat: cf. ib. n. 2; adde dial. I, 4. 10. IV, 30.* 6) *De Victore cf. ep. IV, 29 n. 1. IX, 202 n.; eum tunc Romae fuisse etiam ex ep. XI, 12 elucet.* 7) *Cf. ep. V, 57ª p. 367 n. 1.* 8) *Cf. ib. n. 2.* 9) *Cf. ib. n. 4.* 10) *Cf. ib. n. 5.* 11) *Cf. ib. n. 6.* 12) *Cf. ib. n. 14.* 13) *Cf. ib. n. 11.* 14) *Cf. ib. n. 12.* 15) *Cf. ib. n. 13.* 16) *Cf. ib. n. 9.* 17) *Cf. ib. n. 7.* 18) *Cf. ep. V, 57ª p. 363 n. 2.* 19) *De Paterio cf. ep. V, 26 n. 3. — Similia* gesta, *sed municipalia, insunt e. g. apud Marini, pap. dipl. 74. 79. 80. 82. 83. 84. 87. 88. etc.* 20) *De Probo cf. ep. IX, 44 n. 1.*

Gregorius episcopus sanctae ecclesiae catholicae urbis Romae[21] dixit: 'Veniat'. Cumque ingressus fuisset, dixit: 'Cur adesse volueris, fateri te[d] convenit'. Probus abbas dixit: 'Petitionem[e] prae manibus habeo. Postulo a beatitudine domini mei, ut eam suscipi[f] et vobis relegi[g] iubeatis'. Dixit: 'Fiat'. Quae dum[h] suscepta fuisset, Paterius in his recitavit: 'In nomine domini Dei[i] nostri Iesu Christi imperante domno[k] Mauricio[l] Tiberio[m] perpetuo Augusto anno XVIIII[n], post consulatum[o] eiusdem domini[p] anno[q] XVII[r] die III kalendas Octobris[s], indictione quarta. Ea quae nunc beatitudini vestrae desidero olim domino[t] meo bene comperta sunt vestramque mihi conscientiam testem esse[u] quae suggero, quoniam, dum ante hos annos ex laico ad religiosum migrassem officium, disposueram in cellulam[v] super me solitarius habitare ibique ipsis[w] paucis diebus qui[x] supersunt[y] vitam transigere; propter quod nec aliquid de substantiola mea ante ordinavi sive disposui sciens tam ab intestato quam ex testamento filium mihi posse succedere. Quadam autem die, dum inter alios[z] ad obsequia domini mei fuissem ingressus, subito atque inopinato[a], introire[b] in monasterio atque onera abbatis[c] debuissem suscipere, praecepistis[d] statimque surgentes[e] non indulto ad deliberandum vel tractandum mihi spatio ad monasterium iam cum[f] monachis[g] ambulare coactus sum. Unde quia nihil antea de substantiola mea occurrit[h] vel potui ordinare, idcirco lacrimabiliter supplico, ut concessa per constituti[i] vestri decretum[k] licentia fas mihi sit de omnibus rebus meis voluntatem meam disponere, quatenus nec mihi oboedientia mea[l] officiat nec filio et pauperi possit esse damnosa. Nam cunctis notum est, quia illos legalis sanctio[m] quicquam de substantia sua prohibet, postquam monasterium ingressi fuerint, ordinare, quibus disponendarum rerum[n] suarum suppetit ante licentia[22], non autem eos quos ad hoc quod numquam tractaverant praepositorum[n.o] suorum parere[p] cogit instantia, quia[q], sicut legis voluntas hoc ex deliberatione[r] facientibus contradicit, ita eis qui compelluntur maiore, succurrit. Hanc autem suggestionem supplicationemque meam[s] Aemiliano[t] notario sanctae ecclesiae Romanae noto meo[u] scribendam dictavi[23], cuique[v] propria manu ego Probus servus vester subscripsi et vobis beatissimo domino meo Gregorio papae porrexi. Ego Probus servus vester huic petitioni a me oblatae[w] subscripsi'. Dixit: 'Postquam textus oblatae nobis[x] petitionis innotuit, Probus abbas[y] paulisper[z] abscedat, ut de his quae petit cum fratribus filiisque nostris, quid statuendum sit, deliberare possimus'. Quo recedente postquam diu de eius petitione tractatum[a] est, dixit: 'Probus abbas, quem[b] abesse[c] paululum feceramus[d], rursus adveniat, ut ea quae nobis cum fratribus filiisque nostris in commune visa sunt censeamus'. Cumque praesentatus fuisset, dixit: 'Ubi veritas cum[e] ratione concordat,

d) te *om.* ϱ*. ϱ *3.* e) petionem ϱ* *1.* f) suscipiet ϱ* *1.* g) relegi vobis ϱ* *2. 3.* h) *ita* ϱ*. ϱ *3;* qđ (*pro* quae dum) *R 1;* quod cum ϱ *1.* i) dei *om.* ϱ* *2. 3.* k) dm̄o *R 1;* dom̄i ϱ *1;* m̄r ϱ* *1;* dnm̄ ϱ* *2. 3.* l) Mauritio ϱ* *1.* m) Tyberio *R 1.* n) XCIII (*ex* XGIII, *ut videtur, corrupt.*) *R 1.* ϱ *1.* ϱ*; XIIII ϱ *3.* o) p̄c *abbr. codd. n.* p) dom̄ *abbr. R 1;* dn̄i ϱ *1.* q) anno *om.* ϱ. r) *ita* ϱ* *2. 3;* XVI *R 1.* ϱ. ϱ* *1.* s) octubris *R 1;* octƀ ϱ *1.* t) dom̄ *R 1;* dn̄ ϱ *1.* u) *hic add.* scio *edd. et, ut videtur,* ϱ *3; Mommsen scr. pro* desidero: suggero *et pro* quae suggero: desidero. v) cella ϱ* *2. 3.* w) psi *R 1.* x) quibus *R 1.* y) supersum *R 1.* ϱ *1.* z) alias ϱ *3.* a) ut *add.* ϱ *3.* b) introirem ϱ *3.* c) abƀi *R 1* — debuisse me *coni. Mommsen.* d) recepistis *R 1.* e) surgens ϱ *3.* f) cum iam *R 1;* iam (*om.* cum) ϱ *1.* g) monachus ϱ *1.* h) occurri *codd. n. et Vaticani (ed. M.)* — procurari *coni. Mommsen.* i) constitutionem ϱ *3.* k) *ita* ϱ* *2. 3;* decreti *cet.* l) me ϱ* *1.* m) s̄ca notio ϱ* *1.* n) *verba* rerum *usque* praepositorum *om. R 1.* o) praeposito ϱ* *2. 3.* p) parare ϱ *3.* ϱ* *1. 2, sed in* paraere *corr.* ϱ* *2.* q) quam ϱ. ϱ*. r) exinde liberatione ϱ. ϱ*. s) meam *om.* ϱ *3.* t) *ita* ϱ *3.* ϱ* *1;* Emil. *cet.* u) meo *om.* ϱ *3.* v) cui ϱ *3.* w) *ita* ϱ *1;* abbate *R 1.* ϱ* *2. 3;* aƀ ϱ* *1;* abbate factę ϱ *3.* x) nobis *suprascr. R 1.* y) abba ϱ* *2. 3.* z) pullisper ϱ* *1.* a) tractandum *R 1.* b) quam ϱ* *1.* c) abisse ϱ*. ϱ *3.* d) feceram *R 1;* faceramus ϱ *1.* e) cum *om. R 1.*

21) De hoc titulo cf. form. Diurni 84. 85 et ep. V, 57ª p. 365 n. 4. *22) Cf. ep. IV, 6 n. 2.* *23) De hac formula:* noto rogatorioque meo *etc. cf. Brunner, Rechtsgesch. d. Urk. I p. 23 ss. et plurimas cartas apud Marini, pap. dipl.*

desideria[f] petentis implere non minus iustum est[g] quam benignum. Perpensa igitur serie a te[h] petitionis oblatae omnia quae in ea locutus es[i] ita esse recolimus. Neque enim vel in nostram umquam[k] antea cogitationem[l] ascenderat, ut in quocumque[m] monasterio abbatis[n] tibi curam debuissemus iniungere. Sed quodam die, dum de ordinando monasterio[o] cui praeesse dinosceris cum nostris filiis tractaremus atque diu[p] aptam[q] personam huic officio quaereremus, ex improvisu te ingrediente cordi nostro et eorum qui nobiscum ad tractandum aderant subito natum est, ut te illic abbatem[r] Deo propitio constituere deberemus. Quod quia renitenti tibi[s] constat impositum et voluntatis tuae rigorem[t] vix nostrae potuerunt adhortationes inflectere, necesse fuit, ne forte habere potuisses[u] post te[v] spatium redeundi, ut iam ordinatum abbatem[r] ad ipsum te monasterium, cuius nec monachus fuisti antea, mitteremus. Ne ergo haec oboedientia vel dilectioni[w] tuae tristitiam vel aliis possit ferre iacturam, universas res tuas[x] alienandi vel, ut volueris, disponendi liberam tibi per huius constituti nostri tribuimus statuta[y] licentiam, per quae[z] eam te in[a] disponendis eis, ut tibi placuerit, habere noveris facultatem, quam habere poteras[b], antequam monasterium introires. Nec quicquam tibi abbatis[r] officium, quod, sicut dictum est, repente ac invitus nosceris suscepisse, formides obsistere, quia, ut in ordinandis[c] disponendisque rebus tuis non haberes licentiam, dilectionem tuam, ne post se rediret, nostra[d], ut diximus, coegit instantia. Proinde ne qua te dubium faciat de his quae volueris ordinare suspicio[e], nullum umquam ecclesiae nostrae vel monasterii tui sive quolibet[f] alio nomine ex monachicae conversionis statu vel abbatis officio, quocumque ingenio vel cuiuslibet excusationis[g] specie contra praesentis seriem constituti venire decernimus, sed tamquam si ingressus monasterium non fuisses, ita omnia quae de universa facultate tua ordinaveris[h] disposuerisve[i] inlibata et sine aliqua Deo auctore statuimus refragatione servanda'.

MENSE NOVEMBRI INDICTIONE IIII.

XI, 16.

Gregorius I. papa Iohanni, subdiacono Ravennae, mandat, cum praefecto diligentissime agat, ut Iohannis argentarii rebus consulat, qui indigentium fideiussione saepe adiutor, fide pro Inportuno quondam palatino interposita in summas angustias adductus sit. Videat, ne "ipsa una statio, quae in Romana civitate remansit, eius temporibus" claudatur. *600, Nov.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 167; ϱ: cap. 166.
Edd. M: Lib. XI. ep. 26; G: Lib. IX. ep. 23. — Iaffé Reg. 1805 (1377).

f) desiderio *R 1.* g) est iustum *ϱ* 2. 3.* h) atque *R 1.* i) ēē *R 1;* est *ϱ 3.* k) inquam *R 1. ϱ 1. ϱ*.* l) cogitatio *R 1.* m) quaecumque *ϱ* 1.* n) abb̄ *R 1.* o) nōm *ϱ 1.* p) diu *om. ϱ 1.* q) apertam *ϱ 1. ϱ* 1.* r) abb̄ *R 1.* s) renitentibus *R 1;* retinenti tibi *ϱ 1.* t) rogarem *R 1.* u) *in* posuisses (*ita ϱ* 3*) *corr. ϱ* 2.* v) *ita ϱ 1;* posse *R 1;* post *ϱ*. ϱ 3.* w) dilectionis *ϱ 3.* x) *ita edd. cum ϱ 3;* ferre daturam universam restituas *R 1. ϱ*. ϱ 1.* y) statutam *R 1. ϱ*. ϱ 3.* z) *ita R 1. ϱ 1;* quam *cet.* a) in te *ϱ 3.* b) potueras *R 1.* c) ordinandi *R 1.* d) nostras *R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed in* nostram *corr. ϱ 1.* e) *ex* suspicium *corr. R 1.* f) quodlibet *R 1. ϱ*. ϱ 1;* quilibet *ϱ 3.* g) accusationis *R 1.* h) ordinaris *ϱ 3.* i) disposueris vel *R 1;* disposueris velud *ϱ 1;* disposuerasve *ϱ 3.*

Mense *cet.:* nōv *abbr. R 1. ϱ*. ϱ 1. R* 1.*

XI, 16. Iohannes, cui etiam ep. XII, 6. XIII, 19 missae sunt, apocrisiarius et rector patrimonii Castorio (de quo cf. ep. V, 24 n.) successisse videtur. Idem fortasse est, qui in ep. III, 29. 30 (cum n. Ewaldi) commemoratur.

GREGORIUS IOHANNI SUBDIACONO RAVENNAE.

Qualiter Iohannes argentarius [1] indigentibus fideiussore[a] fuit saepe remedium, experientia tua[b] bene novit. Unde contigit, ut nunc Inportuno quondam palatino[2] fideiussor accedens necessitatem non modicam patiatur, adeo ut in ecclesia[c] diu iam residens[3] vehementius affligatur. Sed quia quibusdam erat suspicio, quod praedicto[d] Inportuno[e] non simpliciter[f], sed compendii causa fideiussor accesserit, ad sacratissimum corpus beati Petri apostolorum principis districta omnino sacramenta, quantum nobis renuntiatum[g], praebuit non solum nullum se ab eo ex toto commodum recepisse, verum etiam nec aliquid habuisse promissum, sed ei, ut ceteris, simpliciter accessisse[4]. Et quia tam[h] longo tempore innocentis hominis[i] affligi simplicitas non debet, apud eminentissimum filium nostrum praefectum modis quibus valueris agere, ut ipsa una statio[k], quae in Romana[l] civitate[m] remansit, eius temporibus claudi non debeat, sed ei[n] pro mercede sua in hac afflictione subveniat atque eum directa iussione dignetur absolvere et amplius illum in hac esse necessitate minime patiatur, quia quem ad modum simplex benignusque sit vel diversis[o] fuerit saepe in tribulatione remedium, nec ipsi habetur incognitum. Et ideo ita, sicut diximus, cum omni[p] dulcedine apud eum stude agere, ut in huius absolutione multis possit ferre[q] consultum et haec via remedii eius, sicut diximus, temporibus non claudatur.

MENSE DECEMBRIO INDICTIONE IIII.

XI, 17.

Gregorius I. papa Iohannem religiosum mensis pauperum et exhibendae diaconiae praeponit eique concedit, ne expensorum rationem reddere cogatur. *600, Dec.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 168; ϱ: cap. 167.
Edd. M: Lib. XI. ep. 27; G: Lib. IX. ep. 24. — Iaffé Reg. 1806 (1378).

GREGORIUS IOHANNI RELIGIOSO.

Licet eos qui pia intentione sollicitudinis[a] curam debilibus ac egenis impendunt sua apud omnes valeat tueri devotio, melius tamen est, si pro quiete sua de his fuerint muniti[b] quae gesserint, ne deinde[c] eis inquietudinis occasio, unde magis laudandi sunt, oriatur. Quia igitur te[d] Iohannem religiosum intentionis tuae studio provocati mensis

XI, 16 in titulo: Iohs *R 1* — Ravennatis *R 1;* Raveñ *ϱ. ϱ* 1. 2. 3;* Ravennensis *ϱ* 4;* Ravenn̄ *R* 1.* a) fideiussor *ϱ* 2. 3;* fideiussoribus *ϱ 3;* fideiussione *edd.* b) experientua *ϱ* 1.* c) ecclesię *ϱ 3.* d) predicte *R 1.* e) impertuno *ϱ 1.* f) suppliciter *R 1.* g) ren. est *ϱ 1;* est ren. *ϱ 3.* h) quantam *ϱ* 1.* i) innocentes homines *ϱ 1.* k) studio *R 1;* statione *ϱ 3.* l) Roma *ϱ* 1;* Romam *ϱ 1.* m) ciuū *R 1;* ciuitatis *ϱ 1.* n) eius *R 1.* o) diverso *R 1.* p) omnino *ϱ 1.* q) referre *R 1.*

Mense *cet.:* decembrio *R 1;* decebr. *ϱ*;* decembri *R* 1;* dec. *om. ϱ 1;* novembri *ϱ 3.*

XI, 17 in titulo: Iohs *R 1.* a) sollitudinis *ϱ* 1.* b) munita *ϱ 1.* c) deinde *R 1. ϱ. ϱ* 1;* inde, *ut videtur, ϱ* 2. 3.* d) et *R 1.*

1) De argentariis, eorum corpore eorumque contractibus cf. nov. Iust. 136 et edict. VII. — Ravennae saeculo V. et VI. commemorantur Iulianus argentarius (Agnell. c. 57. 59. 77. Marini pap. dipl. nº. 114.) et aliquot alii (C. I. L. XI¹, 350; Marini, pap. dipl. nº. 84. 90. 113. 115). 2) De palatinis cf. ep. IX, 72 n. 1. IX, 113 n. 2. 3) De asylo ecclesiastico cf. ep. IX, 4 n. 3. 4) Hic de cautione quadam Inportuni agi videtur. Cf. de huius modi cautionibus ep. XI, 4 (n. 1).

XI, 17. Iohannes alias ignotus est. — Cf. cum hac ep. Diurni f. 95. 118.

pauperum et[e] exhibendae diaconiae[1] elegimus praeponendum, ne qua tibi ex hac nascatur amministratione[f] dubietas, hac te munitione prospeximus fulciendum constituentes, ut de hoc quod ad mensas pauperum vel diaconiae exhibitionem percepisti sive subinde perceperis erogandum, nulli[g] umquam hominum quolibet[h] modo seu ingenio cogaris ponere rationem[i] vel aliquam[k] debeas molestiam sustinere. Sed quia ita ab[l] humanis te omnibus esse[m] volumus rationibus absolutum[n], ut Deo nostro de his quae tibi commisimus rationem te noveris positurum, hortamur, ut fidei in te sinceritas vigeat, sit mens in rebus intentior[o], cura propensior, voluntas pronior, studium[p] vigilantius, devotio clarior, exhibitio efficacior, quatenus, dum divino iutus[q] auxilio hoc opus[r] sollerter impleveris[s], et illi pro quibus sollicitudinem geris[t] studii tui solacio utiliter consolentur[u] et tu[v] mercedis tuae bonum[w] in aeterna vita redemptoris nostri[x] gratia compensante[y] recipias.

MENSE IANUARIO INDICTIONE IIII.

XI, 18.

Gregorius I. papa Venantium Syracusanum docet et suam et eius valetudinem pro paenitentia a Deo irrogata esse accipiendam. Filias eius Barbaram et Antoninam salutat.

601, Ian.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 169; ϱ: cap. 168.
Edd. M: Lib. XI. ep. 30; G: Lib. IX. ep. 25. — Iaffé Reg. 1807 (1381).

GREGORIUS VENANTIO SYRACUSANO.

Debitum salutationis alloquium solvens ea volui loqui quae patior; sed incongruum puto narrare quae nostis. Podagrae enim doloribus torqueor, qui[a] et mihi et vobis non dispariliter[b] noti, dum apud nos vehementer excrescunt, nos decrescere a vita fecerunt. Inter quos quid debemus aliud, nisi semper ad memoriam delicta nostra[c] revocare atque omnipotenti Deo gratias agere? Quoniam qui ex carnis blandimento[d] multa peccavimus, ex carnis afflictione purgamur. Sciendum quoque nobis est, quia poena praesens, si afflicti animum convertit, finis est culpae praecedentis, si autem ad timorem[e] Domini minime convertit, initium[f] poenae sequentis. Curandum ergo nobis est[g] et summopere in fletibus[h] tota mentis conversione[i] vigilandum, ne de tormento ad tormenta transeamus; considerandum quoque est, quanta erga[k] nos dispensatione

e) et *om. ϱ 1.* f) amministrione *ϱ* 1.* g) nullis *R 1.* h) quodlibet *R 1.* i) rationes *R 1.* k) aliquid *ϱ* 1.* l) ab *om. ϱ 1.* m) te *iterum add. ϱ 1.* n) absolvi *ϱ 3.* o) intentior *R 2. ϱ;* intensior *R 1. ϱ*.* p) prunior, *om.* studium *R 1.* q) iustus *R 1. ϱ 1;* iutus *in* adiutus *corr. R 2;* adiutus *in* aut iutus *corr. ϱ 3.* r) hopus (*om.* hoc) *ϱ 1.* s) inplebueris *R 1.* t) egeris *R 1.* u) *ex* consoletur *corr. R 1;* consolenter *ϱ 1.* v) tu *om. ϱ* 1.* w) mercedem bonam *ϱ 3.* x) nostri *om. R 1.* y) conpensant *R 1:* compensanter *ϱ 1. ϱ* 2. 3.*

Mense *cet.:* ianu *abbr. R 1,* iau *ϱ*. ϱ 1,* ianuar. *R* 1.*

XI, 18 in titulo: Venantio *R 1. ϱ 1;* Venatio *R 2. ϱ* 2. 3;* Venantino *ϱ* 1. 4;* Venancio *R* 1* — Syracusano *R 1. 2. ϱ. ϱ* 2. 3;* Syracus. *ϱ* 1. 4;* Siracusano *R* 1.* a) que *ϱ 1.* b) condis pariliter (*om.* non) *R 1.* c) delicta nostra *om. ϱ* 2. 3.* d) blandimenta *R 1. ϱ 1. ϱ* 1.* e) a timore *ϱ* 1;* a timorem, *sed corr. ϱ* 2.* f) est, *quod post. add. ϱ* 2, exhibet ϱ. ϱ* 3.* g) est *om. ϱ 3. ϱ* 2. 3.* h) flectibus *ϱ* 1.* i) conversatione *ϱ 1.* k) ergo *ϱ* 1.*

1) De diaconiis cf. ep. V, 25 n. 4. X, 8 n. 4 et de mensis pauperum Ioh. diac. v. Greg. II, 26 ss.

XI, 18. Genuinam epistulam non totam traditam esse, sed fragmentum solum contendit Ewald (insolito, ut videtur, initio motus). — De Venantio cf. ep. I, 33 n. VI, 40 n. IX, 13 n.

pietatis agit[l] conditor noster, quod morte dignos adsidue percutit et tamen adhuc
minime occidit[m]. Minatur enim, quod facturus est, nec[n] tamen facit, ut dolores nos
praecurrentes[o] terreant et conversos ad timorem districti[p] iudicis ab eius nos[q] animad-
versione in termino abscondant[r]. Quis enim dicat[s], quis enumeret, quanti in sua[t] luxuria
dimissi[u], in blasphemiis quoque et superbia proruentes, in rapinis et iniquitatibus per-
manentes[v] usque ad diem obitus sui[w] ita in hoc saeculo vixerunt, ut numquam[x] dolo-
rem vel capitis paterentur[y], sed subito percussi ignibus inferni sunt traditi? Nos
ergo habemus indicium, quia derelicti non sumus, qui adsidue flagellamur, teste scriptura,
Hebr. 12, 6. quae dicit: 'Quem diligit Dominus castigat, flagellat omnem filium quem recipit'. In
ipsis itaque verberibus Dei revocemus ad memoriam et eius munera et nostri reatus
damna. Pensemus, quanta bona super nostram malitiam[z] fecerit[a] et quanta mala sub
Isai. 43, 26. eius bonitate commisimus. Impleamus quod per prophetam Dominus dicit: 'Reduc[b]
me in memoriam, ut iudicemur simul'. Iudicemur modo in nostra cogitatione cum Deo,
1. Cor. 11, 31. ne districte postmodum iudicemur a Deo. Quid etenim Paulus dicit? 'Si nos ipsos
iudicaremus, non utique[c] a Deo iudicaremur'. Quisquis ergo[d] festinat[e] evadere districtio-
nem sententiae iudicii sequentis, per amaritudinem paenitentiae omnem sibi dulcedinem
interimat vitae praesentis. Quaecumque autem[f] huius mundi[g] bona sunt, cuius dona
sunt, nisi Conditoris? Sed libere nobis non debet donum Dei, quod per delectationem[h]
sui separat[i] ab amore Dei, ne data danti praeferamus et, dum bona percepimus[k]
etiam mali, unde[l] crescere in eius timore debuimus, inde a timore illius disiungamur.
Creator autem omnium isdem omnipotens Deus haec quae vobis in epistolis loquimur
menti vestrae adspiratione sui spiritus infundat vosque ab omnis[m] culpae[n] inquinationibus
tergeat et hic vobis consolationis suae gaudium et apud se quandoque praemia aeterna
concedat. Dulcissimas filias meas domnam Barbaram[o] et domnam Antoninam[1] mea peto
vice salutari.

XI, 19.

Gregorius I. papa Pascasium, episcopum Neapolitanum, hortatur, ut beati Severini reliquias, ab Iohanne servo et actore petitas, Venantio, domino eius, oratorii consecrandi causa concedat. *601, Ian.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 170; ϱ: cap. 169.
Edd. M: Lib. XI. ep. 31; G: Lib. IX. ep. 26. — Iaffé Reg. 1808 (1382).

GREGORIUS PASCASIO EPISCOPO NEAPOLIM.

Iohannes[a] servus[b] et actor[c] domni Venanti[1] sanctuaria[d] beati Severini confessoris[2] oblata petitione[e] suprascripto domno suo postulat[f] debere concedi, quatenus in eius

l) aget *R 1. ϱ 1.* m) accidit *R 1.* n) hec *R 1.* o) nos *om. ϱ 3* — percurrentes *ϱ 1.* p) stricti *R 1.* q) nos *om. R 1.* r) abscondat *codd. n.* s) dicti *R 1.* t) insula *ϱ* 1.* u) demissi *R 1.* v) iniquitates (*om.* permanentes) *ϱ* 1.* w) ob. sui *om. ϱ 1.* x) unnumquam *ϱ 1.* y) fatereutur *R 1. 2. ϱ.* z) nostras malitias *ϱ 3.* a) dominus *add. R 2. ϱ*.* b) deduc *ϱ 1.* c) utque *ϱ* 1.* d) quis ergo quis *ϱ* 1.* e) festinantur *R 1.* f) autem *om. ϱ* 1.* g) modi *ϱ*. ϱ 3.* h) dilectionem *R 2.* i) reparat *ϱ 3.* k) percipimus *ϱ 1.* l) etiam aliunde *R 1.* m) *ita R 2;* omui *R 1;* omnibus *ϱ. ϱ*.* n) culpis *ϱ* 1.* o) Barbam *R 2.*

XI, 19 in titulo: Paschasio *R 2. R* 1* — episcopo *om. R 1* — Neapolitano *R 1. ϱ 3. R* 1;* Neapolim *R 2. ϱ* 2. 3. ϱ 1;* Neapli *ϱ* 1. 4* a) Iohis *R 1.* b) servus *om. R 1.* c) auctor *ϱ* 1.* d) sanctae mariae et *ϱ* 1.* e) petione *ϱ* 1.* f) postulant *R 1;* postulante *ϱ*. ϱ 3, sed in* postulat *corr. ϱ* 2;* postolat *ϱ 1.*

1) Cf. ep. I, 33 n. XI, 23. 25.

XI, 19. Haec ep. scripta est secundum Diurni f. 12 (responsum de speranda sanctuaria). — *De electione Pascasii cf. ep. X, 18 n. 3. X, 19; ad eundem datae sunt ep. XI, 22. XIII, 15; cf. ep. XI, 53.* *1) De Venantio cf. ep. I, 33 n. VI, 40 n. IX, 13 n.* *2) De S. Severini sepulcro cf. ep. III, 1 p. 159 n. 3.*

nomine oratorium propriis[g] constructum sumptibus possit sollemniter consecrari. Et ideo, frater carissime, praefatis[h] desideriis ex nostra te praeceptione[i] convenit oboedire, ut devotionis suae in consecratione quam postulat potiatur[k] effectu[l].

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE IIII.

XI, 20.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Arabiae, significat, Candido abbati, latori praesentium, reliquias esse concessas. Addit valetudinem suam ita ingravescere, ut multum iam tempus in lectulo retentus sit. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio 1–IV. cap. 171; ρ: cap. 170.
Edd. M: Lib. XI. ep. 32; G: Lib. IX. ep. 27. — Iaffé Reg. 1809 (1383).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO ARABIAE.

Latore hic praesentium Candido abbate[1] pro petendis reliquiis, quae et concessae[a] sunt, veniente, quanto de fraternitatis tuae nutrimento laetatus sum, quod in eo studium[b] tuae fraternitatis apparuit, tanto contristatus sum, quod eius[c], ut volui, praesentia frui non potui, propter[d] quod me et aegrotum repperit et discedens[e] in infirmitate adhuc positum dereliquit[2]. Multum enim iam tempus est, quod surgere de lecto non valeo. Nam modo podagrae dolor cruciat[f], modo nescio quis in toto corpore cum dolore se ignis expandit; et fit plerumque, ut uno in me tempore ardor cum dolore confligat et corpus in me animusque deficiat. Quantis autem aliis[g] necessitatibus extra haec quae[h] retuli[i] infirmitatis afficiar, enumerare non valeo. Sed breviter dico, quia sic me infectio noxii humoris inbibit, ut vivere mihi poena sit, sed mortem desideranter[k] expectem, quam gemitibus meis solam esse credo posse[l] remedium. Proinde, frater sanctissime, divinae pro me pietatis misericordiam deprecare, ut percussionis suae erga me flagella[m] propitius mitiget et patientiam tolerandi[n] concedat, ne nimio, quod absit, taedio in impatientiam[n.o] cor erumpat[p] et ea[q] quae decurari[r] per plagam poterat culpa crescat ex murmure.

XI, 21.

Gregorius I. papa Marinianum, episcopum Ravennatem, sanguinis vomitu laborantem, Romam, ubi medicorum legibus quiete utatur, invitat. Hortatur, ut ante aestivum

g) proprii *ρ*1.* h) praefati *R 1;* praefati viri *ρ 3.* i) prec. te *R 1.* k) patiatur *ρ 1.* l) affectum *R 1. ρ 1.*

Mense *cet.;* febr. *abbr. R 2. ρ*. R*1,* feb̄ *R 1. ρ 1.*

XI, 20 in titulo: Mariano *R 2. ρ 1.* — Ravennae (*pro* Arabiae) *ρ 3.* a) concessa *ρ*1.* b) studio *R 1. ρ 1, sed corr. R 1.* c) eis *R 1. ρ 1.* d) *ita R 1. 2. ρ 1;* propter *om. ρ*. ρ 3.* e) descendens *R 1.* f) cruciatus *ρ*1.* g) aliis *om. ρ*1.* h) qui *R 1.* i) retulit *ρ*1.* k) desiderantem *ρ*1.* l) posse *om. R 2.* m) flagello *ρ*1.* n) *verba* tolerandi *usque* impatientiam *om. ρ*1.* o) inpatientiam (*om.* in) *ρ 1.* p) corrumpat *R 1. ρ 1.* q) eum *ρ 1. ρ*2. 3.* r) *ita R 2. ρ*1. 2, sed in* curari *corr. ρ*2;* curari *R 1. ρ 3. ρ*3.*

XI, 20. Is, cui haec ep. missa est, alias non occurrit. Dubito, utrum „Marinianus" verum eius nomen sit, an superscriptio per seq. epistulae superscriptionem corrupta sit. 1) Neque de hoc quicquam scimus. 2) Cf. ep. VIII, 29 n. 1. IX, 175 n. 3. IX, 232 n. 2.

XI, 21. De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5.

tempus, quod huic aegritudini medici dicant vehementer periculosum, veniat; ipse, quamquam valde sit debilis, qui se proximum morti videat, aut eum se curaturum aut in eius manibus moriturum sperat. Agonem, si eundi periculum sit, moveat, ut per hominem suum usque Romam eum comitetur. Cum paucis veniat, quia in episcopio eum eo manens cottidiana obsequia de hac ecclesia habiturus sit. Praecipit, ut ieiuniis, vigiliis, contionibus, quae Ravennae circa paschalem sollemnitatem habentur, abstineat. 601, Febr.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 172; ϱ: cap. 171.
Edd. M: Lib. XI. ep. 33; G: Lib. IX. ep. 28. — Iaffé Reg. 1810 (1384).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNATI.

Venientes quidam Ravennates homines[a] gravissimo maerore percussus sum[b], quia fraternitatem tuam retulerunt[c] de vomitu sanguinis aegrotare[1]. Ex qua re sollicite et singillatim eos quos hic doctos[d] lectione novimus medicos[2] fecimus requiri[e] et, quid singuli senserint quidve dictaverint[f], sanctitati vestrae scriptum misimus. Qui tamen quietem et silentium prae omnibus dictant; quam si tua fraternitas in sua ecclesia possit habere, valde sum dubius. Et ideo videtur mihi, ut ordinata illic[g] ecclesia, vel qui missarum sollemnia explere valeant[h] vel qui episcopii[i] curam gerere[3], hospitalitatem[k] et susceptiones possit exhibere[4] quisve[l] monasteriis custodiendis praeesse, tua fraternitas[m] ad me ante aestivum tempus debeat venire, ut aegritudinis tuae ego specialiter, in quantum valeo, curam geram, quietem tuam custodiam, quia huic aegritudini[n] aestivum tempus medici vehementer dicunt periculosum. Et valde pertimesco, ne, si curas aliquas cum adversitate temporis habueris, amplius ex eadem molestia pericliteris. Ego enim ipse valde sum debilis, et omnino est utile[o], ut cum Dei gratia sanus ad tuam ecclesiam redeas aut certe, si vocandus es, inter manus tuorum vocceris et[p] ego, qui me proximum morti video, si me omnipotens Deus ante vocare voluerit, inter tuas manus debeam transire. Si autem qualitas temporis ad veniendum praepedit[q][5], aliquo parvo exenio[r] dato apud Agenem agi[s] potest, ut ipse vobiscum usque[t] Romam[u] suum hominem transmittat. Si igitur eadem aegritudine gravari te sentis[v] et venire disponis, cum paucis tibi veniendum est, quia mecum in episcopio manens cotidiana obsequia de hac ecclesia habebis.

Praeterea nec hortor nec ammoneo, sed stricte[w] praecipio, ut ieiunare minime praesumas, quia dicunt medici valde[x] huic molestiae esse contrarium, nisi forte si[y] grandis sollemnitas exigit; quinque in anno vicibus concedo[6]. A vigiliis quoque temperandum est: sed et preces illae quae super cereum in Ravennati civitate[z] dici solent[7]

XI, 21 in titulo: Mariano *R 2;* Maximiano *R*1* — Ravennatis *ϱ*. ϱ 3.* a) venientes quidam Ravennatis homines *R 1. 2;* veniente quodam Ravennati homine *ϱ*. ϱ 3;* venientes quodam Ravennati homines *ϱ 1.* b) me merore percussum invenerunt *R 2 et secund. ed. M. Vat. A. F.* — g. m. percussum (*om.* sum) *ϱ 1.* c) retulit *ϱ*. ϱ 3.* d) domos *R 2.* e) inquiri *ϱ*. ϱ 3.* f) dictave *ϱ*1.* g) illic *om. R 1.* h) valeat *R 2.* i) epi *ϱ*. ϱ 3.* k) hospitalitates *R 1.* l) *ita R 2. ϱ 3 et ex* qui sive *(ita ϱ 1. ϱ*3) corr. ϱ*2;* qui suę *R 1;* qui suo *ϱ*1.* m) fraternistas *ϱ*1.* n) egreditudini *R 1.* o) ut ille *ϱ*1.* p) et *om. R 1.* q) praepedierit, *ut videtur, ϱ 3.* r) *in* xenio *corr. ϱ*2.* s) Agonem magis *R 1;* agi magis *R 2.* t) ad *add. ϱ 1.* u) usque Romam *om. ϱ 3.* v) terentis *ϱ*1.* w) districte *R 1;* triste *ϱ 1.* x) valde *om. ϱ 3.* y) si *om. ϱ 1.* z) in Ravennatium *ϱ*1;* in Ravennati ciuem *ϱ 1;* in Ravennati cū (*pro* ciū) *ϱ*2.3* — in Ravenna per canticum *Vat. D (ed. M.)*

1) De eadem re scribit noster in ep. XIII, 30. *2) Cf. sanct. pragm. pro pet. Vig. c. 22:* annonas quae ... medicis ... antea dari solitum erat, et in posterum suam professionem scilicet exercentibus erogari praecipimus. *Cf. Cassiod. Var. VI, 19.* *3) Scil. vicedominus: cf. ep. I, 11 et Marini, pap. dipl. p. 306.* *4) Scil. maior domus: cf. ep. VI, 53 n. 4. XI, 53.* *5) Quia indutiae m. Martio terminabantur: cf. ep. X, 16 n. 2.* *6) Quattuor litaniae sollemnes enumerantur in ep. V, 11; cf. ib. n. 2.* *7) Cf. de hoc ritu Duchesne, origines du culte chrétien p. 241 ss. Ennod. XIV. LXXXI (op. 9. 10).*

vel expositiones evangelii, quae circa paschalem sollemnitatem a[a] sacerdotibus fiunt[b], per alium dicantur; et tua dilectio contra virtutem sibi laborem minime imponat. Haec autem dixi, ut, si te[c] melius senseris et venire distuleris, scias, quid debeas ex meo mandato custodire.

XI, 22.

Gregorius I. papa Pascasio, episcopo Neapolitano, quod episcopatum ineunti iam praeceperat, iterum praecipit, ut, quae eius praedecessor clero et pauperibus non distribuerat, praesente Anthemio subdiacono distribuat. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 173; ϱ: cap. 172.
Edd. M: Lib. XI. ep. 34; G: Lib. IX. ep. 29. — Iaffé Reg. 1811 (1385).

GREGORIUS PASCASIO EPISCOPO NEAPOLIM.

Tempore quo fraternitas vestra ad[a] episcopatus officium Deo auctore provecta est, constituisse nos recolet[1], ut ex pecuniis ecclesiae vestrae portio cleri vel pauperum quam minime decessor[b] vester[c 2] praebuerat, id est quadringenti solidi[d], scorsum fieri debuissent, qui[e] eiusdem cleri atque pauperum erogationi[f 3] proficerent; quod quia non est diutius differendum, volumus, ut secundum distributionem praesentibus scriptis insertam coram Anthemio subdiacono nostro[4] sine difficultate aliqua fraternitas vestra debeat erogare. Praebendi itaque sunt clericis vestris[g] per singulos, sicuti prospexeritis, simul omni[h] summa solidi centum; praeiacentibus[i 5], quos centum viginti sex esse cognovimus, dandi sunt solidi sexaginta tres, id est medium solidi[k] per singulos[l]; presbyteris ac diaconibus et clericis peregrinis solidi quinquaginta; hominibus honestis ac egenis[m], quos publice petere verecundia non permittit[n], solidi centum quinquaginta, ita ut quidam eorum ad singulos tremisses[o], quidam ad binos, quidam ad singulos solidos[o] vel, si visum fuerit, amplius dimittantur; reliquis vero pauperibus, qui[p] elemosinam publice petere consueverunt[q], solidi[r] triginta sex. Ecce nos, quantum vel quibus dari debeant, distribuimus. Sed quia, sicut praevidimus, non omnibus aequaliter est praebendum, necesse est, ut una cum praedicto subdiacono, prout praevideritis[s], dare singulis[t] debeatis atque id modis omnibus[u] studeatis, quatenus hoc quod alter iniuste detinuit vos devote ac celerius impendendo[v] ad vestram possetis applicare mercedem.

---

a) a *om. ϱ 1.* b) fuerit *R 2.* c) tu *Vat. D (ed. M.)*

XI, 22 in titulo: Paschasio *R 1. 2* — Neapolitano *R 1. ϱ 3. R* 1;* Neapolitañ *R 2;* Neapolim *ϱ* 2. 3. ϱ 1* — Neapoł Gr. P. ēps *ϱ* 1. 4.* a) de *ϱ 1.* b) successor *R 1.* c) ut *ϱ 1.* d) solidis *R 1.* e) quid *R 1;* qui ad *ϱ 3.* f) erogani *ϱ 1;* erogationem *ϱ 3.* g) clerici vrī *R 1.* h) omnis (om̄s *ϱ* 1) R 2. ϱ*. ϱ 1.* i) *ita edd.;* pergacentibus *R 1;* periacentibus *R 2. ϱ. ϱ*.* k) medius solidus *R 2. ϱ 3;* medium solidum *ϱ 1.* l) singulis *R 1. 2.* m) elenis *R 1.* n) mittit, *om.* verecund. non *R 1. 2.* o) *verba* tremisses *usque* solidos *om. ϱ* 1, verba* quidam ad binos *omnes codd. ϱ*.* p) que *ϱ 1.* q) consueverant *ϱ*;* conserunt *R 1.* r) *ita R 1;* solidos, *ut videtur, cet.* s) provideritis *ϱ 1;* videritis *ϱ 3.* t) singulo *ϱ 3.* u) hominibus *R 1.* v) inpedendo *ϱ 1.*

XI, 22. De Pascasio cf. ep. XI, 19 n. *1) Cf. Diurni f. 6. 74, quae episcoporum de bonis ecclesiasticis cautiones continent.* *2) Scil. Fortunatus, de quo cf. ep. III, 58 n.* *3) De quartarum erogatione cf. ep. V, 12 n. 3.* *4) De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 n.* *5) Praeiacentes esse eos, qui ante Paschasii ordinationem ministraverant, contendit Gussanv. Ego crediderim de clero maiore, scil. de presbyteris diaconisque eccl. Neapolitanae hic agi.*

XI, 23.

Gregorius I. papa Barbaram et Antoninam imminente patris (Venantii) morte afflictas consolatur eisque patrocinium suum promittit. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 174; ϱ: cap. 173.
Edd. M: Lib. XI. ep. 35; G: Lib. IX. ep. 30. — Iaffé Reg. 1813 (1386).

GREGORIUS BARBARAE ET ANTONINAE.

Susceptis[a] gloriae vestrae epistolis, quae pro verbis[b] lacrimis[c] loquebantur, non minor nos de[d] dilectissimi filii nostri[1], quam vos de patris[e] aegritudine maeror[f] afficit. Nec enim extraneam[g] possumus reputare tristitiam, quippe quae nobis caritatis lege fit[h] propria. Sed quia in nulla desperatione[i] de redemptoris[k] nostri est misericordia diffidendum, animos vestros ad consolationem patris erigite, spem vestram in omnipotentis Dei manu ponite; et in ipsius protectione confidimus, quia et ab omni vos adversitate custodit atque tribulationem vestram exhilarat[l] et secundum paterna desideria propitius vos ordinari concedit. Si vero debitum humanae sortis impleverit, nec tunc[m] desperatio vos aliqua comprimat vel quorundam vobis verba terrorem incutiant. Nam post Deum, qui orfanorum gubernator atque protector est, sic de dulcissima[n] gloria erimus vestra[o] solliciti atque utilitati vestrae providere, ut possumus, adiuvante Domino festinamus, ut nec vos iniustorum hominum concussio ulla perturbet et nos debitum, quod de parentum vestrorum bonitate contraximus, vobis per omnia repensemus. Gratia itaque caelestis suo vos favore nutriat, sua protectione a malis omnibus defendat, ut vitae vestrae incolumitas gaudium nostrum[p] fiat.

XI, 24.

Gregorius I. papa Romanum, defensorem Siciliae, docet, clericorum causas apud episcopum, causas clerici vel laici contra episcopum apud defensorem agendas esse. Clericos ab Iohanne, episcopo (Syracusano), in paenitentiam missos, quos nesciente illo eiecerit, episcopo sine mora restituat. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 175; ϱ: cap. 174.
Edd. M: Lib. XI. ep. 37; G: Lib. IX. ep. 32. — Iaffé Reg. 1812 (1388).

GREGORIUS ROMANO DEFENSORI SICILIAE.

Pervenit ad nos, quod, si quis contra quoslibet clericos causam habeat[a], despectis[b] eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si[c] ita est, valde esse[d] constat incongruum, hac tibi auctoritate praecipimus, ut hoc denuo

XI, 23 in titulo: Barbariae *R 2* — Antonanae *ϱ* 4.* a) suscepti *ϱ* 1.* b) puerb̄ *ϱ* 1.* c) clarimis *ϱ 1.* d) *ita R 2;* de *om. cet.* e) patri *ϱ* 1.* f) error *post ras. 1 litt. ϱ 1.* g) extinea *ϱ* 2. 3, sed corr. ϱ* 2.* h) sit *ϱ 3.* i) disp. *R 1. ϱ 1. ϱ* 1;* desp. *cet.* k) demptoris *ϱ 1.* l) exhilaret *ϱ 3.* m) dum *ϱ* 1.* n) de culcissima *ϱ* 1;* dulcissimae (*om.* de) *ϱ 3.* o) gloria e. vestrae *ϱ*. ϱ 1;* gloriae e. vestrae *ϱ 3.* p) vestrum *ϱ*. ϱ 1.*

XI, 24 titulo R 1 rubro add.: ut clerici ad seculare iudicium non concurrant. a) *ita R 2. ϱ 1;* habet *ϱ*. ϱ 3;* causam habeat *om. R 1.* b) dispectis *ϱ*. ϱ 1.* c) si *om. ϱ* 1* — quoniam si *scr. Mommsen.* d) ēēs *R 1;* enim *ϱ* 1;* eam *ϱ 1. ϱ* 2. 3, sed erad. ϱ* 2;* quia valde (*om.* esse) *ϱ 3.*

XI, 23. Eisdem, filiabus Venantii (cf. ep. I, 33 n. IX, 232 n. 4), missa est ep. XI, 59. — Cf. ep. XI, 25. 1) *Scil. Venantii.*

XI, 24. De Romano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. II, 38 p. 134 n. 1. IX, 28 ss.

facere non praesumas. Sed si quis contra quemlibet clericum[e] causam habuerit, episcopum ipsius adeat, ut aut ipse cognoscat aut certe ab ipso iudices deputentur aut, si fortasse ad arbitros eundum est, partes ad eligendum[f] ab ipso executio[g] deputata[h] compellat. Si quis vero vel[i] clericus vel laicus contra episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipse cognoscas[k] aut certe te[l] ammonente[m] sibi iudices eligant[1]. Nam si sua unicuique episcopo iurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per te[n], per quem[o] ecclesiasticus custodiri illic ordo debuit[p], confundatur?

Item[q] nuntiatum nobis est, quia quosdam clericos, qui a reverentissimo fratre nostro Iohanne episcopo[2] exigente culpa in paenitentia commissi[r] sunt, nesciente eo[s] tua illos exinde auctoritate eieceris[t]; quod si verum est, rem te omnino inhonestam et non leviter increpandam fecisse cognoscas. Eosdem ergo clericos episcopo suo sine mora restitue; et hoc de cetero cave committere, quia, si neglexeris, nostros te noveris non mediocriter motus[u] incurrere.

XI, 25.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Venantium desperanter aegrotantem ad resumendum habitum suum (monachicum) inducat; quomodo filias eius Barbaram et Antoninam ordinet, cogitet, quarum ordinationi nunc Venantius obsistat eas imperatori commendans, cum, ut aut Romae aut in Sicilia fieret, ante petierit; curet, ne in substantia, donec imperator eas Constantinopolim ducere praeceperit, sigillum imponatur. Omnis violentia in Venantii testamento removeatur. Anatolio diacono suo hac de re se scripsisse addit. Romam adire cupientem invitat. 601, Febr.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 176; ϱ: cap. 175.
Edd. M: Lib. XI. ep. 36; G: Lib. IX. ep. 31. — Iaffé Reg. 1814 (1387).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Fraternitatis vestrae scripta suscepi, quae mihi[a] de dulcissimi filii mei domni Venantii aegritudine loquebantur[b][1] et cuncta circa eum, qualiter acta sunt, enarrabant. Sed uno tempore auditis et illum desperate[c] ac graviter aegrotare et in[d] rebus orfanorum[e] homines iniquos insistere vix se[f] in corde meo dolor capere poterat; sed in hoc fuit solaminis[g], quod per gemitus[h] erumpebat. Vestra igitur sanctitas primam quam debet curam neglegere non debet, ut de[i] anima eius cogitare debeat exhortando, rogando, Dei terribile[k] iudicium proponendo, ineffabilem eius misericordiam promit-

e) crericum *ϱ* 1.* f) iudicem *add. ϱ 3.* g) excutio *ϱ 1.* h) deputa *R 1.* i) *ita R 1. ϱ 1;* vel *om. cet.* k) agnoscas *R 1.* l) te *om. codd. n. praeter ϱ 3.* m) ammonente *ϱ;* ammonentes *cet.* n) *ita scr.;* per eum *ϱ 3;* preter *cet. codd. n.* o) quem *ϱ 3;* quam *cet. codd. n.* p) debuerat *R 2.* q) idem *R 1. 2. ϱ 1.* r) commissa *ϱ* 1;* missi *ϱ 3.* s) illo *ϱ 3.* t) eiceris *R 1. ϱ 1. ϱ* 1.* u) motos *R 1. ϱ 1. ϱ* 1.*

XI, 25 in titulo: Siracus. *ϱ*. ϱ 3.* a) nihil *R 1.* b) loquebatur *ϱ* 1.* c) desperare *ϱ 3.* d) in *om. R 1.* e) orfanarum *ϱ* 1; add.* filiarum scilicet eius *R 2.* f) enim *R 1.* g) *ita R. ϱ 1. ϱ* 1;* solamen in his *ϱ 3;* solacium, *ut videtur, ϱ* 2. 3.* h) gemitum *R 1.* i) unde *R 1.* k) terr. dei *ϱ*. ϱ 3.*

1) De regulis ecclesiasticae iurisdictionis cf. ep. XIII, 50. 2) De Iohanne, ep. Syracusano, cf. ep. VI, 18 n.

XI, 25. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. 1) Cf. ep. XI, 23.

tendo, ut ad[l] habitum suum[2] redire vel in[m] extremum debeat, ne ei reatus[n] tantae culpae in aeterno iudicio obsistat; ac deinde vestrum est cogitare, quo modo filiae eius domna Barbara et Antonina debeant[o] ordinari, ut nulla occasio malis hominibus praebeatur[p]. Nam postquam me de eis sollicitudinis curam gerere coniuravit addens, ut earum debeam ordinationi prospicere, aliud in epistola sua secutus est, quod hoc mihi studenti[q] dubium non est, quia possit obsistere. Ait enim, ut serenissimo domno imperatori saepius supplicem, quatenus ipse eas faciat, ut praeviderit, ordinari; quod quam diversum sit[r] priori voluntati, perpenditis. Ex qua re dubito[s], ne hominibus in Sicilia positis et quaerentibus occasionem in rebus ipsius apta detur occasio. Nam hoc cognito[t] quid facturi sunt, qui nulla existente causa iam sigillum in substantia ipsius, quantum dicitur, nitebantur imponere? Numquid non illos videtur ratio ad faciem adiuvare[u] et ad hoc illis iustam quasi praebere materiam? Si dixerint: domno imperatori commendatae sunt, neglegere non possumus, periculi nostri interest[v], res in tutum[w] facimus, quousque domnus imperator Constantinopolim duci praeceperit[x]. Dic, rogo, quid ad haec ego facturus sum, quando habenti homini potestatem paterna videtur commendatio concordare? Me enim coniurat, ut ita eas ordinari provideam[y], quatenus aut in civitate Romana[z] sint[3] aut de Sicilia non[a] tollantur, et ille id agit[b], ut eas nulla nec hic[c] deducendi nec illic sit ratio retinendi. Vos tamen, in quantum potestis, malis hominibus obviate; earum substantiam propter omnipotentem Deum velut proprium defendite et, si adhuc licet, quo modo omnis occasio violentiae removeatur in praedicti viri domni Venantii testamento, praevidete. Si autem ita placet, ut palatio commendentur, mihi non debet pondus imponere, ut in anima mea curam ordinationis earum velit[d] impingere, de quarum[e] ordinatione[f] qualiter cogitem, omnipotentem Deum[g] sufficiat scire. Unde statim dilectissimo filio meo Anatolio[h] diacono[4], vel quid[i] cum gloriosa patricia Rusticiana[k][5] loqui studeat et qualiter[l] de personis quarum mihi nomina sunt transmissa debeat exquirere et indicare, scribere curavi, ut nobis omnia sub celeritate indicet et quae fienda sunt[m] Deo ordinante disponantur.

Praeterea in scriptis quae ad nos misistis fraternitatem vestram contristatam invenimus eo, quod hic eam quasi pro[n] ingratitudine aliqua venire noluissemus, dum quando non illud ob aliud nisi sola utilitatis causa fecimus scientes propter personas ibidem consistentes valde necessariam illic vestram[o] fuisse praesentiam. Sed[p] ne[q] forte[r] ex hoc ingratum erga vos animum[s] nostrum[t], quod absit, credatis existere, si veniendi vobis voluntas est, apto[u] vos tempore apostolorum liminibus praesentate. Nam quantum ad nos[v] pertinet, ita caritatem vestram diligimus, ut videre vos saepius cupiamus[w].

---

l) ad *om.* ϱ 3. m) in *om.* ϱ* 1. n) eis reatur ϱ* 1. o) debeat *R 1.* ϱ 1. ϱ* 1. p) *ex* prevetur *corr.* preveatur *R 1.* q) studendi *R 1.* ϱ 1. r) quandiū sūpsit *R 1.* s) debito *R 1.* t) cognoscito *R.* ϱ 1. ϱ*. u) aduvari *R 1.* v) interim ϱ* 1. w) *ita scr. edd.;* res institutum *R.* ϱ. ϱ* 1; restitutum ϱ* 2. 3. x) preciperit *R;* preciperet ϱ 1. y) praevideam ϱ*. z) Roma *R 2.* ϱ 1. a) Siciliano ϱ 1. b) ait *R 2.* c) *ita* ϱ*. ϱ 3; id *R 1.* ϱ 1; huc id *R 2.* d) velut *R 2.* ϱ* 1; velud *R 1.* ϱ 1. e) quorum *R 1.* ϱ. f) *ex* ordinationes *corr.* ordinationis *R 1 et add.* earum. g) deum *om.* ϱ 1. h) Anatholio ϱ* 1. ϱ 3. i) qui ϱ*. ϱ 3. k) Rustitiana *R 2.* ϱ*; Rusticianio ϱ 3. l) stud. ęqualiter *R 1.* m) fiendas (*om.* sunt) ϱ 1. n) *om. hoc verb. R 1;* per ϱ 1. o) curam *R 1.* p) sed *om.* ϱ 3. q) nec ϱ* 1. r) ergo *add.* ϱ 3. s) *ex* animam *corr.* ϱ 1. t) v̄rū̄m ϱ* 1. u) opto *R 2.* ϱ* 2, *sed corr.* ϱ* 2; aperto *R 1.* v) nos *om. R 1.* w) *ex* capiamus *corr.* ϱ 1.

2) *Cf. ep. VI, 40* Venantio exmonacho patricio *missam.* 3) *Cf. ep. XI, 59.* 4) *De Anatolio, apocrisiario Constantinopolitano, cf. ep. VII, 27 n. 6. — Haec ep. deperdita est.* 5) *De Rusticiana cf. ep. II, 27 n. et ep. seq.*

XI, 26.

Gregorius I. papa Rusticianam patriciam rogat, ne se ipsius ancillam in epistulis dicat. Vela, quae miserit, iam suspensa nuntiat. Addit de podagrae doloribus, de miraculis in S. Andreae monasterio factis. Dominum Strategium cum parentibus eius, filiis Rusticianae, salutat. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 177; ρ: cap. 176.
Edd. M: Lib. XI. ep. 44; G: Lib. IX. ep. 38. — Iaffé Reg. 1816 (1394).

GREGORIUS RUSTICIANAE PATRICIAE.

Excellentiae vestrae scripta suscepi, quae me[a] in[b] gravissima aegritudine positum de salute, de devotione ac de dulcedine sua omnino relevarent[c]. Unum vero aegre suscepi, quia in eisdem epistolis ad me, quod semel esse poterat[d], saepius dicebatur: ancilla vestra, et ancilla vestra. Ego enim, qui per episcopatus onera servus sum omnium factus[1], qua ratione mihi se illa ancillam[e] dicit, cuius susceptus ante[f] episcopatum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem Deum, ne hoc verbum aliquando ad me in[g] scriptis vestris inveniam. Ea autem quae ex purissimo et sincerissimo corde[h] beato Petro apostolorum principi munera[i] transmisistis praesente omni clero suscepta atque illic suspensa sunt. Filius enim[k] meus vir magnificus[l] domnus Symmachus[m], quia ex podagrae dolore aegrotum me et paene desperatum[n] repperit[2], scripta vestra mihi dare distulit et post multum temporis, quam[o] vela suscepta sunt, dedit. Postmodum vero in[p] scriptis excellentiae vestrae invenimus, ut cum letania ad beati Petri ecclesiam portari debuissent. Quod ideo minime factum est, quia, sicut praedixi, ante vela quam scripta[q] suscepimus. Tamen praedictus vir cum omni familia domus vestrae[3] hoc[r] fecit, quod[s] nos facere cum clero voluistis. Sed et si voces defuerunt hominum, habet ipsa vestra oblatio apud omnipotentem Dominum vocem suam. In eius enim pietate[t] confido, quia cuius vos corpus cooperuistis[u] in terra eius vos intercessio a peccatis omnibus protegit in caelo[v] omnemque domum vestram sua[w] provisione regit et[x] sua vigilantia[y] custodit.

De podagrae autem molestia, quam vobis evenisse signastis[z], et contristatus vehementer sum et laetatus: laetatus, quia humor noxius inferiora petens superiora perfecte[a] deseruit; contristatus vero, quia in[b] tam tenuissimo corpore dolores vos nimios[c] perpeti pertimesco. Ubi enim deest caro, quae virtus esse poterit doloribus resistens? Me etenim, quem, qualis fuerim, nostis, ita amaritudo animi et adsidua exacerbatio atque per hoc podagrae molestia afficit[d], ut corpus meum tamquam in sepulturam ita siccatum sit; unde fit, ut iam raro de lecto surgere valeam. Si ergo mei molem cor-

XI, 26 in titulo: patriciana *ρ* 4.* a) me *om. R1.* b) in *suprascr. ρ 1.* c) *in* relevarunt *corr. m. post. ρ 1.* d) exsuperat *coni. Mommsen.* e) se illa *om., sed ante* mihi *suprascr.* te *ρ 1* — ancillam *in ras., ut videtur, ex* illa *corr. ρ 1.* f) *hoc, ut videtur, in* ante susceptum *corr. ρ 1;* subiectus ante susceptum *Vat. A. E (ed. M.).* g) in *om. ρ 1.* h) de *add. R 1.* i) *ex* mune *corr. ρ 1.* k) *ita R 1. ρ 1. ρ* 1:* autem *cet. codd.* l) ū m̄ *abbr. R 1. ρ* 1; ρ* 2 in contextu rasur. et in marg.:* vir magnus; *ρ* 3:* vir magnus. m) Symmacus *ρ 3.* n) disp. *ρ 1. ρ*.* o) *in* postquam *corr. ρ 1.* p) post multum vero (*om.* in) *ρ 3.* q) ante vel aquam scriptam *R 1.* r) hanc *Vat. A. D. E (ed. M.).* s) quam *ρ et Vat. A. D. E (ed. M.).* t) pietatem *R 1.* u) coaperuistis *ρ* 1.* v) cęlum *R 1. ρ 1.* w) suo *R 1.* x) *ita ρ 3;* reget et *R 1;* reget (*om.* et) *ρ*. ρ 1.* y) vigilentia *ρ* 1.* z) signatis *ρ 1.* a) profecto *ρ* 1.* b) in *om. R 1.* c) nimio *ρ* 1.* d) affecit *ρ. ρ* 1.*

XI, 26. Haec et sequentes epistulae certe una transmissae sunt. — De Rusticiana cf. ep. II, 27 n
1) *Cf. Gregorii titulum:* servus servorum Dei. *Baluz. apud Rozière Lib. diurn. p. 3 s. Ewald in N. A. III p. 545. Grisar in Ztschr. f. kath. Theol. IV, 475 ss.* 2) *De Gregorii valetudine cf. ep. VIII, 29 n. 1. IX, 175 n. 3. IX, 232 n. 2.* 3) *Cf. ep. VIII, 22 n. 2.*

poris in tantam podagrae dolor ariditatem redigit, quid de vestro corpore sentiam, quod nimis siccum ante dolores fuit?

De elemosina vero quam beati Andreae apostoli monasterio[4] fecistis, quid necesse
Eccl. 29, 15. est me aliquid dicere, cum scriptum sit: 'Absconde[e] elemosinam in sinu pauperis, et haec pro te[f] exorabit'? Si ergo apud secretas aures Domini habet ipsa bona operatio vocem suam, sive nos clamemus, sive taceamus, hoc ipsum[g] quod bene egistis clamat. Indico autem, quia tanta miracula[h], tanta cura, tanta custodia monachorum in eodem monasterio eiusdem apostoli est, ac si specialiter abbas monasterii ipse sit. Nam ut pauca de multis loquar, quae abbate ac praeposito[i] monasterii narrantibus agnovi, quadam die duo exinde fratres transmissi sunt, qui aliquid emere pro monasterii utilitate debuissent, unus iunior, qui prudentior videbatur, alter senior, qui custos iunioris[k] esset. Perrexerunt utrique, et de pretio quod acceperunt ipse qui custos missus fuerat nesciente altero de eodem pretio furtum fecit. Qui mox ut in monasterium[l] sunt reversi atque ante oratorii limen venerunt, arreptus daemonio[m] is qui furtum fecerat cecidit et vexari coepit. Dimissus autem a daemonio concurrentibus monachis requisitus est, ne forsitan de eo quod acceperat furtum fecisset; negavit, iterum vexatus est; dimissus atque iterum requisitus[n] negavit atque iterum[n] vexatus est. Octo itaque vicibus negavit, octo vicibus est vexatus. Post octavam vero negationem confessus est, quantos nummos furto abstulerat. Et agens paenitentiam prostratus se peccasse testatus est[o]: ulterius vero[p] ad eum daemonium non accessit.

Alio quoque tempore dum in die natalicio[q] eiusdem[r] apostoli iam meridianis horis[s] fratres quiescerent, subito quidam[t] frater apertis oculis caecatus coepit tremere, voces ingentes mittere[u], quibus vocibus testabatur ferre se non posse quod patiebatur. Concurrerunt[v] fratres, viderunt caecum oculis apertis trementem et clamantem et a praesentibus alienum nihilque quod foris agi poterat sentientem: cumque in manibus levaverunt atque ante altare beati[w] Andreae apostoli proiecerunt ipsique pro eo in oratione prostrati sunt. Qui statim ad se reversus, quid[x] passus fuerat, confessus est, quia senex quidam ei apparuit et canem nigrum ad eum dilaniandum dimisit dicens: 'Quare fugere voluisti de monasterio isto?' 'Cumque evadere de canis morsibus nullo modo potuissem, venerunt quidam monachi et eundem senem pro me rogaverunt. Qui statim iussit canem[y] abscedere, et ipse ad me reversus sum.' Qui etiam[z] confessus est[a], quia 'eo die quo ista pertuli consilium habueram de eodem monasterio fugere'[5].

Alius quoque monachus discedere ex eodem monasterio latenter voluit. Cumque hoc mente tractasset, venit[b] oratorium ingredi; statim daemonio traditus vehementissime vexatus est. Relinquebatur vero a daemonio et, si extra oratorium stetisset, nihil patiebatur adversi; si conatus fuisset ingredi, statim maligno spiritui[c] traditus vexabatur. Cumque hoc saepius fieret, culpam suam confessus est, quia de monasterio egredi cogitabat. Tunc pro illo fratres collecti sese per triduum in precibus astrinxerunt[d], atque ita curatus est, ut ad eum postmodum numquam spiritus malignus[e] accederet. Dicebat autem eundem se beatum apostolum, dum vexaretur, vidisse seque ab eo increpatum esse, cur voluisset abscedere.

e) abscondite *ϱ* 1. ϱ 3.* f) vobis *ϱ 3.* g) hoc ipsum *om. ϱ* 1.* h) tanta miracula *om. R 1.* i) ab abbate ac proposito (*corr. in* prep.) *R 1.* k) iuniori *ϱ* 1.* l) monasterio *R 1.* m) de demonio *ϱ* 1;* a daemonio, *ut videtur, ϱ* 2. 3.* n) *verba* requisitus *usque* iterum *om. ϱ* 1.* o) ut *add. R 1.* p) vero *om. ϱ 3.* q) natalicii *ϱ 1.* r) eius *R 1.* s) horę *R 1.* t) *ex* quadam *corr. R 1.* u) mitteret *R 1;* emittere *ϱ 3.* v) concurrunt *R 1.* w) *ita R 1;* sancti *cet. codd.* x) qui *ϱ 1.* y) canem *om. ϱ 3.* z) saepe *add. ϱ*.* a) est *om. ϱ* 1.* b) voluit *ϱ.* c) malignus (*corr. in* maligno) spiritus *R 1.* d) adstrixerunt *ϱ* 1.* e) mal. spir. *ϱ*.*

4) De monasterio S. Andreae cf. ep. IX, 44 n. 1 et I, 14ª n. 5) Eandem, ut videtur, historiolam de Theodoro quodam in monasterio suo puero narrat noster in dial. IV, 38.

Alii quoque duo fratres de eodem monasterio fugerunt[f] atque aliqua prius colloquendo fratribus signa dederunt, quod per Appiam[g] descendentes[h] Hierosolymam[i] tenderent. Qui exeuntes deverterunt[k] de itinere et, ut a sequentibus inveniri minime potuissent, retrusas cryptas[l] iuxta Flammineam[m] portam[7] invenientes in eis se occultaverunt. Cum vero vespertinis horis requisiti minime in congregatione inventi essent, ascensis caballis eos quidam fratres secuti sunt per Metrovi[n] portam[8] exeuntes, ut eos in Latinam vel Appiam viam[o] sequerentur. Subito eis consilium ortum est, ut eos in Salariam[p] viam requirerent. Extra civitatem igitur pergentes[q] deflexerunt[r] in Salariam[s]. Eos vero[t] minime invenientes per portam Flammineam[m] decreverunt reverti. Cumque reverterentur, mox ut equi eorum[u] ante cryptas illas venerunt, in quibus se absconderant[v], fixerunt gradum, pulsati et compulsi passum movere noluerunt. Consideraverunt monachi rem talem sine mysterio esse non posse, attenderunt ad cryptas, viderunt earum aditus missa maceria[w] damnatos, sed caballis suis nusquam euntibus descenderunt. Deposuerunt[x] lapides qui in ore[y] cryptarum positi fuerunt[z]: ingressi sunt[x] eosque in eisdem tenebrosis latibulis consternatos terrae invenerunt. Qui ad monasterium reducti ex eodem miraculo ita meliorati sunt, ut eis[a] multum profuerit ad parum temporis de monasterio[b] fugisse.

Haec dixi, ut excellentiae vestrae innotesceret[c], cuius oratorio elemosinam fecistis. Omnipotens autem Deus et in anima et in corpore et in omni domo caelesti vos protectione custodiat et ad consolationem nostram diu vos vivere concedat. Dulcissimum[d] filium meum domnum Strategium[9] cum gloriosis parentibus suis filiis vestris mea peto vice salutari.

XI, 27.

Gregorius I. papa Theoctistam patriciam, sororem imperatoris, populi Constantinopolitani tumultu exagitatam, ne obtrectatorum odio moveatur, monet. Verum suadet, ut seditionis principibus clam accitis errorum suspicionem vel iureiurando amoliatur. Cum apud vestigia dominorum in regia urbe demoratus sit, multos ex eis venire consuevisse narrat, quorum capitula semper defenderit; numquam in eis errorem, pravitatem, aliquid de his quae contra eos dicebantur, se invenisse. Revera enim excommunicandos esse eos, qui dicant religionis causa coniugia debere dissolvi et baptisma peccata penitus non auferre et, si de iniquitatibus suis quis in triennium paenitentiam egerit, postmodum ei perverse vivere licere et, si quis compulsus necessitate anathematizaverit, eum anathematis vinculo non teneri. Pro parvulorum dominorum nutrimento vitam eius longius extendi desiderat.

601, Febr.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 178; ϱ: cap. 177; P: cap. 37.
Edd. M: Lib. XI. ep. 45; G: Lib. IX. ep. 39. — Iaffé Reg. 1817 (1395).

f) fugierunt *R 1. ϱ 1.* g) *ita ϱ;* via Appia *R 1;* per Apiam *ϱ**. h) vel discedentes *sup. lin. add. ϱ 3.* i) Ihierusolimam *R 1;* Hierosolymam *in* Hierusolymam *corr. ϱ 1;* Hierosolimam *ϱ 3;* Hierusolimam *ϱ**. k) diverterunt *ϱ.* l) retrusam cryptam *R 1.* m) *ita R 1. ϱ 1;* Flamineam *ϱ* 1. ϱ 3;* flameam *ϱ* 2. 3;* flammeam *Val. D. E (ed. M.).* n) *ita ϱ. ϱ* 1;* metrofi *R 1;* meretrovi *ϱ* 2. 3;* meretroni *Val. D. E,* meretronii *Val. A (ed. M.).* o) Latina vel Appia via *R 1.* — Apiam viam *ϱ**. p) Salaria *R 1.* q) pergens *ϱ 1.* r) *ita R 1. ϱ 1. ϱ* 1, sed. m. post. add.* iter et *ϱ 1;* iter *hic add. etiam ϱ 3. ϱ* 2. 3.* s) Salaria *R. ϱ.* t) *ita ϱ*;* ve, *suprascr.* iam *R 1;* vetere *ϱ.* u) eorum *om. ϱ 1.* v) absconderunt *ϱ* 1.* w) *suprascr.* prae *ϱ 1.* x) *verba* deposuerunt *usque* ingr. sunt *om. ϱ* 1.* y) vel hora *suprascr. ϱ 3.* z) fuerant, *suprascr.* et *ϱ 1;* fuerant et *ϱ 3.* a) ex, *sed corr. R 1.* b) non *add., sed del. R 1.* c) innotescerent *R 1. ϱ 1. ϱ* 1.* d) dulcimum *R 1.*

7) Eaedem cryptae in quibusdam documentis medii aevi commemorantur. 8) De hac porta, postea damnata, cf. Tomassetti, La via Latina nel medio evo (Rom. 1886) p. 6 ss. 9) De hoc cf. ep. VIII, 22 n. 7. XIII, 26.

XI, 27. De Theoctista sorore imperatoris cf. ep. I, 5 n. VII, 23 n.

GREGORIUS THEOCTISTAE PATRICIAE.

Magnas omnipotenti[a] Deo gratias agere debemus, quod piissimi et benignissimi imperatores[b] nostri tales de suo genere iuxta se propinquos habent[c], de quorum conversatione nobis omnibus grande sit[d] gaudium. Unde et pro eisdem[e] domnis[f] continue nobis orandum est[g], ut eorum vita cum suis omnibus protegente caelesti gratia[h] per longa tempora et tranquilla servetur.

Indico autem, quod[i] levitate populi tumultum[1] contra vos[k] detractionis[l] exortum
quibusdam nuntiantibus agnovi. Qua ex re excellentiam vestram audio[m] fuisse non
modice[n] contristatam. Quod si ita est, valde miror, cur vos, qui[o] cor fixistis in caelo,
verba hominum agitant[p] in terra. Beatus etenim Iob[q], cum amici eius, qui ad conso-
Iob 16, 20. landum venerant, in[r] increpatione prosilissent[s], ait: 'Ecce enim in caelo[t] testis meus
et conscius meus in excelsis[u]'. Qui enim vitae suae in caelo testem habet, iudicia
2. Cor. 1, 12. hominum in terra pertimescere non debet. Dux quoque bonorum Paulus dicit[v]: 'Gloria[w]
Gal. 6, 4. nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae'. Qui iterum dicit[w]: 'Opus suum
probet unusquisque, et sic in se ipso[x] gloriam habebit et non in altero'. Si enim
laudibus[y] laetamur, vituperationibus[z-a] frangimur, gloriam nostram non in nobis, sed in
aliorum ore posuimus[b]. Et fatuae[a] virgines in vasis suis[c] oleum non sumpserunt[d],
sapientes autem[e] sumpserunt oleum in vasis[f] cum lampadibus[2]. Lampades quippe
Matth. 5, 16. nostrae[g] bona sunt opera. De quibus scriptum est: 'Luceat lux vestra coram homini-
bus, ut[h] videant opera vestra bona[i] et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est'.
Tunc autem oleum in vasis cum lampadibus sumimus[k], quando de bonis actibus[l]
nitorem gloriae[m] non a laudantibus[n] proximis quaerimus, sed hunc[o] in testimonio[p] con-
scientiae servamus. In omne autem quod de nobis extra dicitur recurrere ad arcana
mentis debemus. Etsi omnes vituperent[q], liber est tamen[r] quem conscientia non accusat,
quia, etsi omnes laudent, liber esse non potest, si hunc conscientia[s] accusat[t]. De Io-
Matth. 11, 7. hanne veritas dicit: 'Quid existis in desertum videre? arundinem[u] vento[v] agitatam?'
Ibid. v. 8. Quod videlicet per negationem dicitur, non per confirmationem, cum subditur[w]: 'Sed
quid existis videre? hominem[x] mollibus vestitum? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in
domibus regum sunt'. Quamvis[y] enim iuxta veritatem evangelii Iohannes vestimento
aspero fuerit[z] indutus, per significationem tamen mollibus vestiti[a] sunt, qui adulationi-
bus ac laudibus delectantur[b]. Negatur autem, quia Iohannes[c] arundo vento agi-

*XI, 27. Haec epistula exstat etiam in classi A 1 codicum Pseudo-Isidori (cf. Hinschium l. l. p. XXX et CVI), deest in ϱ*1. Pb 4.5. — Titulum ita exhibent R 1. Pb 1.6 et Pb 3 in ind.;* Tehoctiste *ϱ 3;* Theothistae *ϱ*2.3;* Theochtistae *Pa 1. Pb 3.7 et Pb 1 in ind.;* Theophistae *Pa 2;* Theohistae *Pa 2 in ind.* — patricinae *Pa 2* — Campaniae *add., sed post. del. Pb 3 in ind.* a) omnip. *om. Pa 2.* b) benignismi imperatoris *Pb 1;* benissimi i. *Pa 1.* c) abet *R 1.* d) fit *Pa 1.* e) *ex* eidem *corr. Pb 1;* isdem *Pa 1;* hisdem *R 1.* f) dominis *R 1. Pa 2 et ex* domnis *corr. Pb 7.* g) est or. *Pa 2.* h) gr. caeleste *Pa 2.* i) *ex* quo *corr.* qua *Pb 1.* k) contra vos *om. Pa 2.* l) detractationis *Pb 7.* m) odio *R 1;* in tedio *ϱ*2.3. ϱ 3.* n) modico *R 1. ϱ*2.3. ϱ 3.* o) quae *R 1. Pb 7.* p) agitat *R 1.* q) Iob *om., sed corr. 2 add. Pa 1.* r) in *om. R 1.* s) *in* prosiluissent *corr. Pb 1.7. Pa 2.* t) in caelo *om. ϱ 3.* u) excelso *Pa 2.* v) didicit *Pa 1.* w) *verba* gloria *usque* dicit *om. Pa.* x) seipsum *Pa 1.* y) laudiremur *Pb 7.* z) et peractionibus *corr. in* detractionibus *R 1.* a) *verba* vituper. *usque* fatuae *om. Pa 2.* b) *ex* possumus *corr. Pa 1 corr. 2;* ponimus *Pb.* c) nostris *Pa 2.* d) non adsumserunt *Pb 1.* e) inquid *Pa 2.* f) suis *add. R 1.* g) nostra *Pb 1.* h) et *Pa 2.* i) vestra bona opera *R 1. ϱ*2.3. ϱ 3.* k) *ex* sumus *corr. Pa 1 corr. 2.* l) actis *Pa 1. Pb 1.2.* m) nit. gloriae *om. Pa 2.* n) non adulantibus *ϱ*2.3.* o) hoc *Pa 2.* p) testimonium *Pa.* q) vituperant *Pb 1.* r) tamen *om. P.* s) si c. eum *Pa 2.* t) accuset *R 1.* u) arundem *R 1.* v) *om.* vento *ϱ*2.3, sed add. ϱ*2.* w) *om.* cum subditur *ϱ*2.3.* x) homine videre *Pb 1.* y) quia *Pa 2.* z) *ex* fuerint *corr. R 1.* a) vestimentis *R 1.* b) dilectantur *Pb 1.2.* c) Iohe *R 1;* Iohannis *Pa 1. Pb.*

1) Nescio, de quo tumultu agatur; nam de eo, quem Theophyl. Sim. VIII, 4 s. a. 602 die 2. m. Febr. exortum refert, agi non potest. 2) Cf. Matth. 25, 3 s.

tata[d-e] fuerit, quoniam mentis eius fortitudinem nulla humani oris aura flectebat. Nos enim si laudibus erigimur[f], vituperationibus humiliamur[g], arundo vento agitata sumus. Sed absit hoc, absit a corde vestrae excellentiae. Scio, quia magistrum gentium studiose legitis[h], qui[i] ait: 'Ego[k] si adhuc hominibus placerem, Christi servus[l] non essem'. Gal. 1, 10.

Si qua tamen vel parva tristitia ex hac re menti vestrae exorta est, credo, quod hoc fieri omnipotens Deus benigne permisit. Neque enim electis suis in hac vita[m] promisit gaudia delectationis[n], sed amaritudines, tribulationes[o], ut[p] medicinae more per amarum[q] poculum ad dulcedinem aeternae redeant[r] salutis. Quid[s] namque dicit[t]? 'Mundus gaudebit, et[u] vos lugebitis'. Qua spe[v], qua promissione, paulo post additur[w]: Ioh. 16, 20. 'Iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo auferet[x] a Ibid. v. 22. vobis'. Hinc iterum discipulis dixit: 'In patientia[y] vestra possidebitis[z] animas vestras'. Luc. 21, 19.

Pensate, quaeso, ubi erit patientia, si deest, quod toleretur[a]. Ego Abel esse non suspicor[b], qui Cain non habuerit. Boni enim si sine malis fuerint, perfecte[c] esse boni[d] non possunt, quia minime purgantur[e]. Ipsa autem malorum societas purgatio bonorum est[f]. Tres in arca filii fuerunt, unus inrisor patris extitit[g], qui[h], etsi in se benedictus fuit, maledictionis tamen sententiam in filio suscepit[i]. Duos Abraham[k] priusquam Cethuram uxorem[l] acciperet[m], filios habuit, sed tamen carnalis eius filius repromissionis est filium persecutus. Quod magnus doctor exponit dicens: 'Sicut is qui Gal. 4, 29. secundum carnem[n] est[o] persequebatur eum qui secundum[n] spiritum, ita et nunc'. Duos Isaac[p] filios habuit, sed unus, qui spiritualis[q] extitit, ante minas fratris[r] carnalis fugit. Duodecim Iacob filios habuit, sed unum, qui rectius vivebat, decem[s] in Aegyptio vendiderunt. In David[t] propheta[u], quia fuit, quod purgari[v] debuisset[w], actum est, ut persecutorem filium pateretur. Beatus Iob de societate reproborum dicit: 'Frater[x] fui Iob 30, 29. draconum et socius strutionum'. Ad Ezechielem[y] Dominus ait[z]: 'Fili[a] hominis, incre- Ezech. 2, 6. duli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas'. In duodecim[b] apostolis unus reprobus mixtus[c] est, ut esset, cuius persecutione undecim temptarentur. Apostolorum princeps discipulis loquitur dicens: 'Iustum Loth[d] oppressum a nefandorum 2. Petr. 2, 7 s. iniuria[e] conversatione eripuit[f]. Aspectu enim et auditu iustus erat, habitans apud eos[g], qui de[h] die in diem animam iusti[i] iniquis operibus cruciabant'. Paulus quoque apostolus discipulis scribit dicens: 'In medio nationis[k] pravae et perversae, inter quos Phil. 2, 15. lucetis, sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes'.

Quia ergo scriptura teste cognoscimus in hac vita bonos sine malis esse non posse, de stultorum vocibus excellentia vestra turbari nullatenus debet[l], maxime quia in omnipotente[m] Deo[n] tunc certa fiducia est[o], quando pro bono opere[p] adversitatis

d) agitatus *Pa1. Pb; om. hoc verb. ϱ*2.3, sed post. add. ϱ*2.* e) non *add. Pa2.* f) *ex* erigimus *corr. Pb1.7.* g) humiliemur *Pa1. Pb1.2.* h) legistis *R1.* i) quia *R1.* k) ego *om. P.* l) servum *Pa1.* m) in hac vita *om. Pa2* — in h. v. el. suis *ϱ*2.3.* n) dilectationis *Pb1;* delectationes *R1.* o) tribulationum *Pa2.* p) *ex* et *corr. Pb1.* q) *ex* amaritudinem *corr.* amaritudinis *R1.* r) *ex* redderent *corr.* redirent *R1.* s) qui *Pa2.* t) dicitur *ϱ3.* u) et *om. R1. ϱ*2.3.* v) quas per *Pa1;* quos per *Pa2.* w) quam promissionem ducat addicit (*corr. in* addidit) *Pa2.* x) aufert *Pb1.2. Pa2.* y) pacia *Pb1.* z) possidebis *ϱ*2.* a) tolleretur *Pb1.2;* tolletur *Pa1;* pollicetur *Pa2.* b) non suspicor ego Abel esse *P.* c) perfecti *R1;* profecto *Vat. F (ed. M).* d) boni esse *Pa2.* e) *ex* pugnantur *corr. Pb1.* f) est bon. *Pa2.* g) *ex* existit *corr. Pb1.* h) quia *Pa2.* i) filiis accepit *Pa2.* k) Habraam *Pa1.* l) *om.* uxorem *ϱ*2.3.* m) acciperit *Pb1.2. Pa1; sed corr. Pb1* — Abr. filios h. priusquam Cethuram uxor. acc. *Pa2.* n) *R1 om.* carnem est — secundum. o) *Pb1 add. manu post.* natus. p) Ysaac *R1.* q) spiritalis *Pb1.2.* r) *ex* patris *corr. R1.* s) undecim *Pb1.2.* t) *add.* autem *Pa2.* u) in quo propheta David *R1.* v) purgare *Pa1. Pb2 et Pb1 corr. ex* pugnare. w) *ex* debuissent *corr. R1.* x) fratrem *Pa1.* y) Ezechihelem *R1;* Iezechielem *Pa2.* z) dicit *R1. Pb1.* a) filii *Pa1.* b) duodice *Pa1.* c) permixtus *Pa2.* d) Loht *R1.* e) iniusta *ϱ3. Pa2* — ac luxuriosa *add. in textu ep. b. Petri.* f) eruit *Pa2.* g) cum his *P.* h) de *om. R1.* i) iustam *Pa2.* k) *ex* nacioni *corr.* nacionis *Pb1.* l) turbata non debet mirari *Pa2.* m) *om.* in omnip. *Pa2.* n) dei *Pa2.* o) est fiducia *Pa2.* p) opera *Pa1.*

aliquid in hoc mundo recipitur, ut[q] plena[r] merces in aeterna retributione[s] servetur[t]. Matth. 5, 11. Unde in sancto evangelio veritas dicit: 'Beati eritis, cum adversum vos omne malum dixerint homines mentientes[u] propter nomen meum'. Qui in consolatione nostra sua Ibid. 10, 25. in exemplum adducere opprobria dignatus est dicens: 'Si patrem familias Beelzebub[v] vocaverunt, quanto magis domesticos eius?'

Sunt autem plurimi, qui vitam bonorum fortasse amplius quam debent laudant, et, ne qua[w] elatio de laude subripiat, permittit omnipotens[x] Deus malos in obtrectatione et obiurgatione[y] prorumpere, ut, si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur[z]. Hinc est, quod doctor gentium se in prae- 2. Cor. 6, 8. dicatione currere testatur[a] per 'infamiam et bonam famam'. Qui etiam dicit: 'Ut seductores et veraces'. Si igitur fuerunt, qui malam famam Paulo inponerent, qui hunc seductorem[b] vocarent, quis ergo[c] Christianus debet indignum ducere pro Christo iniurias audire? Quantae[d] autem virtutis[e] praecursor[f] nostri redemptoris fuit, novimus, qui per sacrum eloquium non solum plus quam propheta, sed etiam[g] angelus vocatur, et tamen, sicut mortis eius historia[h] testatur[i], post mortem a persecutoribus corpus eius[k] incensum est[3]. Sed quid ista de sanctis hominibus dicimus? De ipso sancto sanctorum, id est de Deo[l], qui pro nobis homo factus est, loquamur, qui ante mortem[m] in[n] iniuria, quia daemonium[o] haberet, audivit, post mortem vero a suis persecutoribus[p] Matth. 27, 63. seductor appellatus est, cum dicerent: 'Scimus, quia seductor ille dixit: post tres dies resurgam'. Quanta[q] ergo nos peccatores a lingua vel manibus iniquorum hominum portare necesse[r] est, qui in adventu aeterni iudicis[s] iudicandi sumus, si et ipse tanta etiam[t] post mortem pertulit, qui iudex venit[u]?

Haec, dulcissima et excellentissima[v] filia, breviter dixi[w], ne, quotiens stultos homines derogare[x] cognoscis[y], qualibet[z] vel parvula mentis[a] tristitia tangaris. Sed quia sedari[b] hoc ipsum stultorum hominum murmur tranquilla[c] ratione[d] potest[e], peccatum credo, si bonum quod valet fieri neglegitur, ut fiat. Nam cum placare[f] insanas mentes atque ad salutem reducere[g] possumus, scandalizare eos[h] minime debemus. Sunt enim quaedam scandala[i], quae omnino despicienda[k] sunt, quaedam[i, l] vero cum vitari[m] sine culpa possunt, despicienda[k] non[n] sunt, ne cum[o] culpa serventur[p]. Quod Ibid. 15, 11. sacro evangelio praedicante cognovimus, quia, cum veritas diceret: 'Non quod intrat in os[q] coinquinat hominem, sed[r] quod procedit ex[s] ore, hoc coinquinat[t] hominem[r]' Ibid. v. 12. et discipuli[u] responderent[v] dicentes: 'Scis, quia Pharisaei[w] audito hoc[x] verbo scandali- Ibid. v. 13 s. zati sunt?', protinus respondit: 'Omnis plantatio quam non plantavit pater meus caelestis

q) et *Pa 1.* r) plenas *Pa 2.* s) vita *pro* retrib. *Pa 2.* t) servatur *Pa 2.* u) *om.* mentientes *ρ* 2. 3.* v) Belzebub *Pa 1. Pb 1.* w) neque *Pa 1. Pb 1;* ne (*om.* qua) *Pa 2.* x) *om.* omnip. *Pa 2.* y) iurgio *Pa 2;* et obiurg. *om. ρ 3.* z) suffucetur *Pa 1.* a) testatus *R 1.* b) *ex* sed doctorem *corr. Pb 1.* c) rogo *R 1.* d) quanta *P.* e) *in* virtus (*ita Pa 2*) *corr. Pb 1.* f) procorporis *P, sed in* prȩcursoris *corr. Pb 1. Pa 2.* g) et *Pa 2.* h) historiae *Pb 1.* i) dicit *Pa 2.* k) *om.* corpus eius *R 1.* l) dn̄o *ρ 3.* m) ante (*om.* mortem) *Pa 1.* n) in *om. Pb. Pa 2. ρ 3;* iniuria *in* per iniuriam *corr. Pb 1.* o) daemonia *Pa.* p) a suis persec. *om. Pa 2.* q) quanto *Pb 2.* r) necesse port. *Pa 2.* s) iudicis *om. ρ 3.* t) *ita P; sed* i. etiam p. m. tanta *Pa 2;* i. ante quam *R 1;* i. tam ante quam *ρ 3. ρ* 2. 3, sed in* i. tanta ante quam et *corr. ρ* 2.* u) veniet *Pa 2.* v) amantissima *ρ* 2. 3.* w) dixit *Pa 1.* x) derogari *P, sed corr. Pb 1.* y) *ex* cognoscens *corr.* cognosces *Pb 1.* z) quamlibet *R 1. ρ* 2. Pb 2. 7; in* qualibet (*ita cet.*) *corr. ρ* 2.* a) parva (mentis *om.*) *Pa 2.* b) sedere *Pb. Pa 1, sed corr. Pb 7.* c) tranquillo *Pa 1.* d) non *add. Pa 2.* e) esse *add. R 1.* f) placere *Pa. Pb 1, sed corr. Pa 2. Pb 1.* g) non *add. Pa 2.* h) eas *R 1. ρ* 2.* i) *verba* scandala *usque* quaedam *om. R 1.* k) dispicienda *P, sed corr. Pb 1.* l) *add.* satis *m. 2. Pa 2.* m) vitare *Pa 1. Pb, sed corr. Pb 1.* n) non *om. ρ 3.* o) cum *om. Pa 2.* p) servemus *Pb 1;* servetur *Pa 2.* q) in os intrat *Pb 1. ρ* 2.* r) *verba* sed *usque* hominem *om. Pa 2.* s) de *P.* t) inquinat *R 1.* u) discipulis *R 1.* v) responderunt *R 1. ρ 3. Pa.* w) Farisei *Pa 1.* x) hoc *om. R 1. ρ* 2;* verbo hoc *ρ 3.*

3) Cf. Cassiod. hist. trip. VI, 15 = Theodoret. h. e. III, 3.

eradicabitur. Sinite illos: caeci sunt, duces caecorum'. Et tamen cum tributum peteretur[y], prius rationem reddidit, per quam tributum solvere[z] non deberet, atque ilico subiunxit: 'Ut autem non scandalizemus[a] eos, vade ad mare et mitte hamum et eum Matth. 17, 26. piscem[b] qui primus[c] ascenderit[d] tolle; et aperto ore eius invenies staterem. Illum sumes[e], da illum[f] pro me et te[g]'. Quid est[h] autem, quod de[i] scandalizatis aliis dicitur: 'Sinite illos: caeci sunt, duces caecorum' et, alii[k] ne scandalizentur, a Domino tributum solvitur, etiam quod non debetur? Quid est, quod aliud[l] scandalum esse permisit[m], aliud vero[n] venire prohibuit, nisi ut nos doceret et illa scandala quae nos implicant in peccata contemnere et ea quae placare[o] sine peccato possumus modis omnibus mitigare?

Vestra itaque excellentia potest protegente Domino pravorum hominum[p] scandala cum magna tranquillitate declinare. Priores[q] enim subinde eorum[r] vobis secreto vocandi sunt atque[s] ipsis ratio reddenda et perversa quaedam capitula quae teneri[t] existimant coram ipsis anathematizanda. Quod si[u] etiam, sicut dicitur, dari anathema[v] ficte[w] suspicantur[x], etiam iureiurando firmandum est vos eadem capitula numquam tenere, numquam tenuisse[y]. Nec vobis indignum videatur tali eis modo[z] satisfacere, nec de[a] imperiali genere sit[b] contra eos aliquod[c] in vestra mente fastidium[d]. Omnes etenim[e] fratres sumus, unius[f] imperatoris potestate conditi et[g] sanguine redempti, et idcirco fratres nostros, quamlibet pauperes et abiectos, in nullo despicere debemus.

Certe etenim Petrus potestatem regni caelestis acceperat, ut quaeque[h] in terra ligaret vel solveret, essent in caelo ligata vel soluta[i], super[k] mare ambulavit[l], aegrotantes umbra[m] curabat, peccantes verbo[n] occidebat, mortuos oratione[o] suscitabat. Et quia ex[p] ammonitione spiritus ad Cornelium gentilem fuerat ingressus, contra eum a[q] fidelibus quaestio facta est, cur ad gentiles intrasset et comedisset cum eis, cur eos in baptismate recepisset[r]. Et tamen isdem apostolorum primus tanta donorum[s] gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus querellae fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit, quo modo vas quoddam[t], velut linteum, in quo quadrupedia terrae et bestiae[u], reptilia[v] atque volatilia inerant, de caelo summitti viderit[w] vocemque audierit: 'Surge, Petre, occide et manduca': qualiter tres Act. 11, 7. viri venerint[x] eum ad Cornelium vocantes, qualiter spiritus sanctus hunc cum eis ire praeceperit[y], qualiter isdem spiritus sanctus, qui venire in baptizatis[z] in Iudaea post baptismum consueverat, in gentilibus[a] ante baptismum venit. Si enim, cum a fidelibus culparetur, auctoritatem quam in sancta ecclesia acceperat attendisset, respondere poterat, ut pastorem suum oves quae ei commissae fuerant reprehendere non auderent[b]. Sed si in querella fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor

y) peterent *R 1.* z) solverent *R 1.* a) scandalizamus (non *suprascr.*) *Pb 1.* b) piscem cum ϱ*2. c) prius *Pa 1;* prior *Pa 2.* d) ascende *R 1.* e) *ita Pa 1. Pb, sed in* sumens *corr. Pb 1;* sumes et ϱ*2. f) eis, *ut videtur,* ϱ. ϱ*. g) ecce (*pro* et te) *R 1.* h) quidem *R 1.* i) de *om. Pa 2.* k) aliis, *ut videtur, Pb 1.* ϱ 3; alii *in* alibi *corr. Pb 7.* l) autem (*pro* quod aliud) *R 1;* quod *om. Pa 1. Pb, sed post. add. Pb 1.* m) est p. *Pa 2* — e. promisit *Pa 1.* n) vero *om. Pa 2.* o) placere *Pa 1. Pb 1, sed corr. Pb 1.* p) prav. hom. deo prot. *Pa 2.* q) prioris *Pa 1. Pb, sed corr. Pb 1. 7.* r) *ita scr. Mommsen;* spodeorum *Pa 1. Pb 1.2, sed Pb 1 corr. in* eorum *et add.* ubi; spondeorum *Pb 7.* ϱ*2.3; spondeo *R 1;* eorum ϱ 3; ipsorum *Pa 2.* s) in *add.* ϱ*2. t) tenere *Pa 1. Pb, sed corr. Pb 7.* u) *ita* ϱ. ϱ*; quos (*om.* si) *P;* quos si *R 1* — *Pb 7 m. 2 add.* ne. v) *in* anathemate *corr. Pb 7.* w) fincte *R 1.* ϱ*2.3, *sed corr.* ϱ*2. x) suscipiantur *R 1.* y) tenuissem *R 1.* z) modis ϱ*2.3. a) te *Pa 1. Pb 2; om.* de, *m. post. suppl.* te *Pb 1;* tibi *Pa 2.* b) sic *Pb 1.2. Pa 1.* c) aliquid *Pa. Pb 1.* d) fastigium *P.* e) enim *Pa 2.* f) unus *R 1.* g) eius *add. Pb 1. Pa 2,* enim *Pb 2.* h) et quod *Pb 1.2;* et quid *Pa 1;* quicquid *Pa 2.* i) esset in c. ligatum vel solutum *P.* k) supra *Pb 1. Pa 2.* l) ambulabat *P.* m) eius *add. Pa 2.* n) vero *Pa. R 1;* vero verbo ϱ 3. o) orationes *R 1.* p) ex *om. Pa 2.* q) ac *Pb 2.* r) suscepisset *Pa 2.* s) donarum *Pa 2.* t) quondam *Pa 2.* u) et *add. R 1.* v) reptiliae *Pa 1. Pb, sed corr. Pb 1.* w) videret *Pa 2.* x) ad *add. Pa 2* — venerunt ϱ 3. y) praeciperat *Pb. Pa 1, sed in* praeceperat *corr. Pb 1.* z) *corr. ex* baptismatis *Pb 1.* a) gentibus *P.* b) auderetur ϱ*2.3, *sed corr.* ϱ*2.

mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione[c] placavit[d] atque in causa reprehen- (Act. 11, 12.) sionis suae[e] etiam testes exhibuit[f] dicens: 'Venerunt autem mecum[g] et sex fratres isti'. Si igitur[h] et[i] pastor ecclesiae apostolorum princeps signa et miracula singulariter faciens non dedignatus est in causa reprehensionis suae rationem humiliter reddere, quanto magis nos peccatores, cum de re aliqua reprehendimur[k], reprehensores nostros ratione humili placare[l] debemus?

Ad me etenim, sicut nostis, cum apud vestigia dominorum in regia urbe demorarer, multi ex eis venire consueverant[m], qui de praedictis capitulis accusabantur. Sed teste conscientia fateor, numquam in eis aliquid erroris, aliquid pravitatis[n], aliquid de his quae contra cor[o] dicebantur inveni; unde et eos[p] opinione contempta familiariter[q] suscipere[r] et magis ab insequentibus defendere curabam. Dicebatur[s] namque contra eos, quia sub optentu religionis coniugia solverent et quia[t] dicerent, quod baptisma peccata penitus non auferret et, si de iniquitatibus suis quis[u] paenitentiam in[v] triennium ageret, postmodum ei[w] perverse vivere liceret[x], et quia, si compulsi aliquid de quibus reprehendebantur[y] anathematizarent[z], se dicerent[a] anathematis[b] vinculo nullo modo[c] teneri. Et si sunt qui certissime talia sentiunt vel tenent, quia Christiani non sunt, dubium non est, eosque[d] et ego[e] et omnes catholici episcopi atque universa ecclesia[f] anathematizamus, quia veritati contraria sentiunt[g], contraria loquuntur[h]. Si enim dicunt religionis causa coniugia debere dissolvi, sciendum est, quia, etsi[i] hoc lex humana con- (Matth. 19, 6.) cessit[k] [4], lex tamen divina prohibuit. Per se enim[l] veritas dicit[m]: 'Quae[n] Deus[o] iunxit[p], (Ibid. v. 9.) homo non separet'[q]. Quae[r] etiam ait: 'Non licet dimittere uxorem, excepta[s] causa fornicationis'. Quis ergo huic caelesti legis latori[t] contradicat? Scimus, quia scriptum (Genes. 2, 24.) est: 'Erunt duo in carne una'. Si igitur vir et uxor una caro sunt et religionis causa vir dimittit[u] uxorem vel mulier virum in hoc mundo remanentem vel fortasse ad inlicita[v] migrantem[w], quae est[x] ista[y] conversatio[z], in qua una eademque caro et ex parte transiit[a] ad continentiam[b] et ex parte remanet[c] in pollutione? Si vero utrisque conveniat[d] continentem vitam ducere[e], hoc[f] quis[g] audeat accusare, quando certum est, quia omnipotens Deus, qui minora concessit, maiora non prohibuit? Et multos sanctorum novimus cum suis coniugibus et prius continentem vitam duxisse et postmodum ad sanctae ecclesiae regimina migrasse. Duobus etenim modis sancti viri[h] etiam a licitis abstinere solent, aliquando ut[i] merita[k] sibi apud omnipotentem[l] Deum augeant, aliquando vero ut anteactae[m] vitae culpas detergant[n]. Tres etenim[o] pueri in regis Babylonici[p] obsequio deducti legumina ad vescendum[q] petentes[r] cibis[s] regiis[t] uti[u]

c) rat. eos *Pa2.* d) placuit *Pa1. Pb1, sed corr. Pb1.* e) suos *R1.* f) adhibuit *P.* g) *om.* mecum *Pa2.* h) ergo *Pb1.* i) et *om. R1. ϱ. ϱ*.* k) deprehendimur *Pb1. Pa1.* l) placere *Pa1.* m) *ex* consuerant *corr. Pb2.* n) aliquid pravitatis aliquid erroris *P.* o) *hoc verb. om. Pa2. ϱ*2. ϱ3.* p) de hos *pro* et eos *R1.* q) familiam tuam *R1.* r) *ex* suscipe *corr.* suscepi *Pb7.* s) *ex* dicebat *corr.* decebat *R1.* t) qui *Pb7.* u) qui *R1.* v) intra *ϱ*2.* w) ei *om. P;* eius *R1.* x) liceat *ϱ3.* y) depreh. *Pb1;* reprehendantur *ϱ*2.* z) anathematizari *Pa2;* anathematizaret *Pb1.2, sed in* anathematizarent *corr. Pb1;* anathematizare *cet.* a) dicere *R1.* b) anathematizatis *ϱ*2.3, sed corr. ϱ*2.* c) modi *Pa2.* d) eos quia *ϱ*2.* e) *om.* et ego *Pa2,* et *ϱ3.* f) universę ecclesię *ϱ3.* g) et *add. Pa. Pb2.* h) loquitur *R1. Pa1; in marg. rubro:* de non dissolvendis coniugiis *R1.* i) si *Pa2.* k) consensit *Pa2.* l) etenim *R1.* m) dixit *ϱ*2.* n) quod *P.* o) dominus *Pa1.* p) *ex* coniunxit *corr. Pb1.2.* q) *ex* seperat *corr.* seperet *Pb1.* r) qui *ϱ3.* s) excepto *Pa2.* t) celestis l. latoris (*in* latori *corr.*) *R1.* u) dimitti *Pa.* v) inlicitam *Pb. Pa1;* indita *Pa2.* w) debet *add. Pa2.* x) est *om. ϱ*2.* y) ita *ϱ3.* z) conversio *ϱ. ϱ*2.3.* a) transit *R1. ϱ. ϱ*2.3.* b) in continentia *Pa2.* c) manet *R1.* d) ut *add. Pb. Pa1.* e) duceret *Pb1.* f) hos *Pa.* g) quisque *ϱ3.* h) veri *Pa1.* i) ut aliq. *Pa2.* k) meritum *P.* l) omnip. *om. Pa2.* m) actae (*om.* ante) *ϱ3.* n) *ex* detergeant *corr. R1.* o) enim *Pa2.* p) babilonici *Pb1. ϱ3;* babillonici *Pa1.* q) *ex* escendum *corr. R1.* r) penitentes *Pa1.* s) cibos *Pa2;* civis *R1.* t) regis *Pb2. R1. ϱ*2.* u) ut *Pa1; om. hoc verb. Pa2.*

4) *Recte Gussanv. affert C. I. V, 17 et Nov. Iust. 22 (c. 3 ss.); 123 c. 40.*

noluerunt, non quia culpa esset, si ea quae Deus creaverat[v] ederent[5]. Noluerunt ergo ea sumere[w] quae licebant[x], ut per continentiam virtus excresceret. David vero, qui alienam coniugem tulerat et valde pro sua culpa fuerat flagellatus[y], aquam bibere longe[z] post de Bethlemitica[a] cisterna voluit. Quam cum eius fortissimi milites detulissent[b], bibere recusavit eamque fundendo Domino libavit[c]. Licebat enim ei bibere, si voluisset[d], sed quia[e] inlicita se[f] fecisse meminerat, laudabiliter et a licitis abstinebat. Et qui prius[g] pro culpa sua morientium militum sanguinem fundi[h, i] non timuit, postmodum si aquam biberet, etiam viventium militum se[i, k] sanguinem fudisse[l] iudicavit dicens: 'Num[m] sanguinem hominum istorum qui profecti[n] sunt et[o] animarum periculum I. Paral. 11, 19. bibam?' Proinde cum boni[p] coniuges aut[q] meritum augere desiderant aut anteactae[r] vitae culpas delere, ut se ad continentiam astringant et meliorem vitam appetant, licet. Si vero continentiam quam[s] vir appetit uxor non sequitur aut quam uxor appetit vir[t] recusat dividi coniugium non licet, quia scriptum est: 'Mulier sui corporis potestatem I. Cor. 7, 4. non habet[u], sed[v] vir; et[w] vir sui corporis potestatem non habet[v], sed mulier[w]'.

Si[x] qui sunt vero[y], qui dicunt peccata in baptismate superficie tenus dimitti, quid est hac praedicatione infidelius, in qua ipsum fidei sacramentum festinant solvere? in quo principaliter ad caelestis munditiae mysterium anima ligatur[z], ut absoluta radicitus a peccatis omnibus soli illi inhaereat[a], de quo propheta ait[b]: 'Mihi autem adhaerere Psal. 72, 28. Deo bonum est'. Certe enim[c] maris rubri[d] transitus figura sancti baptismatis[e] fuit, in quo hostes a tergo sunt mortui, sed alii contra faciem in heremo[f] inventi[g]. Sic[h] quippe omnes[i], qui in sancto baptismate tinguntur[k], eorum peccata praeterita omnia[l] laxantur, quia eis velut Aegyptii[m] hostes a tergo moriuntur. Sed in heremo alios hostes invenimus, quia[n], dum in hac vita vivimus[n], priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multae nos temptationes[o] fatigant[p] et ad terram[q] viventium tendentibus iter intercludere[r] festinant[s]. Qui ergo dicit peccata in baptismate[t] funditus non dimitti, dicat in mari rubro Aegyptios[u] non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios[u] veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori, quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas, quam umbra veritatis[v]. In evangelio Dominus dicit: 'Qui lotus[w] est, non indiget, ut lavet, sed est mundus totus'. Si igitur peccata Ioh. 13, 10. in baptismate funditus minime[x] dimittuntur, quo modo is qui lotus[w] est mundus est totus? Totus enim mundus dici[y] non potest, cui de peccato[z] aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis: 'Qui lotus[w] est, mundus est totus'. Nihil[a] ergo ei[b] de peccati[c] sui contagio[d] remanet, quem totum fatetur mundum ipse, qui redemit[e].

v) creavit *Pa2.* w) sed ea sumere nol. *Pa2.* x) *ex* dicebant *corr.* decebant *R1;* licebat *Pa2.* y) flagellandus *Pa2.* z) longe *om. Pa2.* a) *ex* betlehemitici *corr.* betlehemitica *R1.* b) detulisset *R1.* c) *ex* libuit *corr. 2 Pa1.* d) vellet *Pa2.* e) qui *Pa. Pb2. ϱ 3;* quia *cet.* f) se *m. post Pb1.* g) prius *om. P.* h) fundi sang. *ϱ*2* — fundi *in* fundere *corr. Pb1.* i) *verba* fundi *usque* se *om. R1.* k) *om.* se *Pa1,* se sanguinem *Pa2.* l) fundisse *Pa1. Pb2* m) nam *Pa1.* n) perfecti *Pa1.* o) ad *Pa.* p) bone *Pa2.* q) at *Pa1.* r) anteacta *Pb. Pa1, sed corr. Pb1.* s) quia *Pb7.* t) vir *om. ϱ*2.3.* u) habeat *Pa2.* v) *verba* sed *usque* habet *om. Pa1.* w) *pro verbis* et *usque* mulier *haec exhibet Pa2:* Similiter et mulier de viri corpore — similiter et *etiam ϱ 3.* x) sic *R1.* y) vero sunt *P.* z) *lacunam 20 fere litt. exhibet et* anima ligatur *om. R1.* a) inerat *R1;* inheret *ϱ*2.* b) *pro* propheta ait: scriptum est *Pb. Pa1,* dicitur *Pa2.* c) enim *om. P.* d) rubri maris *P.* e) baptismati *ϱ*2.* f) sunt, *ut videtur, add. Pa1.* g) *ex* invento *corr. Pb1.* h) si *Pa1;* sed *Pa2.* i) omnium quippe *Pa2.* k) tinguitur *Pa1.* l) omnia *om. Pa2.* m) Aegipti *Pa1;* Egypti *Pb1;* Aegypti *Pb2.* n) *verba* quia *usque* vivimus *om. Pa.* o) temptatione *ϱ*2.* p) *ex* fatigent *corr. Pb7;* fatigante (*om.* et) *R1.* q) terra *R1. Pa1.* r) intercl. iter *Pa2.* s) *ex* festinat *corr. R1.* t) baptismatis (*om.* in) *R1.* u) Aegiptios *Pa1.* v) veritas *ϱ 3.* w) locutus *Pa1.* x) non *Pa2.* y) dici mundus *Pa2.* z) *in* peccati *corr.* (*om.* de) *Pb1.* a) nil *R1. ϱ 3.* b) ei *om. R1. ϱ. ϱ*.* c) peccatis *R1.* d) contagione *P.* e) redimit *Pa1.*

5) Cf. Dan. 1.

Si qui[f] autem sunt[g], qui dicunt, quia[h] de peccato quolibet triennio[i] paenitentia
agenda est et post[i] triennium in voluptatibus vivendum, isti[k] adhuc nec praedicamenta[l]
verae fidei nec sacrae scripturae praecepta cognoverunt[m]. Contra hos praedicator
Gal. 6, 8. egregius Paulus dicit: 'Qui[n] seminat in carne sua, de carne metet corruptionem'. Contra
Rom. 8, 8. hos[o] iterum dicit: 'Qui in carne sunt, Deo placere non possunt'. Ubi discipulis sub-
Ibid. v. 9. iungit: 'Vos autem non estis in carne, sed in spiritu'. Hi quippe in carne sunt, qui in
1. Cor. 15, 50. carnalibus[p] voluptatibus vivunt. Contra hos[q] dicitur: 'Neque corruptio incorruptionem[r]
possidebit'. Si autem dicunt pauci temporis paenitentiam contra peccatum debere suffi-
cere, ut iterum liceat ad peccatum redire, recte eos[s] pastoris[t] primi sententia percutit,
2. Petr. 2, 22. qui ait[u]: 'Contigit[v] illis illud veri proverbii: canis reversus ad suum vomitum et sus[w]
lota in volutabro luti'. Magna est enim contra peccatum virtus paenitentiae, sed si
Matth. 10, 22 et 24, 13. quis in eadem paenitentia perseveret[x]. Nam scriptum est: 'Qui[y] perseveraverit usque
Eccl. 34, 30. in finem, hic salvus erit'. Hinc scriptum est[y]: 'Qui baptizatur a mortuo et iterum
tangit eum, quid proficit lavatio[z] illius?' Mortuum quippe est omne opus perversum,
quod pertrahit ad mortem, quod vita[a] iustitiae non vivit. Baptizatur ergo[b] a mortuo
et iterum tangit eum, qui prava opera, quae se egisse meminit, deplorat, sed in eisdem
se iterum post lacrimas implicat. Anima itaque quaelibet eiusdem mortui lavatione
non proficit, qui[c] hoc iterum faciendo quod planxit nec per lamenta paenitentiae[d] ad
rectitudinem iustitiae[e] exsurgit. Paenitentiam enim vere[f] agere est commissa plangere,
sed iterum plangenda declinare.

Si qui vero sunt, qui dicunt, quia compulsus quispiam[g] necessitate, si anathematizaverit, anathematis vinculo non tenetur, ipsi sibi testes sunt, quia[h] Christiani non sunt, quia[i] ligamenta sanctae ecclesiae vanis se aestimant conatibus solvere ac[k] per hoc[l] nec[m] absolutionem[n] sanctae ecclesiae, quam praestat fidelibus, veram putant, si ligaturas[o] eius valere non[p] existimant[q]. Contra quos diutius[r] disputandum non est, quia per omnia despiciendi[s] et anathematizandi sunt, ut[t], unde se[u] fallere veritatem credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur[v].

Si qui sunt igitur, qui sub nomine christiano haec quae praediximus errorum capitula aut praedicare audent[w] aut taciti[x] apud[y] semetipsos tenere, hos[z] procul dubio et anathematizavimus et anathematizamus[a]. Ex omnibus tamen capitulis in eis[b], sicut praedixi, qui ad me in regia urbe venire consueverant[c], nullum omnino errorem cuiuslibet praedicti[d] capituli agnovi, sed[e] neque fuisse existimo[e]. Nam si fuisset, agnovissem[f]. Quia vero[g] sunt multi fidelium, qui imperito[h] zelo succenduntur[i], et saepe, dum quosdam quasi hereticos insequuntur, hereses[k] faciunt, eorum infirmitati consulendum est et, sicut praedixi, ratione ac mansuetudine sunt placandi[l]. Illis quippe sunt similes, de

f) si quis *R 1*; sunt (*pro* si qui) *Pa 2*. g) sunt *om. P*. h) quia *om. Pa. Pb 2*. i) *verba* triennio *usque* post *om. Pa 2*. k) *add.* autem *R 1*. l) predicamento *R 1*. m) agnoverunt *R 1*. n) que *Pb 1*. o) igitur *add.* ϱ *3*. p) carnibus *Pb 1*. q) *om.* hos *R 1*. r) incoruptelam *P*. s) hos *P*. t) pastoris *om.* ϱ*2. 3*. u) dicit *Pa 2*. v) contingit *P*. w) sues *R 1. Pb 1. 2. Pa 2, sed corr. Pb 2. Pa 2*. x) perseverat *Pa 2.* ϱ *3*. y) *verba* qui *usque* est *om. Pa 2*. z) labatione *Pa 1*. a) vitae *R 1*; vitam *Pa 1*. b) baptizatus autem *R 1*. c) *in* quę *corr. Pb 1; om. hoc verb.* ϱ *3*. d) per lam. paen. *om.* ϱ*2. 3*. e) iustitia *Pa 2*. f) vera *in* veram *corr. Pb 1*. g) *corr. ex* quippiam *R 1*. h) qui *Pb 1*. i) qui ϱ *3*. k) hac *R 1. Pb 2*; haec *in* et *corr. Pb 1*. l) hanc per *Pa 1*. m) ne ϱ*2. n) absolutione *Pa 1. Pb. R 1, sed corr. Pb 1*. o) ligaturus *Pa 1. Pb, sed corr. Pb 1*. p) valerent (*om.* non) *R 1*. q) aestimant *P*. r) diu *Pa 2*. s) disp. *Pb, sed corr. Pb 1* — desp. per omnia ϱ*2. 3.* ϱ *3*. t) et *Pa. Pb 2*. u) se *om. Pa 2*. v) *corr. in* ligantur (*ita Pa 2*) *Pb 1*. w) aut dent *Pa 2*. x) tacita *R 1*. y) *om.* apud *Pa 2*. z) hos *om. Pa 2*. a) et anathematizamus et anamazamus *Pa 1*; et a. et anathematizavimus (*in* anathematizabimus *corr.*) *R 1*; et anathematizamus et anathematizamus *Pb 2. 7*; anathematizamus (*om. cet.*) *Pb 1. Pa 2*. b) meis (*pro* in eis) *Pb 1*. c) cons. venire *Pb 7* — *ex* consueverat *corr.* consueverant *R 1*. d) praedicatio *Pa 1. Pb 2. 7, sed corr. Pb 7*; predicati *Pb 1*; predicatione *Pa 2*. e) *verba* sed *usque* existimo *om. Pa 2*. f) cognovissem *Pb 1*. g) veri ϱ *3*. h) imperato ϱ*2. 3, sed corr.* ϱ*2; in preterito ϱ *3*; imperitiae *Pa 2*. i) succeduntur *R 1*. k) heres *Pb. Pa 1, sed corr. Pb 1. 7*; heredes *Pa 2*. l) *ex* placanda *corr. Pb 1*.

quibus scriptum est: 'Testimonium perhibeo[m] illis, quod aemulationem Dei habent, sed Rom. 10, 2. non secundum scientiam'. Vestra itaque excellentia, quae in lectione, in lacrimis atque in[n] elemosinis incessabiliter vivit, eorum, sicut petii[o], imperitiam placare[p] mansuetis exhortationibus ac responsionibus debet, ut non solum de semetipsa, sed etiam de illis gloriam[q] aeternae retributionis[r] inveniat. Haec me vobis dicere nimius amor suasit, quia et in vestra laetitia me crescere et in vestra tristitia me existimo minorari. Omnipotens Deus[s] gratia vos caelesti[t] custodiat et salva domni[u] nostri pietate et[v] piissimae domnae[w] tranquillitate pro parvulorum dominorum[x] nutrimento vitam vestram longius extendat.

XI, 28.

Gregorius I. papa Isacii, episcopi Hierosolymitani, fidem per litteras expositam laudat. Gaudet de orthodoxia imperatoris, cuius temporibus ora haereticorum conticescant. Monet de tollenda simonia et de componendis iurgiis, quae cum ea ecclesia, quae Nea dicitur, saepe in Hierosolymitana urbe nascantur. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 179; ϱ: cap. 178.
Edd. M: Lib. XI. ep. 46; G: Lib. IX. ep. 40. — Iaffé Reg. 1818 (1396).

GREGORIUS ISACIO EPISCOPO HIEROSOLYMITANO.

Servata veritate historiae quid est aliud, quod diluvii tempore humanum genus extra arcam moritur, ad vitam vero in arca servatur, nisi hoc, quod aperte nunc cernimus, quia infideles quosque[a] extra ecclesiam[b] peccati sui[c] unda peremit[d] et fideles suos in fide atque[e] caritate sanctae ecclesiae unitas quasi arcae compago custodit? Quae arca videlicet de imputribilibus[f] lignis compingitur[g], quia de animabus fortibus atque in bono suo perseverantibus aedificatur; et cum a saeculari vita unusquisque convertitur, quasi adhuc ligna de montibus succiduntur; cum vero ad sanctae ecclesiae ordinem ad aliorum custodiam deducitur[h], quasi de excisis atque compositis lignis ad servandam vitam hominum arca aedificatur. Quae profecto arca cessante diluvio in monte requievit, quia huius vitae corruptione cessante, cum malorum operum fluctus transierint[i], in caelesti patria sancta ecclesia velut in excelso monte requiescit. In huius itaque arcae aedificationem vos currere relecta[k] fraternitatis vestrae epistola[l] rectae fidei compage gaudemus magnasque omnipotenti Deo gratias solvimus, qui et inmutatis gregis sui pastoribus fidem, quam semel sanctis patribus tradidit, etiam post eos inmutabilem[m] custodit. Praedicator autem egregius dicit: 'Fundamentum[n] aliud nemo potest ponere 1. Cor. 3, 11. praeter id quod positum est, quod[o] est Christus Iesus'. Quisquis igitur cum dilectione Dei et proximi fidei, quae[p] in Christo est, firmitatem tenet, eundem Iesum Christum

m) de *add. P.* n) in *om. ϱ*2.* o) peti *Pa 2. ϱ*2;* petit *R 1.* p) placere *Pa. R 1.* q) gloriae *Pb. Pa 1.* r) *in* retributiones *corr. Pb 7.* s) omnipotentis dei *Pa 2.* t) gratias vos celestis *Pa 1;* g. caelestis vos *Pa 2.* u) domini *Pb 2. ϱ 3.* v) et *om. Pa 2. Pb 2.* w) domine *Pb 2. 7. ϱ*2. ϱ 3; in* piissima dña *corr. et* cum *suprascr. Pb 1.* x) dominorum *bis, sed secundum erad. Pb 2.*

XI, 28 in titulo: Ysacio *R 1;* Isacio *ϱ*;* Isatio *ϱ.* — Hierusolimitano *R 1. ϱ*;* Hierosolimitano *ϱ.* a) quoque *R 1.* b) eclę *R 1.* c) peccatis suis *R 1;* peccatis sui *ϱ*1.* d) *ita ϱ*1. ϱ 3;* pereremit *R 1;* perimit *ϱ 1. ϱ*2. 3.* e) in *add. ϱ*.* f) inputrebilibusque *ϱ*2. 3, sed* que *erad. ϱ*2.* g) tingitur *ϱ*2.* h) ducitur *R 1.* i) *ex* transierim *corr. R 1.* k) relicta *R 1. ϱ*1* — vrā *hic add. R 1.* l) ep. vrae *ϱ*1.* m) immutabile *R 1.* n) autem *add. ϱ 3.* o) qui *ϱ*. ϱ 3.* p) fideque *R 1;* fide que *in* fidei que *corr. ϱ 1.*

XI, 28. Isacius Amo successit, de quo cf. ep. VII, 29 n. 4, et sedit inde ab indictione IV. (Theophan. a. 6093) usque ad ind. XII (Chron. Pasch. p. 699 B).

Dei et hominis filium[q] a patre posuit fundamentum. Sperandum ergo est, quia, ubi
Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur aedificium. Ipsa[r] quoque
Ioh. 10, 1 s. per se veritas dicit: 'Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde,
ille fur est et latro. Qui autem[s] intrat per ostium, pastor est ovium'. Quae[t] paulo
post[u] subicit dicens: 'Ego sum ostium'. Ille ergo ad ovile ovium intrat per ostium,
qui intrat per Christum. Ipse autem per Christum[v] ingreditur, qui de eodem creatore
ac redemptore humani generis vera sentit et[w] praedicat, praedicata[x] custodit, culmen
regiminis ad officium portandi oneris[y] suscipit[z], non ad appetitum gloriae transitorii[a]
honoris, curae quoque suscepti ovilis sollerter invigilat, ne oves Dei aut perversi
homines prava loquentes dilanient aut maligni spiritus oblectamenta vitiorum persua-
dentes devastent. Sed in his omnibus[b] ipse nos instruat, qui propter nos homo factus
est[1]. Qui dignatus est fieri quod fecit, ipse et infirmitati meae et tuae caritati spiri-
tum[c] sui amoris infundat atque in omni sollicitudine et custodia circumspectionis oculum
nostri cordis aperiat.

Quod vero ad[d] sacros ordines rectae fidei viri perducuntur[e], eidem[f] omnipotenti
Deo gratiae sine cessatione solvendae[g] erunt[h], et pro vita piissimi et christianissimi
domni nostri imperatoris et tranquillissima eius coniuge[i] et mansuetissima subole semper
orandum est, quorum temporibus hereticorum ora conticescunt[k], quia, etsi eorum corda
in insania perversi sensus ebulliunt, orthodoxi tamen imperatoris tempore prava quae
sentiunt eloqui non praesumunt, ita ut aperte videamus impleri quod scriptum est:
Ps. 32, 7. 'Congregans sicut in utre aquas maris'. Aqua enim maris sicut in utre[l] congregata
est, quia amara hereticorum scientia, quicquid hodie pravum sentit, in pectore[m] com-
primit et aperte dicere non praesumit. Tua vero fraternitas rectam per omnia fidem
protulit[n], spiritaliter edocta[o] quae quaerenda erant suptiliter enarravit[2]. Fides itaque
vestra fides est nostra[p]. Ea tenemus[q] quae dicitis, ea dicimus quae tenetis.

Quia vero[r] pervenit ad nos in Orientis ecclesiis nullum ad sacrum ordinem nisi
ex praemiorum datione pervenire, si ita esse vestra fraternitas agnoscit, hanc primam
oblationem omnipotenti Domino offerat, ut a[s] subiectis sibi ecclesiis errorem simoniacae
hereseos compescat. Nam ut alia taceam, quales esse in sacris ordinibus poterunt, qui
ad hos[t] non merito, sed praemio provehuntur? Scimus autem, quanta hanc animad-
versione apostolorum princeps insecutus est, qui primam damnationis sententiam contra
Act. 8, 20. Symonem protulit dicens: 'Pecunia tua tecum sit in perditione, quia[u] donum Dei
existimasti pecunia possideri'. Ipse quoque creator ac redemptor humani generis[v]
dominus Deus[w] noster, cum flagellum de resticulis fecisset, de templo cathedras ven-
dentium columbas evertit. Quid est enim aliud in templo[x] columbas vendere, nisi in
sancta ecclesia eam per quam spiritus sanctus[y] datur ad pretium manus impositionem
dare? Sed cathedrae[z] vendentium columbas eversae sunt, quia talium[a] sacerdotium
in sacerdotio non deputatur[b] [3].

q) apud se *add.* ϱ*. r) ibi *ϱ 1.* s) autem *om.* *ϱ 1.* t) cumque (*om.* ovium) *R 1.* u) quod *R 1.* v) per Christum *om.* *R 1.* w) et *in* ea *corr.* *ϱ 1.* x) predicta *R 1.* y) honeris *R 1;* onoris *in* oneris *corr.* *ϱ 1;* honoris *ϱ* 1.* z) suscepit *ϱ 1. ϱ* 1.* a) transitoriis *R 1.* b) in homnibus *ϱ* 1.* c) caritatis $\overline{\text{sps}}$ *R 1.* d) ad *om.* *R 1.* e) producuntur *ϱ*. ϱ 3.* f) ei *ϱ* 1;* eidem *in* idem *corr.* *ϱ* 2.* g) solvenda *R 1.* h) *ita R 1. ϱ 1;* sunt *ϱ*. ϱ 3.* i) tranquillissimę eius coniugi *R 1.* k) $\text{conticess}\overline{\text{s}}$ *ϱ* 1.* l) *ex* tre *corr.* *ϱ 1.* m) *in* peccatorem *corr.* *ϱ 3.* n) pertulit *ϱ 1.* o) et octa *R 1.* p) $\overline{\text{ura}}$ *ϱ* 1.* q) tenus *R 1.* r) ergo *ϱ 1.* s) a *om.* *R 1.* t) *ita scr. edd.;* qui ad hoc *R 1 et ex* qui a hoc *corr.* *ϱ 1;* qui *(om. cet.) ϱ* 1. 2. ϱ 3 (sed in ϱ* 2 post* qui *ras. 1 litt.);* quia *ϱ* 3.* u) qui *ϱ 1.* v) gen. hum. *ϱ.* w) deus *om.* *R 1.* x) in templo *om.* *ϱ 3.* y) $\overline{\text{scs}}$ $\overline{\text{sps}}$ *ϱ.* z) cathedras *ϱ* 1.* a) tale *ϱ* 1.* b) putatur *R 1.*

1) Similia occurrunt in f. Diurni 46. 2) Cf. Diurn. f. 46. 3) Similia occurrunt in f. Diurni 46. Cf. ep. V, 58 p. 369 n. 4.

Praeterea pervenit ad me, quia cum ea ecclesia quae Nea[c] dicitur saepe in Hierosolymorum[d] urbe vestrae ecclesiae iurgia nascuntur[4]. Unde sanctitas vestra debet sollicite cuncta[e] pensare et quaedam mansuete corrigere, quaedam vero quae corrigi nequeunt aequanimiter tolerare. Aperte etenim[f] videmus quod per psalmistae vocem a[g] sancta ecclesia dicitur[h]: 'Supra dorsum[i] meum fabricaverunt peccatores'. (Ps. 128, 3.) In[k] dorso quippe onera[l] portantur; supra dorsum ergo nostrum peccatores[k] fabricant, quando eos quos corrigere non possumus patiendo[m] portamus. Navis etenim gubernator cum adversari sibi ventum considerat, quosdam fluctus directo clavo exuperat, quosdam vero, quos superari non posse praevidet[n], inflexo cursu prudenter declinat. Sic itaque sanctitas vestra quaedam compescendo, quaedam[o] tolerando mitiget[p], ut in sancta Hierosolymorum[q] ecclesia pacem cohabitantium per omnia conservet. Scriptum namque est: 'Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum'. (Heb. 12, 14.) In rixa etenim mentis[r] ipsum lumen clauditur bonae intentionis. Unde psalmista ait: 'Turbatus est prae ira oculus meus'. (Ps. 6, 7.) Et quid iam in nobis[s] boni operis remanet, si pacem ex corde perdimus, sine[t] qua videre Dominum non valemus? Vos itaque ita agite, ut de his quoque qui per iurgium perire poterant mercedis vestrae lucra colligatis. Omnipotens Deus dilectionem tuam gratia caelesti custodiat et de his[u] qui sibi commissi sunt fructum multiplicem ac mensuram superaffluentem ad aeterna gaudia reportare concedat.

XI, 29.

Gregorius I. papa Anatolio, diacono Constantinopolitano, mandat, significet imperatori, se ad consilium deponendi Iohannis, episcopi Primae Iustinianae, non posse accedere; episcopo enim aegrotanti, nisi ultro se abdicet, succedi per canones non licere. Curet, ut dispensator talis instituatur, qui custodiam civitatis non neglegat.

601, Febr.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 180; ϱ: cap. 179.
Edd. M: Lib. XI. ep. 47; G: Lib. IX. ep. 41. — Iaffé Reg. 1819 (1397).

GREGORIUS ANATOLIO DIACONO CONSTANTINOPOLIM.

Scripsit[a] mihi tua dilectio[b] piissimum domnum nostrum reverentissimo fratri meo Iohanni Primae Iustinianae episcopo[c] [1] pro aegritudine capitis quam patitur praecipere succedi[d], ne fortasse, dum episcopi iura eadem civitas[e] non habet, quod absit, ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones praecipiunt, ut pro aegritudine episcopo succedatur, et omnino iniustum est, ut, si molestia corporis inruit, honore suo privetur

c) *erad. 6 fere litteras et* quae nea *om. R1;* quae nea *ϱ1. ϱ*1.2, sed in* quae enea *corr. ϱ*2;* quae enea *ϱ*3. ϱ3.* d) Hierusolim. *R1. ϱ*2.3;* Hierosolym. *ϱ1;* Hierosolim. *ϱ3;* Hierusłmorum *ϱ*1.* e) cure nota *R1.* f) *ita R1. ϱ1;* enim *cet.* g) a *om. ϱ*2.3.* h) *in* dicit *corr. ϱ*2.* i) *ex* diversum *corr. ϱ*1.* k) *verba* in *usque* peccatores *om. ϱ*1.* l) onora *ϱ1.* m) patienter, *add. in marg.* vel do *ϱ*2.3.* n) provide *ϱ1.* o) comp. quaedam *om. R1.* p) mitigetur *R1. ϱ1.* q) Hierusolim. *R1. ϱ*2.3;* Hierosolym. *ϱ1;* Hierosolim. *ϱ3;* Hierłim. *ϱ*1.* r) multis *ϱ3.* s) bonis *ϱ1.* t) ne *R1.* u) hi *R1.*

XI, 29 in titulo: Anatholio *ϱ*. Matrit. A 151.* Constantinopolitano *ϱ3. ϱ*2.3;* Constantinop̄ *ϱ1. ϱ*1.4;* Constantino ēpo *R1;* Constantinopolim *Matr.* a) scriptis *ϱ3.* b) innotuit *add. ϱ3.* c) reverentissimum frēm meum Iohem P. I. ēpum *Matr.* d) successorem *Matr.* e) civitis *ϱ*1.*

4) De iisdem iurgiis agitur in ep. VII, 29.

XI, 29. De Anatolio apocrisiario cf. ep. VII, 27 n. 6. An haec epistula ad eum pervenerit, ignoramus; nam iam m. Ianuario sequentis indictionis Gregorius eum mortuum esse novit: cf. ep. XII, 6. 1) De Iohanne cf. ep. V, 10 n. 1 et III, 6 n. Depositus non esse videtur: cf. ep. XII, 10.

aegrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima ex eius depositione veniat. Sed suggerendum est, ut, si is qui est in regimine aegrotat[f], dispensator illi talis requiratur, qui possit[g] eius curam omnem agere et locum illius in regimine ecclesiae ipso non deposito ac[h] in custodia civitatis implere, ut neque Deus omnipotens offendatur[i] neque civitas inveniatur esse neglecta. Si vero isdem reverentissimus[k] Iohannes fortasse pro molestia sua petierit, ut ab episcopatus honore debeat vacare, eo[l] petitionem scripto dante concedendum est[2]. Aliter autem nos id[m] facere pro omnipotentis Dei timore omni modo non valemus. Quod si hoc petere ille noluerit quod piissimo domno[n] placet[o], quicquid iubet[p] facere, in eius potestate est. Sicut novit[q], ipse provideat; nos tantum modo in depositione talis[r] viri[s] non faciat permisceri. Quod vero ipse fecerit, si canonicum est, sequimur; si vero canonicum non est, in quantum[t] sine peccato nostro[u], portamus.

XI, 30.

Gregorius I. papa Hadriano, notario Panormitano, mandat, ut, qui in Urbici abbatis monachorum numerum invita coniuge Agathosa, latrice praesentium, ascitus sit, cum coniugi reddendum curet, cum divina lex non permittat utrolibet invito solvi posse coniugium. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 181; ϱ: cap. 180.
Edd. M: Lib. XI. ep. 50; G: Lib. IX. ep. 44. — Iaffé Reg. 1820 (1400).

GREGORIUS ADRIANO NOTARIO PANORMITANO.

Agathosa latrix[a] praesentium questa est maritum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici abbatis esse conversum[1]. Quod quia ad[b] eiusdem abbatis culpam et invidiam non est dubium pertinere, experientiae tuae praecipimus, ut diligenti inquisitione discutiat[c], ne forte cum eius voluntate conversus sit vel ipsa se mutare promiserit[d]. Et si hoc reppererit[e], et illum in monasterio permanere provideat[f] et hanc, sicut promisit, mutare compellat[g]. Si vero nihil horum[h] est[i] nec quoddam[k] fornicationis crimen, propter quod viro licet uxorem relinquere[l], praedictam mulierem[m] commisisse cognoveris, ne illius conversio uxori[n] relictae in saeculo fieri possit perditionis occasio, volumus, ut maritum suum[o] illi, vel si iam[p] tonsuratus est[q], reddere omni[r]

f) egrotus, *suprascr.* sit *R1.* g) post *ϱ*1.* h) hac *R1; om. hoc verb. ϱ* 2.3;* hanc *Matr.;* conservare ac, *ut videtur, ϱ3.* i) in obsequio episcopali *add. ϱ3.* k) reverentissimum *Matr.* l) et *Matr.* m) ita *R1.* n) *ita scr. Mommsen;* imperatori *edd.; hoc verb. om. codd.;* piissime *corr. in* piissimo *R1;* piissimo non *Matr.;* piissimi non *ϱ*;* piissimo *et ras. ϱ1.* o) conplacet *ϱ3.* p) iuvet, *suprascr.* libet *R1.* q) cognovit *ϱ3.* r) *ex* tali *(ita ϱ*1) corr. R1.* s) viro *ϱ*1.* t) possumus *(ita ϱ*3) post. m. add. ϱ*2.* u) est *add. ϱ3;* nostro est (*pro* sine pecc. nostro) *Matr.*

XI, 30 in titulo: Adriano *R1. ϱ*2.3. Matr. A 151;* Hadriano *ϱ. ϱ*1.4.* — Panormitano *R1. R*1;* Panormo *ϱ1. ϱ*;* Panormi *ϱ3; om. hoc verb. Matr.* — de monacho facto sine voluntate coniugis suę *add. rubro R1.* a) Agathola solatrix *Matr.* b) *ex* de *corr. R1.* c) discutias *R1. Matr.* d) promiserat *Matr.* e) reppereris *Matr.* f) provideas *Matr.* g) mutari compelle *Matr.* h) nihilorum *ϱ*1;* nil horum *R1. ϱ3.* i) fuerit *Matr.* k) vel quicquam *suprascr. ϱ3.* l) dimittere *Matr.* m) praedicta mulier *Matr.* n) uxoris *R1.* o) suum *om. Matr.* p) iam *om. R1.* q) continuo *add. Matr.* r) omnino *ϱ.*

2) Cf. similem causam Castorii, ep. Ariminensis, de qua in ep. IX, 138 ss. agitur.

XI, 30. Haec et seq. ep. sine dubio una transmissae sunt. — De Hadriano vel Adriano cf. ep. IX, 110 n.; nescio an tunc temporis pro Fantino (cuius inter ep. IX, 198 et XIV, 4 mentio non fit) patrimonium Panormitanum rexerit; m. Dec. a. 602 vel Ian. a. 603 ei patrimonium Syracusanum committitur (cf. ep. XIII, 22). *1) Cf. de hac causa ep. VI, 47 n. 1. 2.*

debeas excusatione[s] cessante, quia, etsi mundana[t] lex[2] praecipit conversionis[u] gratia utrolibet[v] invito[w] solvi[x] posse coniugium[y], divina haec[z] lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa virum uxorem dimittere[a] nulla ratione concedit, quia, postquam copulatione coniugii viri atque mulieris unum[b] corpus efficitur, non potest ex parte converti et ex parte in saeculo remanere.

XI, 31.

Gregorius I. papa universos episcopos Siciliae hortatur, ut adversus hostes in Siciliam descensuros litaniis bis in hebdomade agendis auxilium a Deo precentur.

601, Febr.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 182; ϱ: cap. 181.
Edd. M: Lib. XI. ep. 51; G: Lib. IX. ep. 45. — Iaffé Reg. 1821 (1401).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS SICILIAE CONSTITUTIS.

Super afflictiones et gemitus quos annosa hic continuatione de hostibus sustinemus maior nos metus excruciat, quod inimicos nostros omni adnisu ad Siciliae invasionem cognoscimus[a] festinare[1]. Sed ne[b] haec illis molientibus prosperitatem multitudo nostrorum praebeat peccatorum, toto nos corde ad redemptoris nostri remedia conferamus et quibus resistere virtute non possumus lacrimis obviemus. Nam quid vobis cavendum quidve sit vehementius formidandum, ex istius provinciae debetis desolatione colligere. Itaque hortor, fratres carissimi, ut omni ebdomada[c] quarta et sexta feria laetaniam inexcusabiliter indicatis[d] et contra barbaricae crudelitatis incursus supernae protectionis auxilium[e] imploretis. Sed ut ad[f] aures Dei viam precibus faciatis, vigilantius studendum est, ut voces actibus adiuventur: nam inanis fit oratio, ubi prava est actio[g]. Quia igitur quanto immane cernitis inminere periculum, tanto simul omnes in fletu debetis et gemitu[h] occupari; filios vestros a saeculari perversitate sacerdotali quam primum adhortatione compescite; discant iniusta contemnere et quae Deo placita sunt amare, ut illos possitis habere ad impetrandam[i] divinae misericordiae gratiam adiutores, ne, si[k] neglexeritis[l], actio eorum preces orationum[m] superet[n] et saevientis inimici, quod absit, gladius resecet, quos monentis verba non corrigunt. Deus autem noster[o] iustus et pius est et, sicut perseverantibus in pravitate[p] districtus, ita est conversis misericors. Ad ipsum ergo tota mente, ad ipsum contriti cordis eiulatione curramus, ab ipso ereptionis nostrae solacia postulemus. Qui quoniam benignus et mitis est, si nos a malis nostris emendatos et sua viderit mandata diligere, et hic nos potens est[q] ab hoste defendere et in[r] futuro aeterna nobis gaudia praeparare.

---

s) excusatio *Matr.* t) munda *Matr.* u) *hoc verb. in ras. ϱ 1. ϱ* 1;* conversationis *R 1. ϱ 3. Matr.* v) ut quolibet *R 1;* utrumlibet *Matr.; ex* virolibet *corr.* viro licet *ϱ* 1.* w) invota *ϱ 3.* x) non *add. Matr.* y) *ex* convivium *corr. ϱ* 2.* z) *in* hoc *corr. R 1; om. hoc verb. ϱ 1. Matr.* a) relinquere *ϱ 1. Matr.* b) *ex* mulieri suum *corr. R 1.*

XI, 31 in titulo: Syciliam *R 1* — constit. *R 1. ϱ*;* consist. *ϱ 1;* const. *ϱ 3.* a) *ita ϱ.*ϱ;* agnoscimus *R 1.* b) me *ϱ* 1.* c) ebdomade *ϱ 1. ϱ* 2. 3.* d) indicetis *ϱ* 1.* e) axilium *ϱ* 1.* f) ad *om., sed post. suprascr. R 1.* g) *ex* oratio *corr.* operatio *R 1.* h) *ita ϱ;* gemitus *cet., sed corr. ϱ* 2. 3.* i) impetraudum *ϱ*. ϱ 1.* k) utque (*pro* ne si) *ϱ* 1.* l) *ita ϱ 1;* sine glex ita *R 1;* si neglexit *ϱ 3. ϱ* 2. 3;* si neglex *ϱ* 1.* m) orationem *ϱ 3.* n) superent *codd. n., sed corr. R 1.* o) ur *ϱ* 1.* p) probitate *R 1;* provitate *ϱ 1;* improbitate *coni. Mommsen.* q) potest *ϱ 3.* r) in *suprascr. R 1.*

2) Cf. nov. Iust. 123 c. 40.

XI, 31. 1) Quia indutiae m. Martio terminatae erant: cf. ep. X, 16 (n. 2).

XI, 32.

Gregorius I. papa Dono, episcopo Messanensi, praecipit, ut, quae inter ecclesiae eius actores Placidumque, virum magnificum, iudicata sint, impleat. *601, Febr.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 183; ϱ: cap. 182.
Edd. M: Lib. XI. ep. 52; G: Lib. IX. ep. 46. — Iaffé Reg. 1822 (1402).

GREGORIUS DONO EPISCOPO MESSANENSI.

Nullus umquam[a] contentionibus[b] finis imponitur, si impleri ea quae iudicata[c] fuerint differantur. Filius itaque noster Placidus[d] vir magnificus[e] questus nobis est ea quae[f] inter eum et actores[g] ecclesiae vestrae[h] iudicio definita sunt fraternitatem vestram nolle complere. Quod si ita est, miramur, ut, dum quieti vestrae vos deceat[i] studere, contentionis vobis scrupulum reservetis. Proinde scriptis vos praesentibus adhortamur, ut suptiliter requirere debeatis et, si quid minus impletum est, si tamen nihil est, quod iuste possit obsistere, sine discordia compleatur, quatenus nec suprascriptus[k] magnificus vir se queratur[l] inrationabiliter fatigari nec vos contra ordinis vestri propositum videamini despexisse quod iustum est.

MENSE IUNIO INDICTIONE IIII.

XI, 33.

Gregorius I. papa Hadrianum notarium in coercendis incantatoribus et sortilegis pergere iubet. *601, Iun.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 184; ϱ: cap. 183.
Edd. M: Lib. XI. ep. 53; G: Lib. IX. ep. 47. — Iaffé Reg. 1823 (1403).

GREGORIUS ADRIANO NOTARIO.

Pervenit ad nos, quod quosdam incantatores atque sortilegos[1] fueris insecutus. Et omnino nobis sollicitudinem zelumque tuum gratum fuisse cognoscas; sed[a] moleste tulimus, quod te dubitare, ne ab eis nobis contra experientiam tuam subripi potuisset, didicimus, dum quando[b] certus esse ac[c] scire debueris hoc tibi apud nos ad commendationem magis[d] proficere, non[e] ad culpam[d] ascribi. Et ideo studii tui sit sollicite quaerere et, quoscumque[f] huius modi Christi inimicos inveneris, ita districta ultione corrigere[g], ut et nos de experientia tua melius possimus habere iudicium et Deo te[h] nostro, quod maxime studendum est, valeas commendare[i].

XI, 32 in titulo: Messanensis *R 1. ϱ*. ϱ 3;* Mensanensis *ϱ 1.* a) inquam *ϱ*. ϱ 3.* b) *ex* contentionis *corr.* contentioni *R 1.* c) *ex* indicata *corr. R 1.* d) Placitus *ϱ* 2. 3.* e) uirū *ϱ* 2; ras. ante* questus *ϱ* 3; om. haec verba ϱ 1.* f) aeque *ϱ* 1.* g) auctores *R 1.* h) dei *add. ϱ*.* i) doceat *ϱ* 1.* k) s̄sti *ϱ* 1;* sunt *ϱ 1;* supradictus *ϱ 3.* l) sequeretur *ϱ* 1.*

Mense *cet. post titulum seq. ep. ponunt ϱ* 1. 4* — III *ϱ*.*

XI, 33 in titulo: Gladriano *ϱ 1;* Hadriano *ϱ 3* — natorio *R* 1.* a) et *R 1.* b) quando *erad. ϱ* 2.* c) hanc *ϱ*, sed* hanc scire *erad. ϱ* 2.* d) *verba* magis *usque* culpam *om. ϱ*. ϱ 3.* e) *ita ϱ 1;* proficerent (*om.* non) *R 1.* f) quodcumque *R 1.* g) corrige *ϱ*. ϱ 1.* h) de (*pro* deo te) *R 1.* i) commodare *R* 1.*

XI, 32. De Dono cf. ep. VI, 8 n.

XI, 33. De Hadriano cf. ep. IX, 110 n. XI, 30 n. 1) sortilogi *commemorantur etiam in ep. IX, 204 (n. 2).*

XI, 34.

Gregorius I. papa Desiderium, episcopum (Viennensem), grammaticam quibusdam exponere luget; de iis, quae petierit, concedendis se cogitaturum esse scribit, si, ut Candidus presbyter postea veniens retulit, saecularibus litteris eum iam non studere constiterit. Monachos cum Laurentio presbytero et Mellito abbate ad Augustinum episcopum euntes commendat. *601, Iun.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 185; ϱ: cap. 184.
Edd. M: Lib. XI. ep. 54; G: Lib. IX. ep. 48. — Iaffé Reg. 1824 (1104).

GREGORIUS DESIDERIO EPISCOPO GALLIAE.

Cum multa[a] nobis bona de vestris fuissent studiis nuntiata, ita cordi nostro est nata laetitia, ut negare ea quae sibi fraternitas vestra concedenda poposcerat minime pateremur[b] [1]. Sed post hoc pervenit ad nos, quod sine verecundia memorare non possumus, fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus [2] ac sumus vehementius aspernati, ut ea quae prius dicta fuerant in gemitu et tristitia verteremus[c], quia in uno se ore cum Iovis[d] laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam grave nefandumque sit episcopo[e] canere, quod nec laico religioso conveniat, ipse considera. Et quamvis dilectissimus filius noster Candidus presbyter [3] postmodum veniens hac de re suptiliter requisitus negaverit atque vos conatus fuerit excusare, de nostris tamen adhuc animis non recessit, quia quanto execrabile est hoc de sacerdote enarrari[f], tanto[g], utrum ita necne[h] sit, districta et veraci oportet satisfactione cognosci. Unde si[i] post hoc evidenter haec quae[k] ad nos perlata sunt[l] falsa esse claruerint[m] neque vos nugis et[n] saecularibus litteris studere constiterit, et Deo nostro gratias agimus[o], qui cor vestrum maculari blasfemis nefandorum laudibus non permisit, et de[p] concedendis quae poscitis[q] securi iam et sine aliqua dubitatione tractabimus[r].

Monachos vero quos una cum dilectissimo filio nostro[s] Laurentio presbytero [4] et Mellito abbate [5] ad reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum transmisimus vobis in omnibus commendamus, ut fraternitate vestra solaciante nulla illos ad proficiscendum mora valeat impedire.

XI, 34 in titulo: Galliane *R 1.* a) multa *om. R 1.* b) vel pateretur *suprascr. ϱ 3.* c) *ex* vertemus *corr. R 1.* d) Iobis *R 1.* e) *ita R 1;* episcopis *ϱ. ϱ*.* f) narrari *R 1.* g) tanta *ϱ 1. ϱ* 1;* tantum *ϱ* 2. 3.* h) *ita ϱ 3;* utrum ne (*om.* ita nec) *R 1;* utrum ita necesse *ϱ*. ϱ 1.* i) si *om. R 1.* k) quae *om. ϱ*.* l) et *add. ϱ* 1.* m) claruerit *R 1.* n) nugisset *R 1.* o) agiamus *R 1.* p) de *om. R 1.* q) *ex* poposcitis *corr. R 1.* r) tractamus *ϱ* 1;* tractemus *ϱ 1. ϱ* 2. 3.* s) fil. n. *om. ϱ 1.*

XI, 34 una certe cum sequentibus ep. transmissa per Augustini monachos. De Desiderio, ep. Viennensi, cf. ep. VI, 52 n. LL. III, 1 Conc. Merov. p. 178. 1) *De qua petitione agatur, ignoramus; sed de pallii quadam concessione cogitari non posse censeo: cf. ep. IX, 220 n. 2.* 2) *Cf. ep. V, 53ª p. 357 n. 5. Adde Gregorovius l. l. II⁴ p. 88 ss. et Ebert, Gesch. d. christl.-lat. Literatur I p. 525, qui nostri et Tertulliani opiniones confert; affert etiam dial. II, 1:* scienter nescius *etc.* 3) *De Candido, rectore patrimonii Gallici, cf. ep. V, 31 p. 311 n. 3. VI, 10 n. In Galliam non multo post reversus est: cf. ep. XI, 43 s.* 4) *Laurentius et Petrus monachus ab Augustino Romam missi erant, postquam ab episcopo Arelatensi consecratus erat, ut refert Beda, h. e. I, 27: cf. ep. VIII, 29 n. 4; Laurentius a. 605 Augustino episcopus successit: cf. Bed. l. l. II c. 4. Adde ep. seq. et ep. XI, 41. 48.* 5) *Bed. h. e. I, 29:* misit cum praefatis legatariis suis plures cooperatores ac verbi ministros, in quibus primi et praecipui erant Mellitus, Iustus, Paulinus, Rufinianus; et per eos generaliter universa, quae ad cultum erant ac ministerium ecclesiae necessaria *etc. Mellito noster ep. XI, 56 iam in Franciam transmisit. Mellitum Augustinus a. 604 episcopum Lundoniensem consecravit: cf. Bedam in h. e. II c. 3. Cf. ep. seq. et ep. XI, 41. 48.*

XI, 35.

Gregorius I. papa Berthae, reginae Anglorum, studium benevolentiamque erga Augustinum episcopum, a Laurentio presbytero et Petro monacho revertentibus relatum, laudat. Helenae, matri Constantini, quae Romanos ad fidem accenderit, eam comparat. Non iam apud Romanos, sed etiam per diversa loca et usque ad Constantinopolim ad imperatorem bonum studium eius pervenisse dicit. Hortatur, operam dare ne diutius dubitet, ut regis quoque animus ad amorem christianae fidei perducatur. 601, Iun.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 186; ϱ: cap. 185.
Edd. M: Lib. XI. ep. 29; G: Lib. IX. ep. 59. — Iaffé Reg. 1825 (1380).

GREGORIUS BERTAE REGINAE ANGLORUM.

Qui post terrenam potestatem caelestis regni gloriam cupit[a] adquirere, ad faciendum lucrum creatori suo debet enixius laborare, ut ad ea quae desiderat operationis suae gradibus possit[b] ascendere, sicut vos fecisse gaudemus. Remeantes igitur dilectissimus filius noster Laurentius presbyter et Petrus monachus[1], qualis erga reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum[c] gloria vestra extiterit quantaque illi solacia vel qualem caritatem impenderit, retulerunt. Et omnipotentem Deum benediximus, qui conversionem gentis Anglorum[d 2] mercedi vestrae dignatus est propitius reservare. Nam sicut per recordandae[e] memoriae Helenam matrem piissimi Constantini imperatoris ad christianam fidem corda Romanorum accenderat[f], ita et per gloriae vestrae studium in Anglorum gentem eius misericordiam confidimus operari[g]. Et quidem iam dudum gloriosi filii nostri coniugis vestri animos prudentiae vestrae bono, sicut revera christianae[h], debuistis inflectere[i], ut pro regni et animae suae salute fidem quam colitis sequeretur[3], quatenus et de eo et per eum de totius gentis conversione digna vobis in caelestibus[k] gaudiis retributio nasceretur. Nam postquam, sicut[l] diximus, et recta fide gloria[m] vestra munita et litteris docta est, hoc vobis nec tardum nec debuit esse difficile; et quoniam Deo volente aptum nunc tempus est, agite, ut divina gratia cooperante cum augmento possetis quod neglectum est reparare.

Itaque mentem gloriosi coniugis vestri in dilectione christianae fidei adhortatione adsidua roborate, vestra illi[n] sollicitudo augmentum in Deum[o] amoris infundat atque ita animos eius etiam pro subiectae[p] sibi gentis plenissima conversione[q] succendat, ut et magnum[r] omnipotenti Domino[s] de[t] devotionis vestrae studio[u] sacrificium offeratis et ea quae de vobis narrata sunt et crescant[v] et vera esse modis omnibus adprobentur, quia bona vestra non[w] solum iam apud Romanos, qui pro vita vestra[w] fortius oraverunt, sed etiam per diversa loca et usque[x] Constantinopolim ad serenissimum principem pervenerunt[y]. Unde sicut nobis[z] de christianitatis vestrae solaciis[a] laetitia facta

XI, 35 in titulo: Adilbergę (*pro* Bertae) *R*1.* a) cupi *ϱ*1.* b) poscit *ϱ*1.* c) August̄ *ϱ1.* d) angelorum *ϱ*1.* e) pię recordante *ϱ*1.* f) *ita R1;* accendit *cet.* g) operarius *ϱ*1.* h) christiana *ϱ*1.* i) implectere *R1.* k) celestis *R1.* l) sicut *om. R1.* m) grā *ϱ1.* n) illi *om. R1.* o) deo *ϱ. ϱ*.* p) subiecto *ϱ*1.* q) conversatione *ϱ.* r) magna in *R1.* s) deo *ϱ3.* t) de *om. R1.* u) studium *R1.* v) adcrescant (*om.* et) *ϱ3.* w) *verba* non *usque* vestra *om. R1.* x) ad *add. ϱ1.* y) venerunt *R1.* z) vobis *R1.* a) solacii *R1.*

XI, 35. Berctam, uxorem regis Cantiae Aedilbercti Christianam de gente Francorum regia *fuisse narrat Beda, h. e. I, 25:* quam ea condicione a parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis suae cum episcopo, quem ei adiutorem fidei dederant, nomine Liudhardo, inviolatum servare licentiam haberet: *filia Chariberti regis Parisini erat: cf. Greg. Tur. IX, 26.* 1) *Cf. ep. praeced. n. 4.* 2) *Cf. ep. VIII, 29 n. 4 et Bed. h. e. I, 26.* 3) *Beda conversionem Aedilbercti regis iam ante Augustini consecrationem narrat; sed adiungit, h. e. I, 26 regem ita fecisse* ut nullum cogeret ad christianismum.

est, ita quoque de perfecta operatione vestra angelis fiat[b] gaudium in caelis. Sic vos in adiutorio suprascripti[c] reverentissimi fratris et coepiscopi nostri et servorum Dei quos illic[d] misimus, in conversione[e] gentis vestrae devote ac totis viribus exhibete, ut et hic[f] feliciter cum glorioso filio nostro coniuge vestro regnetis et post longa annorum tempora futurae quoque vitae gaudia, quae finem habere nesciunt, capiatis. Oramus autem[g] omnipotentem Deum[h], ut gloriae vestrae cor et[i] ad operanda quae diximus gratiae suae igne succendat et aeternae mercedis fructum vobis de placita sibi operatione concedat.

XI, 36.

Gregorius I. papa Augustino, episcopo Anglorum, summam omnium suorum de gente Anglorum ad fidem christianam transducta nuntiat laetitiam. Miracula edentem, ut superbiam caveat, hortatur. *601, Iun. 1.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 187; ϱ: cap. 186; P: cap. 22. Cf. Beda, h. e. I, 31. Edd. M: Lib. XI. ep. 28; G: Lib. IX. ep. 58. — Iaffé Reg. 1826 (1379).

GREGORIUS AUGUSTINO EPISCOPO ANGLORUM.

'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'[1], quia granum Luc. 2, 14.
frumenti mortuum est[a] cadens in terra[2], ne solum regnaret in caelo, cuius morte vivimus, cuius infirmitate roboramur[b], cuius passione a passione[c] eripimur, cuius amore in Brittannia[d] fratres quaerimus, quos ignoramus[e], cuius munere, quos nescientes quaerebamus[f], invenimus. Quis autem narrare[g] sufficiat, quanta hic[h] laetitia in[i] omnium[k] corde[l] fidelium fuerit exorta, quod gens Anglorum operante omnipotentis Dei[m] gratia et tua fraternitate laborante expulsis errorum tenebris sanctae[n] fidei luce perfusa est, quod mente[o] integerrima iam calcat idola, quibus prius vesano timore subiacebat, quod omnipotenti Deo puro corde substernitur, quod a pravi[p] operis lapsibus sanctae praedicationis regulis ligatur[q], quod praeceptis[r] divinis animo subiacet et intellectu[s] sublevatur, quod[r] usque ad terram se in oratione humiliat, ne mente iaceat[t] in terra.
Cuius hoc opus est[u], nisi eius qui ait: 'Pater meus usque nunc[v] operatur, et ego Ioh. 5, 17.
operor'? Qui ut mundum ostenderet non sapientia hominum[w], sed sua se[x] virtute[y] convertere[z], praedicatores suos, quos in mundum[a] misit[b], sine litteris elegit[c], haec[d] etiam modo faciens, quia[e] in Anglorum gentem[f] fortia dignatus est[g] per infirmos

b) fiant *R 1.* c) superscripti *ϱ*2.3.* d) illuc *ϱ*.* e) conversatione *ϱ 3.* f) hic *om. ϱ 1.* g) oremus (*om.* autem) *R 1.* h) dominum *ϱ 3.* i) corda (*om.* et) *ϱ*. ϱ 3.*

XI, 36 deest in ϱ, sed exhibent etiam Pb 4.5.* — Agustino ep̄o Angulorum *Pb 1 in ind.* a) est *om. ϱ 3.* b) roboremur *Pb 1;* roborantur *Pb 4.* c) a passione *om. P.* d) Brittania *R 1. ϱ 3;* Britania *Pa 1. Pb 1, sed corr. Pa 1 corr. 2 in* Britannia; Brittannia *cet.* e) *corr. in* ignorabamus *(ita Pa 2) corr. 1 Pa 1.* f) quaerebamus *om. Pb 4. Pa 2;* nesciebamus *Pa 2.* g) ennarrare *Pa 2.* h) hinc *Pa 2.* i) in *om. P, sed add. corr. 2 Pa 1.* k) hominum *Pb 4.* l) corda *R 1. Pb 4; om. hoc verb. Pa 2.* m) dei *om. Pb 4* — dei omnip. *Pa 2.* n) sancta *Pb 1.* o) me *Pb 1.2. Pa 1, sed corr. Pa 1;* ne *Pb 4.* p) *ex* pravis *corr. Pa 1.* q) legatur *R 1. Pa 1.* r) *verba* praeceptis *usque* quod *om. Pb 4.* s) intellectus *Pa 1. Pb 1.* t) iacet *Pb. Pa 1, sed corr. Pa 1.* u) est hoc opus *Pa 2.* v) modo *Pa 2.* w) omnium *R 1.* x) se *om. Pa 2.* y) *ex* tute *corr. Pa 1.* z) *in* converti *corr. Pa 2; corr.* converti *in* convertere *corr. 1 Pa 1.* a) *ex* in mundo *corr. Pa 1;* iu mundo *R 2. ϱ 3;* immundo *R 1;* mundum (*om.* in) *Pb 4.* b) dimisit *Pb 4.* c) *ex* eligit *corr. Pa 1;* legit *Pb 4.* d) hoc *Pb 1.* e) *in* qui *corr. Pa 1;* qui, *sed erad. Pa 2.* f) *ita R 1. Pb 1. Pa 1, sed in* gente *corr. Pa 1;* gente *in* gentem *corr. Pa 2;* gente *R 2. ϱ 3. Pb 4.* g) est dign. *Pa 2.*

XI, 36. De Augustino cf. ep. VI, 49 n. 3. Hic primo in ep. VIII, 4 episcopus appellatur. Cf. ep. VIII, 29. XI, 34 n. 4 et ep. praeced. et seq. 1) *Cf. ep. V, 42 in.* 2) *Cf. Ioh. 12, 24.*

operari. Sed est in isto dono[h] caelesti, frater[i] carissime[k], quod cum magno gaudio vehementissime debeat formidari. Scio[3] enim, quia[l] omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente[m] quam eligi[n] voluit magna miracula ostendit[o]. Unde necesse est, ut de eodem dono caelesti et timendo gaudeas et gaudendo pertimescas; gaudeas videlicet, quia Anglorum animae per exteriora[p] miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur, pertimescas vero, ne inter signa quae fiunt infirmus animus in sui[q] praesumptione se elevet et, unde foras[r] in honore attollitur[s], inde per inanem gloriam intus cadat. Meminisse etenim[t] debemus quod[u] discipuli cum gaudio a praedicatione redeuntes, dum caelesti
Luc. 10, 17. magistro dicerent: 'Domine, in nomine tuo[v] etiam daemonia nobis subiecta sunt', pro-
Ibid. v. 20. tinus audierunt: 'Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelo[w]'. In privata enim et[x] temporali laetitia mentem posuerant, qui de miraculis gaudebant[y]. Sed de privata ad communem, de temporali[z] ad aeternam[a] laetitiam revocantur, quibus dicitur: 'In hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelo[b]'. Non enim omnes[c] electi miracula faciunt, sed tamen eorum nomina omnium[d] in caelo tenentur ascripta. Veritatis[e] etenim[f] discipulis esse gaudium non debet, nisi de eo bono quod commune cum omnibus habent et in quo finem laetitiae non habent.

Restat itaque, frater[g] carissime[h], ut inter ea quae operante Deo exterius facis semper te interius suptiliter iudices ac suptiliter[i] intellegas et temetipsum, quis sis[k] et quanta sit in eadem gente[l] gratia, pro cuius conversione[m] etiam faciendorum signorum dona percepisti, et, si quando te creatori nostro seu per linguam sive[n] per opera reminiscaris[o] deliquisse[p], semper haec ad memoriam revoces[q], ut surgentem cordis gloriam memoria reatus[r] premat[s] et, quicquid de faciendis signis acceperis vel accepisti[t], haec[u] non tibi, sed illis deputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt[v] [3].

Occurrit autem menti ista cogitanti, quid[w] de uno Dei famulo actum sit, etiam egregie electo. Certe Moyses[x] dum[y] Dei populum ex Aegypto[z] educeret, mira, sicut tua[a] fraternitas novit, signa in Aegypto operatus est. In Sina[b] monte quadraginta diebus et noctibus ieiunans legis tabulas accepit inter coruscos et tonitruos[c] pertimescente omni populo, omnipotentis Dei servitio solus familiari etiam collocutione coniunctus est, rubrum mare aperuit, in itinere ducem habuit nubis[d] columnam, esurienti populo manna[e,f] deposuit[g], carnes[h] desiderantibus usque ad satietatem nimiam[i] in heremo per miraculum ministravit. Sed cum iam sitis[k] tempore ad petram ventum fuisset[l], diffisus[m] est seque de eadem aquam educere[n] posse dubitavit, quam iubente

h) caelesti dono *Pa2;* dono *om. Pb. Pa1, sed add. corr. Pa1. Pb5.* i) fratres *Pb1. Pa2.* k) karissimi *Pa2.* l) quod *P.* m) gentem *(ita et Beda)* que, *sed. del.* que *R1.* n) elegi *corr. in* elegit *R1;* elegi *Pb1.4, sed corr. Pb4;* voluit elegi *Pa2.* o) ostendi *R1.* p) exteriorum *Pa2.* q) sua *Pa2.* r) fortis *Pa2.* s) *om. hoc verb. Pb4;* non tollitur *R1. Pa1. Pb1.2, sed corr. R1. Pa1 corr. 2;* extollitur *Pa2;* in honorem tollitur *B.* t) enim *Pa2.* u) quia *B.* v) tuo nom. *P.* w) celos *Pb1;* caelis *Pa2.* x) etenim *ϱ3.* y) *ex* gaudeant *corr. Pb1;* gaudent *Pb4.* z) *ex* tempora *corr. Pb1.* a) *om.* ad *Pb1,* ad aeternam *R1.* b) caelis *Pa2.* c) omnes *om. Pa1. Pb4, sed add. corr. 1 Pa1.* d) nomina omnium *R1. ϱ3. B;* omn. nom. *cet.* — omnium *om. Pa2.* e) veritas *Pb2.* f) enim *Pa2.* g) frēs *Pb1.* h) *corr. ex* carissimi *corr. 1 Pa1.* i) ac supt. *om. ϱ3.* k) qui sis *Pb1.* l) in eadem gente sit *Pb4;* sit in eandem gentem *R1.* m) conversatione *Pb. Pa1.* n) seu *P.* o) reminisceris *B. ϱ3;* reminiscis *Pa2.* p) delinquisse *Pb1.2. Pa1, sed corr. corr. 2 Pa1;* reliquisse *R1.* q) revocata *Pa2.* r) *corr. ex* rectus *corr. 1 Pa1.* s) presumat *Pb1;* primat *Pa1.* t) *corr. ex* accipistis *corr. 2 Pa1.* u) hoc *R1. Pb4.* v) sunt conlata *Pa2.* w) quod *Pa2.* x) Moses *Pa1. Pb2, sed corr. Pa1 corr. 2.* y) cum *R1.* z) Ègipto *Pa1.* a) vestra *Pa2.* b) Sina *Pb2.4. Pa1. ϱ3;* Syna *cet.* c) tonituos *Pb1.* d) nivis *Pa1. Pb2, sed corr. Pa1 corr. 1.* e) populu *(corr. 2:* populo) magnam *(corr. 1:* mannam) *Pa1;* mannam *etiam Pb, sed corr. Pb2.4.* f) de caelo *hic add. Pb. Pa2 et Pa1 corr. 1.* g) posuit *Pb.* h) carnis, *sed corr. Pb2;* carnem *Pa2.* i) ad animam satietatem *Pa2.* k) scitis *Pb1.* l) esset *Pa2.* m) *ex* diffusus *corr. Pa.* n) *ex* sedque de adem aque ducere *corr. al. m. Pa2.*

3) *Verba* Scio *usque* collata sunt *refert Beda in hist. eccl. I, 31.*

Domino[o] percussit atque[p] largis utique[q] fluentis[r] aperuit. Quanta autem post haec per triginta et octo annos in deserto miracula fecerit[s], quis enumerare, quis investigare valeat? Quotiens res dubia animum[t] pulsasset, recurrens ad tabernaculum secreto Dominum[u] requirebat atque de ea protinus Deo loquente docebatur. Iratum Dominum populo placabat[v] suae precis interventione[w], surgentes in superbia atque in discordia dissidentes dehiscentis terrae hiatibus absorbebat[x], victoriis premebat hostes, signa[y] monstrabat civibus[z]. Sed cum iam[a] ad repromissionis terram ventum fuisset[b], vocatus in monte est[c] et, quam culpam ante triginta, ut dixi, et octo annos[d] fecerat[e], audivit, quia[f] de educenda[g] aqua dubitavit[f], et propter hoc, quia terram repromissionis intrare non possit[h], agnovit. Qua in re considerandum nobis est, quantum[i] timendum sit[k] omnipotentis[l] Dei iudicium, qui per illum famulum tot signa faciebat, cuius culpam tam[m] longo tempore adhuc servabat in cogitatione[n]. Si[o] igitur, frater carissime[p], et[q] illum[r] agnoscimus post signa pro culpa mortuum, quem[s] omnipotenti[t] Deo[u] novimus[v] praecipue electum, quanto nos debemus metu contremescere, qui necdum adhuc[w] novimus, si electi sumus?

De reproborum vero miraculis quid dicere debeo[x], cum tua bene[y] fraternitas noverit, quid[z] in evangelio veritas dicit[a]: 'Multi venient in illa die dicentes mihi[b]: Matth. 7, 22. domine, in tuo nomine prophetavimus et in tuo nomine[c] daemonia eiecimus[d] et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Sed dico[e] illis: nescio, qui estis; recedite a me omnes[f] operarii iniquitatis'. Valde ergo premendus est animus inter signa et miracula, ne fortasse in his propriam gloriam[g] quaerat et privato[h] suae exaltationis[i] gaudio exultet. Per signa enim animarum lucra quaerenda sunt et illius gloria, cuius virtute ipsa eadem signa generantur[k]. Unum vero nobis Dominus signum[l] dedit[m], de quo et vehementer gaudere et electionis in nobis gloriam possimus[n] agnoscere, dicens[o]: 'In hoc scietur[p], Ioh. 1, 53. quia mei discipuli estis[q], si dilectionem habueritis ad invicem'. Quod signum propheta requirebat, cum diceret[r]: 'Fac mecum, Domine, signum in bonum[s], ut videant qui me Ps. 85, 17. oderunt et confundantur'.

Haec autem dico, quia auditoris mei animum in humilitate sternere cupio. Sed[t] ipsa tua humilitas habeat[u] fiduciam suam[t]. Nam peccator ego spem[v] certissimam teneo, quia per[w] omnipotentis creatoris ac redemptoris nostri[x] Dei domini Iesu Christi gratiam iam tua peccata dimissa sunt et idcirco electus[y] es, ut[z] per te dimittantur aliena.

o) domino *om. Pb4;* deo *Pa2.* p) percussit atque *om. P.* q) largis utique *om. R1.2. ϱ3; in ras. haec verba add. corr. 1 Pa1.* r) fluentis *Pa;* in effluentis *Pb. R2; post ras. 3 litt.* effluentis *R1;* in amnem fluentis aquę *ϱ3.* s) faceret *Pb. Pa1, sed corr. Pa1 corr. 1 et Pb4;* sit ceterum, *suprascr.* operatus *R1.* t) aīam *R1.* u) deum *Pa2.* v) placavit *P.* w) interventionisue *R1.* x) absolvebat, *suprascr.* vel absorbebat *ϱ3.* y) signum *Pa2.* z) vicibus *Pa2.* a) iam *om. Pa1, sed add. corr. 1* — iam cum *Pb. Pa2.* b) fuisset ventum *Pb. Pa1.* c) vocatur in m. (*om.* est) *Pa2.* d) ante, ut dixi, XXX et VIII a. *Pb1;* ante XXX et VIII a., ut dixi, *Pb4.* e) fecerit *R1.* f) *verba* quia *usque* dubitavit *om. Pa2.* g) de ducenda *Pb1;* educenda *et* de *post. add. Pb4.* h) *in* posset *corr. Pa1 corr. 2.* i) quanto *R1.2.* k) sit timendum *Pa2;* timidum sit *Pb4.* l) omnip. *om. Pa2.* m) culpa tot *R1.* n) cogitationes *R1.* o) si *om. R1. ϱ3, sed ras. exhibet R1.* p) frs̄ km̄i *R1;* ff. kkme. *R2;* fri km̄e *Pb1.* q) et si et *ϱ3.* r) illic *R1.* s) a *add. Pa2,* ab *ϱ3 et m. post. Pb4.* t) omnip. *om. Pa2;* omnipotenti *Pa1. Pb2;* omnipotente *cet.* u) deo *om. Pb. Pa1.* v) cognovimus *Pa2.* w) adhuc *om. Pa2.* x) *ex* debeam *corr. R1.* y) bene *om. R1;* frat. bene *Pa2.* z) quod *Pb4.* a) dicitur *ϱ3.* b) multi dicent mihi in illa die *Pa2.* c) nom. tuo *Pb1.* d) iecimus *Pa1. Pb2, sed corr. Pa1 corr. 1;* eicimus *Pb1.* e) *corr. in* dicit *corr. 1 Pa1;* dicet *Pa2.* f) omnes *om. R1. ϱ3.* g) gloriam propriam *Pb* — *om.* gloriam *Pa1, sed corr. 2 add.* laudem *(ita Pa2).* h) privatus *ϱ3* — suo *Pb2.* i) exultationis *R1. ϱ3. Pb1.* k) *ita R1;* gerantur *Pa1. ϱ3, sed in* geruntur *corr. Pa1 corr. 1;* geruntur *Pb. Pa2.* l) signum dominus nobis *Pb.* m) *ita R1. ϱ3; om. hoc verb. Pa1, sed add. corr. 2* ostendit; ostendit *Pb. Pa2.* n) possumus *P.* o) dicit enim *Pa2.* p) cognoscent omnes (*pro* scietur) *Pa2.* q) estis disc. *Pa2.* r) dicens *Pa2.* s) bono *P.* t) *verba* sed *usque* suma *om. R1.* u) habet *Pa2.* v) semper *add. Pa2.* w) per *om. Pa2.* x) nostri *om. Pb1.3, sed post. suppl. Pb1.* y) *ex* coelectus *corr. Pa1.* z) *ex* et *corr. Pb1.*

Nec habebis luctum de quolibet reatu[a] in posterum, qui[b] de multorum conversione gaudium conaris[c] facere in caelo. Isdem vero conditor et redemptor noster cum de
Luc. 15, 7. paenitentia hominis[d] loqueretur, ait: 'Ita[e] dico[f] vobis: maius gaudium erit in caelo super uno peccatore paenitentiam agente[g], quam super nonaginta novem iustos, quibus[h] non opus est[i] paenitentia'. Et si de uno[k] paenitente grande fit[l] gaudium in caelo, quale gaudium factum credimus de tanto populo a suo errore converso, quia[m] ad fidem veniens mala quae egit[n] paenitendo[o] damnavit? In hoc itaque caelo[p] et angelorum gaudio repetamus ipsas quas praediximus voces angelorum, dicamus igitur, dicamus
Luc. 2, 14. omnes: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'.

Data die kalendarum Iuniarum[q].

XI, 37.

Gregorius I. papa Ethelbertum, regem Anglorum, ad diffundendam per omnem Angliam Christi fidem, ad idolorum cultum insequendum, ad fana evertenda incitat atque, Augustino episcopo, in monasterii regula docto, sacrae scripturae scientia repleto, oboediat et opem ferat, hortatur. Exemplum Constantini imperatoris prae oculis ponit. De propinquo mundi interitu docet. Xenia mittit. *601, Iun. 22.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 188; ϱ: cap. 187; P: cap. 23. — Beda, hist. eccl. I, 32.
Edd. M: Lib. XI. ep. 66; G: Lib. IX. ep. 60. — Bedae hist. eccl. ed. Holder ex cod. Cantabr. (Freiburg) I, 32. — Iaffé Reg. 1827 (1416).

GREGORIUS ADILBERTO REGI ANGLORUM.

Propter hoc omnipotens Deus bonos quosque ad populorum regimina[a] perducit[b], ut per eos omnibus, quibus praelati fuerint, dona suae pietatis[c] impendat. Quod in Anglorum gentem factum cognovimus, cui vestra gloria idcirco est praeposita, ut per[d] bona quae vobis concessa sunt etiam[e] subiectae vobis genti[f] superna beneficia praestarentur. Et ideo, gloriose[g] fili, eam quam accepisti divinitus gratiam sollicita mente custodi[h], christianam[i] fidem in populis tibi subditis extendere festina, zelum[k] rectitudinis tuae[l] in eorum conversione[m] multiplica, idolorum cultus insequere, fanorum aedificia everte, subditorum mores in[n] magna vitae munditia[o] exhortando, terrendo[p], blandiendo[q], corrigendo et boni operis exempla monstrando aedifica, ut illum retributorem

a) *corr. ex* rectu *Pa1 corr. 1.* b) qui in posterum (*om.* de) *Pa2.* c) amaris *Pb;* conoris *Pa2;* conaris, *sed* con *in ras. Pa1.* d) hominis *om. Pa2.* e) ita ait *Pa2* — aut *pro* ait *Pb1.* f) *corr. ex* doco *corr. 1 Pa1.* g) agentem *R1;* agenti *Pb. Pa1, sed corr. corr. 1 Pa1.* h) *ex* qui *corr. Pb1.* i) erit *Pb. Pa1* — est opus *Pa2.* k) denuo (*pro* de uno) *Pb4.* l) sit *R1.* m) qui *Pa, sed corr. Pa1.* n) egit *om. R1.* o) appetendo *R1.* p) lętoque cęli *R1.* q) *ita restituendum esse docent codd. R. ϱ (cf. ante ep. XI, 33), nisi etiam hic legendum est:* d. d. X. k. Iuliarum *(cf. ep. seq.); pro* iuniarum: ianr̄ *Pb3;* iañ *cet. codd. P.* Dat. *etc. om. R. ϱ, ad ep. seq. trahunt codd. Pb.*

XI, 37 om. ϱ.* — Adilberto *R1. Pb2.3. R*1. Pa1 in ind. Vat. F (ed. M.);* Adelberto *ϱ3;* Adelb. *in* Adilb. *corr. Pb3 in ind.;* Adilperchto *Pa1;* Aldiberto *Pb1.6;* Adiliberto *ϱ1;* Hildiberto *Pb2 in ind. Pa2;* Hildeberto *Pa2 in ind.;* Adalbertho *Vat. D;* Ildeberto *Vat. A;* Alliberto *Vat. B; Beda:* domino gloriosissimo atque praecellentissimo filio Aedilbercto regi Anglorum Gregorius episcopus. a) regimen *Pa2.* b) adducit *Pa2;* per se ducit *R1.* c) potestatis *Pb. Pa1, ita et Vatic. D, qui addit* vel pietatis *(ed. Maur.).* d) utque *Pb1.* e) et in *pro* etiam *R1.* f) gentis *R1;* gente *Pb1.4.* g) gloriosae filii *Pb1.2.* h) *ex* custodire *corr. Pb2.* i) scristianam *Pb1.* k) *corr. ex* zelus *Pb2.* l) tuae *rect. Pa2.* m) conversatione *ϱ3. Pa2.* n) ex *Beda.* o) munditiae *Pb. R1.* p) terrendo *om. ϱ3.* q) *ita R1. ϱ1. Beda; om. hoc verb. P. ϱ3.*

XI, 37. De Adilberto vel Aedilbercto, rege Cantuariorum, cf. Bed. h. e. I, 25 ss. et ep. XI, 35 n.; eum mortuum esse die 24. m. Febr. a. 616 refert Beda in h. e. II, 5.

invenias in caelo, cuius nomen atque cognitionem[r] dilataveris in terra. Ipse enim vestrae quoque[s] gloriae nomen[t] etiam posteris gloriosius[u] reddit[v], cuius vos honorem quaeritis et servatis[w] in gentibus. Sic enim Constantinus quondam[x] piissimus imperator[1] Romanam rempublicam a[y] perversis idolorum cultibus revocans[z] omnipotenti Deo domino[a] nostro Iesu Christo secum[b] subdidit seque cum[c] subiectis populis tota ad eum mente convertit. Unde factum est, ut antiquorum[d] principum nomen suis vir ille laudibus[e] vinceret et tanto in opinione praecessores suos, quanto et in bono[f] opere superaret. Et nunc itaque vestra gloria cognitionem[g] unius Dei patris et filii et spiritus sancti regibus ac populis sibimet subiectis[h] festinet infundere[i], ut et[k] antiquos gentis suae reges laudibus ac meritis transeat et, quanto in subiectis suis etiam aliena peccata deterserit, tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen securior fiat.

Reverentissimus autem[l] frater noster[m] Augustinus[n] episcopus[o] in monasterii[p] regula edoctus[q], sacrae scripturae scientia[r] repletus, bonis auctore Deo[s] operibus[t] praeditus[u] quaeque vos[v] ammonet, libenter[w] audite, devote peragite, studiose in memoria reservate[x], quia, si vos eum in eo[y] quod pro[z] omnipotente Deo loquitur auditis, isdem omnipotens Deus[a] hunc pro vobis exorantem celerius exaudit. Si enim, quod absit, verba[b] eius postponitis, quando eum omnipotens Deus poterit audire[c] pro vobis, quem vos neglegitis[d] audire pro Deo? Tota igitur mente cum eo vos in fervore fidei stringite[e] atque[f] adnisum illius virtute[g] quam vobis divinitas tribuit adiuvate[h], ut regni sui vos ipse faciat esse[i] participes, cuius vos[k] fidem in regno[l] vestro recipi et facitis custodiri[m].

Praeterea[n] scire vestram gloriam volumus, quia, sicut in scriptura sacra ex verbis Domini omnipotentis agnoscimus, praesentis[o] mundi iam terminus iuxta est et sanctorum regnum venturum est, quod nullo umquam poterit fine terminari. Adpropinquante autem eodem[p] mundi termino multa imminent[q] quae antea non fuerunt[r], videlicet inmutationes aeris terroresque de caelo et contra ordinationem[s] temporum tempestates, bella, fames, pestilentiae[t], terrae motus per loca. Quae tamen non omnia nostris diebus[u] ventura sunt, sed post nostros dies[v] omnia[w] subsequentur[x]. Vos itaque si qua ex his evenire in terra vestra cognoscitis[y], nullo modo vestrum animum perturbetis, quia idcirco haec signa de fine[z] saeculi praemittuntur[a], ut de[b] animabus nostris debeamus esse solliciti, de mortis hora suspecti et venturo iudici in bonis actibus inveniamur[c] esse[d] praeparati[e]. Haec nunc[f], gloriose fili[g], paucis locutus sum[h], ut[i],

r) conditionem *ϱ1.* s) quoque *om. Pa2. Pb4.* t) gloria vestrae nomen *Pa2.* u) gloriosiorem *codd. n.; in* gloriosio *corr. Pb4;* gloriosius *B.* v) reddet *Pa2. ϱ3. B.* w) reseratis *Pa;* reservatis *Pb.* x) quod *ϱ1;* quodam *Pb1.2;* quidam *Pb4;* quoddam *Pa2.* y) ac *Pb1.2.* z) revocatis *ϱ1.* a) domino deo *ϱ.* b) se *ϱ3.* c) cum *om. Pb1.* d) aniquorum *Pb1.* e) vir is ille laudabili *Pb4.* f) *rasur. 2 litt., om.* bono *R1.* g) agnitionem *R1.* h) subditis *Pa2.* i) *ex* impendere *corr.* imfundere *Pb4.* k) ut *om. B;* et *om. ϱ1. Pa2.* l) antem *om. B.* m) *ex* fratrem nostrum *corr. R1.* n) *corr. ex* Agustinus *corr. 2 Pa1;* Agustinus *Pb2.* o) *hoc verb. om. Pb4.* p) monasterio *Pb2, sed corr. m. 1.* q) regule doctus *R1. ϱ1, sed corr. R1 in* regula d.; regula d. *P;* regula edoctus *B.* r) scientię *Pb. Pa1.* s) deo auct. *Pa2.* t) opere *ϱ3.* u) deditus *Vat. F (ed. M.). Pa2;* repditus *ϱ1.* v) quem quod vos *Pa2.* w) libenter *om. B.* x) reservata *Pb1;* reservatae *Pb2;* servate *Pa2.* y) *ita B. ϱ;* in eo *om. cet.* z) pro *om. Pa2.* a) *ita R1. ϱ1. B; om.* deus *P. ϱ3.* b) vera *R1.* c) o. d. eum aud. pot. *Pa2.* d) audire neglegitis *Pa2;* negletis a. *ϱ1.* e) stringere te *in* stringire te *corr. R1;* stingite *Pb1.* f) atque *om. P.* g) virte *R1.* h) adiuvante *Pb1.4.* i) ess *Pb1.* k) vos *om. ϱ1;* fidem vos *Pb1.* l) regni *ϱ1.* m) custodire *P, sed corr. Pa1;* faciatis et custodiri *B.* n) propterea *Pa2.* o) *om.* agnoscimus pr. *R1.* p) eadem *Pb, in* eiusdem *corr. Pb4.* q) *ex* multum imminet *corr. Pb2.* r) fuerant *Pb* — ante ea non *(in ras.)* fuerant *Pb2.* s) ordinationes *R1; corr.* ordinationem *in* ordinem *(ita ϱ1) Pb4.* t) et *add. corr. Pa1.* u) nostris dieb. omnia *Pa2.* v) nostris diebus *Pa2.* w) omnia *om. P.* x) *ex* subsequenter *corr. Pb1.* y) contigerit *Pa2.* z) *ex* definire *corr. Pb1.* a) permittuntur *R1.* b) unde *ϱ3.* c) inveniamus *ϱ1.* d) esse *om. Pa2.* e) parati *Pa2.* f) enim *Pa2.* g) filii *Pa1. Pb2.4.* h) verbis *add. Pa2.* i) et *Pb. Pa2.*

1) *Cf. ep. XI, 35.*

cum christiana fides in regno vestro excreverit, nostra quoque apud vos locutio latior excrescat et tanto plus[k] loqui libeat, quanto se in mente nostra gaudia de gentis vestrae perfecta conversione multiplicant.

Parva autem exenia transmisi, quae vobis parva non erunt, cum a[l] vobis ex beati Petri apostoli fuerint[m] benedictione suscepta. Omnipotens itaque Deus[n] in vobis gratiam suam quam coepit perficiat atque vitam vestram et hic per multorum annorum curricula extendat et post longa tempora in caelestis vos patriae congregatione recipiat[o.p] [2].

Data[q] die X.[r] kalendarum Iuliarum[s.t] indictione IIII[u].

XI, 38.

Gregorius I. papa Vergilium, episcopum Arelatensem, monet, ut synodum simoniae exterminandae causa cogat et Serenum, episcopum (Massiliensem), a pravorum hominum societate prohibeat. Monachos ad Augustinum episcopum transmissos commendat.

601, Iun. 22.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 189; ϱ: cap. 188; P: cap. 24.
Edd. M: Lib. XI. ep. 55; G: Lib. IX. ep. 49. — Iaffé Reg. 1828 (1405).

GREGORIUS VERGILIO EPISCOPO ARELATENSI GALLIARUM.

Cum divinae lectionis testimonio idolorum[a] servitus avaritia nuncupetur, quo[b] studio de templo Dei sit pellenda[c] [1], cognoscitur et a quibusdam sacerdotibus, quod gementes dicimus, non cavetur. Tenet enim captivum cor saeva[d] cupiditas et licitum suadet esse malum quod imperat atque id agit[e], ut uno eodemque[f] gladio et dantem et accipientem interimat. Quis igitur post[g] hoc[h] locus contra avaritiam tutus[i] esse praevaleat, si Dei illi a pravis sacerdotibus aperiatur[k] ecclesia? Quando ovium[l] saepta inviolata custodiat, qui intrare lupum invitat[m]? Pro nefas! inlicito[n] manus munere polluit et alios[o] se benedictione[p] credit erigere, cum ipse[q] iam sit[r] propria iniquitate substratus[s] et sua nihilominus ambitione captivus. Huius[t] ergo mali[u] rapacitas quia arcem[v] numquam mentis vestrae intraverit et innoxias[w] habere vos manus de ordi-

k) *ita R1. ϱ. Beda;* amplius *P.* l) ex *Pb1. ϱ1; om.* a *Pa2.* m) fuerint ex b. Petri (*om.* apostoli) *Pa2.* n) d. it. omn. *Pa2.* o) recipiat *ϱ. R*1. Beda;* suscipiat *cet.* p) *Beda addit:* Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat, domine fili [3]. q) Data (dat *abbr. Pa. Pb1.6) etc. exhibent P et Beda, om. cet. codd., ad ep. seq. trahunt codd. Pb.* r) *ita Beda; pro* die *X:* die *Pa1;* d *Pa2;* dies *Pb1;* die s̄ *Pb2.4.6;* ids̄ *Pb3.* s) *ita Beda;* ian̄ *Pb1.2.4.6;* ianr. *Pb3.* t) *Beda add.:* imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto anno decimo nono, post consulatum eiusdem anno decimo octavo. u) XIII *Pa2.*

*XI, 38 om. ϱ*1. — In titulo:* Virgilio *ϱ. ϱ*3. Pa2. Pb3 in ind. R*1* — episcopo *om. R*1* — Abelat *R1;* Arelatensis *ϱ*2. Pb3.4 et Pb1.6 in ind.;* Arelatenensis *Pb1.6* — Galliarum *R1. ϱ;* in Galliarum *ϱ*2.3;* Gal *Pa1 in ind.;* Gall *Pb in ind.;* Galliarum *om. codd. P in* titulo. a) idorum *Pb3.* b) quod *ϱ3.* c) *ita R1. ϱ. ϱ*3;* debellanda *Pb. Pa2 et corr. 1 ex* bellanda *corr. Pa1;* sit dei plena (*in* pellenda *m. post. corr.*) *ϱ*2.* d) *ex* conserva *corr. Pb1.* e) ait *Pa2.* f) unum eademque *Pb3.* g) per *ϱ3.* h) haec *Pa2.* i) totus *Pb3.* k) aperitur *R1. ϱ*2.3.* l) obvium *R1.* m) *ex* invetiat *corr. ϱ*2.* n) se *add. corr. 2 Pa1.* o) ob hoc *Pa2.* p) *ex* benedictionis *corr.* benedictioni *Pb1.* q) ipse *om. P.* r) sit iam *P.* s) subtractus *R1.* t) cuius *R1.* u) *om.* mali *P.* v) aram *Pb1.* w) innoxas *Pb1;* adnoxias *ϱ*2.3, sed corr. ϱ*2.*

2) Nota Gregorium erga Anglorum reges eisdem fere formulis usum esse, quibus erga Francorum reges. *3) Haec, quam Beda refert, clausula congruit cum Diurni f. I, 4:* subscriptio ad comitem imperialis obsequii et ad exarchum *et cum f. I, 3* ad patricium, *in qua verba* domine fili *desunt.*

XI, 38. De Vergilio cf. ep. I, 45 n. V, 58. *1) Cf. Gal. 5, 20.*

nationibus[x] perhibetis[y], omnipotenti[z] Deo gratias agite et tanto ei vos[a] debitores esse cognoscite, quanto inlaesi ab huius morbi contagio[b] eo custodiente mansistis[2]. Sed haec vobis minus quam poterant[c] bona proficiunt[d], si hoc[e] et[f,g] aliis sollicite non vetastis[h]. Sicut[i] autem istud in te tibi malum displicuit, ita hoc et in fratre zelari[k] debueras. Nam dum[l] divina praecepta moneant[m] proximos nostros[n] sicut nosmetipsos debere[o] diligere[3], non parvae culpae[p] est[q] despicere[r] et quod sibi quis metuit alii non timere[s]. Vel nunc ergo, dilectissime[t] frater[u], da operam[v], ut quod a correctione[w] quiescendo in aliis perdidisti resarcias et ab hac[x] quos potueris pravitate compescas, atque, ut synodus ad eradendam[y] ipsam heresim congregari possit, insiste[z][4], quatenus cum[a] dilectionis[b] vestrae mercede melius ab omnibus caveatur, quod[c] auctore Deo omnium fuerit constitutione damnatum.

Praeterea[d] pervenit ad nos[e] fratrem et coepiscopum nostrum Serenum[5] pravos[f] omnino homines in societate sua recipere[g], denique[h] ut presbyterum quendam, qui post lapsum in suis adhuc dicitur[i] iniquitatibus volutari, familiarem habeat; quod a vobis suptiliter requirendum est. Et si ita constiterit, curae vobis sit[k] nostra hoc[l] sic vice[m] corrigere, ut et qui talem recepit[n], excessus[o] non familiaritate fovere, sed[p] discat potius ultione comprimere[q] et qui receptus est, item[r] discat[s] lacrimis peccata diluere[t], non iniquitatem[u] inmunditiis cumulare.

Monachos vero quos ad reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum transmisimus[6] fraternitas vestra[v] habeat in omnibus commendatos et ita eis[w] ad proficiscendum solaciari studeat atque concurrere[x], ut vobis sibi opitulantibus celere Deo protegente quo directi sunt valeant perexire[y].

Data[z] die X.[a] kalendarum Iuliarum[b] indictione IIII[c].

XI, 39.

Gregorius I. papa Augustino, episcopo Anglorum, pallium mittit eique mandat, ut in Eboracensi civitate episcopum ordinet, qui duodecim alios episcopos ordinet et iure

x) habere *etiam hic add.* ρ* 2.3. y) probatis *Pb. Pa2 et ex* prohibetis *corr. Pa1 corr. 1.* z) omnip. *om. Pa2.* a) *ex* eius *corr. Pb1;* vos ei *Pa2.* b) contagione *P.* c) poteramus *R1.* d) *ex* sufficiunt *corr.* ρ* 2. e) haec *Pa2.* f) et *om.* ρ 1. g) *ita P;* in *add. cet.* h) vitastis *R1.* ρ. *Vat. A. B. D. E (ed. M.);* visitastis *Pb1.2, sed corr. in* vit. *Pb2;* vitastis *corr. in* vetastis *Pb4;* vetastis *Pa1;* vetatis *Pa2.* i) Sic *Pb1.* k) zelare *P.* l) *om. hoc verb. R1;* cum *Pb.* m) moneamus *R1.* n) nos mon. prox. ρ 1 — nos (*pro* nostros) *Pa1.* ρ 3; hos ρ* 2.3. o) nos (*om.* metipsos debere) *Pa2.* p) parva culpa ρ 3 — non est parvae (*om.* culpae) *Pa2* — p. est culpae *Pa1.* q) est *om. Pb.* r) dispicere *P.* ρ 1; desp. *cet.* s) alio non inferre *Pa2.* t) kme̅ *Pa2.* u) fratrum *R1.* ρ 1. v) opera *R1.* ρ 1. *Pb1.2.* w) ad correctionem ρ 3; a correptione *Pa2.* x) hoc *Pb1.* y) herudiendam *Pb1;* erudendam *Pb2;* erudiendam *Pb4;* eradicandam *Pa2;* delendam ρ 3. z) insistere *R1.* a) cum *om. Pa.* b) *corr. ex* dum lectionis *corr. 2 Pa1.* c) cur *R1.* d) propterea *Pb1.* e) vos *Pb1.* f) prava vos *Pb1.* g) ita *add. P.* h) denique *om. Pa2.* i) adhuc in suis d. ρ 1. *Pa2;* in suis d. adhuc ρ* 2.3. k) sit vobis *Pa2.* l) hunc ρ 1; *om. hoc verb. R1.* m) auctoritate ρ 1. n) *ita R1. Pa1. Pb2 et ex* accepit *corr. Pb1;* recipit ρ 1. ρ* 2.3; recipere ρ 3. o) *ita R1.* ρ* 2.3. ρ 3; *om. hoc verb. P;* sciat eum (*pro* excessus) ρ 1. p) se ρ 3. q) couprẹmere *Pb1.2;* premere *Pa2.* r) *ita scr.; hoc verb. om. Pa2:* idem *cet.* s) cum *hic add. Pb1.* ρ 1. t) *ex* dilueret *corr. R1.* u) in *hic add. Pb1.* ρ 1. v) tua *Pa2. Pb2.3.4 et Pa1 corr. 2* (*om.* vestra). w) eos *R1.* x) concurrat *Pa2.* y) *ita R1. Pa1, sed in* pergere *corr. corr. 2 Pa1;* perrexire *Pb1;* pergere ρ. *Pa2;* existere ρ* 2. z) Data (*codd. abbrev.* dat) *etc. exhibent soli codd. P; Pb ad ep. seq. trahunt.* a) *ita Pb,* X *om. Pa.* b) febr̄ *Pa2; om. mensem cet.* c) III *Pb6.*

2) Cf. ep. V, 58 (p. 369 n. 4). IX, 218 (p. 206). 3) Cf. Matth. 22, 39. 4) Cf. mandata, quae noster a. 599 m. Iul. episcopis Galliarum de congreganda synodo per Cyriacum abbatem transmisit, ep. IX, 218 etc.; sed illam synodum congregatam non esse efficitur et ex hoc loco et ex ep. XI, 40. 47. 49. 5) De Sereno, ep. Massiliensi, cf. ep. VI, 50 n. XI, 10. 6) Cf. ep. XI, 34 n. 4 s.

metropolitani perfruatur et pallium accipiat, sed Augustino subiaceat. Post Augustini obitum inter Eboracensem et Londiniensem episcopos ita honor distinguatur, ut ille prior sit, qui prius ordinatus fuerit. *601, Iun. 22.*

Codd. P: cap. 25. — Beda, hist. eccl. I, 29.
Edd. M: Lib. XI. ep. 65; G: Lib. XII. ep. 15. — Bedae hist. eccl. ed. Holder ex codice Cantabrigiensi (Freiburg) I, 29. — Iaffé Reg. 1829 (1415).

GREGORIUS AUGUSTINO EPISCOPO ANGLORUM.

Cum certum sit pro omnipotenti[a] Deo laborantibus ineffabilia aeterni regni praemia reservari[b], nobis tamen eis[c] necesse est honorum[d] beneficia tribuere[e], ut in spiritalis operis studio ex remuneratione valeant[f] multiplicius insudare. Et quia nova Anglorum ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam[g] eodem Domino largiente et te laborante perducta est, usum tibi pallii in ea ad sola missarum sollemnia agenda[1] concedimus, ita ut per loca singula duodecim episcopos ordines, qui tuae subiaceant dicioni, quatenus Lundoniensis[h] civitatis episcopus[2] semper in posterum a synodo[i] propria debeat consecrari atque honoris pallium ab hac sancta et apostolica[k], cui[l] Deo auctore deservio, sede percipiat.

Ad Eburacham[m] vero[n] civitatem[3] te volumus episcopum mittere, quem ipse[o] iudicaveris ordinandum, ita[p] ut, si eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipse quoque duodecim episcopos ordinet et metropolitani honore perfruatur, quia ei quoque, si vita[q] comes[r] fuerit, pallium tribuere Domino favente disponimus; quem tamen tuae fraternitatis volumus dispositioni[s] subiacere[t]; post obitum vero tuum ita episcopis quos ordinaverit[u] praesit[v], ut Lundoniensis[w] episcopi[x] nullo modo dicioni[y] subiaceat. Sit vero inter Lundoniae[z] et Eburachae[a] civitatis episcopos in posterum honoris ista distinctio[b], ut ipse prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus; communi autem consilio et concordi actione[c], quaeque sunt[d] pro Christi zelo agenda, disponant[e], unanimiter[f] recta sentiant et ea quae senserint non sibimet discrepando perficiant[g].

Tua vero fraternitas non solum eos episcopos quos ordinaverit neque hos tantum modo qui per Eburachae[h] episcopum[i] fuerint ordinati, sed etiam omnes[k] Brittaniae

XI, 39 in titulo: Pa2: Agustino, *sed recte in indice; Pb1.3 in indice:* Agustino, *sed in titulo Pb1:* Augustus; *Pb6:* Augūst — Angulorum *Pb1 in ind.* — Reverentissimo et sanctissimo fratri Augustino coepiscopo Gregorius servus servorum Dei *Beda.* a) *om. hoc verb. Pa2; in* omnipotente *corr. corr. 2 Pa1.* b) reserari *Pb1.* c) eis *om. Pa2.* d) *ex* horum *corr. Pb3;* bonorum *Vat. A. D (ed. M.).* e) retribuere *Pa2.* f) valeat *Pa2.* g) ad D. gr. omnip. *Pa2.* h) *ex* Lundionensis *corr. Pb2; ex* Laudoniensis *Pb3;* Lugdunensis *Pb4;* Ludoniensis *Pa2;* Londonensis *Vat. D (ed. M.).* i) sinodi *Pb1.* k) sca̅ sede apostolica *Pa2.* l) cum *Pb1.* m) *ita Pa1;* Eburacam *B;* deborracham *Pa2;* Eboradiam *Pb1;* Eboracham *Pb2.3.4.* n) autem *Pa2.* o) ipsum *Pa1.* p) ordinare ita dumtaxat *Beda.* q) civita (*pro* si vita) *Pb1.* r) comis *Pb. Pa1, sed corr. corr. 1 Pa1.* s) dispositione *Pb. Pa2.* t) permanere *Pa2.* u) ep̅s quem ordinaveris *Pa2.* v) praesis *Pb4.* w) Luduniensis *Pa2;* Lugdunensis *Pb4.* x) ep̅o *Pa2;* ep̅s *Pb1.4, sed corr. Pb4;* epsc. *Pb2.* y) dicionis *Pb1. Pa2.* z) Lugdonie *Pb4.* a) Ebbarachae *Pa2;* Eburace *Pb4;* Eburacae *B.* b) dinctio *Pb1.* c) concordia (*om.* actione) *Pa2.* d) quaequerunt *Pb2;* q. erunt *Pa2. Pb3.* e) zelo disponant quae agenda sunt *Pa2.* f) uniamimiter *Pb2.4.* g) proficiant *Pb1.* h) *ita Pa1. Pb1.2;* Eburacae *B;* Eborrachem *Pa2;* Eboracae *Pb4.* i) ep̅i *Pb1.* k) omnis *Pa2.*

XI, 39. De Augustino cf. ep. VI, 49 n. 3. Adde ep. XI, 34 ss. — Superscriptio, quam Beda exhibet, scripta est secundum f. Diurni I, 9. 10 (ad episcopum). — *Huius ep. Beda etiam in Chronico mentionem facit.* *1) De hac clausula cf. ep. V, 11 n. 3. Cf. septimam* interrogationem Augustini. *2) Mellitus ab Augustino Lundoniensis episcopus consecratus est: cf. ep. XI, 34 n. 5. Cuius successori Iusto Bonifatius V papa pallium misit: cf. Bed. h. e. II, 8. I-E. 2006 s. Cf. 2020.* *3) Eboraci, in metropoli Nordanhymbrorum, Paulinus consecratus est a. 625 (Bed. h. e. II, 9), cui Honorius papa pallium misit (ib. II, 17. I-E. 2020); qui episcopus postea expulsus in Cantiam rediit (Bed. h. e. II, 20).*

sacerdotes habeat Deo domino nostro Iesu Christo auctore subiectos, quatenus ex lingua et vita tuae sanctitatis et recte credendi et bene vivendi formam percipiant atque officium suum fide ac moribus exequentes ad caelestia, cum Dominus voluerit, regna pertingant[l].

Data[m] die X.[n] kalendarum Iuliarum[o] indictione IIII[p].

XI, 40.

Gregorius I. papa Aetherium, episcopum (Lugdunensem) convocandae synodo insistere iubet. Ut confirmentur ecclesiae eius privilegia, veteres tabulas, quas in scrinio ecclesiae Romanae inveniri posse negat, poscit. Gesta vel scripta b. Irenaei non esse reperta significat. Commendat monachos Angliam petentes, quos ad Augustinum episcopum miserit.

601, Iun.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 190; ϱ: cap. 189; P: cap. 26.
Edd. M: Lib. XI. ep. 56; G: Lib. IX. ep. 50. — Iaffé Reg. 1830 (1406).

GREGORIUS ETHERIO EPISCOPO GALLIARUM.

Epistolarum vestrarum[a] plena venerabili gravitate locutio ita sibi cordis nostri iunxit[b] affectum, ut mutuum semper libeat[c] miscere sermonem, quatenus, etsi corporali[d] frui[e] vobis[f] praesentia[g] non valemus[h], nil[i] sibi contra nos absentia hoc intercurrente valeat commercio vindicare. Quantus namque in vobis ecclesiastici ordinis amor eniteat[k], quanta sit dilectio disciplinae, quantum observantiae studium salubrium decretorum, ex illo, quod nostram summisse[l] et omnino libenter[m] adhortationem accipitis et servandam inviolabiliter praedicatis, ostenditis. Quia igitur ad aliorum emendationem promptum[n] cor geritis et vetustatis[o] malum libera, sicut decet, voce damnatis[p], postquam et aliis fratribus coepiscopisque[q] nostris ipsa voluntas est[r], oportet, ut unanimes contra dominicos hostes insurgere[s] et avaritiam de domo Dei synodali debeatis definitione proicere[1]. Nil in dandis ecclesiasticis ordinibus auri saeva[t] famis[2] inveniat, nil[u] blandimenta subripiant, nil[u] gratia conferat, honoris praemium[v] vita[w] sit, provectus[x] incrementum modestia[y], ut optinente[z] huius modi observantia et indignus qui praemiis[a]

l) pertinguant *Pa, sed corr. corr. 1 Pa 1.* — *Hic add. Beda:* Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater[4]. m) Data *etc. ad epist. seq. trahunt codd. Pb* — dat̄ *omnes codd.* n) X *om. Vat. D (ed. M.).* o) *ita Pa et, ut videtur, Beda;* Iuł *abbr. Pb 1.6;* Iulias *Pb 3* — *Hic add. Beda:* imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto anno decimo nono, post consulatum eiusdem domini anno decimo octavo. p) XIV *Par. 2280.*

XI, 40 om. ϱ. In titulo:* Gall *Pa 1. Pb 2.3;* Galliae *Pa 2, sed recte in indice;* Gallariarum *Pb 3 in ind.* a) epistulam vestram *Pb 3.* b) *ita R 1. Vat. F (ed. M.);* vinxit *ϱ 3. Vat. A. B (ed. M.);* finxit *P, sed in* fixit *(ita ϱ 1) corr. Pa 1 corr. 2.* c) libet *Pb. Pa 1, sed corr. Pa 1 corr. 1.* d) *ita ϱ 1 et ex* corpurale *corr. Pa 1;* corporale *R 1. Pb. Pa 2;* corporaliter *ϱ 3.* e) *ex* fruit *corr. R 1.* f) *ita R 1. ϱ 1. Pa;* nobis *Pb 1.3.6;* nobiscum *Pb 2;* vestra *ϱ 3.* g) praesentiae *Pb. Pa 1, sed corr. Pa 1 corr. 1.* h) *ex* valeamus *corr. Pa.* i) *ita R 1. ϱ 1. Pb 2 et ex* nisi *corr. Pa 1 corr. 1;* nihil *cet.* k) amore niteat *Pb 1;* amor niteat *Pa 2;* amore initiat (*in* initeat *corr.*) *R 1.* l) misisse *Pa 2.* m) libentur *Pb 1.* n) pruptam *Pb 1;* prumptam *Pa 1. Pb 2, sed corr. Pa 1 corr. 2;* emendatione prompta *Pb 4.* o) vetustis *R 1;* vestustatis *Pb 1.* p) *ex* damnetis *corr. Pa 2;* damnaris *R 1.* q) coepiscopis (*om.* que) *R 1.* r) est vol. *Pa 2.* s) surgere *Pb 1.* t) auris seva *Pb 1;* auris eba *R 1;* auri *om. Pa 2.* u) nihil *Pb 1.* v) *ex* praemia *corr. Pb 1.* w) *ex* vite *corr. R 1.* x) sapientia *add. Vat. D (ed. M).* y) modestiae *Pa 2.* z) *ex* optinete *corr. Pa 1 corr. 2.* a) primis *Pa 1. Pb 2;* primus *Pb 1.4.*

4) *Subscriptio, quam Beda exhibet, scripta est secundum f. Diurni I, 10* (ad episcopum).

XI, 40. De Aetherio, ep. Lugdunensi, cf. ep. VI, 50 n. 1) *Cf. ep. XI, 38 n. 3.* 2) *Cf. Verg. Aen. III, 57.*

quaerit[b] ascendere iudicetur et digne cui bonum testimonium actio perhibet honoretur. Haec[c] vobis[d], dilectissime frater[e], cura sit, haec animis vestris sollicitudo semper invigilet, ut zelum, quem litteris ostendistis[f], cordis vestri testem esse opere demonstretis. Itaque adsidue instanterque[g] ad congregandam[h] synodum imminete et ita vos[i] enixius exhibete, ut nominis dignitatem in[k] officii amministratione[l] compleatis.

De eo vero quod ecclesiae vestrae ex antiqua consuetudine concedendum deposcitis requiri in scrinio fecimus, et nihil inventum est[m]. Unde ipsas nobis epistolas, quas vos dicitis habere, transmittite, ut ex eis quod concedendum est colligamus[3].

Gesta vero vel scripta beati Herenaei[n] iam diu est[o] quod[p] sollicite quaesivimus[q], sed[r] hactenus ex eis aliquid inveniri non valuit[s] [4].

Praeterea[t] fraternitas vestra monachos quos ad reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum dereximus habere studeat in omnibus commendatos[u] [5] suamque illis[v] propter Deum[w] caritatem exhibeat atque ita illis studio sacerdotali obnixe concurrat et suo eos[x] solacio[y] ad agendum iter[z] adiuvare festinet[a], ut, dum nulla eis illic[b] res remorandi[c] causas[b] intulerit, et hi[d] celerius perexire[e] et vos mercedem de praestitis invenire possitis[f-g].

XI, 41.

Gregorius I. papa Mennae Telonensi, Sereno Massiliensi, Lupo Cabalonensi, Agilfo Mettensi, Simplicio Parisiensi, Melantio Rotumensi, Licinio (Andegavensi), episcopis Francorum, a paribus, commendat monachos una cum Laurentio presbytero et Mellito abbate in Angliam ad Augustinum episcopum proficiscentes. *601, Iun.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 191; ϱ: cap. 190.
Edd. M: Lib. XI. ep. 58; G: Lib. IX. ep. 52. — Iaffé Reg. 1831 (1408).

b) queret *Pa 1.* c) hoc *Pa 1. Pb 1, sed corr. Pa 1.* d) nobis *Pb 4.* e) dilectissimi fratrum *R 1. Pa 1;* dilectissime fratrum *ϱ 1;* dilectissimi fratres *ϱ 3;* dilectissime frater *cet.* f) ostenditis *ϱ. Pa 2.* g) intrantesque *Pb 1.* h) congregandum *Pb. Pa 1.* i) vos *om. R 1. ϱ.* k) in *om. R 1. ϱ;* et (*pro* in) *Pa 2.* l) ministr. *R 1.* m) est inventum *Pa 2.* n) Hirenaei *ϱ 3.* o) est *om. Pb. Pa 1.* p) quodam *Pb 1;* quondam *Pb 2;* quoddam *Pb 4;* quod *in* quoniam *corr. Pa 1 corr. 2;* quod nos *Pa 2.* q) requisivimus *Pa 2.* r) et *R 1.* s) prevaluit (*om.* non) *R 1.* t) propterea *ϱ 1.* u) commedatos *Pb 1.* v) *ex* illos *corr. R 1.* w) propter Deum *om. ϱ 1.* x) eos *om. P.* y) *ex* consolatio *corr. Pa 1.* z) ita *ϱ 1* — ad iter ag. *Pa 2.* a) festinent *R 1.* b) *verba* illic *usque* causas *om. R 1.* c) morandi *ϱ.* d) hic *Pb. ϱ. Pa 1, sed corr. Pa 1.* e) *ita R 1. ϱ 1. Pa, sed in* pergere *(ita ϱ 3) corr. Pa 1 corr. 2;* perrexire *Pb 2;* perrexere *Pb 1. 4.* f) *ex* possetis *corr. corr. 2 Pa 1.* g) *Datum, quod hic codices exhibent, ad ep. XI, 1 pertinet. Cf. N. A. III p. 588.*

3) De quibus privilegiis agatur, nescio. An de pallio? 4) Cf. Langen l. l. I, 167 ss. II, p. 475 et S. Irenaei, ep. Lugdunensis, opera ed. Massuet (1734). 5) Cf. ep. XI, 34 n. 4. 5.

XI, 41. De Mena cf. ep. IX, 223 n. 1. XI, 9 n. 1. — De Sereno cf. ep. VI, 50 n. 1. — De Lupo Cabilonensi, qui post a. 591 episcopus factus est (cf. Greg. Tur. X, 28), cf. Gall. christ. IV c. 868 ss. et vitam eius in A. SS. Ian. 27. — Agiulfus, qui fertur patre ex nobili senatorum familia orto ex Chlodovei regis Francorum filia procreatus *Paul. diac. in gest. ep. Mettensium (SS. II p. 264); catalogus ep. Mett. (SS. XIII p. 306) refert eum sedisse annos XII et obiisse X Kal. Dec. — De Simplicio nihil traditum esse videtur; sed iam a. 614 alius ep. Parisiensis concilio subscripsit: cf. Gall. christ. VII c. 22. — De Melantio, ep. Rotomagensi, qui Praetextato remoto et post occiso successit, cf. Greg. Tur. VII, 19. VIII, 31. 41 et Gall. christ. XI c. 11 s. — Licinius ep. Andegavensis fuisse videtur; cf. de eo SS. rer. Merow. I p. 883; duae vitae eius referuntur in A. SS. Febr. 13. Adde Gall. christ. XIV, c. 549.*

GREGORIUS MENNAE TELONAE, SERENO MAXILIAE, LUPO CABALONI, AGILFO METTIS, SIMPLICIO PARISIS, MELANTIO ROTUMO ET LICINIO EPISCOPIS FRANCORUM A PARIBUS.

Licet fraternitatem vestram suscepti officii cura commoneat, ut religiosis viris et[a] praecipue in causa[b] animarum laborantibus omni debeat adnisu concurrere, non tamen ab re[c] est, si sollicitudinem vestram epistolarum nostrarum sermo pulsaverit, quia, sicut ignis aura flante fit[d] grandior, ita bonae mentis studia commendatione[e] proficiunt. Quia igitur redemptoris nostri gratia cooperante tanta de Anglorum gente ad christianae fidei gratiam multitudo convertitur, ut reverentissimus communis frater et coepiscopus noster Augustinus eos qui secum[f] sunt ad hoc opus exequendum per diversa loca asserat non posse sufficere, aliquantos ad eum monachos cum dilectissimis et communibus filiis Laurentio presbytero et Mellito abbate praevidimus transmittendos[1]. Et ideo fraternitas eis vestra caritatem quam decet exhibeat atque ita illis, ubicumque necesse fuerit, auxiliari festinet, quatenus, dum vobis opitulantibus nullas illic remorandi[g] causas habuerint, et ipsi[h] vestra se relevatos consolatione congaudeant et vos solaciorum exhibitione[i] in causa pro qua directi sunt possitis[k] participes inveniri.

XI, 42.

Gregorius I. papa Aregio, episcopo Galliarum (Vapincensi), scribit, ut de simonia concilio exstirpanda nitatur monachosque ad Augustinum euntes commendatos sibi habeat.

601, Iun.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 192; ϱ: cap. 191.
Edd. M: Lib. XI. ep. 57; G: Lib. IX. ep. 51. — Iaffé Reg. 1832 (1407).

GREGORIUS AREGIO EPISCOPO GALLIARUM.

Cum in[a] fraterna dilectione unum cor, unus sit animus, sicut in alterius prosperis[b] mens laetatur, ita in adversis affligitur, quia in utroque particeps esse lege caritatis astringitur[c]. Atque ideo maior nos de tristitia vestra[1] maeror[d] invaserat, ne prolixi fortasse luctus afflictio adsiduo cor vestrum dolore pulsaret et vitam gemitibus oneraret. Sed susceptis caritatis vestrae epistolis optato sumus gaudio consolati atque omnipotenti Deo gratias egimus, quia[e] et unanimitatem vestram incolumem et animum ad consolationem redisse cognovimus[f]. Nec enim aliter de vobis fuerat aestimandum, nisi quia, quicquid[g] adversitatis esset, sacerdotali sine dubio patientia[h] vinceretis.

Qualiter praeterea in abscidenda simoniaca heresi olim fraternitatis vestrae[i] zelus exarserit, bene recolimus. Unde hortamur, ut operam studiosius impendentes[k] districta

XI, 41 in titulo: m̄ *(ras.)* ne *ϱ** — Tolone *R*1* — Maxilia *R1. ϱ1. ϱ*1.4;* Masilia *ϱ*2.3* — Cabaloni *R1;* Cavalo *ϱ*1;* Cavalō *ϱ1;* Cabillonensis *ϱ3;* Cavalon *ϱ* 2.3.4;* Cavalona *R*1* — Acilfo *R1* — Metus *codd. n.* — Simplitio *ϱ** — Parisio *R*1* — Melancio *ϱ1. R*1* — Rotomo *ϱ*2.3;* Rotum̄o *R*1* — Licino *ϱ3* — epi *ϱ1* — a pār *abbr. ϱ1:* a partibus *ϱ*2.3;* partibus *R1;* ac paribus *R*1.* a) et *om. ϱ1.* b) causas *R1.* c) habere *R1.* d) sit *R1.* e) studiatione (*om.* commend.) *R1.* f) cum *ϱ1.* g) remorantibus *ϱ3.* h) ipsa *ϱ*1.* i) *hic add.* congaudeatis *ϱ*1.* k) *in* positis *corr. ϱ*2.*

XI, 42. a) in *om. R1.* b) prosperi *ϱ*1.* c) adstringimur *ϱ1.* d) memor *ϱ*1.* e) qui *R1. ϱ1.* f) cognoscimus *ϱ*2.3.* g) quod *add. ϱ*1.* h) pęnitentia *ϱ1.* i) fraternitas v̄ra (*in* v̄re *corr.*) *R1.* k) impedentes *ϱ1.*

1) Cf. ep. XI, 34 n. 4. 5.

XI, 42. De Aregio, ep. Vapincensi, cf. ep. IX, 219 n. XI, 44. 1) De eadem, ut videtur, afflictione noster in ep. IX, 219 scripserat.

inter alia quae scripsimus concilii[l] definitione[m] damnetur[2], quatenus, dum voluntatis nostrae intentio sollicitudinis vestrae fuerit ope completa, ét omnipotenti Deo oblationem gratissimam de vitiorum correptionibus offeratis et aliorum aedificatione[n], qualiter in vobis pastoralis officii cura[o] fulgeat, ostendatis[p]. Experientia autem vitae vestrae[q] nos provocat, quam valde multis praeeminere cognovimus, ut de[r] vobis hac in re grande[s] solacium praesumamus. Et ideo fervorem vestrum, sicut auctore Domino coepistis, explete, ut bona quae in vobis recta intentione[t] coepta sunt iuvante creatore omnium rectius impleantur.

Praeterea monachis quos ad reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum transmisimus[3] caritatem suam fraternitas vestra, ut consuevit, impendat et ita eis tam per se quam per alios quos potuerit ad proficiscendum solaciari studeat, ut, dum vobis providentibus[u] nullas illic difficultates vel moras habuerint, et nos quod de vobis confidimus sentiamus et Deus vobis omnipotens pro conversione animarum, pro quibus transmissi sunt,[v] recompenset.

XI, 43.

Gregorius I. papa Asclipiodoto, patricio Gallorum, Candidum presbyterum et ecclesiae Romanae patrimoniolum commendat; a regibus Francorum se poposcisse addit, ut ipsum patrimoniolum sub sua cura habeant. Reliquias beati Petri mittit. 601, Iun. 22.

Cod. P: cap. 30.

Edd. M: Lib. XI. ep. 14; G: Lib. XII ep. 17. — Iaffé Reg. 1833 (1362).

GREGORIUS ASCLIPIODOTO PATRICIO GALLORUM.

Prudentes viros, sicut estis, regibus adhaerere[1] multorum solamen est. Nam dum praestandi sibi locum ad animae datum utilitatem intellegunt, certum est, quia mercedis[a] causas, ubi inveniunt, non postponunt. Quanto[b] igitur affectu quantaque devotione gloria se vestra[c] in causis pauperum studio pietatis impenderit, dilectissimo[d] filio nostro Candido[e] presbytero[2] renuntiante comperimus. Sed quoniam hanc sibi quodam modo nobilitas[f] legem ponit, ut debere se[g] quod sponte tribuit aestimet et, nisi in beneficiis suis creverit, nihil praestitisse se reputet, paterna[h] dilectione salutantes gloriae vestrae suprascriptum[i] presbyterum et patrimoniolum ecclesiae nostrae fiducialiter commendamus, ut opis vestrae gratia[k] praemunitus[l] molestias[m] et onera

l) *ex* concilia *corr. R1.* m) diffinitione *ϱ*1;* definione *ϱ1.* n) edificationem *codd. n.* o) cure *R1.* p) ostenditis *ϱ*1.* q) vestrae *om. R1.* r) unde *R1.* s) regendae (*pro* re grande) *ϱ*1.* t) in | intentione *ϱ1.* u) previdentibus *R1.* v) suam gratiam *add. ϱ*.*

XI, 43 in titulo: Asclipiodoto *Pb1, sed in indice Pb1.2:* Asclepiodoto; Asclepiodocto *Pb3.6;* Asclepidoto *Pa1. Pb4;* Casclepidoto *Pa2, sed in indice* Asclipidoto; Asclepituo *P*1.* — Galliae *Pa2, sed recte in indice;* Gall. *Pb3;* Galliarum *Pb4, sed recte in indice.* a) *ex* mercedem *corr. corr. 2 Pa1;* mercedes *Pb.* b) quanta *Pb4.* c) gloriae se vestrae *Pb4* — in caus. paup. gl. se vestra *Pa2.* d) *hoc verb. om. Pa2.* e) Candito *Pa1. Pb1, sed corr. Pa1.* f) *corr. ex* mobilitas *Pa1;* nobilitatis *Pb4.* g) se *Pb1.* h) vos *add. corr. 2 Pa1.* i) *om.* scm *Pa. Pb1.4.* k) gratiae *Pa1. Pb, sed corr. Pa1 corr. 2.* l) premonitus *in* premunitum *corr. corr. 2 Pa1;* premunitum *cet. codd.* m) molestia *codd. n., sed corr. Pa1 corr. 2.*

2) Cf. ep. XI, 38 n. 3. 3) Cf. ep. XI, 34 n. 4. 5.

XI, 43 una, ut videtur, cum ep. seq. transmissa. — Ad Asclipiodotum, virum gloriosum, ep. IX, 225 data est. 1) Etiam initium epistulae congruit cum ep. IX, 225. Sed quo munere A. functus sit, ignoramus. 2) De Candido, rectore patrimonii Galliae, cf. ep. V, 31 p. 311 n. 3; VI, 10 n. Eum tunc Romam venisse apparet ex ep. XI, 34 (n. 3).

nulla sustineat. Sic[n] ergo studii in vos cura proficiat, utilitates[o] pauperum vobis[p] adnitentibus nutriantur[q], sentiamus quod de caritate vestra praesumimus[r]. Augete favoris[s] vestri praesidia, quia apud nobilium mentes semiplenum bonum videtur quod sine adiectione relinquitur. Et quoniam ab[t] excellentissimis filiis nostris regibus poposcimus, ut ipsum patrimoniolum sub sua habere[u] cura dignentur[v] [3], vobis adminiculantibus impleatur[w], ut vestrum[x] possit esse quod poscimus, quatenus et nos gratias referentes pro gloriae[y] vestrae incolumitate orare enixius[z] valeamus et vestrorum bonorum[a] vicissitudinem[b] Deus vobis omnipotens[c] et hic et in futuro compenset[4]. Clavem[5] vero a sacratissimo[d] beati Petri corpore, in qua de catenis eius benedictio continetur, transmisimus, quae collo vestro suspensa contra omnia adversa vos muniat.

Data[e] die X. kalendarum Iuliarum indictione IIII.

XI, 44.

Gregorius I. papa Aregio, episcopo (Vapincensi), Candidum presbyterum, latorem praesentium, commendat. *601, Iun.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 193; ϱ: cap. 192.

Edd. M: Lib. XI. ep. 15; G: Lib. IX. ep. 62. — Iaffé Reg. 1835 (1363).

GREGORIUS AREGIO EPISCOPO GALLIARUM.

In quanta[a] apud nos memoria fraternitatis vestrae sit caritas[1], cordis[b] vestri secretum[c] requirite, et ex eo quem[d] circa nos habet amorem colligitis. Et quoniam sincera in[e] dilectione nec vires absentia nec locum habet oblivio, ita sibi saepius imaginata fraternitatis vestrae[f] praesentia mens nostra reficitur, ac[g] si corporeis oculis[h] coram nos[i] sisti cernamus, quia nec abesse credendus[k] est, qui per dilectionis vinculum animis inhaeret. Quia ergo tanta in vobis sacerdotalis gravitatis ornamenta conspeximus, ut de vestro omnino instituto[l] in moribus laetaremur, multa[m] animis nostris de sollicitudine vestra promittimus. Unde quia[n] sic ea quae[o] Dei sunt[p] agitis, sic in commissi[q] vobis gregis custodia[r] vigilatis, ut tamen ea quae ex latere sunt prudenti moderamine dispensetis, latorem vobis[s] praesentium Candidum presbyterum[2] communem filium commendamus, ut opem illi in quibus necesse fuerit pro utilitate pauperum impendatis, quatenus, dum fraternitatis vestrae fuerit, sicut confidimus, iutus[t] auxilio, in eius consolatione nos invenisse[u] sentiat.

---

n) *ex* si *(ita Pb1) corr. Pa1 corr. 2.* o) utilitate *Pa, sed in* utilitati *corr. Pa1 corr. 2* — paup. util. *Pa2.* p) ut *ante* vobis *add. corr. 2 Pa1;* ut vobis *Pa2;* nobis *Pb4.* q) et *hic add. corr. 2 Pa1.* r) presumpsimus *Pb4.* s) favoribus *Pb1;* favores *Pb4.* t) ab *post. add. Pb1.* u) haberet *Pb.* v) dignetur *Pa1. Pb, sed corr. Pa1 corr. 2.* — hab. dignentur cura *Pa2.* w) impleantur *Pa1. Pb.* x) v̄rae *Pb1.* y) gloria *Pb4* — vestrae gloriae *Pa2.* z) nixius *Pb1.* a) bon. vestr. *Pa.* b) sollicitudinem *Pa2.* c) *etiam hic add.* ds̄ *Pb1.* d) sacratissimi *Pb1.* e) date *Pb1;* dāt *abbr. cet. codd. et ad seq. ep. trahunt Pb.*

XI, 44. a) quantum *ϱ*1.* b) cordis *om. ϱ*1.* c) *ex* secrete *corr.* secreta *R1.* d) quae *ϱ*1.* e) in *om. ϱ*1;* in sincera *ϱ3.* f) v. frat. *ϱ*.* g) et *R1;* ut *(ex* et *corr. ϱ*2) pro* ac si *ϱ*2.3.* h) vos oculis *ϱ.* i) *ita R1;* nos *om. ϱ*. ϱ.* k) credendum *ϱ1.* l) instituit *R1.* m) nullis *ϱ*1.* n) quia *om. ϱ*. ϱ3.* o) quęquę *R1.* p) sunt *om. R1.* q) *ex* commissis *corr. R1.* r) custodiam *ϱ1. ϱ*, sed corr. ϱ*2.* s) nobis *R1.* t) *ita ϱ1 et ex* iustus *corr. R1;* fultus *ϱ*. ϱ3.* u) se *add. ϱ1.*

3) Cf. ep. VI, 49. 57. *4) Multa in hac epistula congruunt cum f. Diurni 55* (preceptum commendaticium eunte rectore in patrimonio ad patricium). *5) De clavibus S. Petri cf. ep. I, 25 n. 5.*

XI, 44. De Aregio, ep. Vapincensi, cf. ep. IX, 219 n. XI, 42. *1) Aregium Romam profectum esse narrat eius vita in ep. IX, 219 n. laudata.* *2) Cf. ep. praeced.*

XI, 45.

Gregorius I. papa Vergilio, episcopo Arelatensi, Augustinum episcopum, ad eum fortasse venturum, commendat. *601, Iun. 22.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 194; ϱ: cap. 193. — Beda, h. e. I, 28.
Edd. M: Lib. XI. ep. 68; G: Lib. IX. ep. 63. — Bedae hist. eccl. ed. Holder ex cod. Cantabrigiensi (Freiburg) 1, 28. — Iaffé Reg. 1836 (1418).

GREGORIUS VERGILIO EPISCOPO ARELATENSI.

Quantus sit affectus venientibus sponte fratribus impendendus, ex eo, quod plerumque[a] solent caritatis causa invitari, cognoscitur. Et ideo si communem fratrem Augustinum episcopum [1] ad vos venire contigerit[b], ita illum dilectio vestra, sicut decet, affectiose[c] dulciterque suscipiat, ut et ipsum consolationis suae bono[d] refoveat et alios, qualiter fraterna caritas colenda[e] sit, doceat. Et quoniam saepius evenit, ut hi qui longe sunt positi prius[f] ab aliis[g], quae sunt emendanda[h], cognoscant[i], si quas[k] fortasse fraternitati vestrae sacerdotum vel aliorum culpas intulerit, una cum eo residentes[l] suptili cuncta investigatione perquirite et ita vos in ea quae[m] Deum offendunt et ad iracundiam provocant districtos ac sollicitos exhibete, ut ad aliorum emendationem[n] et vindicta[o] culpabilem feriat et innocentem falsa opinio non affligat[p].

XI, 46.

Gregorius I. papa a Brunichilda, regina Francorum, licentiam legati mittendi petit, qui Gallicos sacerdotes coerceat. *601, Iun. 22.*

Codd. R: Indictio I—IIII. cap. 195; ϱ: cap. 194; P: cap. 31.
Edd. M: Lib. XI. ep. 69; G: Lib. IX. ep. 64. — Iaffé Reg. 1837 (1419).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Prov. 14, 34. Cum scriptum sit: 'Iustitia elevat[a] gentem, miseros autem facit populos[b] peccatum', tunc regnum stabile[c] creditur, cum culpa quae cognoscitur citius emendatur. Multorum igitur[d] ad nos relatione pervenit, quod dicere sine afflictione cordis nimia[e] non valemus, ita quosdam sacerdotes in illis partibus impudice ac nequiter conversari,

XI, 45. Hanc ep. exhibet Beda h. e. I, 28. — In titulo: Vigilio *R*1;* Virgilio *ϱ*3. ϱ* — Arelatensi *ϱ 1;* Arelatensis *R 1. 2. ϱ 3. ϱ* 2. 3;* Aralatenš *ϱ* 1. R* 1;* Araletensi *ϱ* 4* — *Beda:* Reverentissimo et sanctissimo fratri Vergilio coepiscopo Gregorius servus servorum dei. a) eplerumque *R 1.* b) contingerit *R 1.* c) affectio *ϱ* 1;* affectuose *B.* d) *in* bonos *corr. R 1.* e) consolanda *Vat. D. E (ed. M.).* f) propriis *ϱ* 1.* g) alii *R 1.* h) emendenda *ϱ* 1.* i) cognoscat *R 1;* cognoscit *ϱ 1.* k) si qua se — culpa *Vat. D (ed. M.).* l) resi *ϱ* 1.* m) in e quę *R 1.* n) *ita B;* (*om.* ad) aliorum emendatione *R 1. ϱ 1. ϱ* 1;* ad illorum em. *ϱ* 2. 3.* o) *ita B;* vindictam *codd. n.* p) *Beda hic add.:* Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data die decima kalendarum Iuliarum, imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto anno decimo nono, post consulatum eiusdem domini nostri anno decimo octavo, indictione quarta.

XI, 46 in titulo: Brunigilde *R 1. ϱ 3;* Brunichilde *R 2. Pa 2;* Brunihildę *Pb 1. 2 in ind. et Pa 1. Pb 3. 6;* Brunildę *Pa 1 in ind. et Pb 1;* Brunechildae *Pb 4;* Brunehilde *Pb 3 in ind.* — Francorum reginae *R 1* — r. Fracorum *R 2.* a) iustitię levat *R 1.* b) pop. facit *Pb. Pa 1;* populos *om. Pa 2;* fac. populosa *R 1.* c) *ex* stabili *corr. R 1;* stabiliri *P.* d) igur *Pb 1.* e) nim. affectione cordis *Pa 2.*

XI, 45. De Vergilio cf. ep. I, 45 n. — Et superscriptio et subscriptio, quas Beda affert, congruunt cum f. Diurni I, 10 (ad episcopum). *1) Cf. ep. XI, 34 n. 4. — Maurini putant hic et in sequenti ep. de synodo communi episcoporum Galliae et Augustini convocanda agi. Cf. septimam* interrog. Augustini.

XI, 46. De Brunichilda cf. ep. VI, 5 n. VI, 49 n. VI, 57 n.

ut et audire nobis opprobrium et lamentabile sit referre. Ne[f] ergo, postquam huius nequitiae huc usque se tetendit[g] opinio, aliena pravitas[h] aut nostram[i] animam aut regnum vestrum peccati[k] sui iaculo[l] feriat, ardenter[m] ad haec debemus ulciscenda[n] consurgere, ne paucorum facinus[o] multorum possit esse[p] perditio[q]. Nam causa sunt ruinae[r] populi sacerdotes mali[1]. Quis enim pro populi[s] se[t] peccatis[u] intercessor obiciat, si sacerdos, qui exorare debuerat, graviora committat[v]? Sed quoniam eos quorum[w] haec[x] locus est[y] insequi nec[z] sollicitudo ad requisitionem[a] nec zelus[b] excitat ad vindictam, scripta ad nos vestra discurrant[c], et[d] personam, si praecipitis[e], cum vestrae auctoritatis assensu transmittimus[f] [2], quae una cum aliis sacerdotibus haec et[g] suptiliter quaerere et[h] secundum Deum debeat emendare. Nec enim sunt dissimulanda[i] quae dicimus, quia qui emendare potest et neglegit[k], participem se procul dubio delicti[l] constituit. Providete[m] ergo[n] animae vestrae[m], providete[o] nepotibus[3], quos cupitis regnare feliciter, providete provinciis et, priusquam creator noster manum suam ad feriendum[p] excutiat, de correctione huius[q] sceleris studiosissime cogitate, ne tanto postmodum acrius[r] feriat, quanto modo diutius et clementer expectat. Scitote autem, quia[s] magnum Deo nostro sacrificium placationis offertis[t], si tanti labem facinoris de vestris citius finibus amputatis.

Data[u] die X.[v] kalendarum Iuliarum[w] indictione IIII.

XI, 47.

Gregorius I. papa Theodericum, Francorum regem, hortatur, ut ad damnandam simoniam iubeat synodum convocari; gratias agit, quod Augustino episcopo ad Anglorum gentem eunti auxilium praebuerit, ut ex relatione revertentium quorundam monachorum compererit. Monachos ad Augustinum in Angliam proficiscentes commendat.

601, Iun. 22.

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 196; ϱ: cap. 195; P: cap. 32.
Edd. M: Lib. XI. ep. 59; G: Lib. IX. ep. 53. — Iaffé Reg. 1838 (1409).

GREGORIUS THEODERICO REGI FRANCORUM.

Excellentiae vestrae index cordis epistola, quanta in vobis fulgeat cum regia[a] potestate prudentia, ita luculenti[b] copia sermonis edocuit, ut dubium esse non valeat,

f) *hic post lacunam incipit Pb2.* g) se *om. R1* — tendit *R1. Pb1.4.* h) pravitatis *Pb1.* i) vestram *Vat. A (ed. M.).* k) peccata *Pb1.* l) iacula *Pb4.* m) ardentes *R1. 2.* n) ulc. deb. *Pa2.* o) facimus *Pa1. Pb1, sed corr. Pa1 corr. 2.* p) esse possit *Pa1. Pb2.4; om. haec verba Pa2.* q) sit *hic add. Pa2.* r) ruina *Pb1;* ruinae causa sunt *Pa2.* s) propuli *Pb1.* t) se *om. Pa1. Pb1, sed post* peccatis *suppl. corr. 2 Pa1;* se pro populi *Pa2.* u) peccato *ϱ3.* v) sacerdotes — debuerant — committant *ϱ3.* w) coram *ϱ3.* x) nec *R1.* y) *ita R1;* est locus *R2;* locutio e. *P;* locutus est *ϱ3.* z) nostra *Pa2.* a) *add.* vult. *Pa2.* b) *ex* zelum *corr. Pa1 corr. 2.* c) discurrunt *Pa1. Pb, sed corr. Pa1 corr. 1;* decurrant *ϱ3.* d) et ut *Pa. Pb1.2;* ut et *Pb4.* e) recipias *Pa2.* f) *in* transmittamus *corr. Pa1 corr. 1;* transmittamus *Pa2.* g) et *om. Pb1.* h) et *om. Pb1.* i) sunt *om. Pb. Pa1, sed post* dissim. *suppl. corr. 2 Pa1;* dissim. sunt *Pa2.* k) *ex* negit *corr. R1.* l) *ex* delecti *corr. Pa1 corr. 1.* m) *verba* providete *usque* vestrae *in marg. suppl. Pb1.* n) itaque *Pa2.* o) ergo *add. Pb1.* p) feriendam *R2.* q) vestri *Pa2.* r) crarius *R2.* s) quod *R1.* t) offeretis *Pb. Pa1.* u) data *etc. om. R. ϱ, ad ep. seq. trahunt codd. Pb.* v) X *om. Pb4.* w) iulii *Pa1;* iul *abbr. Pb1.6.*

XI, 47. Hanc ep. ante ep. XI, 46 enumerat index Pa2. — In titulo: Theodorico *R2. ϱ1 et ex* Deothorico *corr.* Teodorico *Pa1 corr. 2;* Deothorico *Pb2 in tit. et in ind.;* Deotheorico *Pb3 in tit.;* Teoderico *Pa2 in tit. et Pb3 in ind.;* Teodorico *Pb6* — rex *Pb1.* a) gia *ϱ1.* b) lucenti *ϱ3.*

1) Cf. Hos. 5, 1; 9, 8. Reg. past. I, 2. 2) Cf. ep. praeced. n. 1, sed et ep. XI, 38 n. 3. 3) Cf. ep. VI, 49 n. XI, 47. 50.

XI, 47. De Theoderico cf. ep. VI, 49 n. Nota nostrum hoc anno, postquam Brunichilda ex Austrasia pulsa est, et Theoderico et Theodeberto (ep. XI, 50) singulas litteras scribere.

quicquid laudabile[c] de vobis fama narraverit. Et[d] quoniam adhortationem[e] nostram adeo regiis animis[f] per laudis[g] praedicamenta placuisse signastis[h], ut, quicquid ad Dei nostri cultum, quicquid ad ecclesiarum reverentiam, quicquid ad honorem pertinere cognoscitis sacerdotum, et studiose statui et[i] velitis[k] in omnibus custodire, iterata[l] vos pro vestra magis[m] mercede adhortatione[n] pulsamus, ut congregari synodum iubeatis et, sicut dudum scripsimus[1], corporalia sacerdotibus[o] vitia et simoniacae[p] hereseos[q] pravitatem omnium episcoporum definitione[r] damnari atque[s] de[t] regni vestri amputari[u] finibus faciatis nec plus illic[v] pecuniam optinere, quam praecepta dominica[w] permittatis. Nam dum omnis[x] avaritia idolorum sit servitus[2], quisquis hanc et maxime in dandis ecclesiasticis honoribus vigilanter non praecavet[y], infidelitatis perditioni[z] subicitur[a], etiam si tenere fidem quam neglegit videatur. Sicut ergo contra exteriores hostes, ita quoque contra interiores animarum adversarios studete esse solliciti, ut per hoc, quod Dei nostri inimicis fideliter repugnatis[b], et hic feliciter[c] ipsius protectione regnetis[d] et ad aeterna[e] postmodum gaudia eius duce gratia veniatis.

Quanta praeterea bona reverentissimo fratri et[f] coepiscopo nostro Augustino[g] ad Anglorum gentem proficiscenti excellentia vestra praebuerit, revertentes ab eo quidam monachi retulerunt[h] [3]. Unde uberes gratias referentes petimus, ut his quoque monachis, qui ad eum directi sunt, suffragia vestra copiosius praebere[i] atque eos ad proficiscendum iuvare dignemini[k], ut, quanto beneficia vestra eis amplius exhibetis[l], tanto maiorem vicissitudinem ab[m] omnipotente Deo, cui serviunt, expectetis[n].

Data[o] die X.[p] kalendarum Iuliarum[q] indictione IIII.

XI, 48.

Gregorius I. papa Brunichildae, reginae Francorum, de auxilio Augustino episcopo ad Anglorum gentem proficiscenti praestito gratias agit et monachos cum Laurentio presbytero et Mellito abbate in Angliam pergentes commendat. *601, Iun. 22.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 197; ϱ: cap. 196; P: cap. 33.
Edd. M: Lib. XI. ep. 62; G: Lib. IX. ep. 56. — Iaffé Reg. 1839 (1412).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Gratias omnipotenti[a] Deo[b] referimus, qui inter cetera pietatis suae dona, quae excellentiae[c] vestrae[d] largitus est[e], ita vos amore christianae religionis implevit, ut,

c) *om. hoc verb. Pb4.* d) et *om. Pb1.* e) *corr. ex* adorationem *Pa1 corr. 2;* et orationem *Pb1;* ad orationem *Pb4.* f) regis *(ita etiam ϱ1)* animum *(in* animis *corr.) R1.* g) laudes et *ϱ3.* h) sign. plac. *Pa2.* i) studioso statu sacerdotum (*om.* et) *Pa2.* k) debetis *R1;* veletis *ϱ1.* l) iterata a *et ras. unius litt. R1;* ita rata *Pb1.* m) magis *om. P.* n) adoratione *Pa1. Pb1.4, sed Pa1 corr. 2.* o) sacerdotum *ϱ1.* p) simonicę *Pb1.* q) heresis *Pa. Pb1.2;* heresi *Pb4.* r) difinitione *Pa1. Pb2;* diffinitione *Pb2.* s) atque *om. Pa2.* t) a *P.* u) amputare *P.* v) illis *P.* w) dominico *Pb4 —* faciatis *pro* permittatis *Pa2.* x) hois *R1.* y) precavit *Pa1.* z) perditionis *R1;* perdictiones *Pa1;* perditione *Pa2. Pb2.4.* a) *ex* subicimur *corr. Pa1 corr. 1.* b) repugnatur *P.* c) fideliter *Pb1.* d) regnatis *Pb. Pa1, sed corr. Pa1.* e) eternam *R1;* aeternae *Pa2.* f) et *om. Pb1.* g) Agustino *Pa1;* Agustano *Pa2.* h) detulerunt *Pa2.* i) preberent *R1.* k) dignimini *Pa, sed corr. Pa1 corr. 2.* l) exhibent *Pa2.* m) ad *Pb1.* n) expetetis *R1.2, sed in* expetitis *(ita ϱ1) corr. R1;* expetatis *ϱ3.* o) data *etc. om. R. ϱ, ad ep. seq. trahunt codd. Pb.* p) X *om. Pb1.3.4.* q) il. *Pb3.*

XI, 48 in titulo: Brunigildę *R1. ϱ3;* Brunegilde *ϱ1;* Brunichilde *R2 et Pa2 in ind.;* Brunihilde *Pa1.2. Pb6 in tit. et Pb1 in ind. et Pb2.3 in tit. et in ind.;* Brunilde *Pb1 in tit. et Pa1 in ind.;* Brunechildae *Pb4 —* regi *Pb1 in ind.* a) *om. hoc verb. Pa2.* b) dn̄o *ϱ3.* c) excellentia *Pb1.* d) vestrae *om. R1.* e) est *om. R1.*

1) Scil. ep. IX, 215. Cf. ep. XI, 38 n. 3. 2) Cf. Col. 3, 5. 3) Cf. ep. VI, 49 et ep. XI, 34 n. 4. 5.
XI, 48. De Brunichilda cf. ep. VI, 5 n. XI, 46.

quicquid ad[f] animarum lucrum[g], quicquid ad[h] propagationem fidei pertinere cognoscitis[i], devota mente et pio operari studio[k] non cessetis. Quanto autem favore quantaque opitulatione excellentia vestra reverentissimum[l] fratrem et coepiscopum nostrum Augustinum[m] proficiscentem ad Anglorum gentem adiuverit[n] [1], nec ante silentio[o] fama conticuit et postea quidam[p] ab eo ad nos monachi redeuntes suptiliter retulerunt[q]. Et quidem haec[r] de christianitate vestra mirentur alii[s], quibus beneficia vestra adhuc[t] minus sunt cognita: nam nobis, quibus experimentis iam nota sunt, non[u] mirandum est, sed gaudendum, quia per hoc quod aliis impenditis vos iuvatis[v]. Qualia[w] igitur[u] quantaque[x] in conversione suprascriptae[y] gentis redemptor noster fuerit[z] operatus miracula, excellentiae vestrae iam notum est. Ex qua re magnam vos oportet habere laetitiam[a], quia maiorem[b] sibi partem[c] hac[d] in re praestitorum vestrorum solacia vindicant, cuius post Deum[e] auxiliis verbum illic praedicationis innotuit. Nam qui[f] alterius bonum adiuvat[g], suum facit. Sed ut mercedis[h] vestrae[i] magis magisque sit fructus[k] uberior, petimus, ut monachis praesentium[l] portitoribus[m], quos cum dilectissimis[n] filiis nostris Laurentio presbytero et Mellito abbate [2] ad praedictum reverentissimum fratrem nostrum pro eo, quod illos qui secum sunt sufficere sibi dicit non posse[o], transmisimus, patrocinii vestri suffragia benignius[p] ministretis atque ita eis in omnibus adesse[q] dignemini[r], quatenus, dum bonis excellentiae vestrae initiis meliora successerint[s] et nullas illic moras vel difficultates invenerint[t], tanto erga vos et[u] dulcissimos nobis nepotes vestros Dei nostri misericordiam provocetis, quanto pro eius vos amore in huius modi causis misericorditer exhibetis.

Data[v] die X.[w] kalendarum Iuliarum[x] indictione IIII.

XI, 49.

Gregorius I. papa Brunichildam, reginam Francorum hortatur, ut simoniae propulsandae causa haberi synodum iubeat. *601, Iun. 22.*

Codd. R: Indictio 1—IV. cap. 198; ϱ: cap. 197; P: cap. 34.
Edd. M: Lib. XI. ep. 63; G: Lib. IX. ep. 57. — Iaffé Reg. 1840 (1413).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Quanta in vobis bona divino munere sint collata[a] quantaque vos supernae gratia[b] pietatis impleverit, inter cetera vestrorum testimonia meritorum illud etiam patenter

f) ad *om. R 1. Pb. Pa 1, sed suppl. Pa 1 corr. 1.* g) lucrum *om. ϱ 3.* h) a *Pa 1.* i) cognoscis *Pa 2.* k) studio oper. *Pa 2.* l) rever. *om. Pa 2.* m) Agustinum *Pa 1. Pb 2, sed corr. Pa 1 corr. 1.* n) adiuvaverit *Pa 2.* o) silentia *R 1.* p) quidem *ϱ 3.* q) revertentes s. narraverunt *Pa 2.* r) haec *om. R 1.* s) mirarentur aliis *R 1;* merentur alii *Pb 4.* t) adhunc *Pa 1.* u) *verba* non *usque* igitur *om. Pa 2.* v) adiuvatis *ϱ 3.* w) quali *Pb 1.* x) quanta *Pa 2.* y) suę *R 1;* spertę *corr. in* superscriptę *Pa 1;* supradictæ *Pa 2;* suprascripta *Pb 1;* superscriptae *Pb 4.* z) sit *Pa 2.* a) hab. laet. oportet *Pa 2.* b) quam maiore *R 1.* c) *ex* patrem *corr. Pa 1.* d) *ex* hanc *corr. Pa 1.* e) domini *Pa 2.* f) quia *R 1.* g) adiu *cum lacuna 5 litt. R 1.* h) mercedes *Pa 1. Pb, sed corr. Pa 1 corr. 1.* i) *hic suprascr.* labor *(ita Pa 2) Pa 1 corr. 1.* k) fructus *om. P* — uberior sit *Pa 2.* l) praesentibus *Pa 2.* m) *add.* apicum *Pa 1 corr. 1.* n) dilectis *Pa 2.* o) *ex* posset *corr. Pa 1.* p) *ex* benigni *corr. Pa 2;* benignus *Pb 1.* q) abesse *Pb 1.* r) dignimini *Pa 1.* s) successerant *Pb 1.* t) *ex* invenirent *corr. Pa 1 corr. 1.* u) ac *R 1. ϱ 3.* v) data *etc. om. codd. R. ϱ et ad ep. seq. trahunt codd. Pb.* w) die X *om. Pb 4;* die *om., sed m. post. suppl. Pb 2.* x) iuliarum *om. Pb 1.3.*

XI, 49 om. ϱ. — In titulo:* Brunigildę *R 1. ϱ 3;* Brunighilde *R 2;* Brunihildae *Pa. Pb 2.3.6 in tit. et Pb 1.2.3 in ind.;* Bruuildae *Pa 1 in ind. et Pb 1 in tit.;* Brunichildae *Pa 2 in ind.;* Brunechildae *Pb 4* — reg. Franc. *ante* Brun. *ponunt Pb 1.3 et Pb 4 in ind.* a) collecta *Pb. Pa 1.* b) *ita R 2. ϱ 3 et ex* gratię *corr. Pa 1 corr. 1;* grę̄ *cet.*

1) Cf. ep. VI, 57. VIII, 4 p. 7. 2) Cf. ep. XI, 34 n. 4. 5.
XI, 49. Cf. ep. praeced.

cunctis insinuat[c], quia et effera corda gentilium providi[d] gubernatis arte[e-f] consilii et regiam, quod maioris adhuc[g] laudis est, ornatis sapientia potestatem[h]. Et quoniam, sicut multis in utroque gentibus imminetis[i], ita quoque eas fidei sinceritate praecellitis[k][1], magnam de vobis in emendandis inlicitis fiduciam capimus[l]. Nam[m] qualiter adhortationem nostram excellentia vestra[n] amplexa sit[o] quantaque eam[p] devotione gestiat adimplere, scriptorum[q] vestrorum emissa dudum pagina testis est. Sed quia ipse bonarum mentium[r-s] esse consuevit[t] adiutor, qui etiam earum largitor est[u], confidimus, quod tanto propitius causas vestras sua pietate disponat, quanto ipse de sua vos esse videt[v] causa sollicitas[w]. Facite quod Dei est, et Deus faciet[x] quod vestrum[y]. Itaque synodum congregari[z] praecipite[2] et peccatum simoniacae hereseos[a] de regno vestro inter alia, sicut ante scripsimus[3], definitione[b] concilii[c] studiosius prohibete. Sacrificium Deo devicto interiore hoste offerte[d], ut exteriores adversarios[4] ipso adiuvante vincatis et[e], quale vos contra inimicos ipsius studium gesseritis, talem illum in vestro iuvamine sentiatis[f]. Mihi autem credite, quia, sicut multorum iam experimento didicimus, in damno expenditur, quicquid cum peccato congregatur[5]. Si igitur vultis nil[g] iniuste perdere, summopere studete de iniustitia[h] nil[i] habere. In terrenis[k] etenim rebus semper causa damni est[l] origo peccati. Vos itaque si eminere adversantibus gentibus vultis, si eis[m] auctore Deo victrices existere festinatis, eiusdem omnipotentis Domini cum timore praecepta suscipite, ut[n] ipse pro vobis contra adversarios vestros[o] pugnare[p]
Exod. 14, 14. dignetur, qui[q] per sacrum[r] eloquium pollicitus est[s] dicens: 'Dominus pugnabit[t] pro vobis, et vos tacebitis'.

Data[u] die[v] X.[w] kalendarum Iuliarum indictione IIII.

XI, 50.

Gregorius I. papa Theodebertum, Francorum regem, de synodo congreganda monet. De auxilio Augustino episcopo ad Anglorum gentem proficiscenti praestito, cuius monachi quidam ab illo reversi relationem fecerint, gratias agit; monachos, latores praesentium, in Angliam transgredientes, commendat. *601, Iun.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 199; ϱ: cap. 198.
Edd. M: Lib. XI. ep. 60; G: Lib. IX. ep. 54. — Iaffé Reg. 1841 (1410).

c) insinuant *Pa 1. Pb 1. 2, sed corr. Pa 1.* d) provide *Pa 2.* e) astu *ϱ 3.* f) *hic additis sed expunctatis verbis* sapientia potestatem *verba* arte *usque* ornatis *in marg. iterum add. corr. 2 Pa 1.* g) adh. mai. *Pa 2.* h) sapientiam potestatis *ϱ 3.* i) *ita P;* dominetis *R 1. ϱ 3;* nominatis *R 2;* eminetis *edd.* k) ut *add. ϱ 3.* l) capiamus *ϱ 3.* m) non *Pb.* n) excellentiae vestrae *Pa 1. Pb, sed corr. Pa 1.* o) amplecterit *Pa 2.* p) *ita R 1. Pa. Pb 2. 4;* eadem *Pb 1;* eamdem *ϱ 3.* q) scripturorum *Pb 1.* r) mentem *Pb 1.* s) testis *add. Pa 2.* t) et *add. Pa 2.* u) l. (lagitor *Pa 1;* largior *Pb 1*) est earum *Pb. Pa 1* — qui auctor est et earum *Pa 2.* v) videat *Pb. Pa 1, sed corr. Pa 1.* w) *ita R 2. ϱ 3; ex* sollicitos *corr. R 1;* sollicitos *P* — q. vos ipse de sua causa sollicitos videt *Pa 2.* x) faciat *R 1. Pb. Pa 1, sed corr. Pa 1.* y) est *add. R 2. Pb 1. Pa 2.* z) congregare *Pb. Pa 1.* a) heresis *R 2. Pa 2.* b) diffinitione *Pa 1. Pb 1;* difinitione *Pb 2.* c) consilii *R 1.* d) offerre *Pb 1.* e) *in* ut *corr. Pa 1 corr. 1;* ut *Pa 2.* f) *ex* sensiatis *corr. Pa 1;* senseatis *Pb 2.* g) *ita R 1. ϱ 3. Pb 2;* nihil *Pa. Pb 1, sed corr. Pa 1.* h) iustitia *Pb 1.* i) nihil *P.* k) terrens *Pb 1.* l) est damni *Pa 2.* m) earum *ϱ 3.* n) et *ϱ 3.* o) vestros *om. Pb. Pa 1.* p) gubernare *Pb 1.* q) *ex* quia *corr. Pa 1.* r) persarum *Pb 1.* s) pollicetur *Pa 2;* locutus est *R 1.* t) pugnavit *R 1. Pb 1. 2, sed corr. R 1.* u) data (*abbr.* dat̄) *cet. om. R. ϱ, ad ep. seq. trahunt codd. Pb.* v) die *om. Pa 2.* w) X *om., sed m. 1 suppl. Pb 3.*

1) Similia in ep. VI, 5. 6 et saepius in epistulis ad Francorum reges missis occurrunt. 2) Cf. ep. XI, 38 n. 4. 3) Scil. ep. IX, 213. 4) Fortasse de bello contra Wascones cogitat Gregorius. Cf. Fredeg. IV c. 21. 5) Similia in ep. V, 38 p. 325 occurrunt.

XI, 50. Cf. ep. XI, 47 et de Theodeberto ep. VI, 49 n.

GREGORIUS THEODEBERTO REGI FRANCORUM.

Qui paternae adhortationis verba libenti animo suscipit et sinu cordis amplectitur, emendatorem se vitiorum fore procul dubio profitetur. Ex qua re satis nos excellentiae vestrae certos reddit absoluta promissio; nam eius[a] quem idoneum ad[b] solvendum esse cognoscimus verba pro pignore[c] retinemus. Itaque excellentia vestra Dei nostri mandatis inhaerens studium ad congregandam[d] synodum pro sua mercede adhibere dignetur, ut omne a sacerdotibus corporale vitium et simoniaca heresis, quae prima in ecclesiis[e] iniqua ambitione surrexit, potestatis[f] vestrae imminente censura concilii[g] definitione[h] tollatur et abscisa[i] radicitus amputetur, ne, si plus illic aurum quam Deus diligitur, qui modo tranquillus in praeceptis suis despicitur, iratus in vindicta postmodum sentiatur. Et haec quidem quia pro vobis loquimur, idcirco inminere[k] saepius non cessamus, ut prodesse excellentissimis ac dulcissimis[l] filiis nostris vel importunitate possimus. Nam vestro regno per omnia proficit, si quod contra Deum in illis partibus geritur emendatione vestrae excellentiae corrigatur.

Quanta praeterea bona proficiscenti ad Anglorum gentem reverentissimo fratri et coepiscopo nostro Augustino excellentia vestra impenderit, referentibus quibusdam monachis, qui ab eo sunt reversi, cognovimus. De qua re maximas gratias exsolventes petimus, ut et monachis praesentium portitoribus, quos ad eundem fratrem nostrum direximus, vestra uberius beneficia ministretis, quatenus, dum vobis patrocinantibus nullas illic difficultates invenerint[m], sed coeptum iter facile Christo adiuvante peregerint, uberius mercedis vestrae fructum ante Dei nostri[n] oculos faciatis.

XI, 51.

Gregorius I. papa Chlotario, regi Francorum, de auxilio Augustino episcopo ad Anglorum gentem proficiscenti praestito, cuius monachi quidam ab illo reversi relationem fecerint, gratias agit et monachos, portitores praesentium, cum Laurentio presbytero et Mellito abbate in Angliam euntes commendat. Addit de synodo, qua simonia comprimatur, cogenda. *601, Iun.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 200; ϱ: cap. 199.
Edd. M: Lib. XI. ep. 61; G: Lib. IX. ep. 55. — Iaffé Reg. 1842 (1411).

GREGORIUS CLOTHARIO REGI FRANCORUM.

Inter tot curas et sollicitudines, quas pro subiectarum[a] vobis gentium regimine sustinetis, existere vos in causa[b] Dei laborantibus adiutores, eximiae[c] laudis et magnae mercedis est. Et quia tales vos bonis praecedentibus ostendistis, ut praesumere de vobis meliora possimus, praeterea[d] quae pro mercede vestra sunt, libentissime pro-

XI, 50 in titulo: Theodeberto *R1;* Theoberto *R2;* Theodiperto *ϱ1;* Theodeperto *ϱ3;* Theodiberto *ϱ*.* a) namque (*om.* eius) *R1.* b) ab *ϱ*.ϱ3.* c) pignere *ϱ1;* pignora *ϱ*2.3, sed* a *erad. ϱ*2.* d) congregandum *R1.ϱ1.* e) in excelsis *add. R1.* f) potestati *ϱ*1.* g) consilii *R1.* h) diffinitione *ϱ*.* i) *ita R1.ϱ1;* abscissa *ϱ*.* k) admonere *al. m. suprascr. ϱ1.* l) ac dulc. *om. ϱ*1.* m) invenerit *ϱ*1.* n) *ex* nostro *corr. R1.*

XI, 51 in titulo: Clothario *ϱ3;* Glotario *R1;* Glothario *R2.ϱ1.ϱ*1.4;* Lothario *ϱ*2.3.* a) subiectorum *R1.* b) causas *ϱ3.* c) eximine *ϱ1.* d) vel propterea *suprascr. ϱ3;* prætereaque *coni. Mommsen;* petere *edd.*

XI, 51. Chlotarius (II.) patri suo Chilperico, regi Neustriae, a. 584 successerat; Brunichildae semper adversarius, post eius mortem (613) solus rex Francorum erat; mortuus est a. 628. Tempore, quo haec ep. scripta est duodicem tantum pagi inter Esara *(Oise)* et Secona *(Seine)* et mare litores Ociani Chlothario remanserunt: *Fredeg. IV c. 20.*

vocamur. Quidam igitur, qui[e] cum reverentissimo fratre et coepiscopo nostro Augustino[f] ad Anglorum gentem perrexerant, remeantes[g], quanta eundem[h] fratrem nostrum excellentia vestra in praesenti positum caritate refecerit quantisque suffragiis proficiscentem[i] adiuverit, narraverunt. Sed quia illorum[k] Deo nostro semper opera[1] grata sunt, qui[m] a bonis quae[n] coeperint non recedunt, paterno affectu salutantes petimus, ut monachos praesentium portitores, quos ad praedictum fratrem nostrum una cum dilectissimis filiis nostris Laurentio presbytero et Mellito abbate transmisimus, habeatis peculiariter[o] commendatos[1] et, quicquid[p] illi[q] ante exhibuistis, his quoque ad laudis vestrae cumulum[r] uberius impendatis, quatenus, dum vobis providentibus coeptum sine mora iter expleverint, bonorum vestrorum Deus omnipotens recompensator[s] existat atque vobis et in prosperis custos[t] et in adversitatibus sit adiutor.

Praeterea pervenit ad nos, quod sacri illic ordines cum datione pecuniae conferantur, et vehementer affligimur, si ad Dei dona non meritis acceditur, sed praemiis prosilitur. Et quia haec simoniaca heresis prima in ecclesia[u] surgens apostolorum est auctoritate damnata[v], petimus, ut pro mercede vestra congregari synodum faciatis[2], quatenus omnium sacerdotum definitione compressa et radicitus amputata nullas[w] illic vires de cetero in periculum animarum inveniat nec ulterius sub qualibet excusatione permittatur exsurgere, ut tanto vos omnipotens Deus noster contra adversarios vestros exaltet, quanto in suis vos mandatis zelum habere et pro animarum salute, quae huius sceleris fuerant gladio periturae, viderit[x] cogitare.

MENSE IULIO INDICTIONE IIII.

XI, 52.

Gregorius I. papa Quiricum episcopum et ceteros in Hiberia episcopos catholicos, quo modo Nestoriani ad ecclesiam revertentes in catholicorum numerum recipiantur, docet. Eorum ad se litteras a legatis in urbe Hierosolymitana amissas esse nuntiat.

601, Iun.? Iul.?

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 201; ϱ: cap. 200; P: cap. 35.
Edd. M: Lib. XI. ep. 67; G: Lib. IX. ep. 61. — Iaffé Reg. 1844 (1417).

e) qui *om.* ϱ *1.* f) Agustino ϱ** 1.* g) *ita* ϱ. ϱ**;* revertentes *R 1.* h) que *add.* ϱ *3.* i) proficiscente *R 1.* ϱ *1.* ϱ** 1.* k) *ita ed. M.;* illa *R 1.* ϱ**.* ϱ *1;* illic, *sed suprascr.* vel illa ϱ *3.* l) ora, *suprascr.* vel vota ϱ *3.* m) si qui *scr. Mommsen;* quae ϱ**.* ϱ *3.* n) quae *om.* ϱ *1.* o) peculialiter *R 1.* p) quod ϱ** 2. 3.* q) illic ϱ *1.* r) *ex* cumulus *corr. R 1.* s) repensator *R 1.* t) curator *R 1.* u) ecclesiis ϱ** 1.* v) damnati ϱ** 1.* w) nullus *R 1.* ϱ *1.* ϱ** 1;* nullas *cet.* x) peritura eviderit *R 1;* periturae vident ϱ *3.*

Mense *cet. R.* ϱ. *R* 1, om. P.*

1) Cf. ep. XI, 34 n. 4. 5. 2) Cf. ep. XI, 38 n. 4. Nota non constare, utrum de concilio omnium in Galliis episcoporum an de tribus synodis trium regnorum (Austrasiae, Neustriae, Burgundiae) agatur.

XI, 52. Quo die haec ep. scripta sit, valde dubito. Nam minime mihi constat Ewaldum in N. A. III, 595 recte disseruisse eam m. Iunio, die quem collectio P praebet, scriptam, sed mense Iulio, quem coll. R exhibet, registro insertam esse; cf. de hac re Mommsen in N. A. XVII, 395. Errore quodam aut in coll. R mensis indicatio transposita aut in coll. P dies in fine additus corruptus esse videtur. — Utrum in Hiberniam an in Hiberiam Ponticam an in Hispaniam, quae etiam Hiberia appellatur, haec epistula missa sit, viri docti disputant. Equidem puto de Hiberia Pontica agi; nam de Hibernia non agi ex codicibus efficitur, et de Hispania non agi ex eo efficitur, quod Arriana haeresis exempli tantum causa commemoratur. Nota etiam latorem huius epistulae ex Oriente Romam venisse, cum Hierosolymis litteras episcoporum perdidisset.

GREGORIUS QUIRICO EPISCOPO ET CETERIS IN HIBERIA CATHOLICA ECCLESIA EPISCOPIS.

Quia[a.b] caritati[c] nil[d] longe est[b], quos dividunt loca iungat epistola. Lator[e] itaque praesentium ad beati Petri apostolorum[f] principis[g] ecclesiam[h] veniens[i] fraternitatis vestrae se asseruit ad nos epistolas[k] accepisse easque in Hierosolymorum[l] urbe cum rebus quoque aliis perdidisse. In quibus, sicut[m] ipse ait, studuistis inquirere, sacerdotes ac[n] plebes[o] quae Nestorianae hereseos errore confusae sunt, cum ad matrem electorum omnium[p] catholicam ecclesiam[q] revertuntur, utrum baptizari debeant, an certe solius verae fidei confessione eiusdem matris ecclesiae visceribus adiungi.

Et quidem ab antiqua patrum institutione didicimus, ut[r], quilibet apud heresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam ecclesiam redeunt, aut unctione chrismatis aut impositione manus aut sola professione[s] fidei ad sinum matris ecclesiae revocentur. Unde Arrianos[t] per impositionem manus[u] occidens, per unctionem vero sancti chrismatis ad ingressum ecclesiae[v] catholicae[w] oriens reformat[x]. Monophisitas vero et alios ex sola vera[y] confessione recipit[z], quia sanctum baptisma[a], quod sunt apud hereticos[b] consecuti, tunc in eis vires[c] emundationis accipit[d], cum vel illi per impositionem manus spiritum sanctum acceperint vel isti per professionem verae fidei sanctae et universali[e] ecclesiae visceribus fuerint uniti. Hi[f] vero heretici qui in Trinitatis[g] nomine minime[h] baptizantur, sicut sunt[i] Bonosiaci[k] et Catafrigae[l], quia et illi Christum dominum non credunt et isti sanctum Spiritum[m] perverso[n] sensu esse quendam[o] pravum[p] hominem[q] Montanum[r] credunt, quorum similes multi sunt alii, cum ad sanctam ecclesiam veniunt[s], baptizantur, quia baptismum non fuit, quod in errore positi in[t] sanctae Trinitatis nomine minime[u] perceperunt [1].

Nec potest hoc ipsum baptisma dici iteratum, quod, sicut dictum est, in Trinitatis nomine non erat datum. Nestoriani vero quia in sanctae Trinitatis nomine[u] baptizantur, sed eos[v] iudaicae[w] perfidiae[x] similes[y] incarnatione unigeniti[z] suae hereseos[a] error

XI, 52 om. ϱ. — In titulo:* Quirio *R2. ϱ3. R*1;* qui romę *R1;* Quiricho *Pb1 in tit.;* Quiriaco *Pb3 in ind.;* Quirigo *Pa2 in tit.;* Quirico *cet.* — episcopo *ex* episcopis *corr. Pa1* — Hiberia *R2. R*1. Pb1 et Pa1 in ind.;* Iberia *R1. ϱ3;* Hibernia *Pa. Pb2.4 in tit. et ind. Pa2. Pb2;* Hibernia *ex* Hiberni *corr. Pa1;* Ibernia *Pb3* — catholica ecclesia *R. R*1. ϱ3;* catholicis (*om.* ecclesia) *P; Pa1* cath. ēpš *in titulo expungit et in marg. add.* catholicis episcopis — epis *etiam post* ceteris *ponunt R1. R*1. ϱ3, in fine om.* epis *R*1. ϱ3. Pb1 in ind., sed R*1 exhibet:* c(onstitutis?). a) qui *Pa1.* b) *verba* quia *usque* est *om. Pa2.* c) caritate *Pa1. Pb1.3.* d) nihil *Pb.* e) epistolator *Pb* — *Verba* quia *usque* quos dividunt longa iungant epistolatur. Itaque presentium *in textu delet et infra in marg. add. verba* quos dividunt loca iungat epistola presentium itaque portitor litterarum *corr. 2 Pa1.* f) apostoli *Pa. Pb2.4.* g) principis *om. Pa2.* h) ecclesię *R1.* i) veniam *Pb2.* k) ad nos epist. *om. Pa2.* l) Hyerus. *Pa1;* Hierusolim. *Pb. R1;* Hierusolym. *Pa2;* Hierosolim. *ϱ3.* m) *om.* sicut *Pb4.* n) si (*pro* ac) *Pa2.* o) plebs (*ex* pleps *corr. Pa1*) *codd. n. praeter ϱ3.* p) omn. elect. *ϱ3.* q) eccl. cath. *Pb1.* r) vel *ϱ3.* s) promissione *R1.* t) Arrium *Pa2;* Arrianus *Pb1.2.* u) manuum *Pa2.* v) ecclesiae *om. omnes codd. n. praeter ϱ3.* w) catholicum *Pa2.* x) reformate *Pa1. Pb, sed corr. Pa1.* y) vero *Pb1.2.* z) recipiet *R1.* a) baptissima *Pb2.* b) herecitius *Pb1.* c) vere *Pa2.* d) accepit *Pa1. Pb, sed corr. Pa1 corr. 1.* e) universalis *Pa2. ϱ3.* f) hinc *Pb1.* g) tritatis *Pb1.* h) minime *om. R1. Pb4, sed supra lin. add.* non *R1.* i) sunt *om. P.* k) *ex* bono *corr. R1.* l) *ita Pa. Pb2.4. R1;* Catafrigiae *Pb1;* Catabrygae *ϱ3.* m) spm̄ scm̄ *Pb1.* n) *ex* per universo *corr. Pb2.* o) sensum sequendum *Pa1;* s. sequendam (*pro* esse quendam) *cet. P;* sequendo *Vat. D (ed. M.).* p) parvum *ϱ3.* q) *om.* hominem *Vat. D (ed. M.).* r) nontanum *Pb1.* s) venerint *Pa2.* t) in *om. Pa2.* u) *verba* minime *usque* nomine *om. Pb. Pa1;* non acceperunt *(om. cet.) Pa2;* nomina baptizantur *corr. in* nomine . . cceperunt *Pa1.* v) *in* sed et eos *(ita Pa2) corr. Pa1;* eos *om. R1.* — *Hic add.* quos *Pa1.* w) *ex* indicę *corr. Pa1;* sandaice *Pb1.* x) *ex* perfide *corr. Pa1;* per fidei *Pb1.* y) similes *in* simile de *corr. Pa1;* de *add. etiam Pa2.* z) *ex* unigenito *corr. R1.* a) hereses *Pa1. Pb, sed corr. Pa1.*

1) *Simili modo eodem fere tempore disserit* de receptione haereticorum *Timotheus presbyter: cf. Migne, patr. Graec. t. 86 c. 13 ss. 70 ss.*

obscurat, ad sanctam ecclesiam catholicam[b] venientes de[c] verae fidei firmitate et con-
fessione docendi sunt, ut unum eundemque[d] Dei et hominis filium Deum[e] dominum
Iesum Christum credant, ipsum existentem in divinitate ante saecula et ipsum factum
Ioh. 1, 14. hominem in fine saeculorum, quia 'verbum caro factum est et habitavit in nobis'.
Verbum vero[f] carnem[g] dicimus factum non inmutando[h] quod erat, sed suscipiendo
quod non erat[i]. Incarnationis enim[k] suae misterio[l] unigenitus patris nostra auxit, sua
Ioh. 3, 13. non minuit. Una itaque persona est[m] verbum[n] et caro, sicut ipse ait: 'Nemo ascendit
in caelum, nisi qui[o] descendit de caelo[p], filius hominis'. Qui[q] filius Dei in caelo, erat
1. Ioh. 5, 20. filius hominis, qui[r] loquebatur in terra. Hinc Iohannes ait: 'Scimus, quia filius Dei
venit[s] et dedit nobis sensum'. Qui[t] nobis quem[u] sensum[v] dederit, ilico subiungit[w]:
'Ut cognoscamus verum Deum'. Quem hoc[x] loco verum Deum[y] insinuat[z], nisi patrem
omnipotentem? Sed quid etiam[a] de omnipotente filio sentiat[b], adiungat[c]: 'Et simus[d]
in vero[e] filio eius Iesu Christo'. Ecce ait[f] verum Deum patrem, verum filium eius
Iesum Christum. Quem[g] verum filium quid esse sentiat, apertius[h] ostendat[i]: 'Hic[k]
verus Deus et vita aeterna'. Si igitur iuxta errorem Nestorii alius[l] verbum atque[m]
alius esset[n] homo Iesus Christus, qui verus est homo, utique verus Deus non esset[n] et
vita aeterna[o]. Sed unigenitus filius verbum ante saecula factus est homo. Hic est
ergo verus Deus et vita aeterna. Certe cum hunc[p] sancta virgo conceptura esset et
Luc. 1, 38. loquentem ad se angelum audiret, ait: 'Ecce ancilla Domini[q], fiat[r] sicut dicis'.
Quae cum eum concepisset et ad Elisabeth[s] cognatam[t] suam pergeret, ab eadem
ib. v. 43. Elisabeth[s] protinus audivit: 'Unde ego[u] digna, ut mater domini mei veniat ad me?'
Ecce eadem virgo et[v] ancilla Domini dicitur[w] et mater. Ancilla enim Domini, quia
verbum ante saecula unigenitus[x] aequalis patri, mater vero[y], quia in eius visceribus
ex sancto Spiritu qua[z] eius carne factus est homo. Nec alterius ancilla[a], alterius
mater, quia, dum unigenitus[b] Dei existens ante saecula ex eius utero natus est homo[c],
investigabili[d] miraculo facta[e] est et ancilla hominis[f] per divinitatem et mater verbi
per[g] carnem. Non autem prius in utero virginis caro[h] concepta est et postmodum
divinitas venit[i] in carne[k], sed mox verbum venit in utero, mox verbum servata propriae[l]
virtute naturae factum est caro. Et perfectus homo, id est in veritate carnis et animae
rationalis, natus est per uterum virginis filius Dei[m]. Unde et[n] unctus prae[o] participibus
Ps. 44, 8. dicitur[p], sicut psalmista ait: 'Unxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus
tuis'. Unctus quippe est oleo, dono videlicet Spiritus sancti. Sed prae consortibus[q]
unctus est, quia omnes nos[r] prius peccatores homines existimus et postmodum per
unctionem sancti Spiritus sanctificamur. Ipse autem qui[s] existens Deus ante saecula

b) cath. *om. R1.* c) de *om. Pa2.* d) eiusdemque *Pa2.* e) deum *om. P; Pa2 om. etiam* dominum. f) caro (*pro* vero) *Pb1.4.* g) caro *hic etiam add. Pb1.* h) imitando *corr. in* amittendo *Pb4* — *verba* inmutando *usque* erat. Incar (*in textu exhibet* nationis) *om. Pa1, sed in marg. suppl. corr. 2.* i) in *add. Pb2. ϱ3.* k) enim *om. Pb4.* l) ministerio *Pb2.* m) et *add. Pb.* n) verbo *Pb2.* o) quiqui *Pa2.* p) de c. desc. *P* — discendit *Pa1.* q) quia *add. Pa2.* r) qui *om. Pa2.* s) quia ven. f. d. *Pa2.* t) in *add. Pb1.* u) quem *om. Pb.* v) sensum *om., sed post. suppl. Pb2.* w) subiunxit *Pb1.* x) hec *Pb1.* y) deum *om. Pa2.* z) insinuavit *Pa2.* a) iam *P.* b) sentit *Pa2.* c) adiungit *ϱ3.* d) sumus *R1;* scimus *Pb1.* e) uno *Pa2.* f) ad *ϱ3.* g) que *Pb1.* h) *om. hoc verb. Pa2.* i) ostendit *ϱ3. Pa2.* k) est *add. corr. 2. Pa1. ϱ3. Pa2.* l) aliud *Pa2.* m) atque *om. Pa2.* n) *ex* esse *corr. Pa1.* o) vitae eternae *Pa1. Pb1.4, sed corr. Pa1.;* vita aeternae *Pb2.* p) una *R1.* q) domine *Pa2.* r) mihi *add. corr. 2 Pa1. Pa2.* s) *ita R1;* Helisabet *Pa1. ϱ3;* Helisabeth *Pb1.2. Pa2.* t) cognotam *R1. Pa1, sed corr. Pa1 corr. 2;* cognitam *Pb1.* u) ergo *Pb1. Pa2.* v) et *om. Pa2.* w) dicitur dni *Pb1.4.* x) est *add. Pa2.* y) eius *add. R1.* z) quia *Pb1;* qua *Pa1. Pb2.4. Pa2;* que *R1;* ex *ϱ3.* a) nec *hic add. R1.* b) qui ad unumgenitus *Pb1.* c) *add.* in *Pa1.* d) factus *etiam hic add. Pb.* e) factus *Pb1.* f) eius *Pa2.* g) per *om. Pa1, sed suprascr. corr. 2.* h) caro *om. Pb1.* i) venit *post. suppl. Pb1.* k) in carne *om. Pb4.* l) propria *Pa2.* m) dei filius *Pa2.* n) et *om. R1. ϱ3.* o) pro *Pb.* p) dicit *Pa2.* q) suis *add. Pa2.* r) nos omnes *Pa2.* s) quique *Pa, sed corr. Pa1.*

per sanctum Spiritum[t] in utero virginis homo conceptus est[u] in fine saeculorum, ibi ab eodem Spiritu unctus est, ubi[v] conceptus. Nec ante conceptus et postmodum[w] unctus est, sed hoc ipsum de Spiritu sancto[x] ex[y] carne virginis concipi[z] a sancto Spiritu[a] ungueri[b] fuit[c]. Hanc igitur veritatem nativitatis eius, quicumque a perverso errore Nestorii revertuntur, coram sancta fraternitatis vestrae congregatione fateantur[d] eundem[e] Nestorium cum omnibus suis sequacibus ac reliquas hereses anathematizantes. Venerandas[f] quoque synodos quas[g] universalis ecclesia recipit se[h] recipere et venerari[i] promittant[k], et absque ulla dubitatione sanctitas eos[l] vestra servatis[m] eis propriis ordinibus in suo coetu[n] recipiat, ut, dum et[o] per sollicitudinem occulta mentis eorum discutitis atque eos per veram scientiam recta[p], quae[q] tenere debeant, docetis et per mansuetudinem nullam eis contrarietatem vel difficultatem de propriis suis[r] ordinibus facitis[s], eos[t] ab[u] antiqui hostis ore rapiatis[v] et tanto vobis apud omnipotentem Deum[w] aeternae gloriae crescat retributio[x] quanto multos colligitis, qui vobiscum in Domino sine fine glorientur. Sancta itaque Trinitas orantes pro nobis sua vos protectione custodiat vobisque in amore suo dona adhuc multipliciora[y] concedat.

Data[z] die X.[a] kalendarum Iuliarum[b] indictione IIII.

XI, 53.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, hortetur Pascasium, episcopum Neapolitanum, ut Hilarum, Iohannis diaconi calumniatorem, depositum et verberatum in exilium mittat utque vicedominum et maiorem domus sibi ordinet. Si ille non oboediat, clerus istas personas eligat. *601, Iul. 10.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 202; ϱ: cap. 201; P: cap. 36.
Edd. M: Lib. XI. ep. 71; G: Lib. IX. ep. 66. — Iaffé Reg. 1845 (1421).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Cum fortius punienda sint[a] crimina quae insontibus et maxime sacratis ordinibus ingeruntur, quam sitis[b] culpabiles omnes, qui in causa Iohannis diaconi[c 1] resedistis[d], attende[e], ut[f] Hilarum[g] criminatorem ipsius nulla ex definitione[h] vestra[i] poena veniens castigaret[k]. Nec illud ad[l] excusationem vestram esse credatis[m] idoneum, quod vobis quasi[n] iudicare volentibus solus frater et coepiscopus[o] noster Pascasius[p 2] dicitur distu-

t) *ex* s̄cm̄ s̄cm̄ *corr.* s̄cm̄ s̄pm̄ *R1;* s̄cm̄ s̄pm̄ *Pa1. Pb2;* s̄pm̄ s̄cm̄ *Pb1.* u) est conc. *Pa2.* v) ibi *R1;* inibi *ϱ3. — post* conceptus: est *add. ϱ3.* w) postea *Pa2.* x) s̄cō spiritu *Pa2.* y) *ita edd.;* et *codd. n.* z) concepit (*om.* a), *sed in* concipi *corr. R1;* concepi *Pb1. 2.* a) s̄pū s̄cō *P.* b) *in* ungui *(ita ϱ3) corr. R1.* c) fuerit *Pb4.* d) *ex* fatentur *corr. R1;* fateamur *Pb1.* e) quoque *add. ϱ3.* f) venerandos *P, sed corr. Pa2.* g) *ex* quos *corr. Pa2.* h) se *om. Pa.* i) *ex* verare *corr. Pa1;* venerare *Pb.* k) *ex* promittunt *corr. Pa1;* permittant *Pa2.* l) eos *hic om. et post* servatis *add. Pa2.* m) servetis *Pb. Pa1, sed corr. Pa1.* n) caetus *Pb1;* sensu *ϱ3.* o) et *om. Pa2.* p) recte *Pa2.* q) queque *ϱ3.* r) suis propriis *Pa2.* s) *in* faciatis *corr. R1.* t) *add.* dominus *Pa2.* u) ab *om. Pb1.* v) eripiat *Pa2.* w) deum omnip. *ϱ3;* (omnipot. *om.*) dominum *Pa2.* x) retr. crescat *Pa2.* y) multo *Pa2.* z) data (*abbr.* dat̄) *etc. om. codd. R. ϱ et ad ep. seq. trahunt codd. Pb.* a) *an numerus omittendus est?* b) iul. *om. Pb1. 2;* il. *Pb3;* iul. *Pa1.*

XI, 53 om. ϱ. — In titulo:* Anthenio *Pa. Pb2 in tit. et Pa1. Pb2 etiam in ind.;* Antonio *Pa2 in ind.;* Antemio *Pb4 in tit. Pb3 in ind.* a) sunt *R2.* b) scitis *R1.* c) *ex* diaconis *(ita Pa1. Pb3) corr. Pb2.* d) residistis *Pb. Pa1.* e) adtendite *Pa2;* antendite *Pb3.* f) ad *Pb1.* g) Ylarium *R1.* h) difinitione *ϱ3;* diffinitione *Pa2;* divinitione *Pb1. 2. Pa1;* divinitate *Pb3. 4.* i) vestrae *Pb. Pa1.* k) castigaverit *Pa2.* l) ad *om. Pa2.* m) credatis esse *R;* esse *om. Pa2.* n) qs *Pa1;* quas *Pb1; om. hoc verb. Pa2.* o) coepiscopis *Pa1.* p) *ita R2. ϱ3. Pb. Pa1;* Paschasius *R1. Pa2.*

XI, 53. De Anthemio cf. ep. I, 23 n. 1) An idem est, cuius in ep. X, 19 mentio fit? 2) De Pascasio, ep. Neapolitano, cf. ep. XI, 19 n.

lisse[q]. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius uni[r] a multis rationabiliter suaderi, quam[s] multi ab uno poterant sine causa differri. Quia ergo tantae nequitiae malum sine digna non debet ultione transire, suprascriptum[t] fratrem nostrum Pascasium[u] volumus[v] ammoneri[w], ut[x] eundem Hilarum[y] prius subdiaconatus[z], quod indignus[a] fungitur, privet[b] officio atque verberibus publice castigatum faciat in exilio deportari[3], ut unius poena multorum possit esse correctio[c]. Cuius si[d] forte lenitatem[e] diaconi[f] sui adhuc[g] opinio lacerata non commovet[h] et in hoc, quod non credimus, torpens extiterit[i], experientia[k] tua haec quae diximus faciat[l] et illius[m] nobis neglectum[n] renuntiet[o]. Hortandus praeterea isdem frater[p] ex nostro mandato est, ut se in omnibus vigilantem exhibeat et ecclesiae suae amplius[q] disciplinam non neglegat, ne et peccatum de his qui ei[r] sunt commissi sustineat et nos contra se vehementer stimulet, si in officii sui cura[s], quod non optamus, incautus vel lentus extiterit. Volumus autem, ut memoratus frater noster Pascasius[t] et vicedominum[u] [4] sibi ordinet et maiorem domus[4], quatenus possit vel hospitibus[v] supervenientibus vel causis quae eveniunt idoneus et paratus existere. Si vero et neglegentem eum prospicis[w] et[x] ea quae diximus implere differentem[y], omnis clerus eius adhiberi[z] debet[a], ut communi consilio ipsi eligant, quorum personae ad ea, quae praediximus[b] valeant ordinari.

Data[c] die VI.[d] idus Iulias indictione IIII.

XI, 54.

Gregorius I. papa Surrentino Agapiti abbatis monasterio monasterium Marcianense, in dioecesi Nucerina situm, coniungit, ita tamen, ut episcopus Nucerinus iurisdictionem retineat. *601, Iul.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 203; ϱ: cap. 202.
Edd. M: Lib. XI. ep. 72; G: Lib. IX. ep. 67. — Iaffé Reg. 1846 (1422).

GREGORIUS AGAPITO ABBATI.

Ne rebus venerabilibus vel quando licet[a] culturae desit obsequium, nostra[b] debet sollicite cura prospicere. Quia igitur monasterium quod in fundo Marciano[c] provinciae Campaniae situm est ita hostilitate faciente a congregatione funditus dicitur[d] desolatum, ut ne[e] unus exinde monachus, qui aliquam illic sollicitudinem vel curam debeat[f] adhibere, remanserit, tuo illud[g] monasterio[h] cum omnibus rebus suis[i], vel quae ei competunt

q) detulisse *Pa1. Pb1.2.3. R1.* r) unus *Pa2.* s) quia *Pb1.* t) superscr. *Pb4;* iste *in* istum *corr. Pa2.* u) Paschasium *R. Pa2.* v) colonus *R1.* w) amonere volumus (ulumus *Pa1*) *Pa* — ammonere *(ita ϱ3) in* ammoneri *corr. Pb1.* x) de *R1.* y) Hylarium *R1.* z) subdiāc *R1;* subdiacunus *Pb1;* subdiaconus *Pa1. Pb2.3.4;* subdiaconii *Pa2.* a) indigne *Pa2.* b) privetur *Pb. Pa1.* c) correptio *Pb1.* d) si *om. R1.* e) levitatem *Vat. A (ed. M.).* f) diaconis *Pa2.* g) ad *Pb1.* h) commonet *R1.* i) existerit *R1.* k) experimentia *Pa2. Pb2.* l) fiat, *suprascr.* vel faciat *ϱ3.* m) de illo *P;* de illius, *ut videtur, ϱ3.* n) *ita R1;* neglecta *P;* neglectu *ϱ3.* o) denutiat *Pa1;* denunciat *Pb1.* p) frater *om. ϱ3.* q) templius *Pb4.* r) quę ei *Pa1;* quieti *Pb1.* s) curam (*om.* sui) *ϱ3.* t) Paschasius *R. ϱ3. Pa2.* u) vicē dūm *Pb. Pa1.* v) hostibus *Pa, sed corr. m. 1 Pa2.* w) perspicis *Pa2.* x) et *om. R1.* y) differentur *Pb3.* z) adhibere *R1. Pa1 et ex* adhiberi *corr. Pb3.* a) debetur *Pa2.* b) *ex* diximus *corr. Pb1.* c) data (*abbr.* dat̄) *cet. om. R. ϱ et ad ep. seq. (XI, 27) trahunt codd. Pb; om. etiam Pb4, in quo deest ep. XI, 27.* d) VII *Pb3.*

XI, 54 in titulo: ac bbati *R2.* a) libet *Vat. F (ed. M.).* b) vestra *ϱ1.* c) Martiano *ϱ.* d) dic. fund. *ϱ*1.* e) nec *ϱ3.* f) vel curam *om. et scr.* debet *R1;* debet *etiam ϱ1.* g) illum *codd. n. praeter ϱ3.* h) monasterium *ϱ.* i) s̄s̄ *R1.*

3) Nota hanc poenam. *4) De his muneribus cf. ep. VI, 53 n. 4. XI, 21 n. 3. 4.*

XI, 54. Hic Agapitus alias non occurrit; cave, ne eum confundas cum abbate in ep. I, 12 commemorato.

actiones, utile prospeximus[k] uniendum[l] [1], ut res eius[m] tenendi vel a[n] detinentibus[o] vindicandi libera tibi sit et sine aliqua dubietate licentia. In quo etiam studii[p] tui sit[q] monachos deputare, qui illic tempore quo intervallum de hoste fuerit et opus Dei celebrare et decenter[r] debeant deservire. Nec aliqua illud praesumas excusatione neglegere, quod ideo curae tuae, ut sollicitudinem illic debeat adhibere, committitur. Ipsum autem monasterium sic tuae nos ordinationi[s] commisisse cognoscas, ut tamen iurisdictionem illic[t] non[u] episcopus Surrentinus[2], in cuius civitate monasterium tuum est, sed Nucerinus[3], cuius est diocesis, habeat. Nam sic huius loci ordinationem disponimus, ut tamen iura sua singulis episcopis inviolata servemus.

XI, 55.

Gregorius I. papa Eusebio, episcopo Thessalonicensi, significat, litteras eius ante, quam sibi redderentur, ab Andrea monacho, 'ad sanctum Paulum inclauso', cui Theodorus, Eusebii episcopi lector, lator praesentium, eas tradiderit, corruptas esse. Quem narrat ipsius nomine 'aliquos sermones' quoque confinxisse, se vero 'nec Graece novisse, nec aliquod opus aliquando Graece conscripsisse' profitetur. De impostore quid in concilio a se statutum sit, cum, qui hanc epistolam deferat, indicaturum scribit. A Luca presbytero in suspicionem falsae doctrinae adducto et fidei confessionem et Nestorii Severique condemnationem exigi iubet. Theodorum lectorem commendat. *601, Iul.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 204; ϱ: cap. 203.
Edd. M: Lib. XI. ep. 74; G: Lib. IX. ep. 69. — Iaffé Reg. 1847 (1424).

GREGORIUS EUSEBIO EPISCOPO THESSALONICENSI.

Lator praesentium Theodorus ecclesiae vestrae lector ad sanctorum apostolorum limina veniens, dum omnes[a], homo quippe novus, haberet incognitos[b], Andreae monacho[c], qui ad sanctum Paulum[d] inclausus fuerat[1], res et cartas quas detulit, ut re vera olim noto, innocenter[e] deposuit credens[f], quod mens ipsius, sicut et nos ante habueramus, cum habitu concordaret. Sed tantae[g] ille pravitatis inventus est, ut, si eius stultitiae sub inclausionis specie paulo adhuc amplius licuisset, multorum animas malitiae suae falsitate deciperet et, quocumque potuisset[h], non levia scandala generaret. Nam inter alia quae isdem[i] Andreas pessime cogitavit et fecit eam quoque quam ad nos misistis, dum apud ipsum a praefato lectore[k] esset deposita[l], ita falsavit epistolam, ut, quicumque eam legeret, vos nec catholica[m] nec recta sapere evidenter argueret. Ex qua re contigit, ut, dum veritatem studiose quaerimus[n], eius quae latebat[o] iniquitas vul-

k) proximus *ϱ*1.* l) veniendum *ϱ1.* m) citius *ϱ3.* n) ad *ϱ*1; post.* a *ras. 1 litt. ϱ1.* o) detenta tribus *R1;* tenentibus *ϱ1.* p) studui *ϱ1.* q) sunt *ϱ1.* r) degentes *ϱ*.ϱ3;* decentes *ϱ1.* s) fraternitati *ϱ3.* t) *ex* iurisdictioni *corr.* iurisdictione *m. 1 ϱ1.* u) non *om. R1.ϱ1.*

XI, 55 in titulo: Thessalonicensi *R1;* Tessall. *R2;* Thesal. *ϱ1;* Thessał *ϱ3;* Thesaloni *ϱ*1;* Thessalonicenses *ϱ*2.3;* Thesaloniensi *ϱ*4;* Tessalię *R*1.* a) ut *add. R2.ϱ3;* omnes *om. ϱ1.* b) ut incognitus *ϱ3* — incognitus *etiam ϱ1.* c) monachi *ϱ1.* d) scam paul *ϱ*1.* e) innocentes *R1.* f) quidem, *ut videtur, add. ϱ3.* g) et (*pro* tantae) *R1.* h) et *add. R1.* i) eisdem *ϱ*1.* k) *ita R.ϱ1;* latore *ϱ*.ϱ3.* l) esse disposita *ϱ1.* m) catholicae *ϱ*1.* n) quaereremus *ϱ1.ϱ*1.* o) iacebat *R1.ϱ3.*

1) De monasteriorum unionibus cf. ep. X, 18 n. 3. 2) Amandus, cf. ep. X, 6 s. 3) A. 598, Oct. Primenius ep. Nuceriae erat cf. ep. IX, 45.

XI, 55. De Eusebio cf. ep. VIII, 10 n. 1) Maurini recte, ut videtur, notant huius inter Andream et Eusebium disceptationis mentionem fieri apud Photium, bibl. 162 p. 104 B ss.; Andreas ibi Eusebio παραναγνωστικὸν *scripsisse dicitur, cui Eusebius respondit contendens illum* ἀφθαρτοδοκητῶν *esse.*

garetur; et tanta in eo repperta sunt, quanta nec de scelerato[p] quocumque laico crederentur. Et quia inter diversa mala[q] aliquos etiam sermones scripsit atque eos ex nostro nomine titulavit et suspecti sumus, ne eos alicubi transmiserit, fraternitas vestra sollicitudinem gerat et, si quid[r] tale reppererit[s], eos et[t] excindi[u] et omnino faciat aboliri, ut, quod imperitus litterarum et scripturae divinae nescius nostro, sicut diximus, nomine praenotavit, quorundam animos non possit inficere. Nam nos nec graece novimus[2] nec[v] aliquod opus aliquando graece conscripsimus[v]. Alia vero mala ipsius vel quid de eo a nobis in concilio statutum sit, antedicti portitoris, quem fraternitati vestrae[w] in omnibus commendamus, quia[x] praesens inventus est, relatione cognoscitis[y].

Hortamur praeterea atque ammonemus, ut communem filium Lucam presbyterum, de quo populus, quantum dicitur, non modica suspicione mordetur, publice de se[z] satisfacere et fidem suam moneas confiteri, atque sanctas synodos, quas apostolica veneratur ecclesia, se suscipere et sequi modis omnibus fateatur atque inter alia Nestorium et Severum ac sequaces eorum specialiter anathematizando condemnet[a], ut hac satisfactione[b] in filiorum vestrorum[c] cordibus nullum per illius occasionem contra vos possit scandalum remanere[d]. Qui si forte, quod non credimus, facere hoc aliqua excusatione distulerit, nihil[e] vobis cum illo commune sit, sed a familiaritate atque communione[f] vestra per omnia segregandus est. Nam sicut iam ante scripsimus, melius est[g] de ovili dominico[h] morbosam ovem eicere, quam unius vitio sanas amittere[i].

Haec igitur, frater carissime, diligenter attende[k] et ita stude, ut et filios vestros[l] unitos ac devotos, sicut decet, habere possitis[m] et hac de causa denuo ad nos querella non redeat. Latorem vero praesentium, ut praefati sumus, in omnibus commendamus; qui quoniam prius a malo monacho innocenter deceptus est et postmodum in convictione[n] eius fortiter perstitit[o], laboris sui retributionem hic apud vestram fraternitatem inveniat, quamvis, quia[p] in aeterna ei patria compensetur[q], certus existo. Si autem rursus ad orationem hic ad sanctos apostolos venire voluerit[r], eum fraternitas vestra sine aliqua mora transmittat.

XI, 56.

Gregorius I. papa Mellitum, abbatem in Franciis, Augustinum, Anglorum episcopum, monere iubet, idolorum fana ne destruat, sed in ecclesias mutet. Anglis concedatur, ut, quos idolis sacrificare consueverint, boves die dedicationis vel nataliciis sanctorum martyrum, quorum illic reliquiae reponuntur, in tabernaculis de ramis arborum factis et circa ecclesias positis comedant. *601, Iul. 18.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 205; ϱ: cap. 204. — Beda, h. e. I, 30.
Edd. M: Lib. XI. ep. 76; G: Lib. IX. ep. 71. — Bedae hist. eccl. ed. Holder ex cod. Cantabr. (Freiburg) I, 30. — Iaffé Reg. 1848 (1426).

p) descelerata *ϱ* 1.* q) male *ϱ* 1.* r) qui *ϱ 1.* s) reperit *R 2. ϱ*.* t) et *om. R 1.* u) *in* exscidi *corr. ϱ 1.* v) *verba* nec *usque* conscripsimus *om. ϱ* 1.* w) fraternitas ūrā *R 1.* x) qui *ϱ 1.* y) *ex* cognoscimus *corr. ϱ* 1;* cognoscis *R 1.* z) des re *R 1.* a) contemnet *ϱ 3.* b) satisfactio *ϱ* 1.* c) n̄rorum *R 1.* d) remeare *ϱ 3.* e) nil *ϱ 3.* f) commonitione *R 1.* g) est *om. ϱ* 1. 2, sed post. add. ϱ* 2.* h) *ex* dominicam *corr. R 1.* i) vitiosa (*om.* sanas) mittere *R 1.* k) adtendere *R 1.* l) n̄ros *R 1.* m) possetis *R 1. ϱ*, sed in* possitis *corr. R 1;* possitis *ϱ.* n) in convinctione *ϱ* 1;* in iniunctione *R 1;* in coniunctione *ϱ 1.* o) prestitit *ϱ 1.* p) quod *ϱ 3.* q) conpensentur *R 1.* r) *hic et post* fraternita *ras. exhibet ϱ 1.*

XI, 56. Numerum om., sed m. post. in marg. suppl. ϱ 1. —

2) *Cf. ep. X, 21 n. 7.*

XI, 56. Et superscriptio et subscriptio huius epistulae, quas Beda exhibet, scripta sunt secundum Diurni f. I, 11 (ad presbiterum diaconum primicerium et secundicerium). — *De Mellito cf. ep. XI, 34 n 5.*

GREGORIUS MELLITO ABBATI IN FRANCIIS.

Post discessum congregationis nostrae, quae tecum est, valde sumus suspensi redditi, quia nihil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cum vero[a] Deus omnipotens[b] vos ad reverentissimum virum[c] fratrem nostrum Augustinum episcopum perduxerit, dicite ei, quid[d] diu mecum de causa Anglorum cogitans tractavi, videlicet quia fana idolorum destrui in eadem gente minime debeant, sed ipsa, quae in eis sunt[e], idola destruantur. Aqua benedicta fiat[f], in eisdem fanis aspergatur[g], altaria construantur, reliquiae ponantur, quia, si fana eadem bene constructa sunt, necesse est, ut a cultu daemonum in obsequio[h] veri Dei debeant commutari, ut, dum gens ipsa eadem fana sua[i] non videt destrui, de corde errorem deponat et Deum verum cognoscens ac adorans ad loca[k] quae consuevit familiarius concurrat. Et quia boves solent in sacrificio daemonum multos occidere, debet eis[l] etiam hac de re aliqua sollemnitas[m] inmutari, ut die dedicationis vel natalicii[n] sanctorum martyrum quorum illic reliquiae ponuntur tabernacula sibi circa easdem ecclesias, quae ex fanis commutatae sunt, de ramis arborum faciant et religiosis conviviis[o] sollemnitatem celebrent; nec diabolo iam animalia immolent, sed et ad[p] laudem Dei in esu[q] suo animalia occidant et donatori omnium de satietate[r] sua gratias referant, ut, dum eis aliqua exterius gaudia reservantur[s], ad interiora gaudia consentire facilius valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscidere impossibile esse non dubium est, quia[t] is qui summum locum ascendere nititur[u] gradibus vel passibus, non autem[v] saltibus elevatur. Sic Israhelitico[w] populo in Aegypto Dominus se quidem innotuit, sed tamen eis sacrificiorum usus[x], quae[y] diabolo solebat exhibere, in cultu proprio reservavit[z], ut eis in suo sacrificio animalia immolare[a] praeciperet, quatenus cor mutantes aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent, ut, etsi ipsa essent animalia quae offerre consueverant, vero tamen[b] Deo haec et non idolis immolantes, iam sacrificia ipsa non essent. Haec igitur[c] dilectionem tuam praedicto fratri necesse est dicere, ut[d] ipse in praesenti illic positus perpendat, qualiter omnia debeat[e] dispensare[f].

XI, 56a.

Gregorius I. papa Augustino episcopo (Anglorum), ad quaestiones per Laurentium presbyterum et Petrum monachum translatas respondit, videlicet 1) de reditu ecclesiarum

In titulo: Melton *ϱ*2.3;* Melito *ϱ*4* — Dilectissimo filio Mellito abbati Gregorius servus servorum dei *Beda.* a) ergo *Beda.* b) deus *hic iterum add. ϱ1.* c) virum *om. R1. ϱ3.* d) quod *ϱ3.* e) fanis *add. ϱ3.* f) *ex* sit et *corr. R1;* fiat et *ϱ*1.* g) aspargatur *R1. ϱ*1. ϱ3.* h) obsequium *ϱ1.* i) *ita R1. Beda;* sua *om. cet.* k) ad *add. ϱ3.* l) debetis *R1. ϱ1;* debet his *ϱ*;* debet eis *Beda* m) aliquā sollemnitatē *ϱ1.* n) *ita B;* natalicia *R1. ϱ*;* natalitiis *ϱ3;* natalitiis, *sed* is *in ras. ϱ1.* o) conciliis *ϱ3.* p) et ad *B;* et *pro* sed ad *codd. n.; sed suprascr.* ad *ϱ1.* q) eius *R1.* r) sotietate *ϱ3.* s) referantur *R1.* t) et *add. B.* u) necesse est ut *add. ϱ*.* v) autem *om., sed supra lin. suppl. R1* w) ihlitico *R1;* hisrahelitico *ϱ1;* isrhelico *ϱ*1;* israelitico *cet.* x) usum *ϱ*;* animalia *add. ϱ3.* y) *ita Beda. ϱ3;* quem *ϱ1. ϱ*;* quos *R1.* z) servavit *ϱ1.* a) immo *R1.* b) vero tamen *Beda. ϱ*2.3. ϱ3;* verumtamen *cet.* c) agitur *ϱ*1.* d) et *add. ϱ1.* e) debeat *om. R1.* f) *Beda add.:* Deus te incolumem custodiat, dilectissime fili. Data die XV. kalendarum *(sic!)* imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto anno decimo nono, post consulatum eiusdem domini anno decimo octavo, indictione quarta [1].

XI, 56a. Haec epistula deest in collectionibus nostris R. C. P; sed asservatur et apud Bedam in historia ecclesiastica I, 27 (= B) et in quibusdam veteribus canonum collectionibus (cf. Maassen, Gesch. der

1) Dubium non est, quin in temporis notis, quas Beda exhibet, 'Augustarum' supplendum sit, cum haec ep. sine dubio post ep. XI, 34 et sequentes scripta atque mense Iulio in registrum relata sit.

XI, 56a. De hac epistula, an genuina sit, saepe disputatur. Postquam Beda hanc epistulam primus, ut videtur, protulit, Bonifatius Nothelmo, qui Bedae ex scrinio Romanae ecclesiae plurima suppedi-

distribuendo et de clericorum nuptiis; 2) de optima quaque consuetudine ex aliis ecclesiis recipienda; 3) de sacrilegii poenis; 4) et 5) de nuptiis licitis et illicitis; 6) de episcopis per episcopos consecrandis; 7) de ratione cum Galliarum episcopis habenda; 8) de mulieribus praegnantibus et de baptismo; 9) de iis qui nocturna pollutione inquinati sunt.

601, Iul.

Codd.: Beda, hist. eccl. I, 27; de collectionibus canonum vide infra notam.
Edd. M: Lib. XI. ep. 64; G: Lib. XII. ep. 31. — Bedae hist. eccl. ed. Holder ex codice Cantabrigiensi I, 27. — Iaffé Reg. 1843 (1414).

GREGORIUS AUGUSTINO EPISCOPO.

Per dilectissimos meos filios[a] Laurentium presbyterum[b] et Petrum monachum fraternitatis[c] tuae scripta suscepi, in quibus[d] me de multis capitulis requirere curasti. Sed quia praedicti filii[e] podagrae me invenerunt doloribus afflictum, et cum urguerent

Quellen etc. I p. 304); ex quibus nobis collatae sunt cod. Lucensis 490 s. VIII ex. (cf. Duchesne, lib. pont., p. CLXV; nobis: L); cod. Ambros. S. 33 sup. s. IX ex., f. 276—286, collectionis, quae dicitur Dionysiana Bobiensis (cf. Maassen l. l. p. 475; nobis: A); cod. Paris. Lat. 3846 s. IX, olim Teller. Rem., f. 254 ss., collectionis, quae dicitur Sancti Amandi (cf. Maassen l. l. p. 780; nobis: T); cod. Paris. Lat. 3182 s. X, olim Bigot., f. 269 ss., collectionis, quae appellatur Fecampiana (cf. Maassen l. l. p. 784; nobis: F); denique, quem passim adhibui, ex collectionibus secundum ordinem digestis cod. Paris. Lat. 3848 B s. IX, f. 162 ss., Herovallianae (cf. Maassen l. l. p. 828; nobis: H). — Hanc ep. exhibet etiam Pseudoisidorianae coll. cl. A (cf. Hinschii ed. p. XXX. CVI.). — Maurini adhibent cum alios codices tum Vat. D. — Titulum ita scripsi; deest apud Bedam; (rubro atr.:) Responsum beati Gregorii ad Augustinum epm *(et nigro:)* quem Saxonie in predicatione direxerat inter cetera et ad locum *L;* Item scripta Gregorii papae ad Augustinum episcopum, quem in Saxoniam direxerat et Brittaniam *A;* De expositione diversarum rerum beati Gregorii papae urbis Romae, quam transmisit in Saxonia ad Agustinum epm, quem (quae *T*) ipse (*add. T et Ps.-Is.:* pro se) ad predicandum misit *F. T. Ps.-Is.;* Capitula canonum Gregorii papae. Rescripta beati Gregorii pape ad Agustinum epm quem pro se in Xaxoniam ad predicandum misit *H. — Initium epistulae:* per dilectissimos *usque* non valui *om. et B et F. T. H. Cf. Reg. Ewaldi I-E. 1843 et N. A. XVII p. 395 et Balleriniorum Append. in op. S. Leonis, qui Vat. 1343. 1344. Patavin. 159 citant (Migne, patr. Lat. 56, c. 272).* a) *ita L;* filios meos *A.* b) *ex* Laurentius prbr *corr. L.* c) fraternitati *L.* d) a *add. A.* e) mei *add. A.*

taverat, tunc archiepiscopo Cantuariensi, scripsit (ante a. 741): . . . diligenter obsecro, ut illius epistolae, qua continetur, ut dicunt, interrogationes Augustini pontificis ac praedicatoris primi Anglorum et responsiones s. Gregorii papae, exemplar mihi dirigere curetis — in qua inter cetera capitula continetur, quod in tertia generatione propinquitatis fidelibus liceat matrimonia copulare *(cf. cap. V)* — et ut scrupulosa cautela diligenter investigare studeatis, si illa conscriptio supra dicti patris nostri s. Gregorii esse comprobetur an non. Quia in scrinio Romanae ecclesiae, ut adfirmant scriniarii, cum ceteris exemplaribus supra dicti pontificis quaesita non inveniebatur. *(Epist. III, 284. Ewald coniecit etiam ib. p. 308 in ep. Gemmuli diaconi ad Bonifatium data de hac epistula agi.) Recte notat Mommsen (N. A. XVII p. 390. 395.) Bedam praefationem epistulae cognovisse quidem — nam Laurentium et Petrum in praefatione commemoratos ipse latores huius epistulae commemorat — sed non retulisse itaque mirum non esse, quod Bonifatii mandatarii epistulam nostram non reppererint. Sed verisimile est Bedae hanc cum ceteris epistulis Roma ex registro allatam esse. Eadem epistula eodem fere tempore vel paulo post in Italia edita esse videtur cum initio* per dilectissimos *etc.; ex qua editione ceterae collectiones canonum hauserunt. Quae cum ita sint neque quicquam in hac epistula inveniatur, quod quin noster scripserit, fieri non possit, non dubito, quin genuina sit. — Mommsen l. l. ex verbis codicis Lucensis* inter cetera et ad locum *efficere studet non integram epistulam, sed excerpta tantum nobis asservata esse; an his verbis significatur totam epistulam ex registro excerptam esse? — De tempore notandum est nostram ep. post ep. XI, 45 scriptam esse (cf. n. 14); neque credo Laurentium et Petrum huius latores fuisse; Gregorium credo se excusare, quod, cum illi Romae essent, latius respondere non valuerit, quam in ep. XI, 39; hac nostra epistula latius respondet ideoque puto eam, postquam Laurentius et Petrus Roma profecti erant, eodem tempore, quo ep. ad Mellitum, transmissam esse.*

citius se dimitti, ita relaxati sunt, ut in eadem[f] me doloris afflictione[g] relinquerent; singulis quibusque capitulis, ut debui, latius respondere non valui.

Primo capitulo[h] „de episcopis[i] qualiter[k] cum suis clericis conversentur[l], vel[m] de[n] his quae fidelium oblationibus accedunt[o] altario quantae debeant[p] fieri portiones, et qualiter episcopus agere in ecclesia debeat[q] [1].“ Sacra scriptura testatur, quam[r] te bene[s] nosse non est dubium[t], et specialiter[m] beati Pauli[u] ad[v] Timotheum epistolae[w] [2], in quibus[x] eum[y] erudire studuit, qualiter[z] in domo Dei conversari debuisset[a]. Mos[b] autem[c] sedis[d] apostolicae est[e] ordinatis episcopis praecepta[3] tradere[f], ut[g] ex[h] omni stipendio quod accedit[i] quattuor debeant fieri portiones, una videlicet episcopo et familiae propter hospitalitatem atque susceptionem[k], alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiis reparandis. Sed quia[l] tua fraternitas monasterii[m] regulis erudita[n] [4] seorsum vivere[o] non debet a[p] clericis suis, in ecclesia Anglorum[q], quae auctore Deo nuper adhuc ad[r] fidem perducta[s] est, hanc debet conversationem instituere[t] quae initio nascentis ecclesiae fuit[u] patribus nostris[5], in quibus nullus eorum[v] ex his quae possidebant[w] aliquid suum[x] esse dicebat[y], sed erant eis[z] omnia communia.

Si[a] qui vero sunt clerici[b] extra sacros ordines constituti[c], qui se continere[d] non possunt, sortiri[e] uxores debent et stipendia[f] sua[g] exterius accipere, quia et de eisdem patribus, de[h] quibus praefati sumus, novimus scriptum, quod[i] dividebatur[k] singulis, prout cuique opus[l] erat[6]. De eorum quoque stipendio cogitandum atque providendum est[m], et[n] sub ecclesiastica regula sunt[o] tenendi, ut bonis moribus vivant et canendis[p] psalmis invigilent[7] et ab[q] omnibus inlicitis[r] cor et linguam[s] et corpus Deo auctore conservent. Communi autem[t] vita viventibus iam de[u] faciendis[v] portionibus vel exhibenda hospitalitate et[w] adimplenda[x] misericordia nobis quid erit loquendum, cum omne[y] quod[z] superest[a] in causis piis ac religiosis erogandum est Domino[b] magistro

f) *ex* eodem *corr. L.* g) *ex* dolores adtflictionem *corr. L;* dolorum aflictione *A.* h) Primo capitulo *scr. rubro L; om.* capitulo *sic:* I. Interrogatio b. Augustini episcopi Cantuariorum ecclesiae *B;* Primo etenim capitulo requisisti, ut tibi liber unus transmitti debuisset, in quo contineri possit *A;* Int(errogatio) *T;* I *H; haec omnia om. F.* i) *etiam haec verba rubro scr. L; om. A. H.* k) qualiter episcopi *H;* qualiter episcopum *A.* l) conversetur *A.* m) *verba* vel *usque* specialiter *om. H.* n) de *om. T. F.* o) *add.* ad *L.* p) debent *L.* q) eps agere in ecclesia d. *B. T;* eps in eccl. agere d. *L. F;* agere eps in eccl. d. *A* — *hic add.* et *A,* Respondit Gregorius papa urbis Romae *B,* Rp scs Gregorius papa Romae *T,* Responsio beati Gregorii papae urbis Romae *F.* r) quod *L.* s) bene te *A. T. F.* t) non est dubium *L;* dubium non est *B. A;* non dubium (*om.* est) *T;* non dubito *F.* u) apostoli *H.* v) a *L.* w) epistolam *A;* epistolę testantur *F;* testatur epistula *H.* x) in qua *A.* y) eum *om. L. T. F.* z) eum *hic add. L. H.* a) conv. oportuisset *T. F. H;* opportuisse conversari *L;* conversari debuisset *B. A.* b) mox *F.* c) enim *L.* d) sed his qui *T.* e) ut *add. L. T. H.* f) traderent *L. T;* traderint *H.* g) et *L. T. F.* h) in *B.* i) accedet *T;* accidit *F.* k) atque susceptionem *om. H.* l) quia *om. H.* m) monasticis *A.* n) eruditus *T. H.* o) fieri *B.* p) debent ad *L.* q) Angelorum *L.* r) ad *om. L.* s) adducta *B.* t) instruere *L. F.* u) sub *add. A.* v) proprium *add. F.* w) habebat *add. F.* x) suum aliquid *L.* y) dicebaut *L.* z) eis *B. A. T;* illis *L. F; om. hoc verb. H.* a) *ante* Si *add.* II. de illorum stipendio qui uxores ducunt *H* — si *om. T;* se *F* — qui *om. L.* b) clerici sunt *L. T.* c) constitute *T.* d) contineri *L.* e) sortire *L. T. F. H.* f) extipendia *L.* g) sua *om. L.* h) de his de (*om.* eisdem patribus) *T. F.* i) quia *L. A;* quia scriptum est *H.* k) dividebantur *A;* qui videbatur *T.* l) opus *om. L.* m) est atque prov. *T* — cogitandum atque *om. H.* n) ut *F.* o) sunt *om. T.* p) canendi *L.* q) ut *A.* r) et *add. B.* s) temperent *add. A.* t) commune (*om.* autem) *L;* communis (*om.* autem) *T.* u) III. De commuuis vita vel elimosinis. — Iam te *H.* v) deficiendis *F.* w) et *om. L;* vel *A.* x) implenda *A.* y) oms *L.* z) quod *om. F.* a) necessitatibus *add. B. H.* b) dm *L.*

1) *De quartis ecclesiasticis cf. ep. V, 12 n. 3. VIII, 7 n. 4 et de communi vita Bedae h. e. I, 26.* 2) *Cf. 1 Tim. 3, 1 ss.* 3) *Diurn. f. 6; cf.* cautionem *episcopi ib. f. 74.* 4) *Cf. ep. VI, 49 n. 3.* 5) *Cf. A. apost. 4, 32 ss.* 6) *Cf. ib. 4, 35.* 7) *Cf. ep. V, 51 n. 4. Adde I-E. 2315 (Mansi, l. l. XII c. 561, 13).*

Luc. 11, 41. omnium docente[c]: 'Quod superest, date elemosinam, et[d] ecce omnia munda[e] sunt vobis'?

II[f]. „Cum una sit fides, sunt[g] ecclesiarum diversae consuetudines et aliter[h] consuetudo missarum in sancta Romana ecclesia atque aliter[h] in Galliarum ecclesiis[i] tenetur[k][8]." Novit[l] fraternitas tua Romanae ecclesiae consuetudinem, in qua se meminit nutritam[m]; valde amabilem te habeat[n]. Sed mihi placet[o], sive in Romana sive in Galliarum sive[p] in[q] qualibet ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo possit[r] placere, sollicite eligas[s] et in Anglorum ecclesia, quae adhuc ad fidem nova[t] est, institutione praecipua[u], quam[v] de[w] multis ecclesiis colligere[x] potuisti[y], infundas[z]. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis quae pia, quae religiosa[a], quae recta sunt elige et haec quasi in fasciculo[b] collecta[c] apud Anglorum mentes[d] in consuetudinem depone[e].

III[f]. „Obsecro, quid pati debeat, si quis aliquid de ecclesia furtu[g] abstulerit[h]."

Hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest[i], qualiter valeat[k] corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia furtum perpetrant[l], et sunt alii[m], qui hac in re[n] ex inopia delinquunt[o]. Unde necesse est, ut quidam[p] damnis, quidam vero verberibus et[q] quidam[p] districtius[r], quidam[p] autem[s] lenius[t] corrigantur[u]. Et cum paulo[v] districtius agitur[w], ex caritate[x] agendum est[y], non ex furore, quia ipsi hoc[z] praestatur qui corrigitur, ne gehennae ignibus[a] tradatur[b]. Sic[c] enim nos fidelibus tenere disciplinam[d] debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent[e], quos et pro culpis verberibus feriunt et tamen[f] ipsos quos doloribus affligunt habere heredes quaerunt et quae[g] possident ipsis servant[h], quos irati insequi videntur. Haec ergo caritas in mente tenenda est, et[i] ipsa modum correctionis[k] dictat[l.i] ita, ut mens extra rationis regulam omnino nihil[m] faciat.

Addis[n] etiam „quomodo ea quae[o] furtu[p] de ecclesiis abstulerint[q] reddere debeant." Sed absit, ut[r] ecclesia cum augmento[s] recipiat quod de terrenis rebus videtur amittere et lucra de vanis[t] quaerat[u.v].

c) omnium magistro docente *B; magistrum omnium dicente L;* et magistro omnium dicente (*in* docente *corr. al. m.*) *A;* et magistro omnium docente *F. T. H.* d) et *om. F.* e) mundata *L.* f) II. Interrogatio Augustini *B; om. numerum L;* Interrogatio, *om. cet., T. F;* III. De missa celebranda, *om. verbis usque* tenetur *H;* Secundo quoque capitulo requiris quia *add. A.* g) sunt *om. T.* h) *ita L. A. F;* altera *B. T.* i) ecclesiis *om. B.* k) Respondit Gregorius papa *add. B. T;* respondit beatus Gregorius *F.* l) atque addidit (*pro* novit) *A.* m) nutritus es *H.* n) *ita L. F. T;* v. am. habeat, *om.* te *et suprascr. m. post.* quia *vel* quam *ante* valde *A; verba* valde *usque* habeat *om. B. H.* o) ut *add. L. T. H.* p) seu *B. A.* q) in *om. L.* r) possis si *F.* s) eligat *A, sed* t *in ras.;* elegat *T.* t) nova est ad fidem *L.* u) institutionem praecipuo *L.* v) quae *B.* w) in *F.* x) colligere *om. L.* y) potui *L;* potuit *A. T.* z) infundum *L;* infundat *A. T. H.* a) quae piam que regulam *L.* b) vasculo *L;* fasciculum *B.* c) collecto *L.* d) mens *L;* gentem *A.* e) deponat *T. H.* f) III *om. L;* III. Interrogatio Augustini *A;* III. interrogatio *T;* Interrogatio *F;* Tertio quippe capitulo requiris (*om.* obsecro) *A;* V. De furtis ecclesiae (*om. verb. usque* fraternitas) *H.* g) furti *L;* furto *A.* h) *ita L;* sed *add. A;* Respondit Gregorius *add. B. F. T.* i) oportet *H.* k) valeant *L.* l) penetrant *L.* m) aliqui *A.* n) haec *A;* in hac re *F.* o) delinquentes faciunt *A;* perpetrant *H.* p) quibusdam *H.* q) et *om. A.* r) destrictius, *om. verb. usque* districtius *F.* s) autem *om. L;* et aliis (*pro* autem) *H;* his *T.* t) levius *B;* aliis vero districtius *hic add. H.* u) corrigatur *L. T. H.* v) pauli *T.* w) agatur *F.* x) causa *L.* y) et *add. B;* car., non ex fur. agendum est *H.* z) potius *add. A.* a) ignis *L. F.* b) detur *A.* c) si *T.* d) discipline tenere *H.* e) desideriis olent *T.* f) tam *L.* g) quaecumque *A; hoc verb. om. T.* h) servent *T.* i) *verba* et *usque* dictat *om. H.* k) correptionis *B.* l) dicat *F. T.* m) non *A.* n) *ita A. F. T;* addes *B;* addi est *L;* addis etiam *om. H.* o) autem (*om.* ea quae) *H.* p) *ita B. F. T;* furto *L. A;* furtum *H.* q) abstulerint *om. H.* r) ne *T;* absind (*om.* ut) *L.* s) augmentum *L. T. H.* t) damnis *A.* u) quærere *B. L. H;* quaerat *A. F. T.* v) *Hic add., quae suo loco omitt., cap. VIII et IX cod. A atque cap. VI et VII cod. L et, quem fratres Ballerinii citant, Vat. 1343.*

8) *Cf. ep. IX, 26 et Duchesne, Origines du culte Chrétien (1889) p. 180 ss. Adde etiam ep. I, 41:* in una fide nil officit s. ecclesiae consuetudo diversa.

IIII[w]. „Si[x] debeant[y] duo germani fratres singulas sorores accipere, quae sunt ab illis longa[z] progenie generatae[a].“

Hoc fieri modis omnibus[b] licet, nec quicquam[c] in sacris eloquiis invenitur, quod huic capitulo contradixisse[d] videatur[e].

V[f]. „Usque ad quotam[g] generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari, et[h] novercis et cognatis si liceat copulari coniugio[h,i].“

Et quidem[k] terrena lex in Romana republica[l] permittit[m], ut[n] sive[o] fratris[p] et[q] sororis[r] seu duorum fratrum germanorum vel duarum[s] sororum[t] filius et filia[u] misceantur[v] 9). Sed experimento didicimus ex[w] tali coniugio subolem[x] non posse succrescere, et sacra lex prohibet[y] cognationis[z] turpitudinem revelare[a]. Unde necesse est, ut iam[b] tertia vel[c] quarta generatio fidelium licenter sibi[d] iungi debeat[e] 10). Nam[f] secunda quam praediximus[g] a se[h] omni modo debet abstinere[i]. Cum noverca autem[k] miscere[l] grave est facinus, quia et in lege[m] scriptum est: ‘Turpitudinem patris tui non Lev. 18, 7.
revelabis’[n]. Neque enim patris turpitudinem filius revelare potest; sed quia scriptum est: ‘Erunt duo in carne una’, qui turpitudinem novercae, quae[o] una caro cum patre[p] Genes. 2, 24.
fuit, revelare praesumpserit, profecto patris turpitudinem revelavit. Cum cognata quoque miscere[q] prohibitum est, quia[r] per coniunctionem[s] priorem caro fratris fuerat[t] facta. Pro qua re etiam Iohannes Baptista[u] capite truncatus est et sancto martyrio consummatus[v]. Cui[w] non est dictum, ut Christum negaret, et pro Christi confessione occisus est[w]; sed quia isdem dominus noster Iesus Christus dixerat: ‘Ego sum veritas’, Ioh. 14, 6.
quia pro veritate Iohannes occisus est, videlicet et[x] pro[y] Christo sanguinem fudit[z].

w) *Haec et seq. verba usque* videatur *om. H* — IIII. Interrogatio Augustini *B;* IIII. Interrogatio *T;* Interrogatio *F;* Sexto quoque capitulo *A; numerum om. L.* x) requisisti si *L. A.* y) debent *A. T.* z) longe *F. T.* a) generali *T.* — *Hic add.:* Respondit Gregorius *B. F. T* — sed *add. L. A.* b) modis omnib. hoc fieri *F. T.* c) *ita L. A;* nequaquam *T;* nequaquam enim *B. F.* d) *ita L. A. T;* contradicere *B;* contradici *F.* e) *Hic add.* Addens *L; in quo codice post hoc verbum aut unum aut plura folia exciderunt. Hic desinit etiam cod. Vat. 1343 Balleriniorum.* f) V. Interrogatio Augustini *B;* Interrogatio *F. T;* Septimo quoque capitulo requisisti *A;* VI. De coniugiis propinquorum usque quo liceat *(cet. usque* coniugio *om.) H.* g) cotum *T;* quartam *F.* h) *pro verbis* et *usque* copulari *scribit A:* addens, quia in Anglorum gente novercis et cognatis libere misceantur. i) Respondit Gregorius *add. B. F. T.* k) quaedam (*pro* et quidem) *B.* l) lex Romanorum *H.* m) concedit *A.* n) aut *F.* o) sibi *A.* p) *ita A;* fratri *F. T. H;* frater *B.* q) et *B;* ut *T;* aut *A. F. H.* r) *ita A;* sorori *F;* sorore *T. H;* soror *B.* s) duorum *T.* t) sororum *om. T. H.* u) filii et filiae *A.* v) misceatur *F.* w) et *T.* x) suboli *T.* y) perhibet *F.* z) cognitionis *T.* a) non revelare *H;* revelari *A.* b) etiam *H.* c) tertia vel *om. spatio vacuo relicto A.* d) sibi licenter *A;* licent sibi *T.* e) coniuugi debeat *F;* coniungant *H.* f) a *add. A.* g) prodimus *T.* h) a se *om. A;* a re *F.* i) debeat abstineri *A;* abstinere debet *F.* k) enim *F.* l) *ita B. T. H;* misceri *A. F.* m) et in lege *om. H;* et *om. etiam A spatio vacuo relicto.* n) *pro reliquo capitulo H scribit haec:* Et qui turpitudinem noverce revelat, turpitudinem patris revelat, cumque una caro dudum fuit. Cognata vero per coniunctionem fratris tui soror tua facta est. Si vero in Anglorum gente, dum esset in infidelitate, huic nefando coniugio fuerunt admixti, admonendi sunt, ut se abstencant et peneteant. Non tamen pro ea re, quod ignoranter ante baptismum commiserunt, communione priventur. o) quia *T.* p) ista re (*pro* patre) *T.* q) misceri *A. F.* r) *ita B. F;* quae *A. T.* s) coniectionem *F;* iunctionem *T.* t) fuerit *T;* facta est *F.* u) Baptista *om. A.* v) coronatus *F;* consummatur *T.* w) *verba* cui *usque* est *om. F.* x) et *om. A.* y) pro *om. T.* z) *hic ‘septimam’ interrogationem Augustini add. edd. G. M.:* Declarari posco, an sic turpiter coniunctis sit indicenda separatio et sacrae communionis deneganda oblatio.

9) *Recte affert Gussanv. legem Cod. Iust. V, 4, 19 (a. 405), qua eiusmodi* matrimoniis licentia … indulta est … revocata prisci iuris auctoritate *et Inst. I, 10, 4. Gothofredus ad illam legem notat Harmenopulum IV, 6, 22 illas nuptias prohibere. Cf. not. seq.* 10) *Cf. Cassiod. Var. VII, 46. S. Ambros. ep. ad Paternum (I, 60 Maur.). Aug. civ. dei XV, 16 quae viri docti citant. Adde etiam synod. Gregorii II. a. 721 et eiusdem papae litteras a. 726 ad Bonifatium missas (I-E. 2174; cf. 2239. 2599), quibus idem, quod nostra ep., praecipitur. Adde Gregorii II. ep. ad Martinianum a. 716. Cf.* Der Katholik, *1882, 2 p. 64 ss. Richter-Dove, Kirchenr.*[8] *p. 1085 n. 11. O. Mejer, Ztschr. f. deutsches Recht VII (1842) p. 172 ss.*

Quia vero[a] sunt multi in Anglorum gente, qui, dum adhuc in[b] infidelitate essent[c], huic nefando coniugio dicuntur admixti[11], ad fidem venientes ammonendi sunt, ut se abstineant et grave hoc esse peccatum cognoscant; tremendum Dei iudicium[d] timeant, ne pro carnali dilectione[e] tormenta aeterni cruciatus[f] incurrant. Non tamen pro hac re sacri[g] corporis ac[h] sanguinis Domini communione privandi sunt, ne in eis illa ulcisci videantur[i], in quibus se per ignorantiam ante lavacrum baptismatis astrinxerunt. In hoc enim tempore sancta ecclesia quaedam per fervorem[k] corrigit, quaedam per mansuetudinem tolerat, quaedam[l] per considerationem dissimulat atque[m] ita portat et dissimulat[m], ut saepe[n] malum quod adversatur[o] portando et dissimulando compescat. Omnes autem[p] qui ad fidem veniunt ammonendi sunt, ne tale aliquid audeant perpetrare; si qui autem[q] perpetraverint, corporis et[r] sanguinis Domini communione privandi sunt, quia, sicut in his qui per ignorantiam fecerunt culpa aliquatenus toleranda est, ita in his fortiter insequenda, qui non[s] metuunt sciendo peccare[t].

VI[u]. „Si longinquitas itineris magna interiacet, ut episcopi non facile valeant[v] convenire, an debeat[w] sine aliorum episcoporum praesentia episcopus[x] ordinari[y,z].“

Et quidem in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu[a] episcopus inveniris[b], ordinare[c] episcopum non aliter nisi sine episcopis[d] potes[e 12]. Nam quando de Gallis episcopi[f] veniunt, qui in[g] ordinatione episcopi[h] testes[i] assistant[k]? Sed fraternitatem tuam ita volumus episcopos[l] ordinare, ut ipsi sibi episcopi[m] longo intervallo[n] minime[o] disiungantur, quatenus nulla sit necessitas, ut in ordinatione[p] episcopi[q] pastores[r] quoque alii, quorum[s] praesentia[t] valde est utilis, facillime[u] debeant convenire[v]. Cum igitur auctore Deo ita fuerint episcopi[w] in propinquis sibi locis ordinati[x], per omnia episcoporum ordinatio sine adgregatis tribus[y] vel quattuor episcopis[z] fieri non debet[a]. Nam[b] in ipsis rebus spiritalibus, ut sapienter et mature[c] disponantur, exemplum[d] trahere a rebus etiam carnalibus possumus. Certe enim dum[e] coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique[f] convocantur[g], ut qui in via iam coniugii praecesserunt[h] in subsequentis quoque copulae[i] gaudio misceantur; cur non ergo[k] et[l] in hac spiritali ordinatione, qua per sacrum mysterium[m] homo Deo coniungitur, tales conveniant, qui vel[n] in provectu[o] ordinati[p] episcopi gaudeant vel pro[q] eius custodia[r] omnipotenti Domino[s] preces pariter fundant?

a) autem *A.* b) in *om. T.* c) essent *om. A.* d) iudicium *om. T.* e) delectatione *A.* f) cruatus *T.* g) sacri *om. F. T.* h) et *F.* i) *ita B. T;* videamur *A;* videatur *F.* k) quaedam fervore *F.* l) etiam *add. A.* m) *verba* atque *usque* dissimulat *om. T; verba* et dissimulat *om. F.* n) semper *T.* o) aversatur *F.* p) hii (*pro* h') *F.* q) autem *om. F.* r) ac *A.* s) non *om. T.* t) prevaricare *A.* u) VI. Interrogatio Augustini *B;* VI. interrogatio *T;* Interrogatio *F; L (post cap. III) superscriptionem om.;* Octavo quoque capitulo requisisti *A;* VII. De ordinationibus fatiendis *H, qui codex omisso initio huius capituli inde a verbis* episcopi non longo intervallo inter se disiungantur *excerpta exhibet.* v) possint *L.* w) debeant *L. T.* x) episcopum, *sed corr. L;* episcopos *F;* epi *T.* y) ordinare *T.* z) Respondit Gregorius *add. B. F;* Resp. Gregorius papa *add. T.* a) tu solus *L. A.* b) inveneris *L. F. T.* c) ordinari *L.* d) sine alio episcopo *A.* e) potest *L. F;* potestatem *T.* f) episcopis *L.* g) in *om. L.* h) episcopo *L.* i) tibi *add. L.* k) adsistunt *L. F. T.* l) episcopum *L.* m) episcopi *om. A.* n) iter vallo *L.* o) minimi *T.* p) ordinationes (*om.* in) *L.* q) convenire non possint *add. T;* convenire non possumus *F.* r) pastorum *F. T.* s) aliquorum *F. T.* t) quia *add. F. T.* u) facile *B.* v) convenirent *L.* w) etiam *add. T.* x) ordinatione *in* ordinationes *corr., om. verba usque* ordinatio *L.* y) tres, *sed corr. L.* z) *ex* episcopi *corr. m. post. L.* a) debent *L.* b) quod *add. T.* c) aut sapientes aut maturi *L. T;* et sapienter et mature *F;* ut sap. ac mat. *A.* d) enim *add. L.* e) cum *L.* f) quoque *F.* g) coniunguntur *A;* vocantur *F. T.* h) processerunt *L;* praecesserint *A.* i) procul a te (*pro* copulae) *F; om. hoc verb. T.* k) ergo non *L.* l) nov et *L;* nobiscum (*om.* et) *F. T.* m) ministerium *B.* n) vel *om. F. T.* o) *ita B. A;* profecto *L. F. T.* p) *ex* ordinato *corr. L.* q) per *T.* r) custodia *om. et pro* eius *in marg. add.* eo *L.* s) deo *B.*

11) Longum est hic de illa consuetudine agere, qua olim plurimae gentes utebantur. *12) Cf. ep. XI, 39.*

VII[t]. „Qualiter debeamus[u] cum Galliarum atque Brittaniarum[v] episcopis agere[w].“ In Galliarum episcopis nullam[x] tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis praedecessorum[y] meorum temporibus pallium Arelatensis episcopus accepit, quem[z] nos privare auctoritate percepta[a] minime debemus[13]. Si igitur contingat, ut fraternitas tua ad[b] Galliarum provinciam transeat, cum eodem Arelatense episcopo[c] debet[d] agere, qualiter, si qua sunt[e] in episcopis vitia[f], corrigantur. Qui si forte in[g] disciplinae[h] vigore[i] tepidus existat[k], tuae fraternitatis zelo accendendus est. Cui etiam epistolas fecimus[l][14], ut cum tuae sanctitatis praesentia in Galliis[m] et[n] ipse tota mente[o] subveniat et quae sunt creatoris nostri iussioni contraria ab[p] episcoporum moribus compescat. Ipse autem[q] extra[r] auctoritatem propriam episcopos[s] Galliarum iudicare non poteris; sed suadendo, blandiendo, bona quoque tua[t] opera eorum imitationi[u] monstrando[v], pravorum mentes ad sanctitatis studia[w] reforma[x], quia scriptum est in lege[y]: ‘Per alienam messem transiens falcem mittere[z] non debet, sed manu spicas[a] conterere et manducare[b]’. Falcem enim iudicii mittere non potes[c] in ea segete, quae alteri[d] videtur esse commissa; sed per affectum boni operis frumenta dominica[e] vitiorum suorum paleis exspolia et[f] in ecclesiae corpore monendo et persuadendo, quasi mandendo[g] converte. Quicquid vero ex auctoritate agendum[h] est, cum praedicto Arelatensi episcopo agatur, ne[i] praetermitti possit[k] hoc quod antiqua patrum constitutio[l] invenit. Brittanorum[m] vero omnes episcopos tuae fraternitati committimus[n], ut indocti doceantur, infirmi persuasione[o] roborentur, perversi auctoritate corrigantur[p][15]. Deuter. 23, 25.

t) VII. Interrogatio Augustini *B;* VII. int. *T;* Interrogatio *F; L superscriptionem om.;* Nono quoque capitulo requisisti *A;* VIII. De episcopis Gallearum et Brittanorum *H, in quo cod. excerpta huius cap. sequuntur.* u) debemus *B. F;* debeas *A;* debeamus *L. T.* v) Brittaniarumque *B.* w) Respondit Gregorius *add. B. T,* Respontio Gregorii *F,* sed *A.* x) unam *L. T.* y) prodecesserunt *L;* decessorum *F.* z) Arelatensi epi acceperunt quam *A.* a) p̧ pręcepta *A;* accepta *F.* b) *hic ras. exhibet et* ad *om. L.* c) eorum A. epis *T* — episcopum *L.* d) debeat *F. T.* e) qua (*ex* quę *corr.*) non *L; om.* sunt *T.* f) vita *T.* g) in *om. A.* h) disciplinis *F.* i) rigore *L.* k) existit *A;* extat *F.* l) epistolam facimus *A.* m) *ex* Gallis *corr.* Gallia *L;* Gallis *F. T* — fuerit *add. A. F.* n) et *om. A.* o) mente *om. L;* tota mentis unitate *A.* p) *ex* creatori nostro iussione c. ad *corr. L.* q) enim *L;* his (*pro* h') *F.* r) *ita B. L, sed* extra *del. L;* ex *A. F. T;* ex tua auctoritate propria *scr. Mommsen.* s) epis *F;* episcopum post, *sed* post *del. L.* t) tua *om. B.* u) imitatione *L. T, sed in* imitationem *corr. L.* v) monstrant a *T.* w) studium *T. F.* x) reformando *A.* y) sicut in l. scriptum est *A.* z) *ex* metere *corr. L.* a) spicam *F.* b) et manducare *om. T.* c) potest *F.* d) *ex* qua alterius *corr. L.* e) a *add. A.* f) paleas expoliet *L.* g) *verba* et *usque* mandendo *om. L.* — mandando *T;* manendo *F.* h) *ex* agendus *corr. L.* i) ut nec *A.* k) *add.* hoc quod oportet fieri nec transgredi videatur *A.* l) institutio *B.* m) Brittaniarum *B.* n) commisimus *L. A, sed in* commitimus *corr. A.* o) per suggestionem *A;* persatione *F.* p) *Quae sequuntur hic in nota exhibent codd. T inter cap. VII et VIII (IX) et A in fine interrogationum post cap. VII (IX), item secundum Maurinos Vatic D aliique libri, denique edd. G. M. Desunt et apud Bedam et in codd. F. H et in Pseudo-Isid. classi A. Neque credo haec ante folia excisa in cod. L fuisse, qui hanc capitulorum seriem exhibet: I—III; VI; VII; IIII; [lacuna]; VIII ex.; IX.* — VIII interrogatio] *T;* Obsecratio Augustini *M;* decimo quoque capitulo *A*]. Obsecro [petisti *A*], ut reliquiae sancti Sixti martyris[16] nobis transmittantur [transmitti debuissent *A*]. Concessio Gregorii [*M;* c. Gregorius *T; om. haec A*]. Fecimus quod [quae *A*] petisti, [ut *add. A*] quatenus populus [populo *A*] qui in loco quodam sancti Sixti martyris corpus [corporis *T*] dicitur [dixerunt *T. M.*] venerari, quod tuae fraternitati nec verum nec veraciter sanctum videtur, certa [*pro verbis* nec verum — certa: utrum ne veraciter sanctus sit, videtur incertum *A*] sanctissimi et probatissimi martyris beneficia suscipiens, colere [colore *T*] incerta non debeat. Mihi tamen videtur, quia, si corpus quod [quoddam *A*] a populo esse cuiusdam martyris [c. mart. esse *T*] creditur nullis illic miraculis coruscat et neque aliqui [aliquid *T*] de antiquioribus existunt, qui se a parentibus passionis eius ordinem audisse fateantur, ita reliquiae quas petisti [petistis *T*] seorsum [eorum *T*] condendae sunt, ut locus in quo praefatum corpus iacet modis omnibus obstruatur nec permittatur populo [populus *T. M.*] certum deserere et incerta [incertum *T. M.*] venerari.

13) Cf. ep. V, 58 et ib. p. 368 n. 2. 14) Ep. XI, 45. 15) Cf. ep. XI, 39 in f. 16) Pro his reliquiis hic locus interpolatus esse videtur; sed de qua ecclesia agatur, nescio.

VIII[q]. „Si praegnans mulier debeat[r] baptizari; aut postquam genuerit, post[s] quantum tempus[t] possit[u] ecclesiam intrare[v]; aut etiam ne[w] morte praeoccupetur quod[x] genuerit, post quot dies hoc[y] liceat sacri baptismatis sacramenta[z] percipere; aut post quantum temporis huic vir suus possit in carnis[a] copulatione coniungi; aut si menstrua consuetudine tenetur[b], an ecclesiam[c] intrare ei[d] liceat aut sacrae communionis sacramenta percipere; aut vir suae coniugi permixtus[e], priusquam lavetur aqua, si ecclesiam possit intrare vel etiam ad mysterium[f] sacrae[g] communionis accedere. Quae omnia[h] rudi Anglorum genti[i] oportet[k] habere comperta[l].“

Hoc non ambigo[k] fraternitatem tuam esse[m] requisitam, cui iam et[n] responsum reddidisse[o] te arbitror[p]. Sed hoc quod ipse dicere et sentire[q] potuisti, credo, quia mea apud te volueris[r] responsione firmari. Mulier etenim[s] praegnans cur non debeat[t] baptizari, cum non sit ante omnipotentis[u] Dei oculos culpa aliqua fecunditas carnis[v]? Nam cum primi parentes nostri in paradiso deliquissent, immortalitatem, quam acceperant, recto[w] Dei iudicio perdiderunt[x]. Quia itaque[y] isdem omnipotens Deus[z] humanum genus pro[a] culpa sua funditus extinguere noluit, et immortalitatem hómini pro peccato suo abstulit et tamen pro benignitate[b] suae pietatis[c] fecunditatem ei[d] subolis reservavit. Quod ergo[e] naturae humanae[f] ex omnipotentis Dei dono servatum est, qua ratione poterit a sacri baptismatis gratia prohibere[g]? In illo quippe mysterio[h], in quo omnis culpa funditus extinguitur, valde stultum est, si donum gratiae contradicere posse videatur.

Cum vero enixa fuerit mulier, post quot[i] dies debeat[k] ecclesiam intrare[l], testamenti veteris praeceptione didicisti, ut pro masculo diebus[m] XXXIII, pro femina autem diebus LXVI[n] debeat[o] abstinere[p] [17]. Quod tamen[q] sciendum est, quia[r] in mysterio[s] accipitur. Nam si hora eadem qua[t] genuerit actura[u] gratias[v] intrat[w] ecclesiam, nullo peccati[x] pondere gravatur[y]; voluptas etenim[z] carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem[a] commixtione[b] voluptas est; nam in prolis prolatione gemitus[c]. Unde et ipsi[d]
Genes. 3, 16. primae matri omnium[e] dicitur[f]: 'In doloribus paries'. Si itaque[g] enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare[h], ipsam ei poenam suam[i] in culpam deputamus. Baptizare autem[k] vel enixam mulierem vel hoc quod genuerit, si mortis periculo[l] urguetur vel ipsa[m] hora eadem qua gignit vel hoc quod gignitur eadem[n] qua natum[o] est, nullo modo prohibetur, quia[p] sancti mysterii gratia sicut viventibus atque discernentibus cum magna discretione providenda[q] est, ita his quibus mors inminet[r] sine ulla dilatione

q) VIII. Interrogatio Augustini *B;* Interrogatio VIII *F;* VIIII *T;* quarto quoque capitulo requisisti *A (post cap. III). Haec et sequentia desunt nunc in cod. Luc.* — VIIII. De baptismo et de prignantibus et partus earum *H, excerpta ex seq. capitulo add.* r) debet *T.* s) post *om. F.* t) temporis *A.* u) possit tempus *F. T.* v) introire *A.* w) baptizari aut (*om.* ne) *A;* baptizari ut ne *F.* x) si *F.* y) hanc *F.* z) sacramenta *om. T.* a) carnali *A.* b) *in* teneatur *corr. A;* teneretur *T.* c) in ecclesiam *A. F. T.* d) ei *om. F. T.* e) viro suo coniungi permittitur *F.* f) miuisterium *F. T.* g) sancte *F* — communionis sacrae *B.* h) a *add. A.* i) gente *A.* k) *verba* oportet *usque* ambigo *om. A.* l) Respondit Gregorius *add. B. F;* Greg. *T.* m) arbitror (*om.* esse) *A.* n) te *A.* o) dedisse *A.* p) *ita scr. Mommsen;* me arbitror *B. F. T;* non ambigo *A.* q) sentire et dicere *T.* r) voluisti *F.* s) enim *F. T.* t) debet *T.* u) potentis *F.* v) carnis *om. T.* w) recto *om. T.* x) Sed *add. A.* y) *ita B;* itaque *om. A. F. T.* z) deus *om. F.* a) *ita B;* in *A. T; om. hoc verb. F.* b) per benignitatem *F. T.* c) sua et pietate *A.* d) et *T; om. hoc verb. A.* e) nou *T.* f) in natura humana *A.* g) prohiberi *A. F.* h) ab illo quippe misterio *A.* i) quod *T;* se *F.* k) debeat dies *A. F. T.* l) introire *A.* m) dies *T.* n) vero XLVI (*om.* autem diebus) *F.* o) debet *F. T.* p) *in* abstineri *(ita F) m. post corr. A.* q) tamen *om. T.* r) quoniam *F.* s) ministerio *F.* t) quia *T.* u) deo *m. 1 supra lin. add. A.* v) gratiam *F.* w) intret *A. F. T.* x) peccato *T;* pacti *F.* y) praegravatur *A.* z) voluntas enim *F.* a) enim *F.* b) conquinatione *F.* c) gemitur *F.* d) ipse deus *F.* e) primum matrimonium *F* — p. omnium matri *A.* f) dicit *F;* deus *T.* g) *ita B;* ergo *A;* enim *F. T.* h) intr. eccl. prohibemus *A.* i) suam *om. A.* k) enim *F.* l) si mort. periculo *om. F.* m) ipsam *B.* n) hora *add. A. F.* o) natus *F.* p) quod *F.* q) praebenda *A.* r) eminet *F.*

17) Cf. Levit. 12.

proferenda[s], ne, dum[t] adhuc tempus ad praebendum redemptionis mysterium quaeritur, interveniente paululum mora[u] inveniri non valeat, qui redimatur[v].

Ad eius vero concubitum vir suus accedere non debet, quoadusque[w] qui[x] gignitur ablactatur[y]. Prava autem in[z] coniugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios quos gignunt nutrire contemnant[a] eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant[b]. Quod videlicet ex[c] sola causa incontinentiae videtur inventum, quia, dum se continere nolunt[d], despiciunt lactare quos gignunt. Hae[e] itaque quae filios suos ex prava consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transierit[f], viris suis non debent admisceri[g], quippe quia[h] et sine partus causa, cum[i] in suetis[k] menstruis detinentur, viris suis misceri prohibentur, ita ut[l] morte lex sacra feriat, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat[18]. Quae tamen mulier, dum consuetudinem menstruam[m] patitur, prohiberi ecclesiam intrare[n] non debet, quia[o] ei naturae superfluitas[p] in culpam non valet[q] reputari[r] et[s] per hoc quod invita patitur iustum non est, ut[t] ingressu ecclesiae privetur. Novimus namque, quod mulier, quae fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini humiliter veniens[u] vestimenti eius fimbriam tetigit atque ab ea statim sua infirmitas recessit[19]. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimentum[v] tangere, cur quae menstruam sanguinis[w] patitur, ei non liceat Domini ecclesiam[x] intrare? Sed dicis[y]: illam infirmitas compulit[z], has vero de quibus loquimur consuetudo constringit[a]. Perpende autem, frater carissime, quia omne quod in hac mortali carne[b] patimur ex infirmitate naturae est digno Dei iudicio post culpam ordinatum; esurire namque[c], sitire, aestuare, algere, lassescere ex infirmitate naturae est. Et quid est aliud contra famem[d] alimenta, contra sitim potum, contra aestum auras[e], contra frigus vestem, contra lassitudinem requiem quaerere, nisi[d] medicamentum quidem[f] contra aegritudines explorare? Feminae[g] itaque[h] et menstruus sui sanguinis fluxus[i] aegritudo est. Si igitur bene praesumpsit quae vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod uni personae infirmanti[k] conceditur, cur non concedatur[l] cunctis mulieribus, quae naturae suae vitio infirmantur?

Sanctae autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna[m] percipere non praesumit, laudanda est, sed[n] si perceperit, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est et ibi[o] aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi[p] culpa non est, quia saepe sine culpa agitur[q] quod venit ex culpa: unde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa[r] primi hominis factum est, ut esuriamus[s]. Menstrua[t] enim[u] consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quae[v] naturaliter accedit; sed[w] tamen quod[x] natura ipsa ita vitiata est, ut etiam sine voluntatis studio videatur esse polluta, ex culpa venit[y] vitium, in

s) *ita B;* offerenda *A. F. T.* t) needum *F.* u) morte *T.* v) redimitur *F.* — *Ante sequentia add.:* X. De enixa muliere et menstruata *H.* w) prolis *add. A. T.* x) quae *A.* y) ablactetur *A. T.* z) in *om. F.* a) contempnunt *F.* b) tradunt *F.* c) in *F.* d) non volunt *A.* e) haec *F. T.* f) tempora transierint *A;* tempus transierint *T.* g) adiungi *A.* h) qui *B.* i) hi cum *F.* k) *ita B;* consuetis, *supra* con *m. post. scr.* in *A;* in consuetis *T;* consuetis (*om.* in) *F.* l) ut *om. F.* m) menstruatam *F.* n) ab ecclesia (*om.* intrare) *A. T;* ad ecclesiam (*om.* intrare) *F.* o) quae *F.* p) natura superfluens *F.* q) debet, *suprascr.* vel valet *A;* valeat *F.* r) computari, *suprascr.* re *A.* s) ac *A: om. hoc verb. F.* t) ab *add. A.* u) inveniens *F.* v) d. vestimenta *A;* vestimentum domini *F.* w) menstruum sanguinem *A.* x) eccl. dn̄i *F.* y) dicit aliquis *A.* z) conpluit *F.* a) confringit *F.* b) carne mortali *F. T.* c) et *add. T.* d) nisi, *quod suo loco om., post* famem *add. T.* e) et *add. F.* f) *ita B;* et medicamentum quidem *F;* medicamentum quid est *T;* medicamenta quaedam *A.* g) feminis *T.* h) namque *F.* i) suus sanguis (*om.* fluxus) *A.* k) infirmae *A.* l) cedatur *F.* m) *ita B;* magna veneratione *A. F. T.* n) et *F.* o) *ita B. T;* et sibi *F;* et *om. A.* p) cognoscere et ubi *F.* q) me culpa agit *F.* r) (quibus *om.*) ex culpa enim *A.* s) esurimus *F.* t) menstruę *F.* u) etenim *A.* v) quia *T.* w) si *F.* x) quod *om. F.* y) veniet *T.*

18) *Cf. Levit.* 15. 19) *Cf. Luc.* 8, 43 *s.*

quo se ipsa, qualis per iudicium facta sit, humana natura cognoscat et homo, qui
culpam sponte perpetravit, reatum culpae portet[z] invitus. Atque ideo feminae cum[a]
semetipsis[b] considerent[c] et, si in[d] menstrua consuetudine ad sacramentum[e] dominici
corporis et sanguinis accedere[f] non praesumant[g], de sua recta[h] consideratione lau-
dandae sunt; dum vero percipiendo[i] ex religiosae[k] vitae consuetudine eiusdem mysterii
amore rapiuntur, reprimendae[l], sicut praediximus, non sunt. Sicut enim in testamento
veteri exteriora opera observantur[m], ita in testamento novo non tam quod exterius
agitur, quam id quod interius cogitatur sollicita intentione attenditur, ut suptili sen-
tentia puniatur. Nam cum multa lex velut inmunda manducare prohibeat[n], in evangelio
Matth. 15, 11. tamen[o] Dominus dicit: 'Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quae exeunt
de ore, illa sunt quae coinquinant hominem'[p]. Atque[q] paulo post subiecit exponens:
Ib. 19. 'Ex corde exeunt cogitationes malae'. Ubi[r] ubertim[s] indicatum est, quia[t] illud ab
omnipotente Deo[u] pollutum esse in opere ostenditur, quod ex pollutae[v] cogitationis
Tit. 1, 15. radice generatur. Unde Paulus quoque apostolus dicit[w]: 'Omnia munda mundis, coin-
quinatis autem et infidelibus nihil est[x] mundum'. Atque mox eiusdem causam coin-
quinationis adnuntians subiungit: 'Coinquinata[y] sunt enim et mens eorum[z] et conscientia'.
Si ergo ei[a] cibus inmundus non est, cui[b] mens inmunda non fuerit, cur quod munda
mente[c] mulier ex natura patitur, ei in inmunditiam reputetur[d]?

Vir autem cum propria coniuge dormiens nisi lotus aqua intrare[e] ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet. Lex autem veteri populo praecepit[f], ut mixtus vir mulieri et lavari[g] aqua debeat et ante solis occasum[h] ecclesiam non intrare[20]; quod tamen intellegi spiritaliter[i] potest, quia mulieri vir miscetur[k], quando inlicitae concupiscentiae animus in cogitatione per delectationem[l] coniungitur[m], quia, nisi prius ignis concupiscentiae a mente deferveat, dignum se congregationi fratrum aestimare non debet, qui se gravari per nequitiam[n] pravae voluntatis[o] videt. Quamvis[p] de hac re[q] diversae hominum nationes[r] diversa sentiant[s] atque alia custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem propriae coniugis et[t] lavacri purificationem quaerere et ab ingressu ecclesiae paululum reverenter abstinere.

Nec haec dicentes culpam deputamus[u] esse coniugium. Sed quia ipsa licita ad-
mixtio coniugis[v] sine voluptate[w] carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu abstinen-
dum est, quia voluptas[x] ipsa[y] esse[z] sine culpa nullatenus potest[a]. Non enim de adul-
Ps. 50, 7. terio sive[b] fornicatione, sed de legitimo coniugio natus[c] fuerat qui dicebat: 'Ecce enim
in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis[d] peperit me mater mea'. Qui enim in
iniquitatibus conceptum[e] se noverat, a delicto[f] se natum gemebat, quia portat arbor[g]

z) portat *A.* a) feminae ideo (*om.* atque *et* cum) *F.* b) *ita B;* semetipsas *A. T;* semetipse *F.* c) *ita B;* considerant *A. F. T.* d) *ita B;* et in (*om.* si) *A;* et quę (*om.* si in) *F. T.* e) (*om.* ad) sacramenta *A.* f) accipere *A.* g) *ita B;* praesumunt *A. F. T.* h) recte *F.* i) *ita B;* ad percipiendum vero *A;* percipiendo vero *F;* percipienda vero *T.* k) relegiosa *F.* l) repraehendendae *A.* m) *ita B;* observ. opera *A. F. T.* n) praecipiat *F.* o) tamen *om. F.* p) homines *A.* q) aut quae *F.* r) unde *T.* s) aperte *A.* t) quod *F.* u) apud omnipotentem deum *A;* omnipotenti deo (*om.* ab) *F.* v) polluta *F. T.* w) dixit *F.* x) est *om. F.* y) coinquinatae *T;* coinquinati *F.* z) eorum et mens *A.* a) ei *om. F.* b) cuius *A. T.* c) mente munda *F.* d) inmunditia ei reputatur (*om.* in) *A.* — *Ante sequentia add.:* X. De concupito cum propria coniuge *H.* e) *ita B;* in *add. A. F. T.* f) *ita B;* dicens *add. A. F. T.* g) se lavare *F.* h) in *add. A.* i) spir. int. *F.* k) miscatur *F.* l) deliberationem *A;* dilectionem *F.* m) qui nisi sol occidat aecclesiam non intret (*in* intrat *m. post. corr.*) *hic add. A.* n) nequitia (*om.* per) *A.* o) voluptatis *F. T.* p) et quamvis *A.* q) hac de re *A. F. T.* r) rationes *A.* s) sentiunt *F. T.* t) et *om. F.* u) deponamus *F* — esse deputamus *A.* v) coniugum *A. T.* w) *ita B;* voluntate *A. F. T.* x) voluntas *A. F.* y) ipsa *om. F.* z) *add.* etiam *A.* a) non potest *F.* b) *ita B;* vel *A. F. T.* c) de fornicatione natus *F.* d) *ita B;* delictis *A. F. T.* e) conceptus *F.* f) *ita B. T;* a delictis *A;* in delicto *F.* g) arbor *om. B.*

20) *Cf. Levit. 15, 16.*

in ramo[h] humorem vitii quem[i] traxit ex radice. In quibus tamen verbis non[k] admixtionem coniugum[l] iniquitatem nominat, sed ipsam videlicet voluptatem[m] admixtionis[n]. Sunt etenim multa quae licita probantur esse ac legitima[o], et tamen in eorum actu aliquatenus foedamur, sicut saepe irascendo culpas insequimur[p] et tranquillitatem in nobis animi perturbamus. Et cum rectum sit quod agitur, non est tamen[q] adprobabile, quod in eo[r] animus perturbatur. Contra vitia quippe delinquentium iratus fuerat qui dicebat: 'Turbatus est prae ira oculus meus'. Quia enim non valet nisi tranquilla Ps. 6, 8. mens[s] in contemplationis[t] se lucem[u] suspendere, in ira[v] suum oculum turbatum dolebat, quia[w], dum male acta deorsum insequitur, confundi atque turbari a summorum contemplatione[x] cogebatur. Et laudabilis ergo est[y] ira contra vitium et tamen molesta, qua[z] turbatum se aliquem reatum incurrisse aestimabat[a]. Oportet itaque legitimam carnis copulam[b], ut causa prolis sit, non voluptatis; et[c] carnis commixtio creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio vitiorum. Si quis vero[d] sua[e] coniuge non[f] cupidine voluptatis[g] raptus[h], sed solum modo[i] creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto sive de ingressu ecclesiae[k] seu de sumendo dominici[l] corporis sanguinisque mysterio[m] suo est iudicio relinquendus, quia a nobis prohiberi non debet accipere[n], qui in igne positus[o] nescit ardere[p]. Cum vero non amor creandae[q] subolis, sed voluptas[r] dominatur in opere commixtionis[s], habent coniuges[t] etiam de sua commixtione[u], quod[v] defleant[w]. Hoc[x] enim eis concedit[y] sancta praedicatio et tamen de ipsa[z] concessione metu[a] animum concutit. Nam cum Paulus apostolus diceret: 'Qui[b] se continere non 1. Cor. 7, 9. potest, habeat uxorem suam[c]', statim subiungere[d] curavit: 'Hoc autem dico secundum 1. Cor. 7, 6. indulgentiam, non secundum imperium'. Non enim indulgetur quod licet, quia iustum est. Quod igitur indulgere dixit, culpam esse demonstravit.

Vigilanti vero mente pensandum[e] est, quod in Sina[f] monte Dominus ad populum[g·h] locuturus prius[i] eundem[g] populum abstinere a mulieribus praecepit[21]. Et si illic[k], ubi[l] Dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur, tanta provisione[m] est munditia corporis[n] requisita, ut, qui[o] verba Dei perciperent[p], mulieribus mixti non essent, quanto magis mulieres quae[q] corpus Domini[r] omnipotentis accipiunt custodire in se munditiam[s] carnis debent, ne ipsa inaestimabilis mysterii magnitudine graventur? Hinc etiam ad David de pueris suis per sacerdotem dicitur, ut, si a mulieribus mundi essent, panes[t] propositionis acciperent[22]; quos[u] omnino non[v] acciperent[u·w], nisi prius

h) in robore *A*. i) vicino quam *F*. k) ipsam *add. F. T.* l) amixtione coniugium *F*. m) voluntatem *A. F.* n) comixtionis *A;* commixtionis *T;* commixtiones (*om.* sunt etenim) *F*. o) *ita B;* m. quae et licita et l. *(om. cet.) T;* m. quae et licite agimus *(om. cet.) A;* multae (*om.* quae) et licitę et legitimę *(om. cet.) F.* p) insequitur *F*. q) tamen *om. F.* r) quod vel in his *A;* quod in eis *F*. s) (quia *om.*) nisi etenim (enim *F*) tranquilla mens non valet *A. F.* t) in contemplatione *A. F. T.* u) lucis supernae *A;* ad lucem *F*. v) (*om.* in) ira ergo *A;* et in ira *F*. w) qui *A*. x) ad summorum contemplationem *F*. y) est ergo *A. F. T.* z) quia *A. T.* a) turbat animum. Sic itaque et bonum est coniugium et tamen de voluntate carnis habet apud se aliquem reatum *(om. cet.) A* — estimabatur *F*. b) oportet itaque legitimam c. copulam *B;* quia legitima c. copula oportet *A;* quia *(om. T)* legitime c. copula oportet *F. T.* c) sed *F*. d) *om. hoc verb. F. T.* e) sua *om. F* — suam coniugem *B*. f) numquam *A*. g) voluntatis *A. T.* h) sit *add. A.* i) est dum *add. F.* k) ecclesiae *om. A.* l) corp. dominici *T;* corp. domini *F*. m) ministerio *F*. n) accipere *om. A.* o) in ignem potens *F*. p) urere *T;* urire *F*. q) *ita A;* ortandi *B;* procreandae *F. T.* r) voluntas *A. T.* s) comixt. in op. *A*. t) *suprascr. al. m.* vel coniugati *A*. u) admixtione *A*. v) quod *om. F.* w) defluant *F*. x) quod *T;* quotquot *F*. y) concedit eis *A*. z) sua *T*. a) metus *A*. b) si quis *A*. c) suam uxorem *T;* suam *om. F.* d) coniungere *F*. e) conpensandum *F*. f) Sinai *A*. g) *verba* ad *usque* eundem *om. F.* h) *ita B;* (*om.* ad) populum *T;* populo *A*. i) *ita B;* ante *A. T.* k) illuc *B*. l) ubi *om. F.* m) periussione *F*. n) corporum *A*. o) qui *erad. A.* p) dei precepta percepturi cum *in ras., suprascr.* vel perciperent *A;* reciperent *F*. q) (*om.* mulieres) qui verum *A*. r) dei *A*. s) *hic post excisa folia inc. L.* t) panem *F. T.* u) *verba* quos *usque* acciperent *om. L.* v) et minime (*pro* omnino non) *A*. w) *ita B;* perciperent *A. F. T.*

21) Cf. Exod. 19, 15. *22) Cf. 1. Paral. 23, 29.*

mundos eos[x] David[y] a[z] mulieribus fateretur[a]. Tunc autem vir qui post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacrae communionis mysterium valet[b] accipere, cum ei iuxta praefinitam sententiam etiam[c] ecclesiam licuerit intrare[d].

VIIII[e]. „Si post inlusionem, quae per somnium[f] solet accidere[g], vel[h] corpus Domini quilibet[i] accipere valeat vel, si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare[k].“

Hunc quidem[l] testamentum veteris legis[m], sicut in[n] superiori capitulo iam[o] diximus, pollutum dicit[23] et nisi lotum aqua[p] usque ad vesperum[q] intrare ecclesiam non concedit[r]. Quod tamen aliter[s] populus spiritalis[t] intellegens[u] sub eodem intellectu accipiet[v] quo[w] praefati sumus, quia quasi per somnium[x] inluditur qui temptatus inmunditia[y] veris[z] imaginibus[a] in cogitatione[b] inquinatur. Sed lavandus est aqua, ut culpas cogitationis lacrimis abluat; et nisi[c] prius ignis temptationis recesserit[d], reum se quasi usque ad vesperum cognoscat.

Sed est[e] in eadem inlusione valde[f] necessaria discretio, quae[g] suptiliter pensari debeat[h], ex qua re accidat[i] menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturae[k] superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione[l] contingit[m][24]. Et quidem cum ex naturae superfluitate vel infirmitate evenerit, omni modo haec inlusio non est timenda, quia hanc animum nescientem[n] pertulisse magis dolendum[o] est, quam fecisse. Cum vero ultra modum appetitus[p] gulae[q] in sumendis alimentis rapitur atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus[r] aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi[s] sancti[t] mysterii vel missarum sollemnia celebrandi, cum fortasse aut[u] festus dies exigit aut exhiberi mysterium[v] pro eo, quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii, qui[w] implere ministerium[x] valeant, inlusio per crapulam[y] facta[z] a perceptione sacri mysterii prohibere non debet; sed ab immolatione sacri mysterii abstinere, ut arbitror, humiliter debet, si tamen dormientis[a] mentem[b] turpi[c] imaginatione[d] non[e] concusserit[f]. Nam[g] sunt, quibus ita plerumque inlusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno corporis[h] positus turpibus imaginationibus[i] non foedetur. Qua in re unum ibi[k] ostenditur ipsa mens rea, non[l] tamen[m] vel[n] suo iudicio libera, cum se, etsi[o] dormienti corpore nihil[p] meminit vidisse, tamen in[q] vigiliis corporis meminit in ingluviem[r] cecidisse. Sin[s] vero

---

x) eos mundos *L.* y) David *om. F.* z) a *om. L.* a) pateretur *L.* b) valebit *A.* c) etiam *om. A. F.* d) lic. intr. aecclesiam *A.* e) VIIII. Interrogatio Augustini *B;* Interrogatio Augustini *L;* Interrogatio *F. T;* Quinto quoque capitulo requisisti *A;* XII. De inlusione que in somnis accidet (*om. verbis usque* celebrare) *H.* f) somnum *F.* g) *ita B et ex* accedere *corr. A;* accedere *L. F. T.* h) vel *om. F.* i) *ita B;* libet *L;* quis *A;* quislibet *F. T.* k) Respondit Gregorius *add. B. F,* R(espondit) *L,* Gregorius *T.* l) et quidem hunc *A. T;* equidem huic *F.* m) testamenti veteri lex *A.* n) in *om. A.* o) iam *om. A. T.* p) et *add. L,* ei *F.* q) vesperam *B. F.* r) conceditur *F.* s) specialiter *A. F;* tunc specialiter autem *T* — *Add. in marg.:* vel quod tamen spiritalis populus *m. post. add. A.* t) populus (ac *m. post. suprascr.*) spiritualiter *A;* ad illum populum dictum est spiritaliter autem *F;* ad illum populum spiritaliter autem *T.* u) *add.* populus *F.* v) accipiens *L;* accipit *A.* w) quem *A.* x) somnum *F.* y) in inmunditiam *F.* z) visis (*in ras.*) *L;* vanis *A.* a) imaginationibus *A.* b) cogitationibus *F.* c) sic *A.* d) recedat et *A;* recederit *F. T.* e) id est *F.* f) valde *om. T* — necessaria valde *A. F.* g) ut *A.* h) debet *B.* i) *ita B;* accedat *L. A. F. T.* k) natura et *F.* l) necessitate *T.* m) ita *add. B.* n) animus nesciens *L. A. F.* o) dolendus *A.* p) appetitu *T.* q) guila *L.* r) exinde apud se animus *A.* s) percipiendi *om. A.* t) sacri *L. A.* u) aut *om. F.* v) ministerium *A.* w) aliqui *F.* x) mysterium *L. F. T.* y) per crapula *L;* pro crapula *F. T.* z) facta *om. L.* a) dormienti *F.* b) mentem *om. F.* c) turpis *A. T.* d) imaginatio *A.* e) non *m. post. in ras. A.* f) consenserit *L.* g) *ex* n̄ (non) *corr. L.* h) corporilis *L.* i) imaginibus *F.* k) minus tibi *A.* l) non rea nec *T.* m) sit *add. A. F.* n) vel *om. T.* o) se *om. A;* si *om. F.* p) nil *A.* q) in *om. T.* r) inglubiae *L.* s) *ita B. F. T;* si *L. A.*

23) Cf. Levit. 15, 16. 24) Haec et sequentia citat Ecbertus Eboracensis in Paenitent. III, 14 (Mansi l. l. XII c. 451).

ex turpi cogitatione vigilantis[t] oritur inlusio dormientis[u], patet animo reatus suus: videt enim[v], a[w] qua radice inquinatio illa[x] processerit, quia quod[y] cogitavit sciens hoc pertulit nesciens. Sed pensandum est, ipsa cogitatio utrum[z] suggestione an[a] delectatione vel[b], quod maius[c] est[d], peccati consensu acciderit[e]. Tribus enim[f] modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu. Suggestio quippe fit[g] per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum, quia et[h] primam culpam serpens suggessit, Eva velut caro delectata[i] est, Adam vero velut[k] spiritus consensit. Et necessaria[l] est[m] magna discretio[n], ut[o] inter suggestionem atque[p] delectationem, inter[q] delectationem et[r] consensum iudex sui animus praesideat[s]. Cum enim malignus spiritus peccatum[t] suggerit[u] in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omni modo perpetratum non est; cum vero delectari caro coeperit[v], tunc peccatum incipit nasci; si autem etiam[w] ex deliberatione consentit[x], tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati initium[y] est[z], in delectatione fit[a] nutrimentum, in consensu perfectio. Et saepe contingit[b], ut hoc[c] quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat nec tamen anima eidem delectationi consentiat. Et cum caro delectare sine anima[d] nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus[e] reluctans in delectatione carnali aliquo modo[f] ligatur[g] invitus, ut ei ex ratione contradicat, ne[h] consentiat, et tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Unde et ille caelestis exercitus[i] praecipuus miles gemebat dicens: 'Video (Rom. 7, 23.) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis'. Si autem captivus erat, minime pugnabat; sed et[k] pugnabat[l], quapropter et captivus erat[m] et pugnabat igitur legi[n] mentis, cui lex, quae in membris est[o], repugnabat. Si[p] autem pugnabat[p,q], captivus non erat. Ecce itaque[r] homo est[s], ut ita dixerim[t], captivus et liber: liber ex iustitia, quam diligit[u], captivus ex delectatione, quam portat[v] invitus[w].

XI, 57.

Gregorius I. papa Petro, episcopo Hydruntino, ecclesiae Brundisinae visitatori, praecipit, ut de corpore S. Leucii in ecclesia Brundisina collocato sanctuaria denuo concedat Oportuno, abbati S. Leucii in quinto Romanae urbis miliario siti, quia, quae ante habuerit, furto ablata sint. *601, Iul.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 206; ϱ: cap. 205.
Edd. M: Lib. VI. ep. 62; G: Lib. IX. ep. 73. — Iaffé Reg. 1849 (1428).

t) vigilanter *T.* u) etenim *hic add. A, om. postea* videt enim. v) unde etiam *F.* w) ex *A.* x) illa *om. A.* y) per quod *F.* z) in *add. A. F. T.* a) an in *A. F;* aut in *T.* b) an *T;* sive *F.* c) malum *L.* d) in *add. A. F. T.* e) *ita B;* accedit *L;* ceciderit *A. F. T.* f) etenim *A.* g) est quod fit *T;* est (*om.* quippe) *F.* h) cum (*pro* et) *F. T.* i) delecta *F.* k) quasi *A.* l) necessarium *T.* m) et est necessaria *A.* n) discretione *T.* o) ut *om. A. F. T.* p) et *A. T.* q) delectationem inter *om. F.* r) atque *F. T.* s) iudicem sui presidere animum *A. F. T.* t) peccata *A.* u) qui *add., sed post. del. L.* v) *ex* ceteri *corr. in marg.* ceperit *L.* w) *add.* assensionem (*prima* s *in ras.*) *A,* ad consensionem *F. T.* x) descendit *F;* discendit *T.* y) *ita B. F. T;* semen *L. A.* z) est *om. L.* a) fit *om. F. T.* b) contigit *L. F.* c) hoc *om. A.* d) animo *T* — sine a. del. *F. T.* e) volontatibus *L.* f) *suprascr.* vel aliquando *A.* g) *in marg.:* vel labatur *L.* h) nec *A. F. T.* i) egregius *L.* k) si autem (*pro* sed et) *F.* l) captivus non erat *add. F.* m) et captivus non erat *add. F. T.* n) *ita B. F et ex* lege *corr. A;* lege *T;* legem, *sed in* lege *corr. L.* o) erat *A.* p) si aut. pugn. *om. L.* q) repugnabat *A.* r) ita *F.* s) est homo *A. T.* t) et *add. F. T.* u) delet *L* — vobis *hic add. A.* v) perfert *A.* w) *in fine add.:* expł amen *L;* Expliciunt interrogationes Agustini et exposi[ci]ones Gregorii *F.*

XI, 57. Cf. de temporis notis N. A. III p. 622 s. — De Petro cf. ep. VI, 21 n.

GREGORIUS PETRO EPISCOPO YDRONTINO.

Oportunus abbas monasterii sancti Leucii[a][1], quod in quinto Romanae urbis miliario situm est, sanctuaria eiusdem martyris, quae de ecclesia nomini[b] ipsius dicata, ut astruit[c], furto[d] ablata sunt, sibi denuo postulat debere concedi, ut in loco eodem recondantur. Et ideo, frater carissime, quia eiusdem beatissimi martyris corpus in Brindisii[e] ecclesia[f], cui visitationis impendis officium, esse dinoscitur, praefati viri desideriis ex nostra[g] praeceptione convenit[h] oboedire, ut in[i] devotione quam postulat sortiatur effectum[k][2].

MENSE AUGUSTO INDICTIONE IIII.

XI, 58.

Gregorius I. papa Bonifatio, defensori Corsicae, praecipit, ut clerum populumque Aleriensis et Adiacensis civitatum ad eligendos episcopos adhortetur neu clericos compelli apud laicos sinat. *601, Aug.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 207; ϱ: cap. 206.
Edd. M: Lib. XI. ep. 77; G: Lib. IX. ep. 74. — Iaffé Reg. 1850 (1429).

GREGORIUS BONIFATIO DEFENSORI CORSICA.

Experientia tua non sine culpa est, quod Aleria[1] atque Aiacium[a] civitates Corsicae diu sine episcopis esse cognoscens clerum et populum earum ad[b] eligendum sibi sacerdotem distulerit commonere. Quae quoniam sine proprio amplius non debent esse rectore, praesenti auctoritate suscepta[c] clerum et populum singularum civitatum hortari festina, ut inter se dissentire non debeant, sed uno sibi consensu unaquaeque civitas consecrandum eligant sacerdotem; et facto decreto ad nos is qui fuerit electus adveniat[2]. Si autem in uno consentire noluerint, sed in duorum se electione diviserint[d], similiter decretis[e] ad nos ex more factis adveniant[f], ut requirentes de vita, actu ac moribus eorum is qui visus fuerit ordinetur.

Quia vero[g] multi illic pauperes opprimi ac pati praeiudicium perhibentur[h], experientia tua sollicitudinem gerat et gravari eos contra iustitiam non permittat, sed ita[i] studeat, ut nec[k] agentes contra rationem impediri nec hi contra quos agitur iniuste valeant dispendium sustinere.

XI, 57 in titulo: Ydrautino *ϱ. ϱ**. a) Leutii *R2;* Laurentii *R1.* b) nominis *R1. ϱ1.* c) astrui *ϱ1.* d) Fusto *ϱ3.* e) *ita R2. ϱ1. ϱ*;* Brindisi *R1;* Brundisii *ϱ3.* f) ecłę *R1. ϱ1.* g) nr̄ę *R1. ϱ1* — te *add. Diurn.* h) convenire *R1.* i) in *om. ϱ1.* k) effectu *ϱ1* — ut devotionis suae in consecratione quam postulat potiatur effectum *Diurn. 12. 14* — sortiatur effectum *Diurn. 25.*

Mense *cet. om. ϱ*, sed post titul. seq. ep. add.* ind. IIII *ϱ*1. 4,* m̄ ind. IIII *ϱ1. ϱ*2. 3.* — martio (*pro* augusto) *Vat. D (ed. M.).*

XI, 58 in titulo: Bonifacio *ϱ*2. 3;* Bonefacio *R*1* — Corsicae *ϱ. ϱ*1. 4;* de Corsica *R*1.* a) aque aia *(seq. spatium 6 fere litter.) R1;* a. Adiacium *ϱ1.* b) ad *om. R1.* c) insuscepta *R1.* d) diviserit *ϱ1.* e) *ex* dicretis *corr.* directis *R1.* f) aveniant *ϱ3.* g) vero *om. R1.* h) perhibetur *R1.* i) ista *ϱ1.* k) nec *om. ϱ*1.*

1) Monasterium S. Lucii ubinam fuerit, ignoro. 2) Ultima verba huius ep. secundum Diurni f. 12. 14 scripta sunt.

XI, 58. De Bonifatio cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 nº. 2. 1) Ep. VIII, 1 ultima est ex eis, quas noster Petro ep. Aleriensi misit. 2) Similia verba in omnibus de visitatione praeceptis occurrunt: cf. ep. II, 25.

Praeterea pervenit ad nos, quod quidam clericorum te illic posito a laicis teneantur. Quod si ita est, tuae hoc[l] culpae noveris[m] reputari, quia hoc fieri, si homo esses[n], non habuit[o]. Et ideo de cetero sollicitudinem te habere necesse est, et hoc fieri non permittas: sed si quis contra clericum[p] causam habuerit, episcopum ipsius adeat[3]. Qui si forte suspectus fuerit, executor[q] vel ab ipso, aut si[r] et hoc actor refugerit[s], a tua est experientia deputandus, qui partes[t] sibi mutuo consensu[u] iudices compellat eligere. A quibus quicquid fuerit definitum, ita vel tua vel episcopi sollicitudine servata lege[v] modis omnibus compleatur, ut non sit, unde se possint litigiis[w] fatigare.

XI, 59.

Gregorius I. papa Barbaram et Antoninam bene sperare iubet Romamque venturas esse gaudet; earum res et Iohanni, episcopo (Syracusano), et Romano defensori commendatas nuntiat. De racanis duabus addit ab iis sibi muneri missis. *601, Aug.*

Codd. R: Indictio I—IV. cap. 208; ρ: cap. 207.
Edd. M: Lib. XI. ep. 78; G: Lib. IX. ep. 75. — Iaffé Reg. 1851 (1430).

GREGORIUS BARBARAE ET ANTONINAE.

Susceptis epistolis vestris omni modo cognita vestra sospitate laetatus sum atque omnipotentem Dominum deprecor, qui[a] vos et a malignis spiritibus in cogitatione et a perversis hominibus atque ab omni contrarietate sua protectione custodiat sicque vos cum timoris sui gratia dignis coniunctionibus ordinet, ut omnes nos in vestra ordinatione laetificet. Vos autem, dulcissimae filiae, in eius adiutorio spem vestram ponite et sub umbra defensionis illius semper et orando et bene agendo malorum hominum insidias declinate. Quaecumque enim humana solacia vel adversitates fuerint, nullae sunt, nisi aut[b] eius gratia protegat aut eius offensa[c] perturbet[d]. In nullo[e] ergo hominum spem ponatis, totam mentem[f] in fiducia Dei omnipotentis astringite. Nobis ergo[g] dormientibus ille vos proteget, de quo scriptum est: 'Ecce non dormitavit neque dormiet[h], qui custodit Israel'. Ps. 120, 4.

Quod autem ad beati Petri apostolorum principis limina festinare vos dicitis, opto nimis[1] et aestuanti desiderio expecto, ut dignis meritis[i] iunctas in eius vos ecclesia videam, quatenus et vos de me solamen aliquantulum et ego de vestri[k] praesentia non parvam laetitiam adquiram. Viro autem reverentissimo fratri meo Iohanni episcopo[2] et Romano defensori[3] causas vestras studui commendare, ut quae[l] coeperunt debeant Deo auctore perficere.

l) hoc tuę *R1.* m) nequiverit *ρ*;* nequiverit non *ρ3.* n) esse *ρ*1.* o) debuit *vet. edd.* p) *ex* clericorum *(ita ρ1) corr.* clericos *R1.* q) ex eo utor *ρ*.ρ3, sed* utor *erad. ρ*2.* r) si *om. ρ3.* s) auctor refug. *R1;* auctore fugerit *ρ*1.* t) parce *R1;* parte *ρ1.* u) concessu *ρ3.* v) lege *om. R1.* w) *ex* ligiis *corr. ρ1;* langiis *ρ*1.*

XI, 59 in titulo: Antonię *R*1.* a) ut *ρ3.* b) aut *om. R1.* c) offensa (*ex* offensas *corr.*) eius *R1.* d) pertubet *ρ1.* e) illo *R1.* f) tota mente *R1.ρ*.* g) enim *R1.* h) dormitet *ρ*1;* obdormiet *ρ1.* i) maritis *coni. Mommsen.* k) vestra *ρ3.* l) atque (*pro* ut quae) *R1.*

3) Cf. ep. VI, 11 n. 3.

XI, 59. De Barbara et Antonina, filiabus Venantii patricii, cf. ep. IX, 232 n. 4. XI, 23. 25
1) Cf. ep. XI, 25 (n. 3). *2) Scil. ep. XI, 25.* *3) Haec ep. deperdita est. De Romano, rectore patrim. Syracusani, cf. ep. II, 38 n. 1. IX, 28 ss.*

Exenium[m] autem vestrum duas racanas, quas de labore vestro esse mandastis[n], libenter accepi. Sed tamen cognoscite, quia non mihi mandatum credidi. Nam vos de labore alieno[o] laudem quaeritis, quia fortasse adhuc ad fusum manum numquam[p] misistis. Nec tamen me res[q] ista contristat, quia opto, ut[r] sanctam[s] scripturam legere ametis[t], ut, quamdiu vos omnipotens Deus viris coniunxerit, sciatis, et qualiter vivere et domum vestram quo modo disponere debeatis[u].

m) exenim *ϱ 1.* n) mandatis *ϱ 1.* o) labore uro alieno (*in* alienam *corr.*) *R 1.* p) manum quam *R 1.* q) mores *ϱ* 1.* r) ut *om. R 1.* s) sacram *ϱ**. t) amentis *R 1.* u) explic. eplae in d. IIII *add. R* 1.*

MENSE SEPTEMBRI INDICTIONE V.

XII, 1.

Gregorius I. papa Dominicum, episcopum Carthaginensem, ex morbo convaluisse gaudet. De reliquiis beati Agilei missis gratias agit. *601, Sept.*

Codd. R: Indictio I – V. cap. 209; ϱ: cap. 208.

Edd. M: Lib. XII. ep. 1; G: Lib. X. ep. 1. — Iaffé Reg. 1852 (1431).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO CARTHAGINENSI.

Quam copiosa[a] cordis vestri sit caritas, lingua interprete demonstratis, dum sic eius suavitate epistolarum vestrarum verba conditis, ut dulce et iucundum[b] sit omne quod scribitis. Unde[c] fit, ut fraternitatem vestram, quam corpore non possumus, dilectionis brachiis amplectamur[d]. Nam quod animis concordibus[e] longitudo negat itineris, praestat officium caritatis: et quoniam, sicut amantissimorum fratrum sanitate reficimur[f], ita aegritudine contristamur[g], omnipotenti Deo gratias agimus, qui maestitiam nostram nuntio solatus[h] est prosperorum, quia[i] audientes vos infirmitatem gravissimam incurrisse, priusquam scripta vestra[k] susceperimus[l], maiori tristitia tenebamur[m]. Sed quia, quando de periculo mortis eripimur[n], ad quid, frater carissime[o], reservemur[p], incertum est, indutiarum[q] tempus ad utilitatem animae convertamus[r] et posituri venturo[s] iudici rationes causam nostram[t] apud eum lacrimis et[u] operibus muniamus[v], ut securitatem de his quae gessimus accipere mereamur. Nam et in causis saecularibus ad hoc frequenter benignus concedit iudex indutias, ut qui ante paratus non fuerat postmodum paratus ad iudicium veniat. Et quale est, si quod in terrenis[w] negotiis custodimus pro salute animae neglegamus? Et ideo quia iuxta[x] Iohannis apostoli vocem[1] nullus sine peccato est, cogitationum inlecebras, linguae incontinentiam, delictorum opera[y] ad memoriam revocemus[z] et, dum licet, magno pulsatu[2] iniquitatum nostrarum maculas[a] deleamus[b], ut iustus et pius redemptor noster non iuxta[c] merita nostra vindictam exerceat, sed secundum[d] misericordiam suam flectatur[e] ad veniam. Et quia officium nostrum solum sua flere non sufficit, nisi et de alienis sollicitudinem gesserit, curam in commissi[f] gregis custodia studiosius impendamus et suadendo, hortando, terrendo,

Mense *cet.: ante haec add.* incipit liber eiusdem S. G. pp. urbis romę ind. V *R*1.* — sep̄ *abbr. ϱ 1,* sept *R. ϱ*.*

XII, 1 in titulo: Chartaginensem *R 1;* Chartaginens *R 2;* Cartagineñs *ϱ*.* a) cupiosa *ϱ 1.* b) iocundito *R 1;* iocundum *cet.* c) ut de *ϱ 1.* d) amplectamus *R 1. ϱ 1.* e) et cordibus *ϱ 3.* f) reficimus *ϱ 1.* g) contristatur *R 1.* h) solutus *ϱ*1. ϱ 3;* soluta *R 1.* i) qui *ϱ 3.* k) scriptura v̄ra *R 1;* scripturam vestram *ϱ 3.* l) susciperemus *R 2.* m) maiorem tristitiam tenebamus *ϱ 1.* n) eripiamur *ϱ 3.* o) fr̄s km̄i *R 1.* p) reservemus *ϱ 1;* servemur *R 1.* q) induritiarum *R 2.* r) *ex* cor vertamur *corr. ϱ*1.* s) eventuro *R 1.* t) nr̄e *ϱ 1.* u) et *bis ϱ 1.* v) muniamur *ϱ 3.* w) ternis *ϱ 3.* x) in ista *R 1.* y) delectorum operum *R 1.* z) revocamus *R 1.* a) maculamur *ϱ 1.* b) debeamus *ϱ*1.* c) iuxta et *ϱ 1.* d) secum *ϱ 1.* e) flectamur *ϱ*1.* f) commissis *ϱ 1.*

XII, 1 una, ut videtur, cum seq. epistulis transmissa. — De Dominico cf. ep. II, 52 n. 1) *Cf. 1. Ioh. 1, 8 ss.* 2) *Gussanv. conf. Matth. 7, 7 et Luc. 11, 9.*

praedicando[g], in[h] quantum superna clementia vires donat, officium implere opere festinemus, ut desideratum creatore nostro largiente praemium expectemus. Sed quia bonorum[i] aliquid operari sine divino auxilio non valemus, iunctis omnipotentem Deum, dilectissime frater, precibus exoremus, ut in mandatorum suorum viam cum[k] commisso grege gratia sua duce nos dirigat atque ipse nobis et intellegere et agere quae sibi placita sunt concedat, qui misericordiae suae dono nomen nos voluit habere pastorum.

Praeterea ex transmissione[l] vestrae sanctitatis beati Agilegi martyris[3] benedictionem ea caritate qua nobis est a vobis[m] transmissa percepimus[n].

XII, 2.

Gregorius I. papa Savinellae, Columbae, Gallae beneficentiam „a paribus" laudat iisque per Hilarum chartularium, latorem praesentium, mittit clavem a corpore beati Petri. *601, Sept.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 210; ϱ: cap. 209.
Edd. M: Lib. XII. ep. 7; G: Lib. X. ep. 7. — Iaffé Reg. 1853 (1437).

GREGORIUS SAVINELLAE, COLUMBAE ET GALLAE A PARIBUS.

Satis me, gloriosa filia, operationis tuae audita bona laetificant, quod illa agere
perhiberis, per quae[a], dum egentibus[b] misericorditer subvenis, ipsa misericordiam con-
sequaris et alios temporaliter nutriendo bonis in aeternum caelestibus[c] satieris. Et
ideo quia fidelis est cui credis, secura commenda ea quae tribuit[d], ut in die tribu-
2. Tim. 1, 12. lationis recipias quod[e] impendis. Ait namque egregius praedicator: 'Scio, cui credidi,
et certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem'. Ecce, gloriosa
filia, quanta sit bonorum operum certitudo, considera, et larga sit semper[f] manus in
Eccl. 29, 15. opere, ut fiat vobis quod scriptum est: 'Absconde elemosinam in sinu pauperis, et haec
pro te exorabit'[g]. Quisquis igitur copiosum in caelis fructum habere desiderat, semi-
nare, dum tempus est, non omittat, ut manipulos in die messis[h] cum laetitia colligat.
Ps. 125, 5. Nam 'qui seminant in lacrimis, in gaudio metent'. Sed qualis messis ex huius modi
Gal. 6, 8. semente futura sit, dicat[i] apostolus: 'Qui seminat in carne sua, de carne et metet
corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu et[k] metet vitam aeternam'. Ne
vero inopia nos[l] egestatis inveniat, hanc nobis messem satione multiplici praeparemus
et, quanto uberius satiari[m] cupimus, tanto ei a quo totum accepimus largius[m] con-
Matth. 25, 35 s. feramus. Nam ipse de se Dominus dicit[n]: 'Esurivi enim, et dedistis mihi manducare;
sitivi, et dedistis[o] mihi bibere; hospes fui, et collegistis me; nudus[p], et operuistis
ib. 25, 40. me' et cetera, atque in conclusione subiungitur: 'Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni
ex his[q] fratribus meis minimis, mihi fecistis'. Hoc ergo studiosius agite et[r] haec
agentes in terra vobis retribui nihil quaeratis, quia superna desiderantibus temporalia

g) praeiudicando *ϱ 3.* h) in *om. ϱ 3.* i) boni, *ut videtur, ϱ* 2. 3.* k) via (*om.* cum) *ϱ* 1;* via cum *ϱ* 2. 3.* l) tramissione *ϱ 1.* m) a vobis *om. R 1.* n) percipimus *ϱ* 1.*

XII, 2 in titulo: Columbię *R 1;* Col. *et cet. om. R* 1* — Calle *ϱ* 4* — a paribus *R;* paribus (*om.* a) *cet.* a) quem *R 1. ϱ 1. ϱ* 1.* b) *ex* agentibus *corr. R 1.* c) cęlestis *ϱ* 1.* d) *ita R 1. ϱ. ϱ* 1;* tribuis *cet.* e) quo *ϱ 1.* f) semper *om. ϱ. ϱ*.* g) exoravit *R 1. ϱ* 1;* exorabat *ϱ 1.* h) mensis *ϱ* 1.* i) dicit *ϱ 3.* k) et *om. ϱ* 1. ϱ 3.* l) nos inopia *ϱ 3.* m) *verba* satiari *usque* largius *om. ϱ* 1.* n) ait, *ut videtur, ϱ 3.* o) dedisti *R 1.* p) fui *add. ϱ*.* q) his *om. ϱ 3.* r) ut *R 1.*

3) De hoc sancto eiusque veneratione cf. A. SS. die 15. Oct. (t. VII[1] p. 7 ss.).

XII, 2 eadem, ut videtur, navi cum ep. praeced. et seq. in Africam transmissa, quamquam hanc Hilarus, sequentem Donatdeum transtulit. — De personis, ad quas haec ep. data est, nihil scimus.

nulla sunt. Sed ibi desideria vestra figite, ubi, quicquid retribuitur, finem non suscipit[s]. Bonum ergo facientes non deficiatis, ut illic vobis thesauros thesaurizare possitis, ubi neque aerugo neque[t] tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur[1].

Praeterea gloriam vestram paterno salutantes affectu indicamus per latorem praesentium Hilarum cartularium nostrum[2] clavem nos a[u] sacratissimo corpore beati[v] Petri apostolorum principis transmisisse[w], in qua de catenis quoque ipsius benedictio continetur[3]. Quae collo vestro suspensa, hoc vobis eo intercedente gratia absolutionis fiat, quod illi fuit causa martyrii. Omnipotens Deus in suo vos timore custodiat atque sic cor vestrum ad bonam semper operationem accendat, ut et hic vobis suam gratiam tribuat et ad gaudia vos postmodum aeterna perducat.

XII, 3.

Gregorius I. papa Columbo, episcopo Numidiae, mandat, ut primate concilii adhibito iudicet inter Victorem episcopum et Donatdeum, latorem praesentium, qui diaconatu se iniuste exutum queratur, et Victorem, si iniuste iudicaverit, puniat. *601, Sept.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 211; ϱ: cap. 210.
Edd. M: Lib. XII. ep. 8; G: Lib. X. ep. 8. — Iaffé Reg. 1854 (1438).

GREGORIUS COLUMBO EPISCOPO NUMIDIAS.

Quam gravis et auditu ipso intolerabilis Donatdeum[a][1] latoris praesentium, qui se[b] asserit fuisse diaconem, sit querella, data ab eo petitio, quae tenetur in subditis, fraternitati[c] vestrae faciet[d] manifestum. Sed quia pervenit ad nos, quod pro corporali fuisset[e] depositus, dilectio vestra suptili hoc inquisitione[f] perquirat, et, si ita est, in paenitentia retrudendus est[g], ut commissi flagitii[h] vinculum[i] lacrimis possit absolvere[2]. Si vero insons ab huius modi perpetratione claruerit, una cum primate[k] concilii[l][3] vel aliis fratribus coepiscopisque nostris omnia quae petitio eius continet diligenti a vobis examinatione quaerenda sunt. Et si querella eius veritate fulcitur, et in episcopo ipsius Victore[4], qui contra Deum et sacerdotale propositum[m] tantum committere nefas[n] non metuit, canonici[o] vigoris ita districtio teneatur, ut ex definitione[p] vestra, quam sit iniquum quod fecit, intellegat et hic suo ordini reformetur[q], quia satis perversum et contra ecclesiasticam probatur[r] esse censuram, ut frustra pro[s] quorundam voluntatibus quis privetur, quem sua culpa vel facinus ab officiis[t] quo fungitur gradu non deicit.

s) sufficit *R1;* suscepit *ϱ*1.* t) nec *ϱ3.* u) ad *ϱ1.* v) beati *om. R1.* w) transmisse *ϱ1.*

XII, 3 in titulo: Numidiae *ϱ*3.* a) *ita R1. ϱ1;* donat *et ras. R2;* Donadeum *ϱ*1. ϱ3;* Donatdei, *ut videtur, ϱ*2.3.* b) se *om. ϱ*1.* c) fraternitate *R1;* fraternitatis *ϱ1.* d) faciat *ϱ1.* e) *hic add.* peccato *R2 et supra lin.* flagitio *ϱ3.* f) inpositione *ϱ1. ϱ*1.2.* g) restruendus est *ϱ1;* retrudatur, *ut videtur, R2.* h) *ex* flagitia *corr. R2;* est *add. R1.* i) (vinculum *om.*) sum *m. post. in* sum̄am *corr. R2.* k) primitate *R2.* l) conciliis *ϱ*1.* m) sacerdotalem prop. *ϱ*1;* sacerdotalem prepositum *ϱ1.* n) fas *ϱ1.* o) canonicis *R1. ϱ1.* p) difinitione *R1. ϱ1.* q) formetur *ϱ*1.* r) probantur *R1.* s) pro *om. R1.* t) officiis *R. ϱ1. ϱ*1;* officii *cet.*

1) Cf. Matth. 6, 19. 2) De Hilaro cf. ep. I, 73 n. 2. 3) Cf. ep. I, 25 n. 5.

XII, 3 una, ut videtur, cum ep. praeced., sed per alium latorem transmissa. — De Columbo cf. ep. II, 46 n. 1) De huius modi nominibus cf. ep. VII, 32 n. 1. 2) De lapsis cf. ep. V, 5 n. 2. V, 18 n. 1. IX, 147 p. 146 n. 1. 3) De primatibus cf. ep. I, 72 n. 2. V, 3 n. 3. 4) Idem, ut videtur, secundum ep. XII, 8 (quam cf.) primatus locum *in Numidia tenuit mense Martio huius quintae indictionis.*

MENSE OCTOBRI INDICTIONE V. MENSE NOVEMBRI INDICTIONE V.

XII, 4.

Gregorius I. papa Passivo, episcopo (Firmano), scribit, concupiscere se, ut tandem ecclesiae Aprutinae sacerdos praeficiatur. Quapropter Oportunum moneri iubet, ut vel monachus vel subdiaconus fiat, postea episcopus creandus. 601, Oct. Nov.

Codd. R: Indictio I—V. cap. 212; ϱ: cap. 211.
Edd. M: Lib. XII. ep. 12; G: Lib. X. ep. 13. — Iaffé Reg. 1855 (1443).

GREGORIUS PASSIVO EPISCOPO.

Bene novit fraternitas vestra, quam longo sit tempore Aprutium[a] pastoralis curae[b] sollicitudine destitutum[1]. Ubi diu quaesivimus, quis[c] ordinari debuisset[d], et nequaquam potuimus invenire. Sed quia Oportunus[e 2] mihi in moribus suis, in psalmodiae studio, in amore orationis valde laudatus[f] religiosam vitam omni modo agere dicitur, hunc volumus, ut fraternitas vestra ad se faciat venire et de anima sua ammoneat, quatenus in bonis[g] studiis crescat. Et si nulla ei crimina quae per legis sacrae regulam morte multata[h] sunt obviant, tonsorandus[i] est, ut vel monachus vel a vobis subdiaconus fiat et post aliquantum temporis, si Deo tum[k] placuerit, ipse ad pastoralem curam debeat promoveri. Si qua vero gravia[l] obviant, multo magis ammonendus est, ut saeculum relinquat, ut haec perfectius[m] defleat. Peto autem, ut pro me orare debeas[n], quia cum tribulationibus cordis fatigor nimis doloribus corporis.

XII, 5.

Gregorius I. papa Oportunum Aprutinum ex obiurgatione, quam ante in eum intulerat, adhuc maerentem consolatur atque, ut in corporis castimoniam precationesque incumbat, hortatur. 601, Oct. Nov.

Codd. R: Indictio I—V. cap. 213; ϱ: cap. 212.
Edd. M: Lib. X. ep. 68; G: Lib. X. ep. 14. — Iaffé Reg. 1856 (1444).

GREGORIUS OPORTUNO DE APRUTIO.

Pervenit ad me, quia ex eo tempore, quo[a] dilectionem tuam verbis asperis[b] propter quaedam, quae mihi iure displicuerant[c], contristavi, magna tibi sit[d] oborta[e] tristitia

Mense *cet.: ita ϱ. ϱ*, qui* o̅c̅t *et* n̅o̅v̅ *abbr.;* m. octb ind. V, *om. cet. R;* mense novembrio indictione quinta *om. cet. R*1.*

XII, 4 in titulo: Passibo *ϱ* — add.* Firmano, *ut videtur, ϱ3.* a) Aprudentium *ϱ*2.3;* Abrutium *Vat. A (ed. M.).* b) *ita scr.;* causę *codd.* c) *ita R; om. hoc verb. ϱ1;* qui *ϱ*. ϱ3.* d) ordinare debuisse *ϱ1.* e) *ita R;* Inportunū *ϱ1;* Inportunus *ϱ*1;* Importunus *ϱ*2.3.* f) laudatur *R1.* g) boni *ϱ1.* h) multa *R1.* i) *ita R1;* tunc orandus *ϱ1;* tunc hortandus *ϱ*. ϱ3.* k) *ita coni. Mommsen,* dumtaxat *Ew.;* deo dictum *R1. ϱ*. ϱ3;* dm̄ dictum *ϱ1;* deo dutactum *R2.* l) grandia, *suprascr.* vel gravia *ϱ3.* m) h' perfectus *ϱ*1.* n) *ex* debeatis *corr. R2.*

XII, 5 in titulo: de Abrutio *ϱ*. ϱ1. Vat. A. E (ed. M.);* de Abrucio *R*1;* episcopo de Abrutio *Vat. B;* O. abbati *(om. cet.) Vat. D (ed. M.).* a) quod *ϱ3.* b) aspiris *ϱ1.* c) displicuerat *R1. ϱ1. ϱ*1.* d) sit tibi *ϱ3.* e) aborta *R1;* abhorta *ϱ1.*

XII, 4. De Passivo, ep. Firmano, cf. ep. IX, 51 n. 1. 1) De castro Aprutio cf. ep. IX, 71 (n. 2), ex qua elucet iam ind. II mens. Nov.-Dec. sedem Aprutinam vacasse, et ep. seq. 2) Cf. ep. seq.

XII, 5. Cf. ep. praeced.

atque continuus animi[f] maeror. Unde te, dilectissime fili, volo cognoscere, quia illa[g] ego[h] verba non asperitate cordis, sed amore tuae[i] animae sum locutus. Tu itaque ad omnipotentem Deum tota mente convertere; quam nihil sit fugitiva[k] praesens vita considera: aeterna praemia lucrari festina; in quantum virtus sufficit, castiga carnem, quae, quando[l] in voluptatibus[m] vixit, animam castigavit. Benignitatem tuam proximis[n] exhibe[o]; psalmodiae et lacrimis horas[p] vitae frequentius impende; inlata mala a proximis aequanimiter[q] tolera. Si contra veritatem iniuriam pertuleris, lucrum puta, ut haec agens[r] per temporalia, quae despiciendo[s] pateris, ad caelestia[t] regna pertingas. Omnipotens autem Deus[u] cor et corpus tuum[t] caelestis[v] gratiae salute perfundat, ut[w] de eius spiritu[x] et recta interius sentire et recta exterius sufficias agere.

MENSE IANUARIO INDICTIONE V.

XII, 6.

Gregorius I. papa Iohanni, subdiacono Ravennae, mandat, ut Claudii quondam abbatis monasterio Maurum cellerarium a Mariniano episcopo constituendum curet, non Constantium a monachis expetitum. Quae scripta Claudius abbas Gregorii nomine, ut ipse ea apto tempore emendet, dictaverit de Proverbiis, de Canticis canticorum, de Prophetis, de libris Regum, de Heptateucho, cum sensus valde permutatus sit, transmittere sibi iubet. De reditu eius cogitare differt. Marinianum episcopum moneat, ne suus in Iob commentarius ad vigilias publice legatur. Addit de regula pastorali sua per Anatolium diaconum imperatori tradita et per Anastasium, episcopum Antiochenum, Graece reddita; de Albino et de formarum cura Augusto v. c. per praefectum committenda.

602, Ian.

Codd. R: Indictio I—V. cap. 214; ϱ: cap. 213.
Edd. M: Lib. XII. ep. 24; G: Lib. X. ep. 22. — Iaffé Reg. 1857 (1452).

GREGORIUS IOHANNI SUBDIACONO RAVENNAE.

Venientes monachi monasterii quondam[a] abbatis[b] Claudii[1] petiverunt sibi Constantium[c] monachum abbatem debere constitui. Quos valde ego in sua petitione detestatus sum, quia mihi terrenae mentis esse omni modo apparuerunt, qui terrenum nimis[d] hominem abbatem habere quaesiverunt. Cognovi enim, quod isdem Constantius[e] peculiaritati[f] studeat; quae res maxime testatur eum cor monachi non habere. Ac deinde cognovi, quia ad monasterium, quod in Piceni provincia situm est, solus pergere sine aliquo fratrum suorum praesumpsit: ex qua eius actione cognoscimus, quia qui sine teste ambulat recte non vivat; aut quo modo aliis regulam teneat, quam sibimetipsi[g] nescit tenere[2]?

f) auimę ϱ3. g) illic ϱ*1. h) ergo ϱ1. i) tuę *bis* ϱ1. k) fugitiva *om.* ϱ3. l) qdondo R1; quamdiu, *ut videtur,* R2. m) *ita* R2. ϱ1; voluntatibus R1. ϱ*. ϱ3. n) proximos ϱ*1. o) adhibe ϱ3. p) curas R1. q) equaminiter ϱ1. r) ages ϱ1; agas R1. s) dispiciendo ϱ*1. t) *verba* caelestia *usque* tuum *om.* ϱ*1. u) et *add.* ϱ. v) celesti R1. ϱ1. w) et ϱ1. x) s̄p̄s̄ ϱ1. ϱ*1.

XII, 6 in titulo: Ravennati R1. R*1; Ravennatis R2; Ravān ϱ1; Raveñ ϱ*1.4; Ravennae ϱ*2.3. ϱ3. a) quod R1. b) abbati R1. c) Constantinum R2. ϱ3. d) nimis *om.* ϱ3. e) Constantinus ϱ3. f) *ex* peculiaritate *corr.* ϱ1; peculiaritatis R1. ϱ*1. g) ipse R2.

XII, 6. De Iohanne cf. ep. XI, 16 n. 1) De Claudio, abbate mon. SS. Iohannis et Stephani in Classitana civitate cf. ep. II, 45 p. 146 n. 2; ultimo in ep. IX, 179 commemoratur. — De abbatis electione cf. ep. VIII, 17. 2) Cf. Reg. S. Bened. c. 33 et S. Basilii c. 29.

Ab hoc igitur recedentes cellerarium[h] quendam nomine Maurum petiverunt, cuius vitae atque industriae multa[i] testificantur, quia et[k] quondam[l] abbas Claudius eum quibusdam laudabat. Tua itaque experientia sollicite requirat et, si eius vita ad locum regiminis digna est, a reverentissimo fratre et coepiscopo nostro[m] Mariniano[n] hunc abbatem ordinari faciat[3]. Si[o] vero est, quod ei omnino obviet, et[p] ex sua congregatione invenire aptum minime possunt[q], ipsi sibi aliunde eligant, et is quem elegerint[r] fiat. Hoc autem praedicto fratri et coepiscopo meo omnino dicere stude, ut peculiaritatem a quattuor aut quinque monachis, in quibus corrigi hactenus minime potuit, studiosissime compescat et hoc ipsum monasterium a tali peste mundare[s] festinet, quia, si illic peculiaritas[t] a monachis habetur, neque concordia neque caritas[u] in congregatione eadem poterit permanere. Quid est autem habitus monachi, nisi despectus[v] mundi? Quo modo ergo mundum despiciunt[v], qui in monasterio positi aurum quaerunt? Ita igitur tua experientia faciat, ut[w] neque loci ordinatio differatur neque ad nos ulterius hac de re querella perveniat.

Praeterea quia[x] isdem carissimus quondam[y] filius meus Claudius aliqua me loquente[z] de proverbiis, de canticis canticorum, de prophetis[a], de libris quoque regum et de eptatico[b] audierat[4], quae ego scripto tradere prae infirmitate non potui, ipse ea[c] suo sensu dictavit, ne oblivione deperirent, ut apto tempore haec eadem[d] mihi inferret et emendatius dictarentur. Quae cum mihi legisset[e], inveni dictorum meorum[f] sensum valde inutilius fuisse permutatum. Unde necesse est, ut tua experientia omni excusatione atque mora cessante ad eius monasterium[g] accedat, convenire fratres faciat et[h] sub omni veritate, quantascumque[i] de diversis scripturae[k] cartulas detulit, ad medium deducant[l], quas tu suscipe et mihi celerrime transmitte.

De tuo autem reditu, quia molestiam te[m] valde[n] incurrisse cognovimus, Deo propitio in subsequenti[o] cogitamus.

Illud autem quod ad me[p] quorundam relatione perlatum est, quia reverentissimus frater et coepiscopus meus Marinianus[q] legi commenta beati Iob[5] publice ad vigilias[r] faciat, non grate suscepi, quia non est illud opus populare et rudibus auditoribus impedimentum magis quam provectum generat. Sed dic ei, ut commenta psalmorum legi ad vigilias faciat, quae mentes saecularium ad bonos mores praecipue informent. Neque enim volo, dum in hac carne sum[s], si qua dixisse me contigit, ea facile hominibus innotesci. Nam quia dilectissimae memoriae Anatolius[t] diaconus[6] quaerenti ac iubenti[u] domno imperatori librum regulae pastoralis[7] dedit, aegre suscepi; quem sanctissimus

h) cellararium *R 1. ϱ 3.* i) multi *R 1.* k) et *om. R 2.* l) quoddam *R 1. ϱ 1, sed corr. ϱ 1.* m) nostro *om. ϱ 3.* n) Mariano *R 2;* Mauriniano *ϱ* 1.* o) sin *R 1.* p) *om. hoc verb. R 1;* ut *ϱ 1.* q) *in* possint *corr. ϱ 1;* poss̄t *ϱ 3.* r) abbas *add. ϱ 3.* s) mundari *ϱ. ϱ*.* t) peculiaritatis *ϱ 1. ϱ* 1, sed corr. ϱ 1.* u) caritatis *ϱ* 1.* v) disp. *ϱ* 1.* w) ut *om. R 1.* x) quia *om. ϱ* 1.* y) quod *R 1.* z) aliquam eloquentem *R 1.* a) prohetis *ϱ 1.* b) *ita R 1. ϱ. ϱ* 2. 3;* eptatio *ϱ* 1.* c) autem *R 1.* d) eaudem *ϱ 1.* e) nichil egisset *R 1.* f) eorum *R 1.* g) monasterii *R 1.* h) ut *ϱ 1.* i) quantas cum *R 1.* k) scripturis, *ut videtur, R 2. ϱ 3.* l) deducat *R 1;* deducantur *ϱ 1.* m) molestia te *ϱ*. ϱ 1;* molestiante *R 1.* n) valide *ϱ.* o) subsequentis *ϱ 1.* p) adime *ϱ* 1.* q) Marianus *R 2. ϱ* 1.* r) vigilia *ϱ 1.* s) sumus *R 2. ϱ. ϱ* 1.* t) Anatholius *ϱ*. ϱ 3.* u) aconiubenti *ϱ 1.*

3) Nota papam quasi arbitrum de electione abbatis esse, quem episcopus Ravennas ordinaturus est. 4) Ex his scriptis expositiones in librum primum Regum et explanatio cantici canticorum ad nos pervenerunt. De quibus dubitatur, utrum vere Gregoriana opera an a Claudio abbate transformata an omnino falsa sint: cf. praefat. Maurin. in comm. in l. I Regum et Lau l. l. p. 319 ss. 5) De hoc opere cf. ep. V, 53a. Lau l. l. p. 311 ss. 6) De Anatolio, qui Constantinopoli apocrisiarius fuerat, cf. ep. VII, 27 p. 474 n. 6. 7) De hoc libro cf. ep. I, 24a n. Cf. praefationem Maurinorum in Regulam pastoralem. Lau l. l. p. 315 s.

frater et coepiscopus meus Anastasius Antiochenus[v] in graeca lingua transtulit; et[w], sicut mihi scriptum est, ei valde placuit, sed mihi valde[x] displicuit, ut qui meliora habent in minimis occupentur.

In parte autem tertia beati Iob in eo versu in quo scriptum est: 'Scio, quod Iob 19, 25.
redemptor meus vivat' suspicor, quia praedictus frater et coepiscopus meus Marinianus[y] mendosum codicem habeat. Nam in scrinio[8] nostro isdem locus aliter habetur, quam hunc in aliorum codicibus esse cognovi; atque ideo eundem locum relevari feci, ut, sicut in scrinio nostro est, ita quoque hunc et saepe fatus[z] frater meus habeat. Quattuor enim verba sunt[9], quae, si eidem loco defuerint, non modicum possunt[a] lectori scrupulum[b] generare. Haec omnia suptiliter et celeriter exequere; et si apud excellentissimum exarchum[10] nihil potes[c], vel haec non videaris neglexisse quae potes.

De[d] loco autem Albini[e][11] quid dicam, de quo nobis aperte[f] contra iustitiam respondetur[d·g]? De quo tamen debes[h] districtius[i] cogitare.

Praeterea ante aliquantum temporis experientiae tuae praeceperamus, ut apud eminentissimum filium nostrum praefectum ageret, quatenus cura formarum committi Augusto viro clarissimo[k] debuisset[l][12], pro eo quod omnino sollicitus atque strenuus vir est; et ita hactenus distulisti, ut nobis nec, quid egeris, indicaris[m]; et ideo apud eundem eminentissimum filium nostrum vel modo omni[n] agere intentione festina, ut formae praedicto clarissimo viro per omnia committantur, quatenus sollicitudine sua aliquid[o] in eas valeat reparare. Nam sic despiciuntur[p] atque negleguntur formae ipsae, ut, nisi maior sollicitudo fuerit, intra[q] paucum tempus omnino depereant. Sicut ergo nosti, quam[r] necessaria causa sit et generalitati[s] utilis, sic[t] studendum tibi est, ut praedicto, sicut diximus, viro pro sua sollicitudine modis omnibus committantur[u].

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE V.

XII, 7.

Episcopus quidam haeresim abiurat atque in unitatem ecclesiae Romanae redit.
602, Febr.

Codd. R: Indictio I—V. cap. 215; ϱ: cap. 214.
Edd. M: Appendix X; G: Lib. X ep. 31.

v) Anathiocenus *ϱ*1;* Antiocenus *R. ϱ 1. ϱ*2.3.* w) ut *ϱ*.* x) valde *om. R 1.* y) Marianus *R 2. ϱ* 2.3.* z) fastus *ϱ 1.* a) possent *ϱ 3.* b) scripulum *R 2. ϱ 1.* c) potest *R 1. ϱ 3.* d) *verba* de *usque* respondetur *om. ϱ 3.* e) Abbini *ϱ* 2.3.* f) aperite *ϱ* 1.* g) respondeatur *R 1.* h) debes tamen *R 1.* i) districtus *R 2.* k) $\overline{\text{vc}}$ *R 2. ϱ. ϱ* 1;* victori *R 1;* hunc *ϱ* 2.3.* l) defuisset *ϱ 1. ϱ* 1.* m) *ita R 1. ϱ 1. ϱ* 1;* indicares *cet.* n) *ex* moda omnia *corr. ϱ 1;* m. omnino hoc *R 1.* o) *ita R 1;* aliquis *ϱ. ϱ* 1;* aliquatenus (*pro* a. in) *cet.* p) disp. *ϱ*.* q) in *R.* r) quę *R 1;* quę est *ϱ* 1.* s) generalitatis *R 1. ϱ 1. ϱ* 2.3;* generalitatitis *ϱ* 1.* t) sic *om. ϱ 3.* u) committatur *ϱ*.*

Mense *cet.:* ind. V, *om. cet. R* 1.*

8) scrinium = bibliotheca. *9) Quae haec verba fuerint, non constat.* *10) De Callinico agi videtur, non de Smaragdo (de quo cf. ep. XIII, 36). Fortasse de indutiis cum Langobardis faciendis hic cogitat noster aut de causa, quae sequentibus verbis indicatur.* *11) De hoc nihil scimus.* *12) Augustus quidam etiam in ep. IX, 44 commemoratur. — In Notitia dign. Occ. IV* sub dispositione *praefecti urbis enumerantur* comes formarum *(cf. Cassiod. Var. VII, 6) et* consularis aquarum; *cf. sanct. pragm. pro pet. Vigilii c. 25:* consuetudines etiam et privilegia Romanae civitatis .... reparationi formarum concessa servari praecipimus. *Cf. etiam C. I. L. XI[1] n°. 11. Nota secundum vitam Honorii iam papam formas urbis curare (cf. notam Duchesnii in libr. pont. et librum meum Untersuchungen etc. p. 149 s.).*

XII, 7. Maurinorum coniecturam probo, qui contendunt hanc promissionem a Firmino ep. Istriae factam esse, quem ex ep. XII, 13 m. Martio scripta scimus ad fidem reversum esse. Equidem crediderim

PROMISSIO QUAM SOLVI FECI.
IN NOMINE DOMINI IMPERATORE, CONSULE ET DIE ET INDICTIONE.

Quotiens cordis oculus nube erroris obductus supernae inlustrationis lumine fit serenus, magna cautela nitendum est, ne latenter auctor scismatis inruat et ab unitatis[a] radice eos[b] qui ad eam reversi fuerint telo iterum erroris abscidat. Et ideo postquam ego[c] civitatis illius[d] ille[e] episcopus comperto divisionis laqueo quo tenebar[f] diutina[g] mecum deliberatione[h] pertractans prona et spontanea voluntate ad unitatem sedis apostolicae divina gratia duce reversus sum, ne non pura mente, sed[i] simulate reversus existimer[k], spondeo sub mei ordinis casu et anathematis[l] obligatione atque promitto tibi et[m] per te sancto Petro apostolorum principi atque[n] eius vicario beatissimo Gregorio vel successoribus[n] ipsius me numquam quorumlibet suasionibus vel quocumque alio modo ad scisma, de quo redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, reversurum, sed semper me in unitate sanctae ecclesiae catholicae et communione Romani pontificis per omnia permanere[o]. Unde iuratus[p] dico per[q] Deum omnipotentem et haec[r] sancta quattuor evangelia, quae in meis manibus teneo[s], et salutem geniumque[t] illius atque illius dominorum nostrorum rempublicam gubernantium[u] me in unitate[v], sicut dixi, ecclesiae[w], ad quam[x] Deo propitio sum reversus, et communione Romani pontificis semper et sine dubio permanere. Quod si, quod absit, aliqua excusatione vel argumento ab hac me unitate divisero, periurii reatum incurrens aeternae poenae obligatus inveniar et cum auctore scismatis habeam in futuro saeculo portionem. Hanc autem confessionis promissionisque meae[y] cartulam illi noto[z] meo cum consensu presbyterorum et diaconorum atque cleri[a] [1], qui me in hac unitate[b] obligantes[c] in suprascriptis[d] omnibus[e] prona similiter voluntate secuti[f] atque propriis manibus subscripturi sunt, scribendum dictavi et propria manu subscribens tibi tradidi [2]. Acta in loco illo, die et consule[g] suprascripto[h]. Et[i] subscriptio[k] episcopi[l]: Ego[m] ille episcopus civitatis illius[n] huic confessioni promissionique meae praestito de conservandis suprascriptis[o] omnibus sacramento subscripsi.

XII, 7 in titulo: missio *R2* — fecit ρ — in nomine domini *om.* ρ* *2.3,* domini *om. R2;* in mi̅ dn̅i ρ *1* — imperatori *R1;* im̅p *cet.* — co̅n̅s *R.* ρ *1.* ρ*; Constantinopoli ρ *3;* constantin̅s̅ ρ* *4* — et die et ind. *om.* ρ *3* — d. (*pro* indictione) ρ*; ind *cet.* — promissio cuiusdam e̅pi heresym anathematizantis eminentissimi domni imperatoris ill consulibus ill die ill indic ill *R*1.* a) a bonitatis ρ *1.* b) eius ρ* *1.* c) ergo ρ*. d) il *R1.* ρ*; ill ρ *1.* e) ill *R1.* ρ *1; om. hoc verb.* ρ*. ρ *3.* f) tenebatur *R1.* g) diu tela *R1.* h) cogitatione, *ut videtur,* ρ *3.* i) seu ρ*. k) extimer ρ *1.* l) anathemati *R1.* ρ *1.* m) ut et *R1;* et ut ρ *3.* n) *verba* atque *usque* successoribus *om.* ρ* *1.* o) permanmanere ρ* *1.* p) ratus ρ *1;* iurans ρ *3.* q) per *om.* ρ *3.* r) haec *om. R1.* s) teneo *om. R1.* t) gentiumque ρ*. ρ *3.* u) gubernatur *R1;* gubernatum ρ*. ρ *1.* v) untate ρ *1.* w) ecclesia ρ*. x) ad que ρ* *1.* y) me ρ* *1.* z) notario ρ. a) clerus *R1.* ρ*. ρ *1, sed in* cleri *(ita* ρ *3) corr. R1.* b) uitate *R2.* c) se *add.* ρ*. ρ *1* — obligantem se *coni. Mommsen.* d) superscriptis ρ. e) hominibus ρ *3.* f) consecuti *R1.* g) consi *R2.* ρ*; co̅n̅s *R1.* ρ *1.* h) *ita R1;* s̅sto *R2;* s̅to ρ* *1;* isto ρ* *2.3.* ρ *3;* issto ρ *1.* i) et *om.* ρ *3.* k) subscripto *R1.* l) e̅p̅o *R1;* epis ρ. ρ*. m) ergo ρ* *1.* n) illi ρ. ρ* *2.3.* o) superscr. ρ *3;* s̅cis *R2.*

hanc formulam Iohanni diacono (cf. ep. praeced. et ep. XII, 13) missam esse, ut ille episcopus subscriberet itaque in Registrum receptam esse. Eius modi scripturae cautelam *noster etiam ab alio episcopo Istriae (cf. ep. IX, 150) poposcit. Cf. etiam, quo modo Maximus Salonitanus Gregorio satisfecerit (cf. ep. VIII, 36. IX, 176) et Diurni f. 73 ss. — De invocatione et dato cf. ep. V, 57ª n. 2—4. XI, 15 (n. 1) et f. Diurni 73 ss.* 1) *Cf. ep. VIII, 7 n. 4.* 2) *De hac formula cf. ep. XI, 15 n. 23 et Diurni f. 73.*

MENSE MARTIO INDICTIONE V.

XII, 8.

Gregorius I. papa Columbo, episcopo (Numidiae), mandat, ut una cum Victore primate vel et aliis episcopis et Hilaro, chartulario suo, de Paulino, Tegesis civitatis episcopo, et verberatorum clericorum et simoniae accusato iudicet. *602. Mart.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 216; ϱ: cap. 215.
Edd. M: Lib. XII. ep. 28; G: Lib. X. ep. 32. — Iaffé Reg. 1858 (1461).

GREGORIUS COLUMBO EPISCOPO.

Quia bene olim nobis est cognitum fraternitatem tuam sacerdotali gravitate et zelo esse ecclesiastico decoratam satis, oportere prospeximus, ut interesse ad cognoscenda ea quae correctionis indigent debeas, ne, si fuerint dissimulatione postposita, licitum esse sibi quisque credat esse quod potest. Qualiter autem fratrem nostrum Paulinum[a] Tegesis[b] civitatis episcopum[1] clerus suus vel hi qui in sacro sunt ordine constituti[2] in se[c] perhibeat corporaliter excessisse, audire non indiges, quippe quia, priusquam haec ad nos querella pertingeret, tibi iam factum est, sicut eis asserentibus didicimus, manifestum. Et quoniam praepositis in subiectorum poena fas esse non debet saeviendi[d], Victori fratri et coepiscopo nostro, qui primatus[e] inter vos locum tenet[f], curavimus scribendum[3], ut una cum tua fraternitate vel cum aliis fratribus nostris[g] episcopis, quos adhibere prospexeritis[h], inter memoratum[i] fratrem consacerdotemque nostrum et clerum ipsius causa suptili debeat investigatione cognosci. Et ideo dilectio tua immineat atque sollicitudinem gerat, ut ea quae ad nos perlata sunt inaudita non transeant[k], ne discordia in ecclesia, unde magnopere pellenda est, nutriatur. Et[l] si quidem contra eum clericorum suorum vera[m] querella est, culpam suam, quam sponte considerare[n] despexit, ita ecclesiastici vigoris definitione cognoscat, ut et de praesenti sentiat[o], quam sit grave quod fecit, et discat de futuro nil se plus agere posse[p], quam licet. Prae omnibus igitur hortamur, ut zelum quem propter Deum habere te novimus ardentius studeas exercere.

Et quia memoratus frater noster Paulinus ecclesiasticos ordines per simoniacam dare heresim, quod audire nefas est, dicitur, una cum antedicto primate[q] vel aliis[r] suptilius hoc et cum omni tibi diligentia sit curae perquirere. Et si ita, quod absit, inventum fuerit, studendum atque agendum est, ut et eum qui praemium accipere et eum qui dare non metuit canonicae ultionis sententia feriat, quatenus horum emendatio multorum possit esse correctio. Et priusquam haec radix mortifera coalescat[s] et plures interimat, totius concilii definitione[t] damnetur, ut nullus umquam pro quovis ordine

Mense *cet.: ita codd. n. et sec. ed. M. Vat. B. D.*

XII, 8 in titulo: Columo *ϱ*2.3* — Numidię *add. R*1.* — *Titulum et initium huius ep. in ras. exhibet R1.* a) Paulinus *R1.* b) *ita R1. ϱ*1. ϱ3.* Tegessis *ϱ1;* Tegessisse *ϱ*2.3, sed in* Tegesse *corr. ϱ*2.* c) suos *ϱ3.* d) *ex* sevienda *corr. ϱ1.* e) primatis *R1.* f) et *add. R1.* g) nostris *om. R1.* h) poteritis *ϱ3.* i) temetipso totum *R1.* k) transeat *ϱ1.* l) ideo *add. ϱ3.* m) vere *ϱ1.* n) *ita R2. Vat. F (ed. M.);* consecrare *R1. ϱ. ϱ*, sed suprascr.* vel emendare *(ita edd.) ϱ3;* exsecrari *Vat. B* — conspexit *R1.* o) de presentiat *R1;* de presentis sentiat *ϱ1.* p) possit *R1. ϱ1.* q) primato *ϱ*1.* r) alius *ϱ*1* — epis *add. ϱ3.* s) malescat *ϱ1* — coal. haec r. mortifera *ϱ3.* t) diffinitio *ϱ*1.*

XII, 8 una certe cum ep. seq. transmissa. — De Columbo cf. ep. II, 46 n. *1) De urbe, quae Tigisis vocatur, cf. C. I. L. VIII p. 960.* *2) De eadem distinctione cf. ep. VIII, 7 n. 4.* *3) Cf. ep. sequentem de eadem causa scriptam.*

accipere, nullus dare aliquid audeat nec[u] quisquam ex gratia, sed promoveatur ex merito, ne et ordo ecclesiasticus confundatur et sit probitas vitae despectui, si praemium meriti indignus acceperit.

Hilaro[v] autem[w] cartulario[4] nostro iniunximus, ut, si causa poposcerit, cognitioni[x] vestrae interesse non renuat. Si ergo necessarium fuerit, vestris illum apicibus, ut illic venire debeat[5], facite[y] certiorem, quatenus simul cum ipso tractantes melius decernere, quae statuenda sunt, debeatis.

XII, 9.

Gregorius I. papa Victori episcopo (Numidiae primati) scribit de quaestione in Paulinum, Tegesis civitatis episcopum, una cum Columbo vel aliis sacerdotibus et Hilaro chartulario intendenda. *602, Mart.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 217; ϱ: cap. 216.
Edd. M: Lib. XII. ep. 29; G: Lib. X. ep. 33. — Iaffé Reg. 1859 (1462).

GREGORIUS VICTORI EPISCOPO.

Quanto laetitiae nobis est fratres nostros cognoscere erga filios suos paterna caritate decenter esse sollicitos, tanto tristitiae deputamus, quando eos ab inlicitis nec aliorum fratrum reverentia nec sacerdotii praevalet[a] consideratio temperare. Quam[b] igitur gravis et aspera adversus fratrem nostrum Paulinum Tegesis[c] civitatis episcopum[d] clericorum eius[e] vel eorum qui in sacro sunt ordine positi querella sit, fraternitati tuae liquere non dubium est, quia latere te in vicina[f] non potuit, quod ad nos in longinquo pervenit. Et quoniam valde cavendum est, ne hoc, quod eum frustra in se corporali iniuria queruntur excedere, aut licite praesumatur[g] aut fiat dissimulatione deterius, sic[h] manifesti excessus canonica semper moderatione premendi sunt, ut una res et praeteritorum correctio et esse possit regula futurorum. Proinde simul[i] cum dilectissimo communi fratre Columbo episcopo[1] vel aliis sacerdotibus quos praevideris inter[k] suprascriptum fratrem nostrum et clericos ipsius causam suptili investigatione rimari te convenit. Et si supplicantium querella veritate subsistit, ita hoc regulari emendatione corrigite, ut et[l], quam sit malum quod fecit, agnoscat et officii sui discat de cetero terminos non exire. Nec loci tui, sicut dicitur, ab eo postponi ordinem patiaris, ne illi despectus suus ad periculum et tibi faciat[m] ad culpam. Nam ad personam in priori loco positam respicit, quicquid a minore committitur, nisi sollicite cognoscatur[n].

Illud autem, quod isdem frater noster Paulinus ecclesiasticos ordines dare sub praemio perhibetur, suptilius a vobis et omnino districte quaerendum est. Et si ita, quod non optamus, esse claruerit, sic ad ulciscendum[o] hoc vester[p] se propter Deum zelus accendat, ut et ordinanti avaritia sua convertatur ad poenam et inlicita ordinatio effectu carens ambitionis suae desiderio non fruatur. In qua re hortamur[q] atque prae

u) de *R1.* v) *in* Hilario *corr. ϱ1;* Hylaro *ϱ*1.* w) autem *om. R2.* x) agitationi *ϱ*1.* y) faciat *ϱ1. ϱ*1.*

XII, 9 in titulo: de symoniaca *rubro add. in marg. R1.* a) praevaleat *ϱ*. ϱ1;* praevalet *R.* b) quando *R1.* c) *ita ϱ*. ϱ1;* Tegis *R1;* Tegetis *R2.* d) *ex* ēps *corr. R1.* e) et *R1.* f) *ex* vicino *corr. R1.* g) presumamur *ϱ1.* h) si *R1.* i) in simul *R1.* k) in *R1;* in te *ϱ1.* l) et *om. R1.* m) fiat, *ut videtur, R2. ϱ*2.3.* n) cognoscatus *ϱ1.* o) adolescendu *R1.* p) vester *om., lac. 7 litt. R1.* q) vos, *ut videtur, add. R2. ϱ*2.3.*

4) De Hilaro cf. ep. I, 73 n. 2. 5) Cf. ep. seq. in f.

XII, 9. Cf. ep. praeced., cui haec summa affinitate coniuncta est. — De Victore cf. ep. IV, 35 n. XII, 3 n. 4. 1) Cf. ep. praeced.

omnibus ammonemus, ut ita[r] fraternitas vestra studeat esse sollicita, quatenus, priusquam unius vitio simoniacae illic hereseos nequitia convalescat[s], sententiae vestrae falce[t] facto ex[u] opere concilio radicitus amputetur. Nam quisquis ad hoc facinus emendandum[v] officii sui consideratione vehementer non arserit[w], cum ipso se[x] habere non dubitet portionem, a quo prius hoc piaculare[y] flagitium sumpsit exordium. Et ideo id[z], sicut diximus, vigilanter atque studiose agendum est, ut concilium vestrum, quod[a] nunc usque sine huius modi prava opinione Deo custodiente servatum est, huius sceleris[b] venenati nec[c] polluere possint nec perdere.

Praeterea Hilaro cartulario nostro praecepimus[d], ut, si res exegerit, interesse[e] vobiscum non differat. Unde, si necesse fuerit, vestris illi, ut ad vos venire debeat, epistolis indicate, quatenus haec omnia una cum eo salubriter Deo possitis adiuvante dirimere[f].

XII, 10.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Primae Iustinianae, mandat, ut de Paulo, deiecto episcopo Docleatino, qui Nemesio, latore praesentium, successore constituto, episcopatum cum auxilio saecularium iudicum invaserit, poenas capiat eumque ablata reddere cogat. *602, Mart.*

Codd. R: Indictio I—V cap. 218; ϱ: cap. 217.
Edd. M: Lib. XII. ep. 31; G: Lib. X. ep. 34. — Iaffé Reg. 1860 (1463).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO PRIMAE IUSTINIANAE.

Quando mala, quae paenitentiae fletu purganda sunt, augentur[a] excessibus, ita maior est delinquentibus adhibenda correctio, ut et ipsi facinus suum poena saltem[b] vindicante[c] cognoscant et alios ab inlicitis ecclesiasticae ultionis[d] timor inhibeat. Dilectissimus itaque lator praesentium Nemesion[e] ad nos veniens indicavit, sicut[f] et gestorum exemplaria quae hic detulit continebant, Paulum Docleatinae[g] civitatis[1] episcopum inter alia mala in corporali crimine lapsum a suis fuisse clericis accusatum atque habita cognitione ita, quod sine dolore dicere non possumus, claruisse atque insuper, postquam convictus est, etiam libellum eum, in quo ea[h] de quibus accusatus fuerat vera esse confessus est, optulisse; qua de re sententia illo episcopali[i] deposito[k] se[l] eius loco cum fraternitatis vestrae consensu[m] esse episcopum ordinatum. Sed nunc eundem Paulum[n] cum auxilio saecularium iudicum venientem episcopium[o] more praedonis ingressum ablatisque violenter rebus ecclesiae, ab eo se proiectum et ad summam iniuriam ac necem paene perductum. Et[p] quoniam tantae nequitiae pravitas[q] nec dissimulanda nec leviter attendenda[r] est, fraternitas vestra haec omnia diligenter curet addiscere

r) ita *om. R1.* s) convalesca *ϱ*1.* t) *ex* fallace *corr. R1.* u) et *ϱ*1.* v) emendandus *R1.* w) adserit *ϱ1. ϱ*1, sed corr. ϱ1;* asserit *ϱ*2.3;* assurrexerit *Vat. D (ed. M.).* x) se *om. ϱ*2.3.* y) *ita R1. ϱ1;* peculiare *cet.* z) *ita R;* hic *ϱ1. ϱ*1; om. hoc verb. ϱ*2.3.* a) quod *om. ϱ*1.* b) sceleri *R1.* c) veniat inec *ϱ*1.* d) precipimus *R1. ϱ1.* e) inter eum *ϱ*1.* f) redimere *ϱ*2.3.*

XII, 10 in titulo: G. Ioh. ep. *om. ϱ*1.4* — ēps *R1.* a) augetur *ϱ*1.* b) seltim *ϱ*1.* c) *ex* vindite *corr. ϱ1.* d) tuitionis *R1. ϱ*. ϱ3.* e) Nemesino *R1;* Nemosion *ϱ3.* f) sicut *om. R2.* g) Doclavenę *ϱ1. ϱ*2.3;* clavene *ϱ*1;* Declavenæ *ϱ3.* h) hęc *ϱ3.* i) ēpō Paulino *R1.* k) depositum et *ϱ1.* l) *ita ϱ1;* se in *ϱ3; om. hoc verb. R1. ϱ*.* m) concessu *R1.* n) Paulinum *R1.* o) ēpūm *ϱ1.* p) ut *ϱ*1.* q) pravitatis *ϱ1.* r) adtenda *R1.*

XII, 10. Haec epistula cum sequenti per Nemesion episcopo Scodritano missa est ad relegendum; cf. ep. XII, 11 (n. 1). — De Iohanne cf. ep. III, 6 n. V, 10 n. 1. *1) Doclea, civitas provinciae Praevalitanae itaque sedi archiepiscopali Primae Iustinianae subdita: cf. Nov. Iust. 11. 131.*

et, si ita se, ut edocti sumus, veritas habet, praedictum Paulum districta faciat executione compelli, ut, quaecumque[s] abstulit, omni mora vel excusatione cessante[t] restituat. Si vero nihil ecclesiae, sed proprium[u] se dixerit abstulisse, quamvis grave et iniquum fuit, ut non a vobis vel[v] metropolita[w] eius hoc peteret, sed ausu temerario manu praesumeret agere, veruntamen, si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestrae debet examinatione constare, si verum est. Sed et illud diligenter quaerendum est, si quid male de rebus dilapidavit ecclesiae vel nunc abstulit; hoc reformare ac satisfacere modis omnibus compellatur. Si autem differre temptaverit, quousque omne quod dilapidavit[x] vel de substantia tulit ecclesiae restituat, in monasterio mittendus est[y], ut saltem coactus reddat, quod male auferre non timuit. Qui si[z] forte, quod[a] non credimus, post depositionem suam inverecunde[b] ac mente[c] perversa aliquid de episcopatu loqui atque rursus ad[d] hoc qualibet aspirare praesumptione temptaverit, fraternitatis vestrae se contra improbitatem ipsius omnino vigor[e] accendat atque dominici corporis et sanguinis communione privatum in monasterio eum[f] usque ad diem obitus sui ad agendam[g] curet paenitentiam retrudendum, quatenus perpetrati[h] sceleris maculas dignis discat fletibus emundare[i], quas magis[k] in interitu animae suae nequiter augere desiderat. Suprascriptus autem dilectissimus frater noster Nemesion in loco suo[l] et[m] episcopatus officio procul dubio reformetur, et, ne[n] denuo hac de re inquietudinem ac[o] molestiam patiatur, sollicitos vos esse necesse est, quia hoc[p] non solum ad huius munitionem[q], verum etiam ad aliorum constat emendationem proficere, ut pravorum hominum praesumptio nil de cetero contra sacrorum canonum statuta vel ecclesiasticam disciplinam ullo modo audeat[r] attemptare[s].

XII, 11.

Gregorius I. papa Constantino, episcopo Scodritano, litteras praecedentes transmittit et mandat, ut, si ipse, quod de Paulo Docleatino quondam episcopo praeceperit, exsequi possit, exsequatur, si minus, ad Iohannem perferendas litteras curet. *602, Mart.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 219; ϱ: cap. 218.
Edd. M: Lib. XII. ep. 30; G: Lib. X. ep. 35. — Iaffé Reg. 1861 (1464).

GREGORIUS CONSTANTINO EPISCOPO SCODRITANO.

Quae dilectissimus nobis lator praesentium Nemesion[a], qui se Docleatinae[b] civitatis esse dicit[c] antistitem[d], de facinore Pauli Docleatini[e], ut ipse asserit, quondam[f] episcopi questus sit, fraternitati tuae fuerant suptilius indicanda[g], nisi scire te omnia testaretur, quippe quem et compassum sibi et voluisse subvenire, sed perhibet minime potuisse. Et quia[h] tanti causa flagitii neglegi vel transiri[i] non debet impunita, ne[k] eius imitatione scelesta ab aliis, quod absit, sumatur audacia, fraternitas tua exemplaria scriptorum

s) quodcumque *ϱ3.* t) incessante *ϱ*1.* u) s. suum proprium *R1.* v) sed *ϱ3;* se vel *ϱ*2.3;* velut *coni. Ew.* w) metropolitano *ϱ3;* metropolitani *ϱ*2.3.* x) depredavit *ϱ3.* y) est *om. R1.* z) ipsi (*pro* qui si) *R1.* a) quod *om. R1. ϱ1.* b) inverecundum *R1. ϱ1.* c) agmen (*pro* ac mente) *R1. — Hic inc. fragmenta ϱ2.* d) ab *R1.* e) virga *R1.* f) in m̄ meum *ϱ*1;* in monasterium eum *ex* in monasterium meum *corr. ϱ1;* in m̄m̄ eum *ϱ2.* g) augendam *R1.* h) perpetratis *R1.* i) emendare *R1.* k) magnis *ϱ2.* l) suo loco *ϱ1.3. ϱ*;* loco suo *R. ϱ2.* m) et *om. R1.* n) nec *ϱ1.* o) vel *R1.* p) hoc *om. R2.* q) monitionem *ϱ*. ϱ2.* r) habeat *R2. ϱ1.* s) attendere *R1.*

XII, 11 deest in ϱ3. — In titulo: Constano *ϱ*4* — episcopo *om. R1.* a) Nemesyon *R2.* b) Docleatimne *ϱ2.* c) dicit *om. R1. ϱ2.* d) antistem *R2.* e) Docleatiani *ϱ1. ϱ*1.* f) quod *R1. ϱ. ϱ*2.3, sed erad. ϱ*2;* qd̄ *ϱ*1.* g) indicando *R1.* h) via *R1;* visa *ϱ1.* i) transire *R1.* k) te *R1.*

XII, 11. Constantinus Iohanni successit, qui ultimo in titulo ep. IX, 156 commemoratur.

his subdita[l], quae ad reverentissimum Iohannem fratrem nostrum Primae Iustinianae civitatis episcopum servantem[l] vices nostras dieximus, diligentius relegat[m] et, si secundum eorum seriem[n] explere se cuncta[o] posse cognoscit, ea[p] quae illi mandavimus ipsa[q] omnia ex nostra auctoritate[r] exequatur et faciat. Si vero hoc tibi quibusdam forte adversantibus obstaculis vides esse difficile, studendum est, ut eadem scripta nostra ad antedictum fratrem nostrum sine excusatione perveniant[s]. Cui etiam et te convenit imminere, ut ea quae ei a nobis mandata sunt districtius exequi et nulla debeant occasione lentari, sed ita quae nequiter acta sunt emendatione congrua corrigantur, quatenus una res et ultio competens delinquentis[t] et formido sit aliis in eodem ordine constitutis.

XII, 12.

Gregorius I. papa universos concilii Byzaceni episcopos Crementii, eorum primatis, graviter accusati, cum ipse circumsaevientibus hostibus de eo requirere non possit, iudices constituit. *602, Mart.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 220; ϱ: cap. 219.
Edd. M: Lib. XII. ep. 32; G: Lib. X. ep. 36. — Iaffé Reg. 1862 (1465).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS CONCILII VIZACHII.

Sicut laudabile discretumque est reverentiam et honorem debitum exhibere[a] prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eos[b] correctionis indigent, nulla dissimulatione postponere, ne totum, quod absit, corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite. Ante multum siquidem temporis quaedam ad nos[c] de fratre nostro Crementio primate vestro[d] perlata sunt[1], quae cor nostrum non modico maerore transfigerent; sed prementibus diversis tribulationibus et maxime circumsaevientibus[e] hostibus ea nobis non fuit spatium requirendi. Et quoniam ita sunt gravia, ut transire indiscussa nullo modo debeant, fraternitatem vestram his hortamur affatibus[f], ut cum omni sollicitudine ac vivacitate veritatis[g] indagare[h] substantiam multis modis debeatis, et[i] aut, si[k] ita sunt, ultione canonica resecentur aut, si[l] falsa[m], fratris nostri innocentia diu sub nefandae opinionis dilaceratione non iaceat. Unde ne[n] quis desidiae tepor[o] in requisitione sit, ammonemus, ut non cuiusquam[p] personae sit[q] gratia, non favor, non blandimenta vel quodlibet[r] aliud quemquam vestrum vel ad[s] discutiendum[t] quae nobis nuntiata sunt molliat vel a tramite veritatis excutiat, sed sacerdotaliter[u] ad investigandam vos propter Deum veritatem accingite[v]. Nam si quis in hoc aut piger esse aut neglegentem se praesumpserit exhibere, dictis criminibus apud omnipotentem Dominum se noverit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas suptiliter nefandi causas[w] facinoris non movetur.

---

l) servanti *R1. ϱ. ϱ**. m) relagat *R2*. n) senem *ϱ2*. o) secuta (*pro* se cuncta) *ϱ1*. p) ea *om. R2*. q) ipse *ϱ**. r) ex n. a. omnia *ϱ*2.3*. s) perveniat *R1*. t) delinqueritis *R2*.

XII, 12 in titulo: Vizachii *om. R1;* Wizautii *R*1*. a) exhiberi *R1. ϱ1*. b) eis *R1*. c) ad nos *om. R2*. d) v̄r̄m̄ *R1*. e) circumvenientibus *R1*. f) affectibus *R1*. g) suę *add. R1*. h) indicare *ϱ*1*. i) et *om. ϱ*2.3. ϱ2*. k) si *om. R1. ϱ1*. l) si *om. R1. ϱ1. ϱ**. m) et *add. R1. ϱ1. ϱ**. n) non *ϱ*2. 3. ϱ2*. o) torpor, *ut videtur, R2*. p) cuiusdam *ϱ1. 2*. q) sit *om. ϱ2*. r) quolibet *R1*. s) a *ϱ*2. 3. ϱ2*. t) discutiendis *R1. ϱ1. 2. ϱ**. u) secundum taliter *R1*. v) accite *R1*. w) causa *ϱ*1*.

1) Scil. ep. praecedentem.

XII, 12. De Crementio vel Clementio cf. ep. IX, 24 n. 1. *1) De causa Crementii ab imperatore ad papam delata cf. ep. IX, 24. 27.*

XII, 13.

Gregorius I. papa Firmino, episcopo Istriae (Tergestino), ad ecclesiae unitatem reverso gratulatur rationibusque eius se prospecturum pollicetur. Paraturam de benedictione S. Petri mittit. *602, Mart.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 221; ϱ: cap. 220.
Edd. M: Lib. XII. ep. 33; G: Lib. X. ep. 37. — Iaffé Reg. 1863 (1466).

GREGORIUS FIRMINO EPISCOPO HISTRIAE.

Quem redemptor noster de servorum suorum numero perire non patitur, ita misericordiae suae inspiratione cor[a] eius inlustrat, ut deserto erroris obscuro ad cognitionem lucis et viam redeat veritatis. Unde suscepta carissimae fraternitatis tuae epistola magna in Domino exultatione gaudemus, quod divina te[b] gratia ad unitatem ecclesiae, a qua pertinacium et imperitorum hominum iniunctione[c] disiunctus fueras[d], revocavit. Sed quia quanto[e] antiquus[f] hostis superatum se conspicit, tanto insidiari acrius non quiescit, omnino sollicitum vigilantemque te esse convenit atque scutum constantiae contra iacula ipsius praeparare[g], ut inlisa frangantur[h] et vim interius penetrandi non habeant[i]. Nulla ergo te, frater carissime, rerum desideria, nulli terrores, nulla blandimenta, nullae seductiones, quae venenatis verborum sagittis[k] animas feriunt[l], a reversionis tuae fervore demolliant[m] aut retro redire compellant[n], ne, qui fortiter[o] superaveras, graviter supereris et captivus, quod absit, post victoriam tenearis; sed magis ut mater ecclesia[p] per totum Deo propitio orbem diffusa[q] ad suum te redisse[r] gremium non inertem agnoscat, studiosissime tibi vigilandum[s] ac laborandum[t] est, ut tecum possis[u] et alios revocare, quatenus damna quae aversionis[v] tuae exemplo commiseras non solum reversionis bono resarcias, sed etiam lucrum exhibeas, ut et[w] ad promerendam praeteritorum veniam et futurorum praemia capessenda[x] plus domino tuo videaris revocasse quam tuleras.

Nobis igitur omnino curae erit de[y] fraternitatis tuae quiete, ut dignum est, cogitare, quia, postquam nobiscum iam Deo protegente unus es[z], non aliter utilitates tuas quam nostras attendimus. Aliqua vero nobis de necessitatibus vestris Iohannes subdiaconus[1] scripsit; sed credimus de Dei nostri potentia, quia sanctus Petrus, ad quem reversi estis, vos deserere non habet[a]. Modo autem de[b] benedictione eiusdem sancti Petri transmisimus fraternitati vestrae paraturam unam, quam vos[c] necesse est cum ea caritate qua a nobis est[d] transmissa[e] suscipere.

XII, 13 in titulo: Istriae *R 2. R* 1.* a) cor *om. R 1.* b) divinatis *ϱ 1.* c) *ita coni. Mommsen,* instinctione *ed. M.;* in functione *R 1. ϱ. ϱ*, sed suprascr.* vel institutione *ϱ 3.* d) fuerat *R 1.* e) quantum *ϱ 1. 3.* f) antiquis *R 1.* g) prepare *R 1.* h) frangatur *R 1.* i) habeat *R 2.* k) sagatis *R 1.* l) *ex* feriant *corr. R 1.* m) demoliant *ϱ 1. ϱ* 1;* demoliantur *ϱ 3.* n) compellat *ϱ 3.* o) quid fortiter *R 1;* qui fortem *cet.* p) *in* ecclesię *corr. R 1;* ecclesię *ϱ 1. 3.* q) urbem diffusam *R 1.* r) rediisse te *ϱ 2.* s) invigilandum (*om.* tibi) *ϱ 2.* t) orandum *ϱ 3.* u) (*om.* te) cum posis *ϱ* 1.* v) adversionis *R 1.* w) et *om. R 1. ϱ 1, sed supra lin. suppl. ϱ 1.* x) compensanda *R 1.* y) animo c. e. de *R 1;* c. erit omnino de *ϱ*;* c. e. omnimode *ϱ 2.* z) est *R 2.* a) debet *ϱ* 3. Vat. A (ed. M.) et ex* habet *corr. ϱ* 2.* b) de *om. ϱ 3.* c) vos *om. R 2.* d) est *om. ϱ 3.* e) missa *R 1.*

XII, 13. Firminus, qui in ep. XIII, 36 episcopus Tergestinae civitatis dicitur, is episcopus esse videtur, cui noster formulam promissionis XII, 7 transmiserat; Severo, quem Smaragdus, cum primum exarchus erat, Ravennam duxerat, sed post relaxaverat (Paul. diac. III, 26), successit. Cf. Chron. patr. Grad. 2. 1) *De Iohanne cf. ep. XI, 16 n. XII, 7 n.*

MENSE MAIO INDICTIONE V.

XII, 14.

Gregorius I. papa Deusdedit, episcopum Mediolanensem, hortatur, ne immobilia a Constantino praedecessore ante episcopatum acquisita et Luminosae, ancillae Dei, filiae fratris sui, legati titulo relicta ecclesiae suae vindicet. Luminosam ei commendat. *602, Mai.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 222; ϱ: cap. 221.
Edd. M: Lib. XII. ep. 38; G: Lib. X ep. 42. — Iaffé Reg. 1864 (1471).

GREGORIUS DEUSDEDIT EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Nulli est dubium, quia, sicut sacerdotibus res in episcopatu[a] adquisitas nulla est alienandi licentia, ita de eis quas ante habuerint quicquid iudicare[b] voluerint[c], non vetantur[1]. Itaque fraternitatem tuam tempore quo[d] ad nos fuit questam esse recolimus, quod quaedam immobilia quae Constantius decessor vester Luminosae ancillae Dei filiae fratris sui[e] testamenti serie legati titulo dereliquit iam[f] episcopus adquisisset, decrevisseque[g] nos, ut[h], si hoc constaret, nullum ex his ecclesia vestra praeiudicium pateretur. Quod et vos[i] oportet recolere et molestiam aliquam praedictae ancillae Dei non facere nec ei sine cognitione de his quae possidet quicquam auferre[k]. Sed si hoc ecclesiae vestrae actores[l] probari posse confidunt, vestris nobis epistolis indicate, ut, qualiter hoc ipsum constare debeat[m], disponamus, dum modo cognita veritate nec ecclesia vestra[n] pati praeiudicium nec illa iniuste videatur affligi, quia[o], quantum aliqui[p] perhibent, hoc suprascriptus decessor vester non[q] in episcopatu, sed dum esset adhuc diaconus[2], adquisivit. Unde necesse est, ut[r], sicut diximus, facta probatione debeat constare quod verum est. Eandem vero ancillam Dei fraternitati vestrae[s] commendamus, ut a nullo eam patiatur gravari vel opprimi, ne, si inquietata fuerit, ex huius causae occasione hoc pati quod non decet aestimetur. Et ideo, si quid forte fuerit, quod debeat emendari, aut a plano adhortationis vestrae moderamine corrigatur aut certe nobis suptiliter nuntietur, quatenus et vos ab invidia sitis extranei et[t] nos quod facere convenit nullatenus[u] omittamus.

MENSE AUGUSTO INDICTIONE V.

XII, 15.

Gregorius I. papa Lucido, episcopo Leontino, mandat, ut, quem Iohannes abbas e sua congregatione delegerit, presbyterum consecret. *602, Aug.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 223; ϱ: cap. 222.
Edd. M: Lib. XII. ep. 48; G: Lib. X. ep. 54. — Iaffé Reg. 1865 (1482).

XII, 14 in titulo: Deusdedi *ϱ3* — epis *R2* — Mediolanensii *R1;* Medilanen̄ *R2. ϱ*2.3;* Mediol *ϱ*1.4;* Mediolā *ϱ1.* a) episcopatum *R1. ϱ. ϱ*1.* b) iudicare *om. ϱ*1.* c) voluerit *ϱ1.* d) quo *om. ϱ*1.* e) filiae suae fratribusque suis *Vat. D. E (ed. M.).* f) quam *R1.* g) decrevissetque *ϱ1.* h) ad *R1.* i) vobis *ϱ3.* k) auferret *R.* l) captores *R1.* m) debeant *R1.* n) vestra *om. ϱ3.* o) *cetera desunt spatio vacuo relicto in R2.* p) aliquid *R1.* q) est *add. R1.* r) ut *om. ϱ3.* s) fraternitatem vestram *ϱ3.* t) et *om. R1.* u) non *ϱ3.*

Mense *cet.:* āg *abbr. ϱ*1.4; om.* augusto *ϱ*2.3.*

XII, 14. De Deusdedit cf. ep. XI, 6 n. 2. *1) Cf. ep. VI, 1 n. 2.* *2) Constantius diaconus appellatur etiam in ep. I, 80 (n. 3). III, 29 (n. 4).*

XII, 15. Ad eundem Lucidum data est ep. XIII, 22.

GREGORIUS LUCIDO EPISCOPO LEONTINIS.

Filius noster Iohannes abbas[a] presbyterum sibi in monasterio suo ex congregatione eadem petit ordinandum. Ideoque fraternitatem vestram praesenti auctoritate duximus adhortandam[b], quatenus virum quem vobis[c] de congregatione sua ad ordinationem[d] presbyterii optulerit consecrandum, de eo, sicut est consuetudinis, quaeque[e] sunt discutienda, suptiliter perquiratis et, si nihil in eo[f] reppertum fuerit, quod ei possit obviare, canonice, sicut mos[g] est, consecretur. Nihil ei aliud privilegii concedentes, nisi ut in congregatione sua, quotiens oportunum fuerit, sacra missarum debeat tantum modo celebrare mysteria.

XII, 16.

Gregorius I. papa Eulogio, patriarchae Alexandrino latores praesentium, in Sicilia a Monophysitarum errore ad fidem reversos, commendat. De Langobardorum gladiis et podagrae doloribus queritur. *602, Aug.*

Codd. R: Indictio I—V. cap. 224; ϱ: cap. 223.
Edd. M: Lib. XII. ep. 50; G: Lib. X. ep. 55. — Iaffé Reg. 1866 (1484).

GREGORIUS EULOGIO PATRIARCHAE ALEXANDRINO.

Latores praesentium Siciliam venientes a Monofisitarum[1] errore[a] conversi sunt atque sanctae universali ecclesiae semetipsos adunaverunt. Qui ad beati Petri apostolorum principis ecclesiam pertendentes[b] poposcerunt a me, ut eos meis epistolis vestrae beatitudini commendare debuissem, quatenus ab hereticis qui iuxta ipsos sunt[c] nullam iam[d] violentiam perpeti permittantur. Et quia unus eorum dicit monasterium in quo fuit a parentibus suis fuisse constructum, auctoritatem desiderat a sanctitate vestra percipere, ut hi qui in eo sunt heretici aut ad[e] sinum sanctae ecclesiae redeant aut de eodem monasterio repellantur. Haec[f] a nobis vobis indicata esse sufficiant[g]; nam de vestra beatitudine novimus, quia, quicquid[h] ad zelum Dei omnipotentis pertinet, cum omni facere fervore festinetis[i]. Pro me vero ut oretis, peto, quia inter gladios[k] Langobardorum quos sustineo podagrae doloribus vehementer affligor[l] [2].

XII, 16[a].

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo (Ravennati), homilias in Ezechielem ante annos octo coram populo dictas, sed nunc emendatas transmittit. *601—602.*

Edd. M: Opp. S. Gregorii pp. tom. I col. 1173; G: tom. I col. 1137. — Iaffé Reg. 1401.

XII, 15 in titulo: Lucillo *Vat. A (ed. M.);* Lucio *ϱ 3* — Leotinis *R1;* a Leontinis *R*1.* a) abb̄ *R1;* abba *ϱ1. ϱ*2.3;* ab̄ *ϱ*1.* b) adhortandum *ϱ*.* c) *ex* nobis *corr. R1.* d) *ex* hordinem *corr.* ordinem *R1.* e) quoque *ϱ*1.* f) ea *ϱ*1.* g) *ita ϱ*. ϱ3;* moris *ϱ1;* nostri (*om.* est), *sed in marg. corr.* nostis *R1.*

XII, 16. a) erre *ϱ* 1.* b) perdentes *ϱ1.* c) ipso s̄ *ϱ*.* d) iam *om. ϱ1.* e) ad *om. R1.* f) Nec *R1.* g) *in* sufficiat *corr. ϱ1.* h) quid *R1.* i) *ita ϱ*;* festina *R1. ϱ1, sed in* festinat *corr. R1.* k) gladiis *R1. ϱ1.* l) *Hic sequuntur in codd. R1. ϱ1. ϱ* ep. III, 66. 67, de quibus cf. t. I p. 228 ss. Desunt hae epistulae in cod. ϱ3. — Nota in ep. III, 66. 67 ϱ1 pro ϱ*1, ϱ2 pro ϱ*2, ϱ3 pro ϱ*3 scriptum esse.*

XII, 16. De Eulogio cf. ep. V, 41 n. *1) De Monophysitis cf. ep. XI, 52.* *2) De Gregorii valetudine cf. ep. IX, 232 n. 1. XI, 18 etc.*

XII, 16[a]. Cum noster in hac epistula dicat se homilias in Ezechielem ante 8 annos recitavisse, haec epistula dedicatoria, quae in Registro deest, hic ponenda est. Nam homiliae tempore, quo Agilulfus

DILECTISSIMO FRATRI MARINIANO EPISCOPO GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Homilias quae in beatum Ezechielem prophetam ita, ut[a] coram populo loquebar, exceptae sunt, multis curis inruentibus in abolitione[b] reliqueram. Sed post annos octo petentibus fratribus notariorum schedas[c] requirere studui easque favente Domino transcurrens, in quantum ab[d] angustiis tribulationum licuit, emendavi. Tua itaque dilectio has sibi ad legendum mitti poposcerat, sed valde incongruum credidi, ut aquam despicabilem hauriret, quem[e] constat de beatorum patrum Ambrosii atque Augustini torrentibus profunda ac perspicua fluenta adsidue bibere. Sed rursum dum cogito, quod saepe inter cotidianas delicias etiam viliores cibi suaviter sapiunt, transmisi minima legenti potiora, ut, dum cibus grossior velut pro fastidio sumitur, ad suptiliores epulas avidius redeatur.

XII, 16a in tit.: Mariniano *cod. mon. Longipontis ord. Cist. et ed. Gussanv.;* Mariano *et S. German. (litteris merovingicis scriptus saec. VIII.) et Corbeiensis antiquissimus.* a) Omelias | ut in beato Hiezechiel propheta coram | loquaebar (r in ras.) *Par. 2236;* ita ut *om. S. Germ.* b) oblivione *cod. mon. Vallisclarae ord. Cist.* c) chedas *Par. 2236.* d) in *Longip.* e) quam *Par. 2236.*

urbem oppugnaturus erat, dictae sunt, i. e. a. 593—594: cf. ep. V, 36 p. 319 n. 2 et Lau l. l. p. 313 s. — De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. Cf. etiam ep. XII, 6.

INCIPIT
EX REGISTRO
DOMNI GREGORII PAPAE.

MENSE SEPTEMBRIO INDICTIONE VI.

XIII, 1.

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 227; ϱ: cap. 226.
Edd. M: Appendix XII; G: Lib. XI ep. 1.

IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI.

Per indictionem sextam[a] die vicesima tertia mensis Novembrii[b] temporibus domni et beatissimi papae Gregorii coronatus est Focas et Leontia Augusta in Septimo in

Incipit *etc. usque* Christi *om. ϱ*2.3 — post* Incipit *add.* eple *R*1* — sancti *pro* domni *R*1* — papae *om. et add.* ind. VI *R*1* — septembrio *R1;* sept. *abbr. ϱ*1.4;* septembri *R*1. — Nota temporis notas in codd. nostris repetitas esse ante ep. XIII, 3.*

XIII, 1: di *pro* domini *ϱ*1.4;* dni di et *R*1.* a) Per indictione sexta *codd. n.* b) nob *ϱ*1;* novembrii *R1. ϱ1, sed in* novembris *corr. ϱ1.*

XIII, 1. *Simile additamentum codices nostri exhibent ante indictionem II, scil. VIII, 36; equidem crediderim et hoc et illud ex quodam chronico, quibusdam annalibus in Italia fortasse ex officio scriptis sumptum esse; cf. quae de his rebus gestis narrat Chron. Pasch. p. 693 B: καὶ Μαυρίκιος μὲν Τιβέριος σὺν τῇ γυναικὶ Κωνσταντίνῃ καὶ πασὶν ϑ΄, τουτέστιν ς΄ μὲν ἄῤῥεσι, Θεοδοσίῳ, Τιβερίῳ, Πέτρῳ, Παύλῳ, Ἰουστίνῳ καὶ Ἰουστινιανῷ, καὶ τρισὶ ϑηλείαις, Ἀναστασίᾳ, Θεοκτίστῃ καὶ Κλεοπάτρᾳ, φεύγει τῇ κβ΄ τοῦ δίου μηνὸς, κατὰ Ῥωμαίους νοεμβρίου, τῇ νυκτὶ τῇ ἐπὶ κγ΄ διαφανούσης παρασκευῆς. Φωκᾶς δὲ τῇ κγ΄ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἡμέρᾳ ς΄ στεφϑεὶς ὑπὸ Κυριακοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸν σεβάσμιον οἶκον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ τῇ κε΄ τοῦ ῥηϑέντος μηνὸς, ἡμέρᾳ κυριακῇ — — — Ἐκρατήϑη δὲ Μαυρίκιος Τιβέριος μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ ὀκτὼ τέκνων αὐτοῦ εἰς τὸν ἅγιον Αὐτόνομον, πλησίον Πραινέτου · καὶ τῇ κζ΄ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἡμέρᾳ τρίτῃ ἐσφάγη πλησίον Χαλκηδόνος αὐτὸς Μαυρίκιος καὶ Τιβέριος καὶ Πέτρος, Ἰουστῖνος καὶ Ἰουστινιανός καὶ Πέτρος δὲ ὁ ἀδελφὸς Μαυρικίου, κουροπαλάτης ὤν, συσχεϑεὶς καὶ αὐτὸς ἐσφάγη, καὶ ἄλλοι δὲ συνεσχέϑησαν ἄρχοντες. ἐσφάγησαν δὲ εἰς Διαδρόμους πλησίον τοῦ Ἀκρίτα Κωνσταντῖνος ὁ Λάρδυς, ἀπὸ ἐπάρχων γενόμενος πραιτωρίων καὶ λογοϑέτης καὶ κουράτωρ τῶν Ὁρμίσδου, καὶ*

palatio[1] qui dicitur Secundianas, et occisus est Mauricius[c] imperator cum omnibus filiis suis masculis, id est Theodosio[d] iam coronato, Tyberio, Petro, Paulo et Iustiniano, simul et Petro fratre[e] suprascripti[f] Mauricii Augusti; sed et aliqui procerum, qui ei cohaerebant, id est Constantinus patricius et curator de Placidias[g][2]; sed et Georgius[h][3] notarius principis[i]. Venit autem icona[k][4] suprascriptorum Focae et Leontiae Augustorum Romae septimo Kalendarum Maiarum, et adclamatum est eis in Lateranis in basilica Iulii[l][5] ab omni clero vel senatu: 'Exaudi Christe! Focae Augusto[m] et Leontiae Augustae vita!' Tunc iussit ipsam iconam[n] domnus beatissimus et apostolicus Gregorius papa reponi[o] eam in oratorio sancti Cesarii intra palatio[p][6].

XIII, 2.

Gregorii I. papae sermo de mortalitate et denuntiatio pro septiformi litania.

Codd. R om. numerum; ρ: cap. 227 (228). Cf. Greg. Tur., hist. Franc., X, 1; Iohann. diac., v. Greg., I, 41.

Edd. M: t. I p. 1660 post Hom. in Evang.; G: Lib. XI ep. 2.

DENUNTIATIO PRO SEPTIFORMI LETANIA.

Oportet, fratres carissimi, ut flagella Dei, quae metuere ventura debuimus[a], saltem[b] praesentia et experta timeamus. Conversionis nobis[c] aditum dolor aperiat, et

c) Mauritius *ρ 1. ρ* 1.* d) Theodosium *ρ 1. ρ*, sed corr. ρ 1.* e) Petrum fratrem *codd. n., sed corr. ρ 1 in* Petrus frater. f) ipsius *in ras. ρ 1.* g) Pacidias *R 1.* h) Gregorius *R 1.* i) *suprascr.* occisi sunt *al. m. ρ 1.* k) igona *ρ 1.* l) vigilia *R 1.* m) aug̃ *al. m. in* augi *corr. ρ 1.* n) ipsa igona *ρ 1;* ipsa iconia *ρ* 2.* o) preponi *R 1.* p) *in* palatium *corr. ρ 1.*

XIII, 2. Titulum ita exhibet (et denuntiatio *ex* denuntio *corr.) ρ 1; titulum om. R 1. ρ*; primam litteram O magnam exhibent R 1. ρ* 2. 3; R* 1 (indict. VI n. 2):* Ammonitio beati Gregorii papę tempore mortalitatis quę temporibus eius Romę accidit; et de letania maiore; *de cod. Bruxell. 292 cf. N. A. III p. 453; cod. Paris. 12255 (= p), quem Ewald contulit, f. 190ᵇ post homilias in Evangelia (rubro):* Sermo de mortalitate ad populum in basilica b. Iohannis que appellatur Constantiniana; *Greg. Tur.:* Oratio Gregorii papae ad plebem; *ed. M.:* Oratio S. Gregorii ad plebem de mortalitate; *ed. G.:* Sermo beati Gregorii papae tempore mortalitatis. a) debueramus *R* 1.* b) saluti *R* 1.* c) *om. hoc verb. p;* autem *R* 1.*

Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Μαυρικίου καὶ Κομεντίολος ὁ πατρίκιος καὶ στρατηλάτης καὶ αὐτὸς ἐσφάγη πέραν πλησίον τοῦ ἁγίου Κόνωνος πρὸς θάλασσαν, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐγένετο κυνόβρωτον. Ita et Theophan. a. 6095. Cf. Theophyl. Sim. VIII, 8 ss., ex quo Theophan. ad a. 6094 hausit. Adde etiam Isidori Chron. (Auct. ant. XI p. 478) et Auctarium Havniense (Auct. ant. IX, 1 p. 338) et Iohann. diac. v. Greg. IV, 18—20 et Paul. diac. h. Lang. IV, 26. 1) *De hoc palatio (τὸ ἕβδομον) cf. Chron. Pasch. p. 556. 562 B. a. 364. 383, ex quibus locis conicere licet morem fuisse imperatores hic renuntiari.* 2) *Cf. Chron. Pasch. p. 563 B. a. 385.* 3) *ἀναιρεῖται ... καὶ Γεώργιος ὁ τοῦ Φιλιππικοῦ ὑποστράτηγος: Theophyl. Sim. VIII, 13.* 4) *De hoc more imagines imperatorum Romam mittendi cf. Diehl l. l. p. 186; L. pont. v. Constant. c. 10 et ep. I-E. 2180 (Migne patr. Lat. 89 c. 518).* 5) *Duchesne in L. pont. n. 5 ad v. Bonifatii II. iure dicit non de titulo Iulii Transtiberino hic agi, sed de* une des grandes salles du palais de Latran que l'on sait d'ailleurs avoir porté ce nom. 6) *De oratorio S. Caesarii in palatio imperatorum in Palatino sito agit Duchesne in n. 11. 12 ad L. pont. in v. Sergii (cf. ib. c. 2).*

XIII, 2. Hunc sermonem referunt et Gregorius Tur. in hist. Franc. X, 1 et Iohannes diac. in vita Greg. I, 41; uterque narrat nostrum electum pontificem hunc sermonem fecisse litaniamque septiformem, cuius etiam Paul. diac. III, 24 Gregorium Turon. secutus mentionem facit, contra pestem inguinariam instituisse. Itaque dubium non est, quin haec litania cum eodem sermone aut bis aut multotiens, fortasse annuatim, instructa sit. (Cf. Baronium ad a. 590.) Nam denuntiationem etiam die IIII kal.

cordis nostri duritiam ipsa iam[d] quam patimur poena dissolvat. Ut enim propheta
Ierem. 4, 10. teste praedictum[e] est: 'Pervenit gladius usque ad animam'. Ecce etenim cuncta plebs caelestis irae mucrone percutitur et repentina singuli caede vastantur. Nec languor[f] mortem praevenit, sed languoris moras[g], ut cernitis, mors praecurrit; percussus quisque ante rapitur, quam ad lamenta paenitentiae convertatur. Pensate ergo, qualis ad conspectum districti iudicis pervenit, cui non vacat flere quod[h] fecit. Habitatores quique[i] non[k] ex parte subtrahuntur, sed pariter[l] corruunt; domus vacuae relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, et sui eos ad interitum heredes praecedunt[m]. Unusquisque ergo nostrum[n] ad paenitentiae lamenta confugiat, dum flere ante percussionem vacat[o]. Revocemus ante oculos mentis, quicquid[p] errando commisimus, et quod nequiter egimus
Ps. 94, 2. flendo puniamus. 'Praeveniamus faciem eius[q] in confessione' et, sicut propheta ammonet,
Threu. 3, 41. 'levemus corda nostra cum manibus ad Deum'. Ad Deum quippe corda cum manibus levare est[r] orationis nostrae studium cum merito bonae operationis erigere. Dat[s] pro-
Ezech. 33, 11. fecto, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam[t] clamat: 'Nolo mortem peccatoris, sed ut[u] convertatur et vivat'. Nullus autem de iniquitatum suarum immanitate[v] desperet[w]; veternosas namque Ninivitarum[x] culpas triduana paenitentia abstersit[y] [1], et conversus latro vitae praemia etiam[z] in ipsa sententia suae mortis emeruit. Mutemus[a] igitur corda et praesumamus nos iam percepisse[b] quod petimus. Citius ad precem[c] iudex flectitur, si a pravitate sua petitor corrigatur. Inminente ergo tantae[d] animadversionis[e] gladio nos importunis[f] fletibus[g] insistamus. Ea namque quae ingrata esse hominibus importunitas solet[h] iudicio[i] veritatis placet, quia pius ac misericors Deus vult a se precibus veniam exigi[k], qui[l], quantum meremur, non vult irasci. Hinc[m]
Ps. 49, 15. etenim per psalmistam dicit[n]: 'Invoca me in die tribulationis tuae, et[o] eripiam te; et magnificabis[p] me'. Ipse ergo sibi testis est, quia invocantibus misereri desiderat, qui ammonet, ut invocetur.

Proinde, fratres carissimi, contrito corde et correctis operibus crastina die primo diluculo ad septiformem letaniam[q] iuxta distributionem inferius designatam devota cum lacrimis[r] mente veniamus. Nullus[s] vestrum ad[t] terrena opera in agros[u] exeat[v]; nullus

d) *Hic ϱ 1 (cf. N. A. III, 460) addit:* Cum Langobardorum rex Authari Italie regnaret et Pelagius papa Romanam gubernaret ecclesiam *et Paul. diac. h. Lang. III c. 23. 24. 25 usque ad verba* est divisus; *tunc sequitur* in primo namque choro *usque* pauperum et infantum ab eccl. b. mart. Caeciliae *et iterum incipit:* Denuntiatio pro septemformi letania. Oportet, f. c., ut flagella *etc. usque ad finem.* e) dictum *ϱ* 2. 3. R* 1.* f) languorem *R 1.* g) languor (*cum ras. 1 litt., in* languorem *corr.*) moris *R 1.* h) quę *R 1.* i) *ita ϱ* 1. R* 1 et ex* quisque *corr. R 1;* quoque *ϱ* 2. 3;* quippe quique *p.* k) in *p.* l) partem *R* 1.* m) procedunt *R* 1.* n) vestrum *p.* o) *ex* vocat *corr. p;* vaccat *R* 1.* p) quicquid *om. R* 1.* q) faciemus *p.* r) levare est cum manibus *R* 1.* s) dū *p.* t) profectam *p.* u) ut *om. ϱ*.* v) *ex* intra manitate *corr. R 1.* w) disperet *ϱ* 2. 3.* x) Ninnibitarum *R 1.* y) abstrusit *R* 1.* z) premium (*om.* etiam) *R* 1.* a) levemus *R* 1.* b) percipere *p;* precepisse *R* 1.* c) preces *R 1. R* 1.* d) enim (tantae *om.*) *p.* e) *ex* adversionis *corr. p;* a dei adversionis *R* 1.* f) inportunis s̄ *p. ϱ* 1;* importune *ϱ* 2. 3.* g) precibus *R 1.* h) importunis solent *R* 1.* i) dei *add. R* 1.* k) (*om.* vult) a se precibus veniam exigit *R* 1.* l) quia *R 1.* m) hic *Greg. Tur.* n) dicitur *ϱ* 2. 3.* o) et *om. R 1. Greg. Tur.* p) *ita R 1. p. Greg. Tur.;* maḡnf *ϱ* 1;* glorificabis *ϱ* 2. 3;* honorificabis *R* 1.* q) *pro verbis* crastina *usque* letaniam *exhibent* ab ipso feriae quartae diluculo septiformi laetania (septiformis laetaniae *Greg. Tur.*) *p. Greg. Tur.* r) ad lacrimas *p. Greg. Tur.* s) *verba* Nullus *usque* deploremus *om. p. Greg. Tur.* t) a *ϱ* 2. 3, sed erad. ϱ* 2.* u) agro *ϱ*.* v) *in* exerceat *corr. ϱ* 2.*

Sept. ind. VI factam esse et locus registri et ultima verba contextus, quem exhibemus, docent. Sed locus denuntiationis a. 590 basilica S. Iohannis Constantiniana, secundum codices nostros basilica S. Savinae erat; et dispositio litaniarum alia a. 590, alia secundum codices nostros. Nota Iohannem diac. l. l. in narratione et tempore cum Gregorio Tur., sed in contextu sermonis et dispositionis litaniarum cum codicibus registri concordare. — An pestis hoc anno iterum Romam vastaverit, (cf. Paul. diac. IV, 14?) dubito. 1) *Cf. Ion. 3.*

quodlibet negotium agere praesumat, quatenus ad sanctae genetricis Domini[w] [2] ecclesiam convenientes, qui simul omnes peccavimus, simul omnes mala quae fecimus deploremus[a], ut districtus iudex, dum[x] culpas nostras nos punire[y] considerat, ipse a sententia[z] propositae damnationis parcat[a].

Letania clericorum exeat[b] ab ecclesia sancti[c] Iohannis baptistae [3]; letania virorum ab ecclesia sancti[d] martyris Marcelli [4]; letania monachorum ab ecclesia beatorum[e] martyrum[f] Iohannis et Pauli [5]; letania ancillarum Dei ab ecclesia beatorum martyrum[f] Cosmae et Damiani[g]; letania feminarum coniugatarum ab ecclesia beati[h] primi[i] martyris Stephani [5]; letania viduarum ab ecclesia beati martyris Vitalis [6]; letania pauperum et infantium[k] ab ecclesia beatae martyris Caeciliae [7].

Fecit[l] et in basilica sanctae Savinae [8] sub die[m] IIII. kalendarum Septembrium indictione sexta.

MENSE SEPTEMBRI INDICTIONE VI.

XIII, 3.

Gregorius I. papa cives Romanos docet non esse observandas ad litteram de sabbato leges; corpus die dominico, excepta voluptatis causa, licere lavari. *603, Sept.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 229; ϱ: cap. 228.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 1; G: Lib. XI. ep. 3. — Iaffé Reg. 1867 (1485).

GREGORIUS GRATIA DEI EPISCOPUS DILECTISSIMIS FILIIS SUIS CIVIBUS ROMAE.

Pervenit ad me quosdam perversi spiritus homines prava inter vos aliqua et sanctae fidei adversa seminasse, ita ut die sabbato aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi praedicatores dixerim[a]? Qui veniens diem sabbatum atque dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia[b] enim mori se et resurgere simulat, haberi in veneratione[c] vult dominicum diem et, quia iudaizare populum com-

w) genetricis dei ϱ*2.3; dei genitricis R*1. x) cum *Greg. Tur.* y) punisse R1. z) suae *add. p.* a) Explicit *add., cetera omnia om. p.* — Sequitur *hic add.* R1. ϱ*1. — *Quae sequuntur concordant cum Ioh. diac.; alium ordinem exhibent et Greg. Tur. et Paul. diac.* b) exeant ϱ*2.3. c) beati R*1. ϱ*. d) beati R*1. e) beatorum *om.* R*1. ϱ*. f) martyrum *om.* R*1. g) Damiane ϱ*1. h) beati *om.* R*1. i) petri et (*pro* primi) ϱ*. k) *ita* R1; infantum R*1. ϱ*. l) factę sunt R*1. m) subdiaconus ϱ*.

Mense *cet. om.* ϱ*2.3; sept̄ *abbr.* R1. R*1; febr̄ ϱ1. ϱ*1.4; septembri *Vat. F (ed. M.)*; februario *Vat. A.*

XIII, 3 in titulo: Romanis R*1 — *Rubro add. in marg.* de custodiendo die sabbati R1. a) diximus R1. b) qui R1. c) ex ratione R1.

2) Sa. Maria Maggiore; cf. Gregorovium l. l. II⁴ p. 32. Greg. Tur. X, 1 in f. 3) Haec ecclesia deest in ordine lituaniarum a Greg. Tur. relato. De basilica Constantiniana Lateranensi agi videtur. 4) In Via Lata; cf. Gregorovium l. l. I⁴ p. 266 et ep. V, 57a p. 367. 5) In Caelio; cf. ib. 6) Vel Protasi et Gervasi vel Vestinae cf. Gregorovium l. l. p. 259 et ep. V, 57a p. 367 n. 1. 7) Trans Tiberim cf. ib. 8) In Aventino: cf. Gregorovium l. l. p. 260 s. Cf. notam huic epistulae praemissam.

XIII, 3. Hanc epistulam, cuius maximam partem etiam Iohannes diac. in v. Greg. IV, 51 refert, adulterinam esse conicit Gussanv.; equidem Maurinis adsentio, qui contendunt epistulae reiciendae nullam causam existere, quippe quae in genuinis nostris collectionibus existat et stilum Gregorianum redoleat. Sed edictum potius dixerim quam epistulam; atque titulus, quo Gregorius hic usus est: gratia dei episcopus *genuinum hoc edictum esse demonstrat: cf. ep. V, 57a p. 365 n. 4.*

pellit, ut exteriorem ritum legis revocet et sibi Iudaeorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum.

Ier. 17, 24. Hoc enim quod per prophetam dicitur: 'Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati' tam diu teneri potuit, quamdiu legem[d] licuit iuxta litteram custodiri. At[e] postquam gratia omnipotentis Dei[f] domini nostri Iesu Christi apparuit, praecepta legis, quae per figuram dicta sunt, iuxta litteram servari non possunt. Nam si quis dicit hoc de sabbato esse servandum, dicat, necesse est, etiam carnalia sacrificia persolvenda, dicat praeceptum quoque de circumcisione corporis adhuc usque retinendum[g]. Sed contra Gal. 5, 2. se Paulum apostolum audiat dicentem: 'Si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest'.

Nos itaque hoc quod de sabbato scriptum est spiritaliter accipimus[h], spiritaliter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem sabbatum ipsum redemptorem nostrum Iesum Christum dominum habemus. Et qui[i] lucem fidei eius agnoscit[k], si peccata concupiscentiae ad mentem per oculos trahit, in die sabbati onera per[l] portas introducit. Non ergo in die sabbati onera per portas introducimus, si in redemptoris nostri gratia constituti pondera peccati ad animam per sensus corporeos non trahamus. Nam isdem dominus ac redemptor noster multa in die sabbati legitur operatus[m], ita ut Luc. 14, 5. Iudaeos reprehenderet dicens: 'Quis vestrum bovem aut asinum suum non solvit[n] in die sabbati et ducit adaquare?' Si ergo ipsa per se[o] veritas non custodiri iuxta litteram sabbatum praecepit, quisquis otium[p] sabbati secundum legis litteram custodit, cui alteri nisi ipsi veritati contradicit[q]?

Aliud quoque ad me perlatum est, vobis a perversis hominibus esse praedicatum, ut dominicorum die nullus debeat lavare. Et quidem si pro luxu[r] animi atque voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus; si autem pro Ephes. 5, 29. necessitate corporis, hoc nec dominico[s] die prohibemus. Scriptum quippe est: 'Nemo Rom. 13, 14. carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam'. Et rursum scriptum est: 'Carnis curam ne[t] feceritis in concupiscentiis'. Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit. Nam si dominicorum die corpus lavare peccatum[u] est, lavari ergo die eodem nec facies[v] debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc exigente necessitate toti[w] corpori negetur? Dominicorum vero die a labore terreno cessandum est atque omni modo orationibus insistendum, ut, si quid neglegentiae per sex dies agitur, per diem resurrectionis dominicae precibus expietur.

Haec, carissimi filii, certa constantia et recta praediti fide custodite, stultorum hominum verba despicite[x], omnia quae ab eis dici cognoscitis nolite facile credere, sed in rationis trutina pensate, ut, dum erroris vento forti stabilitate resistitis, ad solida caelestis regni gaudia pervenire valeatis.

XIII, 4.

Gregorius I. papa Adeodati, abbatis Neapolitani, monasterio monasterium, quod Crateras dicitur, necessariis obsequiis destitutum, coniungit repulsis Basilii, episcopi Capuani, vindiciis. *602, Sept.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 230; ϱ: cap. 229.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 2; G: Lib. XI. ep. 4. — Iaffé Reg. 1868 (1486).

d) legem *om.* ϱ*2.3. e) ut ϱ1; ac ϱ*2.3. f) dei *om. R1.* g) retinendam (a *in ras.*) ϱ1. h) accepimus ϱ1. ϱ*. i) quia *R1.* k) cognoscit ϱ1. l) per *om. R1.* m) operatur ϱ*2.3. n) solvet ϱ1; solvat ϱ*1. o) per se ipsa *R1.* p) diem *R1.* q) *hic add. rubro R1 hanc superscriptionem:* de abluendo corpore si necessitas exigit die dominico. r) *ex* prolixa *corr. R1.* s) dominicorum ϱ*. t) nec ϱ1. u) preceptum *R1.* v) (*om.* nec) facies n̄ *R1 — In marg. add. rubro:* de n̄ faciendo opere in die domico *R1.* w) toto ϱ1. x) dispicite ϱ1. ϱ*1.

XIII, 4. De Adeodato, abbate monasterii S. Sebastiani, et de causa, de qua hac epistula agitur cf. ep. X, 18.

GREGORIUS ADEODATO ABBATI NEAPOLIM.

Quantum bene dispositae fratrum congregationi animus noster ex interni[a] desiderii intentione congaudet[b], tanto[c] ut[d] destitutis et[e] paene in desolatione positis fratribus[f] Marcellini pastoralis sollicitudinis citius cura subveniat, vehementi maerore[g] concutitur. Monachi siquidem[h] monasterii quod Crateras[i] dicitur Neapolitanae urbi e vicino[1] fundati porrecta nos petitione informasse noscuntur locum ipsum ita paene funditus servorum Dei obsequiis destitutum[k], ut vix illic remanserint, qui hoc[l] ipsius solummodo valeant esse custodes. Ob quam rem lacrimabiliter supplicantes a nobis poposcisse noscuntur, ut monasterio vestro[m] ipsum unire[n] monasterium deberemus, quatenus per sollicitudinem tuam et deinceps succedentibus aliis locus ipse auctore Deo regulari valeat ordinatione[o] disponi. Sed dum huic rei frater[p] et coepiscopus noster Basilius Capuanae[q] ecclesiae[2] praesens fuisset inventus[r], extitit valde contrarius asserens locum ipsum olim monasterio alio diocesis suae fuisse coniunctum et idcirco minime in alterius ius[s] ecclesiae debere[t] contradi[u][3]. Contra quam obiectionem Neapolitanae rursum[v] clerus ecclesiae multo esse[w] aliter quam dicebatur oppositis allegationibus[x] replicabat[y]. Quibus diversa[z] sentientibus, ne constituere quicquam dubie videremur[a], deputatis cognitoribus instituimus inter eos esse iudicium; quibus renuntiantibus manifesta ratione comperimus fratrem et coepiscopum nostrum Basilium nullum in praedicto Craterensi monasterio ius habere. Quo[b] cognito monachis pia poscentibus necessario duximus praebere consensum[c][4]. Praesentis itaque praecepti nostri auctoritate idem Craterense[d] monasterium cellae vestrae constituimus uniendum hoc praecipue commonentes, ut locus ipse ita cum divino solacio per vos deinceps debeat ordinari, quatenus, dum ab hoste licuerit[5], deputati a vobis illic monachi debeant iugiter in Dei laudibus permanere, perturbationis[e] vero tempore intra urbem in cella quippe propria revocari. Res vero omnes eidem monasterio competentes[f] diligenti[g] volumus cura perquiri atque recolligi[6] easque[h], ut tibi visum fuerit, apte disponi. Nihilque quod eidem monasterio competit a quoquam detineri permittas, sed omnia in ius[i] cellae, quippe iam tuae, reformare non neglegas, ut cunctis salubri ordinatione dispositis quae Deo placita nostra sunt auctoritate suffulta perpetuis[k.l] maneant inconvulsa temporibus[l].

XIII, 4 in titulo: Adeodati *ϱ2. ϱ*2.3;* Deodato *R*1* — e̅p̅o̅ *R*1* — Neapolitano *R1;* Neapoli *ϱ. ϱ*2.3;* Neapoł *ϱ*1.4;* Neapolim *R*1.* a) internis *R1.* b) *ex* conget *corr. ϱ1.* c) *ita R1. ϱ1;* tantum *cet.* d) *ita scr.;* ex *codd. n.* e) sed *codd. n.* f) fratrum *codd. n.* g) errore *ϱ*. ϱ2.* h) monachis siquidem *R1;* monachis quidem *ϱ1.* i) Cratera *ϱ1.* k) destitutis *R1;* destituti *ϱ*1.* l) loci *coni. Mommsen;* hoc *crad. ϱ*2.* m) monasterium vestrum *ϱ, sed corr. ϱ1.* n) venire *ϱ*, sed corr. ϱ*2.* o) ratione *R1.* p) refer̅ *R1;* re frater *ϱ1.* q) Capoanae *ϱ*1.* r) ingressus *ϱ*2.3.* s) ius *om. ϱ2.* t) debere *om. ϱ1.* u) contradico *R1.* v) rursus *R1. ϱ2, sed corr. R1.* w) esse eccl. multo *ϱ2.* x) allig. *R1. ϱ1.* y) applicabatur *R1.* z) diversas *R1.* a) ubi evideremur *R1;* ubie videremur *ϱ*1;* dubie videremus *ϱ1.* b) qui *R1.* c) concessum *R1.* d) eundem Craterensem *R1. ϱ1. ϱ*, sed corr. ϱ*2* eundem *in* idem. e) perturbatione *R1.* f) compentententes *ϱ*1.* g) diligentie *R1.* h) eaque *R1. ϱ1. ϱ*.* i) huius *R1.* k) perpeti ut *R1.* l) *verba* perpetuis *usque* temporibus *om. ϱ1.*

1) In Plaia: *cf. ep. X, 18 (n. 1), in qua illa monasteria* temporaliter *uniuntur.* *2) Idem commemoratur in ep. IX, 72. X, 4. XI, 15.* *3) Cf. de hoc loco Wisbaum l. l. p. 34 s.* *4) Cf. arengam:* Piae postulatio voluntatis *vel similia.* *5) Nota, quam prope ad urbem Neapolim Langobardi iam accesserint.* *6) Nota monachos iam* omnes cartas tradidisse: *ep. X, 18.*

XIII, 5.

Gregorius I. papa Adeodato, monacho S. Hadriani, permittit, ut quas ante sumptam vestem monachicam fecerit donationes, eae testandi gratia litteris consignentur. *602, Sept.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 231; ϱ: cap. 230.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 3; G: Lib. XI. ep. 5. — Iaffé Reg. 1869 (1487).

GREGORIUS ADEODATO SERVO DEI.

Effectus iusta postulantibus indulgere et vigor[a] aequitatis et ordo exigit rationis, praesertim quando petentium[b] voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit[c] [1]. Quia igitur, priusquam in monasterio sancti Adriani[2], ubi es[d] conversus, intrares rerumque tuarum illic donationem emitteres[e], et domos, hortua[f] intra civitatem seu terras sationales[g] vel vineas in fundo, sicut nos docuisti, Carsimiano[h], pariter et portiones tuas in fundo Folloniaca[3] et Alisa[i] mancipiis tuis, quibus a te concessa libertas est, verbo largitus es[k] ipsaque donatio, licet possit iure subsistere[4], praecipue in hoc, quod ab illis tribuitur[l] qui cum pompis suis saeculum relinquentes ad Dei se eligunt conferre servitium, quoniam tamen, ne quid futurum tempus oblivionis nubilo huic derogare quicquam valeat largitati[m], scripturae hoc desideras[n] tradere monumentis, quod ut queat[o] robustum existere, a nobis tibi poscis dari[p] licentiam: idcirco[q] huius[r] praecepti nostri pagina[s] liberam tibi hoc faciendi concedimus facultatem, quatenus, dum omnia a te fuerint diligenter expressa[t] et designatione tua noverint esse quod suum est, quod cunctis modo[u] commune est, et ipsi sine contentione[v] donata possideant et voluntas tua, quid ad quem pertinere voluerit, esse non possit ambigua. Quicquid enim huius modi scriptura[w] interveniente feceris, firmum stabileque[x] et ex rei ipsius veritate et hac nostra auctoritate non dubites, quippe quia non novum aliquid facere, quod lege est vetitum, sed dudum factum videris exprimere et salubriter amputandi causa litigii litterarum memoriae servanda[y] deponere.

XIII, 6.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut adhibitis Innocentio atque Libertino episcopis inter Desideriam abbatissam, latricem praesentium, et Iohannem abbatem iudicet. *602, Sept.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 232; ϱ: cap. 231.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 4; G: Lib. XI. ep. 6. — Iaffé Reg. 1870 (1488).

XIII, 5 in titulo: Adeodato *ϱ. ϱ*2.3. R*1;* Deodato *R1;* Adodato *ϱ*1;* Dodato *ϱ*4.* a) vigore *R1.* b) penitentium *R1. ϱ1.* c) *ex* relinquat *corr. ϱ1.* d) *ex* est *corr. ϱ1.* e) emiteris *ϱ1.* f) *ita ϱ1;* horta *R1;* hortus *ϱ*1;* ortua *ϱ*2.3;* et hortos, *ut videtur, ϱ2.* g) rationales *R1.* h) Carsimano *R1.* i) *in* et aliis a *corr. R1.* k) est *R1.* l) tribuetur *R1. ϱ1.* m) largitatis *ϱ*. ϱ2, sed corr. ϱ*2.* n) desiderat *R1.* o) *ita ϱ1;* quod utique ad *R1;* quodque ad *ϱ*1;* quodque ut ad *ϱ*2.3. ϱ2.* p) dare *ϱ. ϱ*.* q) per *add. ϱ*.* r) unius *R1.* s) paginam *ϱ. ϱ*.* t) et χp̄s sa *ϱ*1.* u) moto *R1. ϱ1.* v) contemptione *R1.* w) scripta *R1.* x) stabilemque *codd. n., sed corr. ϱ*2.* y) servare *ϱ2.*

XIII, 5. De Adeodato, quem in Sicilia fuisse verisimile est (cf. n. 2), certi nihil scimus. 1) Similes arengae saepius inveniuntur. 2) Hoc monasterium nescio qua ex causa viri docti contendunt Gregorianum fuisse. Cf. Rocch. Pirri, Sicil. sacr. c. 21. Cf. de eodem monasterio ep. I, 18 et Iohannis de Iohanne Cod. dipl. Siciliae p. 431. 433. 3) Idem fortasse fundus commemoratur in ep. I, 9 (n. 2). 4) Cf. ep. IV, 6 n. 2. XI, 15 (n. 22).

XIII, 6. De Ianuario cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss.

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALIS.

Quando inter religiosas personas de terrenis rebus controversia nascitur, ita sacerdotali est sollicitudine finienda, ut crescere non possit ex mora contentio. Desideria siquidem abbatissa latrix praesentium hic[a] veniens questa est substantiam parentum suorum pariter et germani sui sibi rationabiliter competentem[1] a Iohanne abbate[2] indebite detineri. Et quia eandem causam interveniente petit iudicio terminari, fraternitas vestra adhibitis sibi Innocentio atque Libertino fratribus et coepiscopis[b] nostris[c][3] cum eis negotii huius qualitatem diligenter examinet et pari consilio communique tractatu ita se in definiendo ex omni latere festinet exhibere sollicitum[d], quatenus et ipsa omni invidia favoris ac neglegentiae careat et inter illos post definitionem vestram[e] aliquod non possit litigium[f] remanere[g]. Si vero aliqua ex lege vobis ad proferendam sententiam fuerit nata dubietas, sapientem virum[4] et quem nostis Dei timorem habere prae oculis, requirite, ut ab eo[h], quid sit legitimum, informati[i] nullam reprehensionem vestrae definitionis valeat calculus sustinere.

MENSE NOVEMBRI INDICTIONE VI.

XIII, 7.

Gregorius I. papa Brunichildae, reginae Francorum, significat se secundum eius petitionem ecclesiae S. Martini et monasterio et xenodochio Augustodunensi ab ea fundatis privilegia concessisse. Arcana mandata per legatos Burgoaldum et Vuarmaricarium transmissa curae sibi fore scribit. Addit de Mena, episcopo (Telesino), criminibus absoluto; de litteris ad Aetherium datis (ep. XIII, 8); de bigamo quodam ad sacrum ordinem non admittendo; de legato, qui convocandae synodo intersit, in Gallias mittendo.

602, Nov.

Codd. R: Indictio 1—VI. cap. 233; ϱ: cap. 232.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 6; G: Lib. XI. ep. 8. — Iaffé Reg. 1871 (1490).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Inter quae hoc apud vos[a] tenet prae ceteris[b] principatum, quod in mediis[c] huius mundi fluctibus, qui regentis animos turbulenta solent vexatione confundere, ita cor ad divini cultus amorem et venerabilium locorum disponendam quietem reducitis[d], ac si nulla vos alia cura sollicitet. Unde quia huiusce modi praepositorum actio subiec-

XIII, 6 in titulo: Caralis *in* Caralitano *corr. R1;* Caralitano *R*1.* a) huc *ϱ*. ϱ2.* b) et coepiscopisque *R1;* coepiscopisque *ϱ*. ϱ1.* c) nri sunt *R1.* d) *ex* solacium *corr. ϱ*2.* e) vrum *ϱ*1.* f) *ex* legitimum *corr. ϱ*2.* g) permanere *R1.* h) habeo *ϱ*1.* i) informatum *ϱ*. ϱ2.*

Mense *cet.:* nov *abbr. R1. ϱ1. ϱ*.*

XIII, 7 in titulo: Brunechilde *ϱ*;* Brunegildę *ϱ2;* Brunechildi *R*1.* a) nos *R1.* b) veteris *R1.* c) medii *ϱ1.* d) reductis *ϱ1;* radicatis *R1.*

1) Recte citat Gussanv. Cod. Iust. I, 3, 54 (56), 5 s. 2) Cf. de eo ep. XI, 13 n. 3. 3) Iisdem episcopis inter alios episcopos Sardiniae missa est ep. IX, 202. 4) I. e. consiliarium iurisconsultum.

XIII, 7. Haec epistula initio carere videtur. Cf. epistulae XIII, 9 secundam sententiam, quae de acceptis litteris formulam, in nostra ep. omissam, sequitur. — De Brunichilda cf. ep. VI, 5 n. VI, 49 n. VI, 57 n. XI, 46.

torum magna solet esse munitio, prae aliis gentibus Francorum gentem asserimus felicem[e], quae sic bonis omnibus praeditam[f] meruit habere reginam[g].

Epistolis autem vestris indicantibus agnoscentes ecclesiam vos sancti Martini in suburbano Augustodonensi[h] atque monasterium ancillarum Dei nec non et xenodochium[i] in urbe eadem construxisse valde laetati sumus et gratias omnipotenti Deo retulimus, qui cordis vestri sinceritatem ad haec operanda compungit. Qua de re ut et[k] nos bonis vestris in aliquo[l] participes haberemur, privilegia locis ipsis pro quiete et munitione illic degentium[m], sicut voluistis, indulsimus [1] nec excellentiae vestrae amplectenda[n] nobis desideria[o] vel ad modicum differre pertulimus.

Paterna praeterea caritate salutationis praemittentes alloquium indicamus inlustribus filiis nostris, vestrae vero excellentiae famulis ac legatis Burgoaldo et Vuarmaricario[p] nostrum[q] nos secundum scripta vestra[r] praebuisse secretum. Qui omnia quae[s] sibi iniuncta dixerunt[t] suptili nobis insinuatione reserasse noscuntur. De quibus curae[u] nobis erit sequenti tempore excellentiae vestrae, quid actum fuerit, indicare. Nam nos, quicquid possibile, quicquid est[v] utile et ad ordinandam[w] pacem inter vos et rempublicam[x] pertinet, summa Deo auctore cupimus[y] devotione compleri.

Menam[z] vero reverentissimum fratrem coepiscopumque[a] nostrum, postquam ea quae de eo dicta fuerant requirentes in nullo invenimus esse culpabilem[2], qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri apostoli sub iureiurando[b] satisfaciens [3] ab his quae obiecta eius opinioni fuerant[c] se demonstravit[d] alienum, reverti illic purgatum absolutumque permisimus, quia, sicut dignum erat, ut, si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus[e], ita dignum non fuit, ut eum adiuvante innocentia diutius retinere vel affligere in aliquo[f] deberemus.

De quodam autem episcopo, quem capitis infirmitas, sicut nobis praedicti magnifici viri dixerunt, amministrare suum non sinit officium, fratri coepiscopoque nostro Aetherio[g] scripsimus[4], ut, si intervalla eiusdem infirmitatis habuerit, data petitione ad implendum se locum suum profiteatur non posse sufficere, sed alium ecclesiae suae postulet[h] ordinandum, quia vivente episcopo, quem ab[i] amministratione officii sui non culpa, sed aegritudo subducit, alium loco ipsius sacri nullo modo permittunt canones ordinari. Si vero nullo tempore ad mentis sanae redit[k] officium, quaeri persona debet[l] vita et[m] moribus decorata, quae[n] et animarum curam gerere[o] et eiusdem ecclesiae causam[p] utilitatesque salubri valeat ordinatione disponere talisque, si[q] superextiterit[r], eius possit loco succedere. Sed et si qui[s] in sacro sunt[t] ordine vel ad clericatus ministerium promovendi, antefato reverentissimo fratri nostro[u] Aetherio[v], si tamen[w] ipsius est dioceseos[x], reservandum renuntiandumque decrevimus, ut de[y] habita inquisitione, si nulli[z] culpae quam[a] sacri canones insequuntur subiecti sunt, ipse eos debeat

e) felicem *om. R1. ϱ1.* f) predicta *R1;* prędictam *ϱ1.* g) regnum *R1.* h) Augustonensi *ϱ. ϱ*;* Aūgenesi *R1.* i) exenodochio (*om.* et) *R1;* et sinodochium *ϱ*1. ϱ2;* et sinodochio *ϱ1;* et synodochium *ϱ*2.3.* k) eo *R1;* et *om. ϱ*1.* l) aliqua *ϱ*1.* m) ut *add. ϱ2.* n) ad plectendam *ϱ1;* adplectenda *ϱ*1.* o) desiria *ϱ*1.* p) Uuarmacario *ϱ. ϱ*.* q) n̄ro *R1. ϱ1.* r) scripturam v̄ram̄ *R1.* s) *ex* qui *corr. ϱ1.* t) *ita ϱ2. ϱ*2.3;* dixeris *R1. ϱ*1, sed in* dixeritis *corr. R1;* dixeras *ϱ1.* u) cum re *ϱ1.* v) est *om. R1.* w) ordinandum *ϱ*1.* x) inter vos *etiam hic add. ϱ*1.* y) *ex* capimus *corr. R1.* z) Menan *R1. ϱ1. ϱ*1.* a) *ita R1. ϱ1;* et coep̄m̄ *cet.* b) iureiurandum *R1.* c) opinionis revertant *R1.* d) demonstrant *R1.* e) poneremus *ϱ1.* f) in aliquo *om. R1.* g) *ita ϱ1. ϱ*1;* Etherio *R1. ϱ2. ϱ*2.3.* h) postulat *ϱ*1.* i) ab *om. ϱ*1.* k) reddit *R1.* l) debeat *R1.* m) ex *ϱ1.* n) *ita ϱ1;* quae *om. R1. ϱ*. ϱ2.* o) genere *ϱ*1.* p) causas *ϱ1;* causa *ϱ2.* q) *ita ϱ1. ϱ*1;* sit *R1;* sit ut si *ϱ2. ϱ*2.3.* r) *ita ϱ1. ϱ*;* super superextiterit *R1;* superstes extiterit, *ut videtur, ϱ2.* s) quis *R1. ϱ1.* t) sunt in sacros *ϱ2;* sunt in sacro *ϱ*1.* u) v̄r̄o *ϱ1.* v) Etherio *codd. n.* w) si tamen *om. R1.* x) diocesens *R1.* y) nuntiandumque decrevimus inde, *ut videtur, ϱ2.* z) nulle *R1.* a) quas *R1. ϱ1. ϱ*.*

1) Cf. ep. XIII, 11. 12. 13. 2) Cf. de Menae, ep. Telesini, causa ep. IX, 223 n. 1. XI, 9 n. 1. 3) De huius modi iuramentis cf. ep. VII, 18 n. 1. 4) Cf. ep. sequentem.

ordinare. Excellentiae ergo vestrae cura[b] nostrae[c] se dispositioni[d] coniungat[e], quatenus nec ecclesiae utilitates, quarum vobis maximus amor est, pereant et bonis vestris[f] excellentiae vestrae mercedis augmenta succrescant.

Similiter vero de quodam bigamo requisiti, an ad sacrum ordinem potuisset accedere, iuxta canonicam regulam omnino vetuimus[g]. Absit enim, ne vestris temporibus, in quibus tam multa pia ac religiosa agitis, aliquid contra ecclesiasticum institutum fieri permittatis.

Praefati autem viri magnifici filii nostri dato capitulari inter cetera petierunt, quod sibi ex vestra perhibuere[h] iussione mandatum, ut talis debeat in Galliis a nobis persona transmitti[i], quae facta synodo cuncta quae contra sacratissimos canones perpetrantur omnipotente Deo possit auctore corrigere. In qua gloriae[k] vestrae curam cognovimus, quantum de vita[l] animae et de[m] regni vestri soliditate cogitatis, quia redemptorem nostrum formidantes eiusque in omnibus praecepta servantes et hic agitis, ut diu regni vestri gubernacula subsistant, et post longa annorum curricula vos quoque de terreno regno ad regnum caeleste transeatis. Apto[n] autem tempore, si Deo dictum placuerit, veneranda excellentiae vestrae desideria implere curabimus.

Nos itaque pro munitione[o] locorum, de quibus excellentia vestra[p] scripsit, omnia, sicut voluit, sancire studuimus. Sed ne fortasse ab eorum locorum praepositis eadem decreta nostra[q] quoque[r] tempore supprimantur, pro eo, quod eis quaedam[s] interdicta esse noscuntur, haec eadem constitutio gestis est publicis inserenda, quatenus, sicut in nostris, ita quoque in regalibus scriniis teneatur.

Omnipotens Deus excellentiam vestram in suo semper timore custodiat atque ita vota vestra in filiorum nostrorum excellentissimorum[t] regum nepotum vestrorum intercedente beato Petro apostolorum principe, cui eos commendatis, adimpleat, ut stabile vobis gaudium de eorum semper incolumitate, sicut cupitis, habere concedat[u].

XIII, 8.

Gregorius I. papa Aetherio, episcopo (Lugdunensi), mandat, ut episcopus quidam mente alienatus, si intervallum aegritudinis incidat, ad abdicationem inducatur, si minus, vicarius constituatur post illius obitum episcopus consecrandus. Ordinationes presbyterorum vel diaconorum, si est dioecesis Aetherii, Aetherio reservat. 602, *Nov.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 234; ϱ: cap. 233.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 5; G: Lib. XI. ep. 7. — Iaffé Reg. 1872 (1489).

GREGORIUS AETHERIO EPISCOPO.

Quamvis triste nobis sit[a] valde quod loquimur atque fraterna nos compassione flere[b] potius urgueat, quam aliquid de auditis definire permittat, suscepti tamen sollicitudo regiminis cor nostrum instanti pulsat aculeo magna nos ecclesiis cura prospicere et, antequam earum[c] possit utilitas deperire, quid[d] fieri debeat, Deo auctore disponere.

b) curę *R1.* c) $\overline{\text{nra}}$ *ϱ*1.* d) disponsioni *R1.* e) coniungant *ϱ1.* f) vestris *om. ϱ2.* g) *ita edd.;* vitavimus *codd. n.* h) perhibere *R1;* perhibueret *ϱ1.* i) mitti *ϱ1.* k) gloria *ϱ1.* l) debita *ϱ1.* m) de *om. R1.* n) aperto *ϱ1.* o) monitione *ϱ1.* p) excellentiae $\overline{\text{vrae}}$ *ϱ*1.* q) *in* nostro *(ita ϱ*3) corr. ϱ*2.* r) quo *ϱ1 — Mommsen coni.* temere *pro* tempore. s) quae iam *R1. ϱ1. ϱ*.* t) et fil. excell. (*om.* nostrorum) *ϱ2.* u) concedatur *ϱ*1.*

XIII, 8 in titulo: Aetherio *R2. R*1;* Etherio *cet.* a) sit nobis *R1. ϱ1;* nobis sit *R2. ϱ2. ϱ*.* b) flere *om. ϱ1.* c) aurum *R1.* d) quod *R1. ϱ2.*

XIII, 8. De Aetherio, episcopo Lugdunensi, cf. ep. VI, 50 n.

Pervenit igitur ad nos quibusdam referentibus quendam[e] episcopum ita passionem capitis incurrisse[f], ut, quid mente[g] alienata agere soleat, gemitus et fletus[h] audire sit. Ne ergo languente pastore grex, quod absit, insidiatoris laniandus dentibus exponatur vel ecclesiae ipsius utilitates depereant, cauta[i] nos necesse est provisione tractare. Et ideo quia vivente episcopo, quem[k] ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco eius, nisi recusante eo, nulla sinit ratio ordinari[l], si intervalla aegritudinis habere est solitus, ipse data petitione nec se[1] ulterius ad hoc ministerium, intellectualia[m] nempe officia subvertente infirmitate, posse fateatur adsurgere et alium loco suo expetat[n] ordinandum. Quo facto omnium sollemniter electione alter qui dignus fuerit episcopus consecretur[o], sic tamen, ut quousque eundem[p] episcopum in hoc saeculo vita tenuerit[q], sumptus[r] ei debiti de eadem ecclesia ministrentur[s]. Enimvero si nullo tempore ad sanae redit mentis[t] officium, persona fidelis ac vitae est probabilis eligenda[u], quae ad regimen ecclesiae idonea possit existere atque de animarum utilitate cogitare, inquietos sub disciplinae vincla[v] restringere, ecclesiasticarum rerum curam gerere et maturam[w] atque efficacem se in omnibus exhibere. Qui etiam, si[x] episcopo, qui nunc aegrotat, superstes[y] extiterit, loco eius debeat consecrari.

Ordinationes vero presbyterorum vel[z] diaconorum seu alterius ordinis si fieri in eadem ecclesia causa poposcerit, fraternitati tuae noverit reservandum, quatenus, si tuae est[a] dioeceseos[b], de eius qui ad hoc eligitur vita[c], moribus actuque perquiras. Et si placuerit nec est[d], quod in eo canonicae districtionis iudicium reprehendat, ad destinatum ordinem non aliter nisi te ordinante perveniat. Ita ergo fraternitas tua faciat atque haec vigilantia providenti[e] disponat, ut nec[f] Dei ecclesia neglectum ulterius habeat et consacerdotes suos non solum verbis[g], sed etiam exemplo locorum venerabilium curam laudabiliter habere commoneat.

XIII, 9.

Gregorius I. papa Theodericum, regem Francorum, laudat, quod aviam suam (Brunichildam), in his quae pro amore Dei eam desiderare cognoscat, adiuvet. Mandata eius arcana per Burgualdum et Vuarmaricarium missa se recepisse nuntiat. De pace sempiterna, quam cum republica inire festinet, gaudet. *602, Nov.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 235; ϱ: cap. 234.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 7; G: Lib. XI. ep. 9. — Iaffé Reg. 1873 (1491).

GREGORIUS THEODERICO REGI FRANCORUM.

Scriptorum vestrorum eloquia incolumitatem[a] vestram signantia laeti suscepimus; ex quibus ita transcendere vos[b] prudentia[c] aetatem agnovimus[d], ut evidenter appareat

e) referent. quend. *om. R1.* f) se *add. R1.* g) p dm̄ te *R1;* qui mente *ϱ1.* h) fletu *R1.* i) causa *R1.* k) quem *om. R1.* l) necesse *R1.* m) intellectum alia *R2. ϱ1.* n) expectat *R1. ϱ1.* o) consecratur *R1.* p) unde *R1.* q) tenuerat *R2.* r) subtus *R1;* suntus *ϱ2.* s) aministrentur *ϱ2.* t) sane mentis reddito *R1.* u) ligenda *ϱ2.* v) *in* vinclo *(ita ϱ*3) corr. ϱ*2;* vinculo *ϱ2;* vindicta *Vat. A (ed. M.).* w) maturum *ϱ.* x) quę etiam nunc *R1.* y) superstitis *R1;* superstios *R2;* superstes *in* superstis *(ita ϱ1) corr. ϱ*1.* z) vel *om. R1.* a) si tua est *R1;* si tuē *ϱ1;* si tua (*om.* est) *ϱ*1;* sicut tuae est *Vat. F (ed. M.).* b) *in* dioecesis *(ita ϱ*3) corr. ϱ*2.* c) ut a *R1.* d) nec hec (*om.* est) *R1.* e) *ex* providentia *corr. ϱ1; ex* vigliantia providenti *corr.* vigilanti providentia *(ita ϱ*3) ϱ*2.* f) hec *R1.* g) verbum *ϱ1;* verbo *ϱ2;* verƀ *ϱ*1.*

XIII, 9 in titulo: Theodorico *R2. ϱ1.* a) incalumnitatem *R1;* incalumitatem *R2.* b) transcendere vos *om., lac. c. 9 litt. R1.* c) prudentiam et *R1;* prudentiam *R2.* d) cognovimus *ϱ*2. 3.*

1) *De simili causa agitur in ep. XI, 29 et III, 24.*

XIII, 9. De Theoderico cf. ep. VI, 49 n.

pro gentis Francorum felicitate excellentiae vestrae potestatis regiae[c] gubernacula supernae gratiae favore fuisse[f] commissa. Inter quae[1] hoc[g] quoque in[h] vobis satis[i] laudabile mirandumque est, quod in his quae filiam nostram[k] praecellentissimam aviam vestram pro[l] omnipotentis Dei amore desiderare cognoscitis iuvare sic studiosissime festinatis, ut per hoc et hic feliciter et in futura vita[m] regnum cum angelis teneatis. Quia ergo hoc Deo donante ex magni venit discretione iudicii, ita omnia quae[n] excellentia vestra voluit citius ac libenter[o] implevimus, ut, quantum nobis bona vestra placuerint, effectus nostri celeritate monstraremus.

Salutantes praeterea paterna dulcedine indicamus omnia quae viris inlustribus famulis vestris Burgualdo et Uuarmaricario[p] filiis nostris apud nos agenda mandastis facta nobis fuisse habito secrete[q] colloquio manifesta. Et valde laudavimus, quia et praesentia sapientes, sicut decet, attenditis et sic[r] munire futura[s] sempiternae pacis interventu inter vos et rempublicam festinatis, ut unum[t] facti regni vestri firmitatem in perpetuum salubriter extendatis[2]. De quibus succedenti[u] vobis tempore quae Deo fuerint placita nuntiamus. Nam nos quicquid utile, quicquid probatur esse pacificum, desideramus et[v], ut fieri valeant, studemus. Tantum est, ut, sicut nostra, ita quoque[w] Dei, quo sine nil possumus[x], in ea quae expediunt[y] sit voluntas.

Sancta trinitas in suo vos semper faciat[z] timore proficere et ita[a] cor vestrum placita sibi moderatione disponat, ut et nunc subiectis vestris[b] de vobis et postmodum vobis de se gaudium sine fine concedat.

XIII, 10.

Gregorius I. papa Maximo, episcopo Salonitano, scribit, cum de Veterano presbytero et Optato defensore eius nec non et de Thoma defensore ipse dixerit, quae cum eis acta sint non debere subsistere, se nec portitoribus praesentium credere posse et mandat, ut in posterum, si causam velit dicere, mittat legatum, qui litteras afferat ab eo et presbyteris et diaconis et testibus subscriptas. *602, Nov.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 236; ϱ: cap. 235.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 11; G: Lib. XI. ep. 13. — Iaffé Reg. 1874 (1495).

GREGORIUS MAXIMO EPISCOPO SALONITANO.

Alia quidem scripta[a] ad[b] fraternitatem tuam antea feceramus[c], sed tempore quo homines tuos quos[d] ad nos misisti relaxare voluimus[e], scripsisse te quibusdam nostris[f] comperimus, quod[g] Veteranum presbyterum atque Optatum[h] defensorem[1] tunc minime in causa transmiseris, et ideo ea quae[i] cum ipsis acta sunt non debere subsistere. Sed

c) regue *R2.* f) fuisset *R1.* g) hęc *R1.* h) in *om. R1.* i) salutis *R1.* k) vr̄am *R1.* l) pro *om. R1.* m) futuro vita *R1*; futuro vitę *ϱ1.* n) quae *om. R1.* o) adibenter (*pro* ac libenter) *ϱ1.* p) *ita ϱ**; ·Uuarmari *(ras.) R2*; Guant maricario *R1*; Guarmaricario *ϱ1.* q) *ita R1. ϱ1. ϱ*1*; secreto *R2. ϱ*2. 3.* r) sicut *ϱ1.* s) munere puta *R1.* t) *pro* unum *lac. 5 litt. exhibet R1.* u) succedi *R1*; succedente *ϱ**. v) et *om. R1. ϱ1.* w) que *R1.* x) possimus *ϱ*1.* y) expediant *R1.* z) facia *ϱ1.* a) ita *om. R1.* b) vestris *om. R1.*

XIII, 10 in titulo: Solitano *R*1.* a) quidam scriptura *ϱ*1.* b) ad *om. R1.* c) *ex* faceremus *corr. ϱ1 m. 2.* d) quos *om. codd. n.* e) rixari noluimus *Vat. D (ed. M.).* f) nostri *codd. n.* — narrantibus *add. Vat. D (ed. M.).* g) quos *ϱ1.* h) optatu *R1*; Obtatum *R2.* i) atque *R1.*

1) Cf. ep. XIII, 7 n. 2) Cf. ep. praeced. Gasquet, l'empire Byzantin et la monarchie Franque (1888) notat ad hanc ep. Theophyl. Sim. VI, 3 narrare a Theoderico legatos ad foedus contra Avaros pangendum Constantinopolim missos esse. Equidem puto hos legatos aliquot annis ante missos esse.

XIII, 10. De Maximo cf. ep. V, 6 p. 286 n. 1; IX, 234 n. 1) Cf. ep. XIII, 38 n. 2.

et Thomas ecclesiae tuae defensor sibi verbo a te dictum perhibuit. Ex qua re iam nec praesentium portitoribus iudicavimus esse credendum, ne de ipsis[k] quoque post haec similiter diceretur. Quia ergo haec nos res valde fecit ambigere et cautos esse debere promonuit[l], si causam vultis dicere, instructam[m] de cetero personam cum mandato legaliter facto tua ac[n] presbyterorum seu diaconorum et testium subscriptionibus roborato[o] gestisque ex more indito[p] transmittite, ut, quicquid cum ea actum fuerit, possit iure subsistere[q]. Nam nos non solum tibi, sed etiam[r] omnibus quod iustum legitimumque fuerit parati sumus Deo[s] iuvante[t] per omnia custodire: tantum est, ut et[u] tu quod lege praecipitur facere non omittas.

XIII, 11.

Gregorius I. papa Senatoris, presbyteri et abbatis, xenodochium Augustodunense, a Syagrio episcopo et Brunichilda regina exstructum, petentibus Brunichilda ac nepote eius Theoderico, cum possessionibus suis confirmat privilegiaque instituit, in his, ut abbates a rege 'cum consensu monachorum' sine simonia eligantur neve, nisi deposita abbatia, episcopi fiant. Querelae contra abbatem ab episcopo Augustodunensi, adhibitis sibi sex aliis episcopis, perquirantur. *602, Nov.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 237; ϱ: cap. 236.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 8; G: Lib. XI. ep. 10; Pardessus, Diplomata ad res Gallo-Francicas spectantia t. I nº. 221. — Iaffé Reg. 1875 (1492).

GREGORIUS SENATORI PRESBYTERO ET ABBATI XENODOCHIO FRANCORUM.

Quando ad ea quae catholicorum regum corda pontificalibus[a] sunt monitis[b] provocanda ita ardenti desiderio divina praeveniente gratia succenduntur[c], ut ab eis ultro poscantur, tanto alacri et laeto sunt animo concedenda, quanto et ea ipsa quae cupiunt, si nollent facere, peti debuerant[d] [1]. Proinde iuxta scripta[e] filiorum nostrorum praecellentissimorum regum Brunigildis[f] ac nepotis[g] ipsius Theoderici[h] xenodochio[i] quod

k) ipsi (*om.* de) *R1.* l) *ita R1. ϱ*1;* premon. *ϱ1. ϱ*2.3.* m) instructum *R1.* n) hanc *R1.* o) roboratum *codd. n.* p) indictum *R1;* inditum *ϱ1. ϱ*.* q) sustinere *ϱ*.* r) quam *add. codd. n.* s) deo *om. R1.* t) iuvente *R1;* iubente *ϱ1.* u) haec *ϱ*2.3.*

XIII, 11 in titulo: exenodochio *R1;* senodochio *ϱ1. ϱ*1.4;* sendochio *in* sendochii *corr. ϱ*2;* senodochii *ϱ*3;* de xenodochio *R*1* — Franc. *abbr. ϱ1.* a) pontificabilibus *ϱ*1.* b) monitis *om. R1.* c) succeduntur *R1.* d) debuerunt *R1.* e) iusta scripto *R1.* f) Brunigilde *ϱ1. ϱ*1;* Brunigildi *R1;* Brunechildi *corr. in* Brunechildis *(ita ϱ*3) ϱ*2.* g) neponitis *ϱ1.* h) *ita R1;* Theodorici *cet.* i) xenodochium *R1. ϱ1. ϱ*.*

XIII, 11. Et hanc et sequentes duas epistulas falsas esse coniecerunt complures viri docti contra fidem codicum aut certe interpolatas esse contenderunt; inter quos Launoy, opp. V, 2 p. 445 ss., et Sickel in Actis Acad. Vind. t. 47 p. 566 (erregen Verdacht) *et Loening, Gesch. d. Deutchen Kirchenrechtes II p. 392 n. 2, qui putat hoc privilegium a Hincmaro interpolatum esse, qui in opusculo intitulato* quae exsequi debeat episcopus et qua cura tueri res et facultates ecclesiasticas *eadem verba citat, quae in nostris privilegiis in dubietatem vocantur (Migne, patrol. Lat., t. 125 c. 1091; cf. infra, n. 6); idem citat Flodoardi hist. eccl. Rem. c. III, 27 p. 382. Genuina esse haec privilegia contendit Mabillon, de re diplom., II, 9, neque ego dubito, quin genuina sint, codicum auctoritate fultus. — Mentionem horum privilegiorum facit noster in ep. XIII, 7 (n. 1). — De monasteriorum privilegiis in universum cf. ep. VIII, 17. — Nescio an recte viri docti contendunt Senatorem abbatem S. Andochii fuisse: cf. Gall. Christ. IV, c. 483 s.* 1) *Cf. similem arengam in Diurni f. 77.*

in civitate Augustodonensi[k] a Syagrio reverendae memoriae episcopo[2] et praedicta excellentissima filia nostra regina constructum[l] est, cui tu[m] praeesse dinosceris, huius modi privilegia praesentis auctoritatis nostrae decreto indulgemus[n], concedimus atque firmamus statuentes nullum regum[o][3], antistitum, nullum quacumque praeditum[p] dignitate vel quemquam alium de his quae xenodochio a suprascriptis praecellentissimis filiis nostris regibus iam donata sunt vel in futuro a quibuslibet aliis de proprio[q] fuerint iure collata, sub cuiuslibet causae occasionisve[r] specie minuere vel auferre et sive suis usibus applicare vel aliis quasi piis causis pro suae avaritiae excusatione concedere[s], sed cuncta quae ibi oblata[t] sunt vel offerri contigerit, tam a te quam ab eis qui in tuo officio locoque successerint perenni[u] tempore inlibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum tamen usibus pro quorum sustentatione gubernationeque concessa sunt modis omnibus profutura.

Item[v] constituimus, ut obeunte abbate atque presbytero[w] suprascripti xenodochii atque monasterii non alius ibi quacumque obreptionis[x] astutia[y] ordinetur, nisi quem rex eiusdem provinciae[4] cum consensu[z] monachorum secundum Dei timorem[a] elegerit ac praeviderit ordinandum.

Hoc quoque capitulo praesenti subiungimus, ut locum avaritiae excludamus[b], nullum de regibus, nullum de sacerdotibus vel quemcumque alium per se suppositamve personam de ordinatione eiusdem abbatis vel quibuscumque causis xenodochio ipsi[c] pertinentibus audere[d] in auro sive alia qualibet[e] specie commodi quicquam accipere neque eundem abbatem ordinationis suae causa dare praesumere, ne hac occasione ea quae a fidelibus piis locis offeruntur aut iam oblata sunt consumantur.

Et quoniam[f] multae occasiones in deceptione[g] religiosarum[h] personarum a pravis illic, ut dicitur, hominibus exquiruntur, abbatem atque presbyterum praedicti xenodochii nullo modo privandum deponendumque esse censemus, nisi causa specialiter criminis exigente. Unde necesse est, ut, si qua contra eum huius modi querella surrexerit, non solus episcopus civitatis Augustodonensis[i] causam examinet, sed adhibitis sibi sex aliis[k] coepiscopis suis[5] suptili hoc investigatione[l] perquirat, quatenus cunctis concorditer iudicantibus canonicae districtionis censura aut reum ferire aut innocentem possit absolvere.

Simili quoque definitione[m] iuxta desiderium[n] conditorum decernimus, ut nullus eorum qui eidem[o] xenodochio atque monasterio[p] abbas aut presbyter[q] fuerit ordinatus ad episcopatus officium quacumque obreptione sit ausus[r] accedere, ne res xenodochii

k) Augnense *R1;* Augustonense *ϱ1. ϱ*1;* Augustidunense *ϱ*2.3.* l) constratum *ϱ*.* m) tu *om., sed suprascr. ϱ1.* n) indulgimus *R1. ϱ1.* o) *ita R1. ϱ1. ϱ*1.2, sed suprascr. hic* nullum *ϱ*2;* nullum *add. ϱ*3 et ep. XIII, 12. 13.* p) predictum *R1.* q) propria *R1.* r) occasionis suę *R1. ϱ1. ϱ*.* s) *ex* condere *corr. ϱ1.* t) oblati *ϱ1.* u) a praesenti *ep. XIII, 12. 13.* v) idem *R1;* id est *ϱ1.* w) p̃bros *R1.* x) *ita ϱ1. ϱ*2.3;* reptionis *R1;* subreptionis *ϱ*1.* y) studia *R1;* astudia *ϱ1;* asstutia *ϱ*1.* z) consu *R1.* a) timorem dei *R1;* dei *om. ϱ1;* dei timore *ϱ*1;* dei timorem *ϱ*2.3 et ep. XIII, 12. 13.* b) esaludamus *R1;* seclud. *ep. XIII, 12. 13.* c) *ita ϱ1;* exenodochio ipso *R1;* at senodochium ipsum *ϱ*.* d) audire *R1.* e) aliqualibet *ϱ1.* f) quoniam *om. R1.* g) *ex* deceptiones *corr. ϱ*1.* h) religiosorum *R1. ϱ1.* i) Augustodonensis *ϱ1. ϱ*1;* Augustidunensis *ϱ*2.3;* Augdonensis *R1.* k) ex aliis *ϱ*1.* l) investigare *R1.* m) finitione *R1.* n) *ex* iusta desideria *corr. ϱ*1* i. desiderium. o) que idem *ϱ1.* p) *verba* monasterio *usque* xenodochii atque *om. ϱ*2, sed in marg. suppl.* q) abbatem aut p̃brm *R1;* abbatem ad pr̃bm *ϱ1;* ab̃ ut pr̃b *ϱ*1.* r) obreptiones ita usus *R1* — sit aus. acc. quac. obr. *ϱ*2.3.*

2) De Syagrio, ep. Augustodunensi, cf. ep. VI, 52 n. 3) Cf. infra n. 6. 4) Et haec verba mihi quidem demonstrare videntur hanc ep. genuinam esse; nam falsarius s. VIII vel IX de regibus provinciarum certe non locutus esset. 5) Nescio, cur hic viri docti falsitatis indicium inveniant. Nam neque de chorepiscopis neque de episcopis suffraganis sedis Augustodunensis agitur. Nota episcopum Arelatensem adhibito Augustino iudicare etc.

atque[r-s] monasterii iniqua erogatione consumens[t] gravissimam egestatis necessitatem pauperibus ac peregrinis vel ceteris exinde viventibus generet. Episcopum vero tollendi de eodem loco monachum[u] ad ecclesiasticum ordinem promovendum vel pro[v] aliqua[w] quacumque causa sine consensu abbatis atque presbyteri habere licentiam prohibemus, ne[x] huius[y] rei usque ad hoc usurpatio perducatur, ut loca quae adquisitione[z] hominum construenda sunt ablatione[a] destruantur[b].

Haec igitur[c] omnia quae huius praecepti decretique nostri pagina continet tam tibi quam cunctis qui in eo quo es ordine locoque successerint vel eis quorum interesse potuerit[d] in perpetuum reservanda[e] decernimus. Si quis vero regum[6], sacerdotum, iudicum atque saecularium personarum hanc[f] constitutionis nostrae paginam agnoscens contra eam venire[g] temptaverit[h], potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio[i] existere de[k] perpetrata iniquitate cognoscat et, nisi vel ea quae ab illo sunt male[l] ablata restituerit vel digna paenitentia inlicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei domini redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat atque in aeterno examine districtae ultioni[m] subiaceat. Cunctis autem[n] eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum[o] bonae actionis recipiant[p] et apud districtum iudicem praemia aeternae[q] pacis inveniant[r].

XIII, 12.

Gregorius I. papa Talasiae abbatissae parthenonem S. Mariae Augustodunensem, a Syagrio episcopo conditum, petentibus Brunichilda regina ac nepote eius Theoderico, cum bonis suis confirmat. Privilegia constituit: Abbatissae a rege cum consensu monachorum sine simonia eligantur; querelae contra abbatissam ab episcopo Augustodunensi, adhibitis sibi sex aliis episcopis, perquirantur. *602, Nov.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 238; ϱ: cap. 237.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 9; G: Lib. XI. ep. 11; Pardessus, Diplomata ad res Gallo-Francicas spectantia t. I n. 222; Baluzii Miscell. (ed. a. 1761) t. II p. 12 s. — Iaffé Reg. 1876 (1493).

s) *ita ϱ*. ϱ2; om.* atque *R1. ϱ1.* t) oblata *suprascr. ϱ*2.* u) monachi *R1.* v) pro *om. R1.* w) alia *R1.* x) nec *ϱ*1.* y) huis *ϱ1.* z) ad inquisitionem *ϱ1.2. ϱ*2.3, sed in marg. add.* vel requietionem *ϱ*2.3.* a) oblatione *ϱ*1.2, sed corr. ϱ*2.* b) destruuntur *ϱ*2.3, sed corr. ϱ*2.* c) igitur *om. ϱ1.* d) potuerint *ϱ*. ϱ1.2.* e) servanda *ϱ2 et ep. XIII, 12. 13.* f) ac *R1.* g) veniret *R1.* h) *in* temptaverint *(ita ϱ1) corr. R1.* i) iud. div. *ϱ2.* k) de *om. R1.* l) mala *ϱ*1.* m) ultionis *R1. ϱ1.2, sed corr. ϱ1.* n) autem *om. R1.* o) furtum *ϱ*1.* p) percipiant *R1.* q) aeterna *ϱ*1.* r) inveniat *R1.*

6) *Mirum sine dubio videri potest, quod noster etiam de regibus loquatur. Sed notandum est Gregorium* iuxta scripta *Brunichildae et Theoderici scribere atque privilegia regum, sic uti dicam, ex parte ecclesiastica confirmare. Sicut autem in privatorum donationibus sub poenarum et anathematis minis constringuntur heredes successoresque, ut voluntatem donatoris observent, ita in diplomatibus regum successores constringi possunt. Itaque credo haec verba et fortasse alia in hac epistula deprompta esse ex regio Brunichildae filiique eius diplomate. — Exempla eius modi imprecationum refert Mabillon, de re dipl. II, 8 ex auctoritatibus regum Anglorum. — Quamquam hoc privilegium s. IX iam in Gallia notum erat, Gieseler, Lehrbuch d. K. G. II, 2 p. 8 contendit hanc imprecationem Gregorii VII. tempore additam esse. — Cf. etiam similes imprecationes (sed sine regum commemoratione) in f. Diurni 32. 86. 89 et in conciliis Merowingicis.*

XIII, 12. Cf. privilegium quod praecedit, quocum hoc verbo tenus concordat, omissis tantum modo verbis Simili quoque *usque* destruantur, *quippe quae monasterio ancillarum non convenient.*

GREGORIUS TALASIAE ABBATISSAE.

Quando ad ea[a] quae catholicorum regum[b] corda pontificalibus sunt monitis provocanda ita ardenti desiderio divina praeveniente gratia succenduntur[c], ut ab eis ultro[d] poscantur, tanto sunt alacri et laeto animo concedenda[e], quanto et[f] ea ipsa quae cupiunt, si nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta[g] filiorum nostrorum praecellentissimorum regum Brunigildis[h] ac nepotis ipsius Theoderici[i] monasterio sanctae Mariae[1], ubi ancillarum Dei est congregatio constituta, in urbe Augustodonensi[k] a reverendae memoriae Syagrio episcopo condito[l], cui praeesse dinosceris, huius modi privilegia praesentis auctoritatis nostrae decreto indulgemus[m], concedimus atque firmamus statuentes nullum regum, nullum antistitum, nullum quacumque praeditum[n] dignitate vel quemquam[o] alium de his quae eidem[p] monasterio a suprascriptis filiis nostris regibus iam donata sunt vel in futuro a quibuslibet aliis de proprio fuerint[q] iure collata, sub cuiuslibet causae occasionisve[r] specie[s] minuere vel auferre et[t] sive suis usibus applicare vel aliis quasi piis causis pro suae avaritiae excusatione concedere[u], sed cuncta quae ibi oblata sunt vel offerri contigerit, tam a te quam ab eis quae[v] in tuo officio locoque successerint a praesenti tempore inlibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, earum[w] tamen usibus pro quarum sustentatione gubernationeque concessa sunt modis omnibus profutura.

Item[x] constituimus, ut obeunte abbatissa praedicti monasterii non alia ibi quacumque obreptionis astutia ordinetur, nisi quam rex eiusdem provinciae cum consensu monacharum[y] secundum Dei timorem elegerit ac praeviderit ordinandam.

Hoc quoque capitulo praesenti subiungimus, ut locum avaritiae secludamus[z], nullum de regibus, nullum de[a] sacerdotibus vel quemcumque alium per se suppositamve personam de ordinatione eiusdem abbatissae vel quibuscumque causis ad monasterium ipsum pertinentibus audere[b] in auro vel alia qualibet specie commodi quicquam accipere neque eandem abbatissam[c] ordinationis suae causa dare praesumere, ne hac[d] occasione ea quae a fidelibus piis locis offeruntur aut iam oblata sunt consumantur.

Et quoniam multae occasiones[e] in deceptione religiosarum[f] personarum a pravis illic, ut dicitur, hominibus[g] exquiruntur[h], abbatissam[i] praedicti[k] monasterii nullo modo[l] privandam deponendamque censemus, nisi causa specialiter criminis exigente. Unde necesse est, ut, si qua contra eam huius modi querella surrexerit, non solus episcopus civitatis Augustodonensis[m] causam examinet[n], sed adhibitis sibi sex[o] aliis coepiscopis suis suptili hoc[p] investigatione perquirat, quatenus cunctis concorditer iudicantibus canonicae districtionis censura aut ream[q] ferire aut innocentem possit absolvere.

XII, 12. a) *om., sed ante* ad *supra lin.* ea *suppl.* ϱ *1.* b) regnum ϱ**1; om. hoc verb.* ϱ *1.* c) succeduntur *R 1.* d) ultra *R 1.* e) concendenda ϱ**1;* concidenda ϱ *2.* f) et *om.* ϱ *1.* g) iusta scriptura *R 1.* h) Brungildi *R 1.* ϱ**1;* Brunigildi ϱ *1. 2;* Brunichildi ϱ**2, sed in* Brunichildis *corr.* ϱ *1.* ϱ**2;* Brunichildis ϱ**3.* i) Theodorici ϱ *1;* Teoderici ϱ *2.* k) *ita* ϱ *1.* ϱ**1;* Augustudunensi ϱ *2;* Augustidunense ϱ**2.3;* Augdonensi *R 1.* l) condita *R 1.* ϱ**.* m) indulgimus ϱ *1.* n) predictum *R 1.* o) quemque ϱ**1;* quemcunque ϱ *2.* p) idem *R 1.* q) *ex* fuerit *corr.* ϱ *1.* r) occasionis suae *codd. n., sed corr.* ϱ *1.* s) peciem *R 1.* t) et *om.* ϱ *2, erad.* ϱ *1* — sine ϱ**1.* u) possit *add.* ϱ *2.* v) qui *R 1.* ϱ *1.* ϱ**; in* quę *(ita* ϱ *2) corr.* ϱ *1.* w) eorum *R 1.* ϱ *1.* ϱ**, sed in* earum *(ita* ϱ *2) corr.* ϱ *1.* x) idem *R 1.* ϱ *1, sed corr.* ϱ *1;* id est ϱ**1;* id ē ϱ**2.3.* y) monachorum *R 1.* z) suę iudicamus *R 1.* a) de *supra lin. suppl.* ϱ *1.* b) aut habere *R 1;* aut *(ras.)*ere, *sed corr.* ϱ *1.* c) abbatissim *(ras.)* ϱ**2.* d) hec ϱ *1; om. hoc verb. R 1.* e) occasione ϱ**1.* f) religiosorum *R 1.* ϱ *1, sed corr.* ϱ *1.* g) *(suprascr.* in) hominibus, ut dicitur, *R 1.* h) exquirunt ϱ**1.* i) est *add.* ϱ**1.* k) eiusdem, *ut videtur,* ϱ**2.3.* l) honore *supra lin. add.* ϱ *1.* m) *ita* ϱ *1.* ϱ**1;* Augustidun. ϱ**2.3;* Augdonensis *R 1.* n) examinet ϱ**1.* o) ex ϱ**1.* p) hoc *om.* ϱ *1.* q) reum *R 1.*

1) Maurini in Gall. Christ. IV c. 479 demonstrare nituntur hoc idem monasterium esse, quod alias S. Iohannis Maioris appellatur, et conferunt Greg. Tur. IX, 40.

Haec igitur omnia quae huius praecepti decretique nostri pagina continet tam tibi quam cunctis quae[r] in eo quo es[s] ordine locoque successerint vel eis quorum interesse potuerit in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum[t], sacerdotum[u], iudicum atque saecularium personarum hanc[v] constitutionis nostrae paginam agnoscens contra eam venire[w] temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se iudicio divino existere de perpetrata iniquitate cognoscat et, nisi vel ea quae ab illo sunt[x] male ablata[y] restituerit[z] vel digna paenitentia inlicite[a] acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei domini redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat atque in aeterno examine districtae ultioni[b] subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta[c] servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis recipiant et apud[d] districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant.

XIII, 13.

Gregorius I. papa Lupi presbyteri et abbatis ecclesiam S. Martini Augustodunensem, a Syagrio episcopo et Brunichilda regina conditam, petentibus Brunichilda et nepote eius Theoderico, cum bonis suis confirmat et privilegia ut supra, ep. XIII, 11, constituit.

602, Nov.

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 239; ρ: cap. 238.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 10; G: Lib. XI. ep. 12; Pardessus, Diplomata ad res Gallo-Francicas spectantia t. I n°. 223. — Iaffé Reg. 1877 (1494).

GREGORIUS LUPO PRESBYTERO ET ABBATI.

Quando ad ea quae[a] catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis provocanda ita ardenti[b] desiderio divina[c] praeveniente gratia succenduntur[d], ut ab eis ultro poscantur[e], tanto alacri et laeto sunt animo concedenda, quanto ea[f] ipsa quae[g] cupiunt, si nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta[h] filiorum nostrorum praecellentissimorum regum Brunigildis[i] ac nepotis ipsius[k] Theoderici[l] ecclesiae sancti Martini, quae[m] in suburbano[n] civitatis Augustodonensis[o] a Syagrio reverendae memoriae episcopo et praedicta excellentissima filia nostra regina constructa[p] est, cui praeesse dinosceris, huius modi privilegia praesentis[q] auctoritatis nostrae decreto indulgemus[r], concedimus atque firmamus statuentes nullum regum, nullum antistitum, nullum quacumque praeditum[s] dignitate vel quemquam[t] alium de his quae eidem ecclesiae a suprascriptis praecellentissimis filiis nostris[u] iam donata sunt vel in futuro a[v] quibuslibet aliis de proprio fuerint[w] iure collata, sub cuiuslibet causae occasionisve[x] specie minuere

r) qui *R 1.* s) ex *R 1.* t) regnum *R 1.* u) et *add.* ρ*. v) in hac *R 1.* w) agere *in ras.* ρ 1; pervenire *R 1.* x) sunt *om.* ρ*. y) oblata ρ*; ablate *R 1.* ρ 1. z) restituere *R 1.* ρ 1, *sed corr.* ρ 1. a) inlicita ρ*. b) ultionis *R 1.* c) iuxta *R 1.* d) et apud *om. R 1.*

XIII, 13 titulum om. una linea vacua relicta ρ* 2. 3. a) *ita R 1;* (*om.* ad) ea quae ρ 1. ρ* 1, *sed in* ea ad quae *corr.* ρ 1; (*om.* ea) quae ad ρ* 2. 3; (*om.* ad) ea queque ρ 3. b) credenti *R 1.* c) divino *R 1.* d) succeduntur *R 1.* e) poscentur ρ* 1. f) et *R 1.* g) quaeque ρ 3. h) scripta *om. R 1.* ρ 1, *sed supra lin. suppl.* ρ 1. i) Brunigildi *R 1.* ρ 1. ρ* 1, *sed in* Brunichildis *corr.* ρ 1; Brunichildę ρ 3; Brunechildę ρ* 2. 3. k) ipsius *om.* ρ* — petitionem *supra lin. add.* ρ 3. l) Tehodirici ρ* 1. m) quod *codd. n.* n) suburbane ρ* 1. o) *ita* ρ 1. ρ* 1; Augustidun. ρ* 2. 3; Augdonensis *R 1.* — *Hic ceteris omissis haec add. R* 1:* etcetera reorum superius hac eadem indictione capite VIIII de xenodochio eiusdem civitatis Augustidunensis. p) constructum *codd. n.* q) presenti *R 1.* r) indulgesimus ρ* 1. s) predictum *R 1.* t) quemcumque ρ* 1. u) regibus *add. XIII, 11. 12.* v) a *om. R 1.* ρ* — *post* quibuslibet *add.* et *R 1.* w) fuer̄ *R 1.* x) occasionis suae ρ*.

XIII, 13. Cf. privilegium quod praecedit, quocum hoc verbo tenus concordat. De Lupo, abbate S. Martini, cf. Gall. Christ. IV c. 449, ubi citatur necrologium Martinianum his verbis: Idibus Octobris depositio d. Lupi abbatis.

vel auferre et sive suis usibus applicare vel aliis quasi piis causis pro suae avaritiae excusatione[y] concedere, sed cuncta quae ibi oblata sunt vel[z] offerri contigerit, tam a te quam ab eis qui in tuo officio locoque successerint a praesenti tempore inlibata et sine inquietudine aliqua volumus[a] possideri, eorum tamen usibus pro quorum sustentatione gubernationeque concessa sunt modis omnibus profutura.

Item[b] constituimus, ut obeunte presbytero praedictae ecclesiae non alius ibi quacunque obreptionis astutia[c] ordinetur, nisi quem rex eiusdem provinciae cum consensu clericorum secundum Dei timorem elegerit ac praeviderit ordinandum[d].

Hoc quoque capitulo praesenti subiungimus, ut locum avaritiae secludamus, nullum de regibus, nullum de sacerdotibus vel quemcunqe alium per se suppositamve personam de ordinatione eiusdem presbyteri vel quibuscunque causis ad ecclesiam ipsam pertinentibus audere[e] in auro vel[f] alia qualibet specie[g] commodi quicquam accipere neque eundem presbyterum ordinationis suae causa dare praesumere, ne hac occasione ea quae a fidelibus[h] piis locis offeruntur aut iam oblata sunt consumantur.

Et quoniam multae occasiones in deceptione religiosarum personarum a pravis illic, ut dicitur, hominibus exquiruntur, presbyterum praedictae ecclesiae nullo modo privandum deponendumque esse[i] censemus, nisi causa specialiter criminis exigente. Unde necesse est, ut, si qua contra eum huius modi querella surrexerit, non solus[k] episcopus civitatis Augustodonensis[l] causam examinet, sed adhibitis sibi sex aliis[m] coepiscopis[n] suis suptili hoc investigatione[o] perquirat, quatenus cunctis concorditer iudicantibus canonicae districtionis censura aut reum ferire aut innocentem possit absolvere.

Haec igitur omnia quae huius praecepti decretique nostri pagina continet tam tibi quam cunctis qui in eo quo es ordine locoque successerint vel eis quorum interesse potuerit in perpetuum servanda[p] decernimus. Si quis vero regum[q], sacerdotum, iudicum atque saecularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et, nisi vel ea quae ab illo sunt male ablata restituerit vel digna paenitentia inlicite[r] acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei domini redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat atque in aeterno examine districtae ultioni[s] subiaceat. Cunctis[t] autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis recipiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant[u].

XIII, 14.

Gregorius I. papa Venantio, patricio Panormitano, de duobus episcopatus candidatis scribit, Urbicum abbatem sibi placere, sed quietem eius non esse turbandam; Crescentis diaconi, qui xenodochio praefuerit, mores explorandos. Alia de ea re mandata adiungit.

602, Nov.

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 240; ϱ: cap. 239.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 15; G: Lib. XI. ep. 14. — Iaffé Reg. 1878 (1500).

y) et cause pene *R1.* z) velle *R1.* a) volumus *om. R1.* b) idem *R1.* c) ac studia *R1.* d) ordinanda *R1.* e) *ex* audire *corr. R1.* f) in *add. R1.* g) speci *suprascr. R1.* h) et *add. ϱ3.* i) esse *om. ϱ3.* k) solum *R1.* l) Augustodon. *ϱ*1;* Augustidun. *ϱ*2.3;* Augdonensis *R1.* m) sex aliis *om. ϱ3.* n) epis *R1.* o) investigatio *ϱ*1.* p) servendam *ϱ*1;* servandam *R1.* q) regnum *R1.* r) illicita *ϱ*2.3. ϱ3.* s) ultionis *R1.* t) *verba* cunctis *usque ad finem om. ϱ*1.* u) inveniat *R1.*

XIII, 14. De Venantio cf. ep. I, 33 n. VI, 40 n. IX, 13 n.

GREGORIUS VENANTIO PATRICIO PANORMO.

Excellentiae vestrae electione[a] [1] in persona Urbici abbatis [2], quia valde nobis placuit, indicamus, quoniam, sicut iudicii vestri discretionem[b] oportuit, ad ecclesiae gubernationem virum quaesistis vigilantem atque sollicitum et divinae scripturae scientia, quod maxime in sacerdotibus eligendum est, institutum[c]. Sed quia ceteris sic est aliquis praeponendus[d], ut, dum ipse exterius proficit, interius non decrescat, quietem[e] ipsius turbare non possumus, ne, cum eum ad altiora producimus[f], minorem illum se ipso[g] fieri missum[h] in fluctibus compellamus [3]. Persona vero Crescentis diaconi propter quod omnino nobis ignota[i] est, prima nobis cura[i] fuit requirere, quem ad modum xenodochium cui praefuerat gubernasset, ut ex minimis, qualis esse[k] posset[l] in maximis, nosceremus; sed quid nobis scriptorum vestrorum portitores responderint, ab ipsis addiscitis. Hinc[m] autem presbyterum dare omnino nobis excellentia vestra sciat[n] esse difficile, quia personarum nos necessitas ad ordinanda alia loca pastoribus destituta non levis angustat. Et ideo quia Deum timere et animae vestrae vos[o] novimus habere respectum, paterna caritate salutationis alloquium praemittentes hortamur, ut, sicut decet, caute[p] diligentique investigatione scrutari interius de vita, moribus actuque praefati diaconi[q] debeatis et, si eum ad ecclesiae adsurgere regimen agnoscitis[r], vestra adhortatione omnes in eo se uniant; si autem aliud[s] vestri[t] sentit sollicitudo iudicii et eum pastoralem curam efficaciter amministrare non posse considerat, agendum est[u] cum omnibus concorditer, ut alterum, qui aptus visus fuerit, de ecclesia ipsa possint eligere, ut venientes[v] tam diaconus qui iam[w] electus est, quam etiam qui adhuc eligendus est, is qui Deo placuerit ordinetur. Enim vero si in ecclesia illa neque de presbyteris vel diaconibus sive reliquo clero huius modi inveniri potuerit, vel de alia sibi ecclesia talem ordinandum eligere festinent antistitem, qui vigilanti sollicitudine exterioribus eorum[x] utilitatibus et sacerdotali adhortatione animabus valeat Deo miserante utilis repperiri. Praeterea ne qua hac in causa possit esse dilatio et peccata sic faciant[y], ut nullus de electis aptus existat, hortandus est clerus et populus, ut eis qui ad nos venerint[z] sua debeant vice mandare, quatenus hic[a] habeant eligendi licentiam[b] nobisque hoc ipsum apicibus suis roboratis propriis subscriptionibus innotescant, ut, si vel hic inveniri potuerit, sine difficultate aliqua Christi cooperante gratia consecretur. Quod tamen nos non voluntate impulsi loquimur, sed necessitate compulsi[c], quia, quantum ad nostrum est[d] iudicium, de suis[e] volumus ut debeant[f] habere pastorem.

---

*XIII, 14 titulum om. ϱ*2.3* — Venan̄ *abbr. ϱ1. ϱ*1.4* — patrici *ϱ*1;* e patricio *R*1.* — Panormo *ϱ;* Panorum *ϱ*1.4;* de Pasnomo *R*1; om. hoc verb. R1* — clero et plebi Panormitanae *Vat. D (ed. M.).* a) electio *ϱ*2.3. ϱ3.* b) discretione ut *ϱ1.* c) *ex* institutis *corr. ϱ*1.* d) preponendum *ϱ1.* e) quietatem *ϱ*1.* f) perducimus *ϱ*1.* g) se ipsum *codd. n.* h) misso *ϱ3.* i) *verba* ignota *usque* cura *om. R1.* k) esset *ϱ*.* l) possit *ϱ*2.3. ϱ3.* m) hic *R1;* hunc *ϱ;* hinc *ϱ*.* n) sciatis *ϱ3.* o) bonos *R1.* p) *ita R1. ϱ3;* cauta *cet.* q) diaconis *R1.* r) agnoscatis *ϱ*2.3. ϱ3.* s) *ita R1. ϱ3;* alium *ϱ1. ϱ*1;* aliter *ϱ*2.3.* t) v̄r̄m̄ *ϱ*1.* u) est *om. R1.* v) ad nos *add. R1.* w) idem *R1.* x) eorum *om. ϱ3.* y) faciunt *ϱ3.* z) venerit id *R1.* a) hinc *ϱ3.* b) habeat et ligendi licentia *R1.* c) inpulsi *ϱ1.* d) nr̄e (*om.* est) *R1.* e) sui *R1.* f) debeat id *R1.*

1) *Venantius, ut nobilissimus atque potentissimus civis Panormi consistens, non certe iure solus elegit, sed maxima pars in electione fuit; de modo electionis cf. Wisbaum l. l. p. 40 ss. De hac electione cf. ep. seq.* 2) *De Urbico, abbate S. Hermae Panormi, cf. ep. II, 38 p. 139 n. 4. IX, 20 n.* 3) *Cf. quae de se scribit noster in ep. V, 53[a] p. 354.*

XIII, 15.

Gregorius I. papa Pascasium, episcopum Neapolitanum, monet, ne Iudaeos agendis diebus festis prohiberi patiatur, quippe qui mansuetudine ad fidem revocandi sint.

602, Nov.

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 241; ϱ: cap. 240.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 12; G: Lib. XI. ep. 15. — Iaffé Reg. 1879 (1496).

GREGORIUS PASCASIO EPISCOPO NEAPOLIM.

Qui sincera intentione extraneos ad christianam religionem[a], ad fidem[b] cupiunt rectam adducere, blandimentis debent, non asperitatibus studere[c], ne quorum mentem reddita plana[d] ratio poterat provocare, pellat procul adversitas[e]; nam[f] quique[g] aliter agunt et[h] eos hoc sub velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi[i] magis quam Dei probantur[k] causas attendere[l 1]. Iudaei siquidem Neapolim[m] habitantes questi nobis sunt asserentes, quod quidam eos a quibusdam feriarum suarum sollemnibus[n] inrationabiliter nitantur arcere, ne illis sit licitum festivitatum suarum sollemnia colere, sicut eis nunc usque et parentibus eorum longis retro temporibus licuit observare vel colere. Quod si ita se veritas habet, supervacuae rei videntur operam[o] adhibere. Nam quid utilitatis[p] est, quando, et si contra longum[q] usum fuerint vetiti, ad fidem illis et[r] conversionem nihil[s] proficit? Aut cur Iudaeis, qualiter cerimonias suas[t] colere debeant[u], regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, ut ratione potius et mansuetudine provocati[v] sequi nos velint, non fugere, ut eis ex eorum[w] codicibus ostendentes quae dicimus ad sinum matris ecclesiae Deo possimus adiuvante convertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuvante ad convertendum accendat[x] et[y] de suis illos sollemnibus[z] inquietari denuo non permittat, sed omnes festivitates feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt[a], liberam habeant observandi celebrandique licentiam.

XIII, 16.

Gregorius I. papa Barbaro, episcopo Carinensi, visitationem ecclesiae Panormitanae delegat eumque monet, ut in Victoris, defuncti episcopi, locum curet successorem eligendum.

602, Nov.

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 242; ϱ: cap. 241.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 13; G: Lib. XI. ep. 16. — Iaffé Reg. 1880 (1497).

*XIII, 15 titulum om. ϱ*2.3* — Paschasio *R1* — Neapolitano *R1* — *R1 rubro add. in marg.*: de non prohibendis Iudeis festos dies suos celebrare. a) a christiana relione *ϱ*1;* a christiana religione *ϱ*2. 3. ϱ3.* b) finem *ϱ1.* c) scludere *R1.* d) a plana *R1;* a plano *ϱ1.* e) adversita *ϱ1;* asperitas *R1.* f) nam *om. R1.* g) qui *ϱ3.* h) agentes (*om.* et) *R1.* i) illic *R1.* k) probante *R1.* l) *ita edd.;* accendere *ϱ1. ϱ*;* accedere *R1;* agere *ϱ3.* m) Neapoli *R1.* n) *suprascr.* sollempnitatibus *ϱ3.* o) opera *R1.* p) utilius *ϱ3.* q) logum *ϱ1.* r) et *om. ϱ3.* s) nil *ϱ1.* t) cerimonia sua *R1. ϱ1. ϱ*.* u) debeat *R1. ϱ1.* v) provocantes *ϱ1. ϱ*.* w) eos ex ea *R1.* x) accedat *R1.* y) at *coni. Mommsen.* z) somnibus *R1.* a) tenuerint *ϱ*1.*

XIII, 15. De Pascasio cf. ep. X, 18 n. 3. XI, 19 n. *1) Cf. ep. I, 34. II, 6. VIII, 25.*

XIII, 16. De formula, secundum quam haec ep. scripta est, cf. ep. II, 39 n. V, 13 n. et de ecclesia Carinensi, quondam cum Regestana unita cf. ep. III, 4 n. VI, 9 n. — De hac electione cf. etiam ep. XIII, 14 et seq. Adde N. A. VII p. 604.

GREGORIUS BARBARO EPISCOPO CARINIS.

Obitum Victoris Panormitanae civitatis antistitis[1] directa relatio[a] patefecit; quapropter visitationis destitutae ecclesiae fraternitati tuae operam sollemniter delegamus[b]: quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque[c], vel[d] quicquid illud est, in patrimonio eiusdem a quoquam praesumatur ecclesiae. Et ideo dilectio tua ad praedictam ecclesiam ire[e] properabit[f] et adsiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesiae ammonere festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum[g] expetant[h] sacerdotem, qui et tanto ministerio[i] dignus valeat repperiri et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et dilectionis tuae testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat[2]. Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittatis[k] ecclesia, nisi forte[l] inter clericos ipsius civitatis in qua visitationis impendis officium nullus ad episcopatum[m] dignus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri, provisurus ante omnia, ne ad[n] cuiuslibet conversationis meritum[o] laicae personae[p] adspirare praesumant[q] et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

XIII, 17.

Gregorius I. papa clero, ordini et plebi Panormitanae praecipit, ut visitatori suo, Barbaro, episcopo (Carinensi), oboediant et episcopum eligant. *602, Nov.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 243; ϱ: cap. 242.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 14; G: Lib. XI. ep. 17. — Iaffé Reg. 1881 (1498).

GREGORIUS CLERO, ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI PANORMO.

Vestri antistitis[a] obitum cognoscentes, curae nobis fuit destitutae ecclesiae visitationem fratri et coepiscopo nostro Barbaro[b] sollemniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque[c] a quoquam usurpari patiatur. Cuius[d] vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire; et remoto strepitu uno eodemque consensu talem vobis praeficiendum expetite sacerdotem, qui et a venerandis canonibus nulla discrepet[e] ratione et tanto ministerio dignus valeat repperiri; qui, dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus[f] roborati et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus[g]; provisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitae vel meriti laicam personam praesumatis eligere[h]. Et non solum ille ad episcopatus apicem[i] nulla ratione provehatur[k], verum etiam vos[l] nullis

XIII, 16 in titulo: Carinis *om. ϱ1.* a) *ita edd.;* delatio *ϱ1;* dilatio *cet. codd. n.* b) diligamus *R1.* c) ministeriis *R1.* d) ut *ϱ*1.* e) in re *ϱ*1.* f) properet *ϱ*. ϱ3.* g) presidendum *R1.* h) expectant *ϱ1. ϱ*1.* i) tantum ministerium *R1.* k) permittis *ϱ*1.* l) fortes *R1.* m) *ex* ēpatus *corr. R1.* n) ne *om. R1* — ad *om. ϱ*2.3* — hoc *add. ϱ3.* o) *ita R1. ϱ3, sed in* meriti *corr. R1;* meriti *ϱ1. ϱ*1;* meritis *ϱ*2.3.* p) *in* laica persona *corr. ϱ*2.* q) presumat *R1. ϱ1.*

XIII, 17: ordo *ϱ** — consti *ϱ1;* coñs *ϱ*;* consistentium *R*1.* a) antistiti *R1.* b) Barraro *ϱ*1.* c) misteriisque *ϱ1.* d) cui *R1.* e) *ex* discrepat *corr. ϱ1.* f) subscriptionis *ϱ1.* g) ordin. veniat *ϱ3.* h) elige *ϱ1.* i) ep̄atum apice *R1.* k) proveatur *ϱ1. ϱ*1;* provetur *in* probetur *corr. R1;* provehatur *ϱ3;* promoveatur, *ut videtur, ϱ*2.3.* l) *verba* vos *usque* veniam *om. ϱ*1.*

1) De Victore cf. ep. I, 70 p. 90 n. 4; III, 27 n. 1. *2) Iohanni, ep. Panormitano, iam m. Iulio scribit noster ep. XIII, 40.*

XIII, 17 scripta secundum formulam, de qua cf. ep. II, 40 n. Cf. ep. praecedentem.

intercessionibus veniam[l] promereri posse cognoscite, sed[m] omnes quos ex vobis de laica persona adspirasse constiterit[n], ab officio et a communione alienos faciendos procul dubio noveritis[o].

XIII, 18.

Gregorius I. papa Passivo, episcopo Firmano, mandat, ut monasterium, a Proculo, diacono Asculano, in fundo Gressiano aedificatum, S. Savino consecret. *602, Nov.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 244; ϱ: cap. 243.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 16; G: Lib. XI. ep. 20. — Iaffé Reg. 1882 (1499).

GREGORIUS PASSIVO EPISCOPO FIRMO.

Proculus diaconus ecclesiae Asculanae[a] petitoria[b] nobis insinuatione[c] suggessit in fundo Gressianae[d] [1] iuris[e] sui monasterium[f] se pro sua devotione fundasse, quod in honore[g] sancti Savini martyris[2] desiderat[h] consecrari. Et ideo[i], frater carissime, si[k] in tuae parrochiae[l] memorata constructio iure consistit et nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus[m] donatione legitima, id est conduma una, boves par[n] unum, iumenta[o] capita quinque, oves et capras promiscuas capita viginti, in fundo Gressiano[p], ubi ipsum[q] monasterium[r] fundatum[s], uncias octo, fundum[t] Statiani[u] uncias octo, fundum Paterni in[v] integro, porcos decem, lectustrata[w], gestisque municipalibus[x] alligata, et cetera secundum morem.

MENSE DECEMBRI INDICTIONE VI.
MENSE IANUARIO INDICTIONE VI.

XIII, 19.

Gregorius I. papa Iohanni, subdiacono Ravennae, mandat, hortetur Marinianum episcopum, ut cum Iohanne episcopo, latore praesentium, aut in gratiam redeat aut apud iudices contendat. Exuperantium episcopum, qui in eiusdem Iohannis dioecesi oratorium condiderit et consecraverit, reprehendit. *603, Ian.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 245; ϱ: cap. 244.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 17; G: Lib. XI. ep. 21. — Iaffé Reg. 1884 (1501).

m) et *R1*. n) constituerit *ϱ*1*. o) noveris *ϱ*2.3*.

XIII, 18 in titulo: Passibo *ϱ** — Firmano *ϱ*. ϱ3*. a) Aesculanae *ϱ3*. b) petitori *ϱ*1*. c) insuasione *R1*. d) gressiacę *R1*. e) viri *R1*. f) monasterio *R1*. g) hore *ϱ*1*. h) desidera *R1*. i) te *add. ϱ*. ϱ3*. k) frs kmi (*om.* si) *R1*. l) parachię *ϱ*1*. m) sui *add. ϱ**. n) parium *R1*; pār *ϱ. ϱ**. o) *ita R1*; aeramenta *ϱ*2.3. Vat.*; aerementa *ex* aeremente *corr. ϱ1*; amenta *ϱ*1*; armenta *ϱ3*. p) grassiano *R1*. q) *ita ϱ1*; pro (*pro* ipsum) *R1*; p̄ *ϱ*2.3*; p̄ ē *ϱ*1*; prefatum *ϱ3*; presbyter *Vat. D (ed. M.)*. r) monasterius *ϱ*2*; monasteriis *ϱ*3*; monasterii *Vat. D (ed. M.)*. s) *ita ϱ1. ϱ*1*; fundatum est *ϱ3*; fundatus *R1. ϱ*3 et ex* fuuditus *corr. ϱ*2*. t) in fundo *ϱ3*. u) *ita ϱ1. ϱ*1*; Stationi *R1*; Staciani *ϱ*2.3. ϱ3*. v) in *om. ϱ1*. w) lectusstratu *R1. ϱ*1*; lectustratu *ϱ1. ϱ*2.3*; lectistrata *ϱ3*. x) municipalibus lib̄ *R1*.

Mense *cet.*: Data *add. R*1* — decemb̄ *abbr. R1. ϱ**; dec̄ *ϱ*.

XIII, 18 scripta est secundum formulam Diurni 11. (Cf. ep. IX, 180). — De Passivo cf. ep. IX, 51 n. 1. — 1) Fundus Grassianus vel Gressianus occurrit in diplomatibus Conradi, Henrici, Lotharii et alterius Conradi imperatorum: cf. Catalani, De ecclesia Firmana (Firmi 1783) p. 103. 2) De capite S. Savini adhuc in templo metropolitano *asservato cf. Catalani l. l. p. 101.*

XIII, 19. De Iohanne cf. ep. XI, 16 n.

GREGORIUS IOHANNI SUBDIACONO RAVENNAE.

Lator praesentium Iohannes frater et coepiscopus noster[1] aliqua nobis de causis ecclesiae suae[a] dato capitulari[b] noscitur intimasse; quibus cognitis culpanda a nobis experientia tua fuerat, si ad[c] te perlata hactenus indefinita remanserint. Sed inquirentes agnovimus, quod ad notitiam tuam minime sint perducta. Ipsum[d] ergo quod nobis capitulare porrectum est his fecimus subter adnecti. Agnitis itaque omnibus[e] ac discussis si ita apud te esse, ut suggestum est, manifesta veritate[f] patuerint, fratrem et coepiscopum nostrum Marinianum[g][2] adire te volumus eumque modis omnibus adhortari, ut his quorum in peragendis[h] negotiis ecclesiae ipsius esse dinoscitur debeat deputare, quatenus perpensis omnibus cum praedicto viro de his quae mota fuerint[i] ecclesiastica inter se debeant tranquillitate decidere. Sin vero elegerint renitendum[k], experientia tua immineat esse iudicium et, quicquid cognitorum inter eos fuerit sententia definitum, te debeat exequente compleri, ne diutinis protractionibus[l] dilato[m] paupertas ecclesiae ipsius diversis, sicut iam factum asserit, dispensis[n] ingravetur.

Indicavit etiam nobis, quod quidam Exuperantius episcopus[3] ausu[o] temerario in diocesi ipsius oratorium construxerit eumque sine praecepti auctoritate contra morem[4] praesumpserit dedicare missasque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te[p] celeritate ac districtione convenit emendare nec[q] ulterius tale aliquid attemptari permittere[r]. Oraculum[5] vero quod incompetenti persona reppereris esse constructum huic proprio te volumus episcopo, si res, ut dictum est, ita se habere constiterit, sine mora aliqua reformare.

XIII, 20.

Gregorius I. papa clerum, ordinem et plebem 'consistentem Taurianis, Turris et Consentias' visitatori, Venerio episcopo (Vibonensi), oboedire et episcopum eligere iubet.

603, Ian.

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 246: ϱ: cap. 245.

Edd. M: Lib. X. ep. 16; G: Lib. XI. ep. 17; Baluzii Miscell. V, 476, (ed. a. 1761) t. II p. 13. — Iaffé Reg. 1885 (1299).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI TAURIANIS, TURRIS ET CONSENTIAS.

Vestri antistitis obitum cognoscentes, curae nobis fuit destitutae ecclesiae visitationem fratri et coepiscopo nostro Venerio[a] sollemniter delegare[b]. Cui dedimus in

XIII, 19 in titulo: sub̄ *abbr. ϱ 1* — Ravennatis *R 1;* Ravennati *ϱ 1. R* 1;* Ravennae *ϱ*. ϱ 3.* a) suae *om. ϱ* 1.* b) capitulare *ϱ*. ϱ 3.* c) *ex* sad *corr. ϱ 1;* si at *R 1;* ad (*om.* si) *ϱ* 1.* d) ipsud *R 1.* e) omnibus *om. ϱ 3.* f) verint atque *R 1; om.* veritate *ϱ 1.* g) Marianum *ϱ 1.* h) inter agendis *R 1;* inter in peragendis *ϱ 1.* i) fuerant *in* fuerunt *corr. R 1.* k) et *add. R 1.* l) protectionibus *R 1.* m) *ita R 1. ϱ*;* dilata *ϱ 1;* dilatum *ϱ 3.* n) dispendiis *ϱ.* o) auso *ϱ 1;* ausi *ϱ* 1.* p) cum summitate *R 1;* consumata *ϱ* 1.* q) *ita R 1. ϱ 3;* ne *cet.* r) permittas *ϱ 3.*

XIII, 20 in titulo: et *om. R* 1.* a) Benerio *R 1.* b) deligare *R 1. ϱ* 1* — *hic add.:* et reliqua ut superius ad panormitanam ecc̄lām *R* 1 et cet. om.*

1) Cuius ecclesiae episcopus fuerit, nescio. 2) Scilicet episcopum Ravennatem, de quo cf. ep. V, 51 n. 5. 3) Cuius ecclesiae episcopus fuerit, nescio. 4) De his causis cf. f. Diurni 10. 11 et ep. praeced. etc. 5) Idem verbum oraculum *occurrit in f. Diurni 32 et apud Paul. diac. IV, 46. 47. 48. Cf. Ewald in N. A. VII, 595.*

XIII, 20 scripta est secundum formulam, de qua cf. ep. II, 40 n. Cf. ep. sequentem, in qua episcopus Consentinus omissus est; Consentiae episcopus fuerat Palumbus, de quo cf. ep. VIII, 3 n. 3.

mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque a[c] quoquam usurpari patiatur. Cui vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire: et remoto strepitu uno eodemque consensu talem vobis praeficiendum expetite sacerdotem, qui et a[d] venerandis canonibus nulla discrepet ratione et tanto ministerio dignus valeat repperiri: qui, dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus[e] roborati et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus: provisuri ante omnia, ne cuiuslibet vitae vel meriti[f] laicam personam praesumatis eligere. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione provehatur[g], verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite, sed omnes quos ex vobis de laica persona adspirasse constiterit, ab officio et a communione alienos faciendos procul dubio[h] noveritis.

XIII, 21.

Gregorius I. papa Venerium (Vibonensem) et Stephanum episcopos (a paribus), mortuis episcopis Paulino Taurianensi et illo Turritano, visitatores Taurianensis et Turritanae ecclesiarum constituit. De electione episcoporum mandat. *603, Ian.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 247; ϱ: cap. 246.

Edd. M: Lib. X. ep. 17; G: Lib. XI. ep. 18; Baluzii Miscell. V, 477, (ed. a. 1761) t. II p. 13. — Iaffé Reg. 1886 (1298).

GREGORIUS VENERIO ET STEPHANO EPISCOPIS.

Obitum Paulini Taurianensis[a] ecclesiae[1], sed et illius[b][2] Turritanae[c] ecclesiae antistitum directa[d] relatio[e] patefecit. Quapropter visitationis[f] destitutarum ecclesiarum fraternitati tuae operam sollemniter delegamus[g]. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque, vel quicquid illud est in patrimonio earundem ecclesiarum, a quoquam aliquo modo praesumatur. Et ideo[h] dilectio tua ad praedictas ecclesias ire properabit[i] et adsiduis adhortationibus clerum plebemque earundem ecclesiarum ammonere festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu tales sibi praeficiendos[k] expetant[l] sacerdotes[m], qui et tanto ministerio digni valeant[n] repperiri et a venerandis canonibus nullatenus respuantur[o]. Qui dum fuerint postulati[p], cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et dilectionis tuae[q] testimonio litterarum[r] ad nos sacrandi occurrant[s]. Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittatis[t] ecclesia, nisi forte inter clericos earundem civitatum in quibus visitationis impendis officium nullus ad episcopatum dignus[u], quod

c) in *R1.* d) ad (*om.* et) *ϱ*1.* e) subscriptionibus *om. R1.* f) veriti *ϱ*1.* g) provehatur *ϱ*;* provehetur *R1.* h) divio *R1.*

*XIII, 21 titulum om. ϱ*1.* a) Taurienensis *ϱ*1;* Tauriane *R*1.* b) ille *R1;* ił *ϱ*; om. hoc verb. R*1.* c) *ita R1. ϱ*2.3; ex* Taurit. *corr.* Turitanae *ϱ*1;* Taurinę *R*1.* d) dilecta *ϱ*.* e) relatione *R1.* f) et cetera ut ad barbarum epm̄ carinensem *add. R*1 et cet. om.* g) deligamus *ϱ*1.* h) ideoque *ϱ*1.* i) *ita R1;* properet *ϱ*.* k) *ita R1;* talem s. praeficiendum *ϱ*.* l) expectant *ϱ*1;* expetent *ϱ*2.3.* m) *ita R1;* sacerdotem *ϱ*.* n) dignus valeat *ϱ*.* o) respuatur *codd. n.* p) fuerit postulatus *codd. n., sed corr. R1.* q) et *add. codd. n.* r) litterum *R1.* s) *ita R1. ϱ*1;* occurrat *ϱ*2.3.* t) *ita ϱ*;* permittas *R1.* u) nullum ad e. dignum *R1.*

XIII, 21 scripta est secundum formulam, de qua cf. ep. II, 39 n. V, 13 n. — Eisdem episcopis missa est ep. IX, 127, quam cf.; Stephanus incertae sedis regionis Bruttiorum, Venerius Vibonensis episcopus erat; unum ex his visitatorem ecclesiae Turritanae creatum esse non credo, sed alterum Consentinae (cf. ep. praeced.), alterum Taurianensis; sed tribus epistulis in unam redactis in titulo registrator visitatorem ecclesiae Turritanae, in contextu episcopum Consentinae ecclesiae omisisse videtur. 1) *De Paulino cf. ep. I, 38 n. 1. VII, 19 n. 4.* 2) *Scilicet Mariniani, de quo cf. ep. IX, 11 n. 7.*

evenire non credimus, potuerit inveniri[v]. Provisurus ante omnia, ne cuiuslibet conversationis[w] meriti laicae personae adspirare praesumant[x] et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

XIII, 22.

Gregorius I. papa Gregorio (Agrigentino), Leoni (Catanensi), Secundino (Tauromenitano), Iohanni (Syracusano), Dono (Messanensi), Lucido (Leontino) et Traiano (Melitensi), episcopis Siciliae, commendat latorem praesentium, Adrianum, chartularium suum, quem ad regendum Syracusanum ecclesiae Romanae patrimonium mittit. Sacerdotibus ab iis, qui parochias infantium consignandorum causa perlustrent, nimiam molestiam afferri vetat. Iam decessoris sui temporibus per Servum-Dei diaconum, tunc rectorem patrimonii, summam constitutam esse, quae non augeatur. *603, Ian.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 248; ϱ: cap. 247.
Edd. M: Lib. XIII ep. 18; G: Lib. XI. ep. 22. — Jaffé Reg. 1887 (1502).

GREGORIUS GREGORIO, LEONI, SECUNDINO, IOHANNI, DONO, LUCIDO, TRAIANO, EPISCOPIS SICILIAE.

Sicut nos nobis invicem spiritalia per apostolorum[a] orationem[b] [1] ammonemur impertire suffragia, ita in his[c] quae necessitate iniuncti[d] regiminis pro dispensatione rerum pauperum Deo per nos fuerint auctore disposita sacerdotalia dignum est solacia non deesse. Latorem siquidem praesentium Adrianum[e] cartularium nostrum [2] ad regendum ecclesiae nostrae patrimonium, Syracusanarum[f] videlicet partium, dirigentes[g] fraternitati vestrae necessario duximus commendandum, ut, in quo usus exegerit, vestra solacia conferatis, quatenus, dum et ad[h] agendum per vos corporalibus et ad facilitatem explendi quae coeperit spiritalibus orationum[i] fuerit fultus auxiliis, prospere ea quae ei[k] a nobis iniuncta sunt Deo quoque valeat cooperante perficere. Vosmetipsos autem ita ante conspectum omnipotentis Domini in bonis operibus debetis exhibere, ut inveniri[l] in vestra actione nequeat, quod vel Deo iudice percuti vel quolibet homine[m] insidiante valeat accusari[n]. Nam eidem praefato cartulario nostro iniunximus, ut, si qua de reverentissimis fratribus nostris episcopis inordinate acta[o] cognoverit, prius quidem secreta ac modesta adhortatione ipse corripiat; quae si emendata non fuerint[p], nobis celeriter innotescat.

Praeterea relatum nobis est sanctae memoriae decessoris mei temporibus per Servum-dei diaconem [3], qui tunc ecclesiastici patrimonii curam gessit, fuisse dispositum[q], ut sacerdotes per diversas vestras dioceses constituti[r], quotiens ad consignandos infantes

v) potueris invenire *R 1.* w) conversionis *ϱ*2.3.* x) *ex* presumat *corr. R 1.*

*XIII, 22 titulum om. ϱ*1* — Gregorio *om. ϱ. R*1* — Iohanni *om. R 1* — Traino *ϱ3.* a) apłum *R 1.* b) orationum *R 1. ϱ 1* — ammonemus *ϱ*. ϱ 1.* c) in his *om. ϱ 3.* d) iniunctis *ϱ*1.* e) *ita R 1. ϱ 1;* Hadr. *ϱ*. ϱ 3.* f) Syracusanorum *R 1;* Siracusanarum *ϱ*1.* g) diligentes *ϱ*2.3.* h) ad *om. R 1.* i) oratium *R 1.* k) ei *om., sed suppl. R 1.* l) invenire non possit (*om. post.* nequeat) *ϱ 3.* m) homo *R 1.* n) accusare *R 1. ϱ 1. ϱ*1.* o) actu *R 1.* p) non *om., sed supra lin. suppl. et* fuerint *ex* fuerit *corr. R 1.* q) dispotum *ϱ*1.* r) constitutis *ϱ 1.*

XIII, 22. De Gregorio Agrigentino cf. ep. I, 70 p. 90 n. 2; de Leone Catanensi ep. VI, 30 n.; de Secundino Tauromenitano ep. I, 71 n. 4; de Iohanne Syracusano ep. VI, 18 n.; de Dono Messanensi ep. VI, 8 n.; de Lucido Leontino ep. XII, 15 n.; de Traiano Melitensi ep. X, 1 n. 1. Nota non nisi Syracusanarum partium *episcopis hanc epistulam missam esse.* *1) Cf. Iac. V, 16.* *2) De Adriano cf. ep. IX, 110 n. XI, 30 n.* *3) Cf. ep. IX, 8 n. 1.*

egredimini, ultra modum gravari minime debuissent. Summa enim praefixa[s] fuerat vobis, ut audio, consentientibus, quae ab eisdem sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque hoc quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minime custoditur. Unde fraternitatem vestram ammoneo, ut subiectis vestris graves non studeatis existere, sed, si qua sunt gravamina, temperetis, quia nec ab eo[t] quod semel definitum est deflectere debuistis. Et in futura enim et in praesenti vobis vita prospicitis, si eos qui vobis commissi sunt sine gravamine[u] conservatis.

XIII, 23.

Gregorius I. papa Iulinum (Iulianum?), quem pro pauperibus stipem postulare pudeat, reprehendit. Nuntiat, se monasterio a Iuliano Catanae condito solidos decem quotannis per Adrianum, notarium et rectorem patrimonii, emissa praecepti pagina, dari deputasse. *603, Ian.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 249; ϱ: cap. 248.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 19; G: Lib. XI. ep. 23. — Iaffé Reg. 1888 (1503).

GREGORIUS IULINO.

Gloriae vestrae scripta suscipiens[a] legenda laetus aperui, sed tristis perlecta replicavi. In eis quippe dicebatur, quod pudoris causa fuerit mihi vos ea quae dicenda erant tempore longo[b] tacuisse. Et certum est[c], quia minus amatur qui adhuc erubescitur, atque omni[d] modo contristatus sum, quia me a vobis comperi minus quam aestimaverim[e] amari. In hoc autem valde me continetis[f], si[g] mercedis causas[h] mihi adsidue providendas[i] studiose requiritis[k]; nec[l] debet[m] esse verecundiae ei aliquid de elemosinis importune dicere, quem[n] constat non res suas, sed ad dispensandum[o] res pauperum habere. De causis itaque mercedis[p] apud episcopum libere agere debuistis, etiam si meum animum, qualis in amore vestro existeret[q], nesciretis. Postquam et nos omnino gloriam vestram diligimus et dispensatoris[r] locum in rebus, sicut scitis, pauperum tenemus, vestra, fateor, verecundia valde accusabilis fuit. Quam ideo tot verbis increpando insequor, ut hanc a corde vestro funditus repellam et in mercedis causis magnum solacium vestrae[s] provisionis habeam. Monasterio itaque vestro, quod a vobis in Catenensi[t] urbe constructum est, per Adrianum[u] notarium et rectorem patrimonii[v][1] emissa praecepti pagina decem annuos solidos dari deputavimus[w], quos[x] petimus sine iniuria suscipi, quia non haec vobis nostra oblatio, sed sancti Petri apostolorum principis benedictio offertur.

---

s) praefita ϱ*1. t) habere (*pro* ab eo) *R1.* u) *ex* gramine *corr.* ϱ*1.*

XIII, 23 titulum om. ϱ*1.4 — Iuliano ϱ*3 et edd.* a) suscipientes *R1.* b) loco ϱ*1. c) es *R1.* d) omni *om.* ϱ.ϱ*1. e) estimarim ϱ1. f) continentis *R1.* g) me *add. R1.* h) causam (*om.* mihi) ϱ*1; causa mihi ϱ3. i) providenda *R1.*ϱ. k) requiretis ϱ*2.3. l) ne ϱ. m) ipso *add.* ϱ3. n) quam *R1.* o) a disponendum *R1.* p) qu̅e *add.* ϱ3. q) existere *R1.*ϱ1; fuerit ϱ3. r) dispensationis ϱ.ϱ*. s) v̅r̅i̅ *R1.* t) Catin. ϱ3. u) *ita R1.*ϱ1; Hadr. ϱ*.ϱ3. v) patri monasteria *R1.* w) quos putavimus *hic add.* ϱ*1. x) *Verba* quos petimus *usque ad finem inserta sunt epistulae, quam Vat. 5001 exhibet; de qua cf. ep. XIII, 26.*

XIII, 23. Ewald contendit hanc ep. ad Iulianum datam esse eumque eundem esse, quem in ep. XIII, 37 noster commemorat. 1) *De Adriano cf. ep. IX, 110 n. XI, 30 n.*

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE VI.

XIII, 24.

Gregorius I. papa Honorio, episcopo Tarentino, baptisterii in ecclesia S. Mariae ab eo constructi usum permittit. *603, Febr.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 250; ϱ: cap. 249.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 20; G: Lib. XI. ep. 24. — Iaffé Reg. 1889 (1504).

GREGORIUS HONORIO EPISCOPO TARENTINO.

Fraternitate tua indicante didicimus in civitate Tarentina, in qua praeesse dinosceris[a], in ecclesia sanctae Mariae baptisterium[1] te noviter construxisse. Et ideo, frater carissime, praesenti auctoritate suscepta tui desiderii complebis effectum, quatenus per sacrum lavacrum peccatorum illic maculae deleantur.

XIII, 25.

Gregorius I. papa Paschali et Consolantiae Sicilianis, ecclesiae Romanae debitoribus, scribit se Adriano chartulario mandasse, ut cum iis ita agat, ut ecclesiae utilitates nullum dammum sustineant. *603, Febr.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 251; ϱ: cap. 250.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 21; G: Lib. XI. ep. 25. — Iaffé Reg. 1890 (1505).

GREGORIUS PASCHALI ET CONSOLANTIAE SICILIAE.

Epistolam magnitudinis vestrae latore[a] praesentium deferente suscepimus et, licet tempora restituendae pecuniae in indutiis[b] data[1] defluxerint, petitionem tamen vestram nullo modo[c] duximus contristandam. Adriano[d] itaque cartulario nostro[2], quem illic ad regendum ecclesiae nostrae patrimonium direximus[e], de praesenti iniunximus quae vobiscum exinde loqui debeat, ut nec ecclesiastica in aliquo[f] neglegatur utilitas et postulatio vestra sortiatur effectum. Quia ergo plus de animae vestrae salute quam[g] de terrenarum rerum[h] utilitate debetis[i] esse solliciti, salutantes paterno affectu hortamur, ut mens onere[k] tribulationis oppressa contra Deum non murmuret, ne post amissionem[l] rerum etiam animae sequantur dispendia. Nihil[m] de pravis actibus, nil cum peccato, necessitate quasi faciente, festinetis adquirere, sed spem in redemptoris nostri misericordia habentes, qui confidentes in se non deserit, tolerabiliter quae per-

Mense *cet. om.* ϱ* *1. 4* — ian̄ (*pro* febr.) ϱ *1;* febr. *praeter R 1.* ϱ* *2. 3.* ϱ *3. R* 1 etiam Vat. A. B. E (ed. M.).*

XIII, 24 titulum om. ϱ* *1. 4* — *pro* Honorio *lacuna 9 litt. R 1;* Honorio ϱ. ϱ* *2. 3. R* 1* — Tarentino *R 1. R* 1;* Terentino ϱ *1;* Terentiano ϱ* *2. 3.* ϱ *3.* a) enosceris *R 1.*

XIII, 25 titulum om. ϱ* *1. 4* — Pascali *R 1* — consuli (*pro* et Consolantiae) *R 1 et ed. G.* a) latore *om. R 1.* b) *ex* indutias *corr. R 1.* c) nullomo ϱ *1.* d) Hadr. ϱ. ϱ*. e) direxiremus ϱ *1.* f) aliquod *R 1.* ϱ *1.* g) salutem qua ϱ *1.* h) rerum *om.* ϱ *1.* ϱ* *1.* i) debemus *R 1.* k) honore ϱ* *1.* l) commissionem *R 1.* m) nil ϱ. ϱ* *1.*

XIII, 24. Maxima pars huius ep. scripta est secundum f. Diurni 31. — De praedecessore Honorii cf. ep. III, 44 n. *1) De hoc baptisterio in ecclesia collocato cf. Baluzium in editione Diurni Rozièriana p. 56.*

XIII, 25. Baluzius in editione Diurni Rozièriana p. 10 titulum emendat: Paschali exconsuli *pro* P. et Consolantiae. *Quam coniecturam refutandam non esse credo.* Siciliae *locativum sensum habere videtur. — Mommsen conicit:* praetori. *1) Cf. ep. X, 16 n. 2. XIII, 28 n. 3.* *2) De Adriano cf. ep. IX, 110 n. XI, 30 n.*

tulistis incommoda sustinete. Erigite animos. Tribulatio vires non opprimat. Adversa saeculi patientia superet. Pompam mundi mens secura despiciat. Actio vestra se ad ea quae Dei sunt occupet[n]; considerantes, quam nullum sit, quicquid casibus subiacet, quicquid fine concluditur. Et cor se vestrum[o] ultra[p] quam convenit[q] non affligat, sed studeat, quatenus[r] in omnipotentis Dei protectione iure confidat, qui[s] et[t] non habita donat, amissa[u] reparat et reparata custodit. Potens est enim, si vos in mandatorum suorum via ambulare cognoverit, et hic inlata damna multiplici compensatione sarcire[v] et vitam vobis, quae toto magis adnisu petenda est[w], aeternam concedere.

XIII, 26.

Gregorius I. papa Rusticianam patriciam podagrae doloribus cruciari dolet atque de suis occupationibus gemit; petit, imperatorem moneat, ut Beatorem, comitem privatarum, qui multa contra omnes agat, maxime contra homines Rusticianae neptiumque, quasi res publicas quaerens, cohibeat. Strategium salutat. *603, Febr.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 252; ϱ: cap. 251.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 22; G: Lib. XI. ep. 26; cf. Muratori, Script. rer. It. II, 2 c. 283. — Jaffé Reg. 1891 (1506).

GREGORIUS RUSTICIANAE PATRICIAE.

Quotiens de urbe regia ad nos aliquis venit, curae nobis est de corporis vestri sospitate requirere; sed peccatis meis facientibus et semper audio quae me paenitet[a] audire, quia in tanta tenuitate atque debilitate adhuc in vobis referunt[b] podagrae[c] dolores excrescere. Sed oro omnipotentem Deum[d], qui[e] omnia quae in vestro corpore aguntur[f] ad salutem animae dirigat, ut[g] flagella temporalia aeternam vobis[h] quietem praeparent[i] et per eos dolores qui cum fine sunt gaudia vobis sine fine concedat. Ego autem in tanto[k] gemitu et occupationibus vivo, ut ad dies quos ago me pervenisse paeniteat[l] solaque mihi in consolatione sit mortis expectatio[m]. Unde[n] peto, ut pro me orare debeatis, quatenus de hoc carnis carcere citius educar[o], ne tantis laboribus diutius torquear.

Praeterea indico quendam hic nomine Beatorem, qui quasi comes privatarum[p] [1] dici vult, venisse et multa contra omnes agere, maxime autem contra excellentiae vestrae homines[2] vel nobilissimarum neptium vestrarum, quasi res[q] publicas quaerens.

n) occupent *ϱ 1.* o) nostrum *R 1.* p) utra *ϱ*1.* q) converit *ϱ*1.* r) quatenus *om. R 1.* s) quia *R 1.* t) et *om. ϱ*1.* u) n. avita dona tam missa *R 1.* v) sarcine *ϱ 1:* sarciri *ϱ*1.* w) petende te *R 1.*

XIII, 26. Huius epistulae initium usque ad verba s. fine concedat *exhibet cod. Vat. 5001 f. 131—132 post carmen Anonymi Salernitani ad Pandulfum (cf. Arch. XII p. 247); cui Muratorius l. s. l. superscriptionem praeponit:* Romani pontificis incerti epistola ad quemdam Constantinopoli agentem. *Post* concedat *sequitur* quia de beati Petri ap. rebus, quamvis parva sint, quae offerantur, pro magna semper benedictione suscipienda sunt, quoniam et hic vobis valebit maiora impendere et apud omnip. Deum beneficia aeterna praestari; quos petimus *etc.: cf. ep. XIII, 23 n. x — Titulum om. ϱ*1.4.* a) *ita R 2. ϱ*;* pęne et *R 1;* pudet *ϱ 1;* penitet, *suprascr.* vel tedet *ϱ 3;* taedet *Vat. 5001.* b) refertur *ϱ*1.* c) podagrae *om. Vat. 5001.* d) *ita R 1. ϱ 1. Vat. 5001;* dnm *ϱ*. ϱ 3.* e) ut *Vat. 5001.* f) agunt *R 1.* g) dirigatur (*om.* ut) *R 1. ϱ 1. ϱ*;* dirigantur *ϱ 3. Vat. 5001.* h) nobis *ϱ*2.3. ϱ 3.* i) preparet *R 1.* k) tantum *R 1.* l) penitet *ϱ 1.* m) expectatione *ϱ 3.* n) ut de *ϱ*1.* o) educant *R 1.* p) privatorum *R 1. ϱ 1, sed corr. R 1.* q) res *om. ϱ 3.*

XIII, 26. De Rusticiana cf. ep. II, 27 n. — Ex silentio effici potest nostrum mense Februario ignorasse Mauricium necatum, Phocam imperatorem factum esse. 1) *Cf. librum meum Untersuchungen etc. p. 75 s.* 2) *Cf. ep. VIII, 22 n. 2.*

Et nos quidem eum perverse agere non permittimus, sed neque utilitatibus publicis possumus obviare. Vos ergo apud piissimum principem[r], sicut potestis, agite, ut ei agere prava contradicant. Nam cum omni strepitu neque utilitas publica agitur neque aliquid magni est compendii, quod repetere videtur.

Dulcissimum[s] filium meum domnum Strategium[3] mea peto vice salutari, quem omnipotens Deus sibi vobisque nutriat vosque semper de[t] sua gratia et de vita[u] illius consoletur. De reversione autem vestra quid scribere debeo, qui, quantum eam desiderem, scitis? Sed dum[v] causarum obligationes aspicio[w], mihi in desperatione est[x], atque ideo creatorem omnium exoro, ut[y], ubicumque estis, ubicumque fueritis, suae[z] vos dexterae extensione[a] protegat atque a malis omnibus conservet.

XIII, 27.

Gregorius I. papa Bonifatio notario mandat, Iohannem, clericum Ravennatem, dilato de eo iudicio, ut Romam veniat, hortetur. *603, Febr.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 253; ϱ: cap. 252.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 23; G: Lib. XI. ep. 27. — Iaffé Reg. 1892 (1507).

GREGORIUS BONIFATIO NOTARIO.

Ea quae nobis experientia tua de Iohanne Ravennati clerico[1] indicavit facere idcirco distulimus, quia in[a] absenti de qualitate personae iudicare[b] non possumus. Sed hortare eum[c], ut ad nos venire festinet, quatenus in praesenti mores et personam[d] ipsius suptiliter addiscentes, quid de his quae petit fieri debeat[e], sine dubietate aliqua disponamus.

XIII, 28.

Gregorius I. papa Philippo presbytero respondet, gaudere se de morte Andreae presbyteri, qui ad gaudia aeterna pervenerit. De pecunia, a Probo abbate ad xenodochium instituendum Hierosolymis relicta, se hoc quod deliberatum fuerat, immutare non potuisse scribit. Mittit solidos quinquaginta. Petit, ut mortem sibi a Deo precetur; graves enim gladiorum oppressiones et causarum tumultus se pati. *603, Febr.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 254; ϱ: cap. 253.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 29; G: Lib. XI. ep. 28. — Iaffé Reg. 1893 (1515).

r) *ita R 1. ϱ 1;* piissimos principes *cet.* s) dulcis dulcissimum *R 1.* t) de *om. R 1.* u) debita *R 1.* v) cum *R 1.* w) aspici *ϱ 1.* x) desperationem (*om.* est) *R 1.* y) nam (*pro* ut) *R 1.* z) *ex* sive *corr. ϱ 1.* a) d. cum tensione *R 1.*

XIII, 27 titulum om. ϱ 1.4* — Bonifatio *R 2. ϱ* 2.3;* Bonifacio *R 1. ϱ;* Bonefacio *R* 1* — *add.* Constantinopolitano *R 1;* Constantinopolit̄ *ϱ* 2.3;* Constantinopolim *R 2. ϱ 1. R* 1.* a) in *om. R 1.* b) indicare *R 1.* c) eum *om. ϱ*. ϱ 1.* d) *ita ϱ 3;* personae *cet.* e) debeat *om. R 1.*

3) De Strategio cf. ep. VIII, 22 n. 7.

XIII, 27. Constantinopolitano, *quod codd. post* notario *addunt, recte, ut videtur, delent Maurini. Nam diaconum quattuor demum mensibus post hanc ep. scriptam Constantinopolim missum esse ex ep. XIII, 41 ss. efficitur. Equidem crediderim hic de Bonifatio illo notario agi, qui Siponti erat, qui in ep. V, 6 p. 287 n. 2 nº. 3 enumeratur.* *1) An Iohannes, diaconus Ravennas, qui ad gubernandum patrimonium ecclesiae Ravennatis in Siciliam missus erat (cf. ep. XI, 8), hic solummodo* clericus *appelletur, dubito.*

XIII, 28. Philippus alias ignotus est.

GREGORIUS PHILIPPO PRESBYTERO.

Suscepi epistolas dilectionis tuae, in quibus mihi innotescere curavit[a], quod vir venerabilis Andreas presbyter de hac luce migraverit. De cuius ereptione gavisus sum, quia ad ea quae semper expedit[b] gaudia aeterna pervenit. De solidis vero qui pro faciendo xenodochio[c] a filio nostro Probo abbate[d] [1] Hierosolymis[e] relicti[f] sunt hoc[g] quod deliberatum fuerat, ut fieri debuisset[h], inmutare[i] non potui[k], sed benedictionem[2] parvulam sanctitati vestrae L solidos transmisi. Vos igitur pro me, sicut credo quia facitis[l], enixius[m] orate, ut de praesentis[n] vitae pelago me omnipotens Deus sua manu eripiat atque me requiescere[o] in aeternae vitae litore concedat. Graves enim hic gladiorum oppressiones[3] et causarum[p] tumultus[q] patior. Sed si me diligitis, orando monstrate, quatenus orationis vestrae intercessionem sentiam et amplius in tot malis atque perturbationibus non affligar. Omnipotens Deus sua vos manu protegat et pervenire cum vestris ad caelestia bona concedat.

MENSE MARTIO INDICTIONE VI.

XIII, 29.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat de Pascasii, episcopi (Neapolitani), desidia neglegentiaque reprehendenda, cum et quadringentos aut amplius iam solidos perdidisse episcopus dicatur, et, quod reverentiam episcopalem non deceat, 'cum uno aut duobus clericis ad mare descendere' culpetur. *603, Mart.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 255; ϱ: cap. 254.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 26; G: Lib. XI. ep. 31. — Iaffé Reg. 1894 (1510).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Pervenit ad nos fratrem et coepiscopum nostrum Pascasium[a] [1] ita desidem neglegentemque in cunctis existere, ut in nullo, quia est[b] episcopus[c], agnoscatur, adeo ut neque ecclesia ipsius neque monasteria sive filii vel oppressi pauperes eius erga se[d] dilectionis studium sentiant nec aliquam[e] supplicantibus sibi in quibus iustum est opem defensionis accommodet et[f], quod adhuc dici est[g] gravius, consilia sapientium et recta

*XIII, 28 titulum om. ϱ*1.4* — pb̄ro (p *ex* b *in ras. corr.) post ras. 3 litt. R1;* ep̄o *ϱ1;* pr̄o *R2.* a) curavi *R1.* b) expediunt *ϱ3.* c) xenodochia *R1.* d) (*om.* a) filio n. P. abbati *Vat. D. F (ed. M.).* e) Hierusolimis *R1;* Hierusol. *ϱ*;* Hyerosolimis *ϱ1;* Hierosolimis *ϱ3;* Ierosolimis *R2.* f) relecti *R1.* g) hoc *om. R1.* h) debuisse *R1.* i) *ita R2. ϱ*. ϱ3;* inmutari *R1. ϱ1.* k) *ita R2. ϱ1;* potuisset (*om.* sed) *R1;* potuit *ϱ*. ϱ3.* l) quia facitis *om. ϱ3.* m) pronixius *ϱ3.* n) presenti *R1.* o) quiescere *ϱ.* p) clausarum, *suprascr.* vel causarum *ϱ3.* q) tumultis *R1.*

Mense *cet. om. ϱ*1.4* — mār *abbr. R1. ϱ1. ϱ*2.3,* mart. *ϱ3. R*1.*

*XIII, 29 titulum om. ϱ*1.4* — Anthemio *R1. ϱ3. R*1;* Authemo *R2. ϱ1;* Autemio *ϱ*2.3* — sub̄ *abbr. ϱ1,* subd. *R2. ϱ*2.3,* subdiāc *R1* — *R1 add. rubro:* de ep̄o cum uno aut cum duobus descente [ad ma]re. a) Paschasium *ϱ.* b) et *R1.* c) episcopatus *R1. ϱ*1.* d) arga *om.* se *ϱ*1.* e) aliqua *R1.* f) *verba* et *usque* suscipere *om. ϱ*2.3.* g) diem (*pro* dici est) *R1* — dici quod est *ϱ*1.*

1) Nescio an alius sit Probus, de quo agitur in ep. IX, 44 n. 1. 2) De hac voce cf. ep. VI, 58 n. 5. 3) Tempore, quo haec ep. scripta est, bellum gestum indutiasque interruptas esse elucet ex ep. XI, 31 (n. 1). XIII, 36. Cf. ep. XIII, 25 (n. 1).

XIII, 29. De Anthemio cf. ep. I, 23 n. 1) De Pascasio cf. ep. X, 18 n. 3. XI, 19 n. — Adde ep. XIII, 31.

suadentium nulla patiatur ratione suscipere[f], ut quod per se nequit attendere ab alio saltem possit addiscere, sed rebus quae ad pastoris curam pertinent praetermissis ad fabricandum[h] navim[i] toto se studio inutiliter[k] occupare. Unde, sicut fertur, contigit quadringentos aut amplius illum iam[l] solidos perdidisse. Hoc quoque eius culpis adiungitur[m], quod ita cotidie despectus cum uno[n] aut duobus clericis dicitur ad mare descendere[o], ut et apud suos[p] in fabula sit et[q] extraneis sic[r] vilis ac despicabilis[s] videatur, ut nihil in se habere episcopalis genii vel reverentiae iudicetur. Quod si ita est, non sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obiurgare atque coercere, ut dignum est, distulisti. Quia ergo hoc totum non solum ipsum reprobat, sed etiam ad[t] sacerdotalis officii pertinere probatur opprobrium, volumus, ut eum coram aliis sacerdotibus vel quibusdam de filiis suis nobilibus contestari debeas ac hortari, ut vitio[u] torporis[v] excusso deses[w] esse non debeat, sed in ecclesiae suae ac monasteriorum cura sit vigilans, paternam filiis suis caritatem exhibeat, in defensionem pauperum cum[x] discretione in quibus iustitia suaserit sit erectus, consilia sapientium libenter suscipiat, quatenus et civitas illa eius queat sollicitudine consolari[y] et ipse desidiae suae culpas[z] valeat operire. Si vero, quod non credimus, post hanc adhortationem[a] nostram solito adhuc more[b] neglegens esse temptaverit, ad nos est modis omnibus transmittendus, ut hic positus discere possit, quid[c] vel qualiter secundum Dei timorem[d] agere conveniat sacerdotem.

XIII, 30.

Gregorius I. papa Marinianum, episcopum Ravennatem, cum eruptionem sanguinis patienti ieiunia medici omnino dicant esse contraria, hortatur, ne ieiunandi sibi laborem imponat. *603, Mart.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 256; ϱ: cap. 255.
Edd. M: Lib. XI. ep. 40; G: Lib. XI. ep. 34. — Iaffé Reg. 1895 (1512).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNATI.

Multa nos, fratrum carissime, cogit infirmitas, ex quibus, si sani essemus, iure reprehensibiles[a] videremur. Sed quia aliter subsistere in hoc fragili corpore positi non valemus, nisi eius languoribus serviamus, erubescere quod imponit necessitas non debemus. Et ideo quoniam eruptionem[b] sanguinis patientibus ieiunia medici omnino dicunt esse contraria, his fraternitatem tuam hortamur[c] affatibus, ut reducens ad animum ea quae de aegritudine ipsa est solita sustinere ieiunandi sibi laborem minime imponat[1]. Si autem[d] Deo miserante adeo melioratam[e] se esse ac virtutem suam[f] sufficere[g] posse cognoscit[h], semel aut bis in ebdomada[i] ieiunare permittimus. Sed illud te prae

h) fabricandam *R 2;* frabricandum *ϱ*2.3.* i) *ita R 2. ϱ. ϱ*1.2, sed in* navigium *(ita ϱ*3) corr. ϱ*2;* naves *R 1.* k) utiliter *ϱ3.* l) iam illum *R.* m) adiungunt *R 1.* n) communi *R 1.* o) discendere *ϱ*1.* p) vos *ϱ*.* q) et *om. ϱ*1.* r) sit *ϱ.* s) despectibilis *R 1.* t) a *ϱ*1.* u) ut tio *ϱ*1.* v) corporis *ϱ*.* w) desidis *ϱ*. ϱ1, sed corr. in* desis *ϱ*2.* x) cum *om. R 1.* y) sollicitudinem consolare *ϱ*1* — consolaris *ϱ1.* z) culpa *ϱ*1.* a) orationem *R 1.* b) adhuc more solito *ϱ3.* c) quod *R 1.* d) morem *R 1. ϱ*1.*

*XIII, 30 titulum om. ϱ*1.4* — Ravenati *ϱ1;* Ravennae, *ut videtur, ϱ3.* a) inreprehensibiles (*om.* iure) *R 1.* b) ruptionem *ϱ1;* ruptiones *R 1;* corruptionem *Vat. D. E (ed. M.).* c) oramus *Vat. E (ed. M.).* d) iāū (*pro* si autem) *R 1.* e) meliorata *R 1. ϱ1. ϱ*.* f) tuam *ϱ*.* g) non *add. R 1.* h) cognoscat *R 1.* i) *ita R 2. ϱ*2.3. ϱ3;* ebdomata *ϱ1* (t *in ras.);* ebdomade *R 1. ϱ*1.*

XIII, 30. De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. *1) De eadem re scribit noster in ep. XI, 21.*

omnibus studere convenit, ut exasperationem sentire nullo modo debeas, ne aegritudo[k], quae modo levior[1] et quasi suspensa creditur, per exacerbationem postmodum gravius sentiatur.

XIII, 31.

Gregorius I. papa Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, Campaniae episcopos convocet horteturque, ne deesse officiis pergant. Qui admonitionem neglexerint, eos ad se mitti iubet. 603, *Mart.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 257; ϱ: cap. 256.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 27; G: Lib. XI. ep. 35. — Iaffé Reg. 1896 (1511).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Quotiens illa de fratribus coepiscopisque nostris audimus quae et[a] illos reprehensibiles ostendere et nobis tristitiam valeant generare, de eorum nos emendatione non mediocriter cogit necessitas cogitare. Quia ergo nuntiatum nobis est Campaniae episcopos[1] ita neglegentes existere[b], ut inmemores honoris sui genio[c] neque erga[d] ecclesias neque erga filios suos paternae vigilantiae curam exhibeant vel monasteriorum sollicitudinem gerant seu in oppressorum se[e] pauperum tuitionem impendant, ideoque[f] hac tibi auctoritate praecipimus, ut eis ad[g] te convocatis ex nostro illos mandato districte commoneas, quatenus desides ulterius esse non debeant, sed sacerdotalem se habere zelum et sollicitudinem opere doceant atque ita in his quae eos iuste secundum Deum agere convenit vigilantes existant, ut nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem[h] vero eorum posthac[i] neglegentem esse[k] cognoveris[l], ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte, ut, quam sit grave nolle[m] ab his quae reprehensibilia et valde vituperanda sunt corrigi, regulari in se valeat districtione sentire.

XIII, 32.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Syracusanum, monet, ut Cosmam, ecclesiae Syracusanae in possessione Iuliana presbyterum, qui a Maximiano episcopo ex monacho monasterii S. Luciae subdiaconus factus erat, in ecclesia, in qua subdiaconi officio sit functus, presbyterum cardinalem constituat. 603, *Mart.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 258; ϱ: cap. 257.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 28; G: Lib. XI. ep. 36. — Iaffé Reg. 1897 (1513).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Quorundam ad nos relatione[a] pervenit Cosmam, qui ex monacho monasterii sanctae Luciae[1] a decessore vestro venerandae memoriae Maximiano[2] in ecclesia Syracusana[b]

k) egritudine *R1.ϱ*, sed corr. ϱ*2.* l) est *add. R2.ϱ*2.3.ϱ3.*

*XIII, 31 titulum om. ϱ*1.4* — Anthemo *R2;* Antemio *ϱ1* — subdiac. *abbr. R1,* subd. *R2.ϱ1.* a) de *add. R1.* b) existerent *R1.* c) *ex* genii *corr.* geniu *R2.* d) erga *om. ϱ*1.* e) et *add. ϱ3.* f) *in* ideo *corr. ϱ*2;* ideo *ϱ3.ϱ*3.* g) a, *ut videtur, R2.ϱ1.* h) quidem *R1.* i) *ita R2.ϱ*;* post hanc *R1.ϱ1;* post haec *ϱ3.* k) eos *R1.ϱ1.* l) recognoveris *R1.* m) nulla *R1.*

*XIII, 32 titulum om. ϱ*1.4* — Siracusano *R1;* Siragisano *ϱ*2.3.* a) et *add. ϱ*1.* b) Sirac. *R1.ϱ3.*

XIII, 31. De Anthemio cf. ep. I, 23 n. 1) Eadem fere, quae hic generaliter de episcopis Campaniae, in ep. XIII, 29 de Pascasio Neapolitano scribit.

XIII, 32. De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. 1) De monasterio S. Luciae cf. ep. VII, 36 n. 2. 2) Cf. ep. V, 20 n. 1.

factus subdiaconus atque a vobis postea in possessione quae Iuliana[c] vocatur presbyter dicitur[d] ordinatus, ita nimia tristitia et[e] loci qualitate vehementer afflictum, ut vitam sibi poenam existimet et contritionis suae fugam[f] quaerat[g] auxilium. Et ideo quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis[h], si[i] subiecti fuissemus, nostros[k] volueramus esse praepositos, magnae benignitatis[l] est, si eum in ecclesia ubi subdiaconi est functus[m] officio sanctitas[n] vestra[o] reducere atque illic presbyterum voluerit constituere cardinalem[3]. Quod et facere, quantum arbitramur, debetis[p], si tamen nihil est, quod iuste contra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis fraternitas vestra, ut scire possimus, insinuet.

MENSE APRILI INDICTIONE VI.
MENSE MAIO INDICTIONE VI.

XIII, 33.

Gregorius I. papa Deusdedit, episcopo Mediolanensi, significat, inter eum et Theodorum episcopum a se Venantium, episcopum (Lunensem), cognitorem esse constitutum; ad quem Theodorum episcopum una cum defensore suo mitti iubet. *603, Mai.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 259; ϱ: cap. 258.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 30; G: Lib. XI. ep. 37. — Iaffé Reg. 1898 (1514).

GREGORIUS DEUSDEDIT EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Frater et coepiscopus noster Theodorus[1] multa queritur se[a] contra iustitiam atque promissionem[b] tuae[c] sanctitatis perpeti; quae[d] nos[e] facile non duximus credenda[f]. Sed quia haec relinquere[g] sine inquisitione non possumus, fratri et coepiscopo nostro Venantio[2] eius causam deputavimus ventilandam, ut suptiliter ipse cognoscat nobisque renuntiet[h]. Tua itaque fraternitas eundem episcopum cum defensore ecclesiae suae sub festinatione ad praedictum fratrem dirigat, ut nos eiusdem[i] negotii cognita veritate suis ipse epistolis certiores reddat.

XIII, 34.

Gregorius I. papa Phocae Augusto, quem pacem diligere et iustitiam sequi confidit, susceptum imperium gratulatur. *603, Mai.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 260; ϱ: cap. 259.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 31; G: Lib. XI. ep. 38. — Iaffé Reg. 1899 (1516).

c) Iuliano *ϱ*1.* d) diac̄ (*pro* dicitur) *R1.* e) ex *ϱ*1.* f) fuge *ϱ1.* g) uxilium *R2.* h) nos *ϱ1.* i) si *om. R1.* k) nr̄o *R1.* l) beatitudinis *R1.* m) subdiac̄ est factus *R1.* n) scitatis *R2.* o) vr̄as *ϱ1.* p) debitis *R2;* debebitis *ϱ1.*

Mense *cet. om. ϱ*1.4 — Inter* ind. VI. *et* m̄ mai *numerum seq. ep.* (CCLIX) *ponit R1* — mad *ϱ1.*

*XIII, 33 titulum om. ϱ*1.4* — epis mediolani *R2.* a) se *om. R1.* b) promissiones *R1;* permissione *ϱ*1;* permissionem *ϱ3.* c) est *add. R1.* d) queque *ϱ. ϱ*1.* e) nos *om. ϱ3.* f) credendum *codd. n.* g) linquere *ϱ3.* h) et *add. R1.* i) idem *ϱ3.*

3) *De voce* cardinalis *cf. ep. I, 77 n. 3 et Diurni f. 8.*

XIII, 33. De Deusdedit cf. ep. XI, 6 n. 2. 1) *Cf. de Theodoro ep. IX, 223 n. 3.* 2) *De Venantio, ep. Lunensi, agi videtur, de quo cf. ep. IV, 21 n., non de Perusino eiusdem nominis, cui ep. XIV, 15 missa est.*

XIII, 34. Nota Phocam imperatorem indictione VI iam die 23. m. Novembr. coronatum esse; Gregorium autem mense Maio demum gratulari. Ex quo colligi potest, quantum tempus nuntii Constan-

GREGORIUS PHOCAE AUGUSTO.

'Gloria in excelsis Deo'[1], qui iuxta quod scriptum est 'mutat[a] tempora et trans- Dan. 2, 21. fert regna' et qui[b] hoc cunctis innotuit quod per prophetam suum loqui dignatus est dicens: 'Quia dominatur[c] excelsus in regno hominum et cui voluerit ipse dat illud'. Dan. 4, 14. In omnipotentis quippe[d] Dei incomprehensibili dispensatione alterna vitae mortalis moderamina[e], et aliquando, cum multorum peccata ferienda sunt, unus erigitur, per cuius duritiam tribulationis iugo[f] subiectorum colla deprimantur, quod[g h] in nostra diutius afflictione probavimus[g]. Aliquando vero cum misericors Deus maerentia[i] multorum corda sua[k] decernit consolatione refovere, unum ad regiminis culmen provehit et per eius misericordiae viscera in cunctorum mentibus exultationis suae gratiam infundit. De qua exultationis abundantia roborari[l] nos citius credimus, qui benignitatem vestrae pietatis ad imperiale fastigium pervenisse gaudemus. 'Laetentur caeli et exultet Psal. 95, 11. terra' et de benignis vestris actibus universae reipublicae populus nunc usque vehementer[m] afflictus hilarescat. Comprimantur iugo[n] vestrae dominationis superbae mentes hostium. Releventur vestra misericordia[o] contriti ac depressi animi subiectorum. Virtus caelestis gratiae[p] inimicis vos terribiles faciat, pietas subditis benignos. Quiescat felicissimis temporibus vestris[q] universa republica[r] prolata sub causarum imagine praeda pacis. Cessent testamentorum insidiae, donationum gratiae[s] violenter exactae[t]. Redeat[u] cunctis in rebus propriis secura possessio, ut sine timore habere se gaudeant, quae non sunt ab[v] eis fraudibus adquisita[w]. Reformetur iam singulis sub iugo pii imperii libertas sua. Hoc namque inter reges gentium et reipublicae imperatores distat, quod reges gentium domini servorum sunt, imperatores vero reipublicae domini liberorum[2]. Sed melius haec orando quam suggerendo dicimus. Omnipotens[x] Deus in cuncta cogitatione et opere cor vestrae pietatis suae gratiae manu teneat et, quaeque iuste, quaeque clementer agenda sunt, inhabitator vestri pectoris sanctus spiritus[y] benigne disponat, ut ex[z] temporali regno vestra clementia post multorum annorum[a] curricula ad caelestia regna pertingat[b].

---

*XIII, 34 titulum om. ϱ*1.4* — Foce *R1;* Phocae *ϱ1;* Focae *cet. codd. n.* a) *ita R.ϱ1;* inmutat *ϱ*.ϱ3.* b) *ita R1.ϱ3 et ex* quid *corr. ϱ1;* quia *R2.ϱ*.* c) *ex* domitur *corr. ϱ1.* d) quippe *om. R1.* e) consistunt *m. 2 add. ϱ1.* f) iuno *ϱ*1.* g) *verba* quod *usque* probavimus *om. R1.* h) nos *hic add. ϱ3.* i) merita *ϱ*.* k) suorum *R1.* l) irrorari *R2;* inroborari *ϱ1.* m) vehementer *om. R1.* n) iugo *om. R1.* o) $\overline{\text{vre}}$ $\overline{\text{mię}}$ *R1.* p) glę *R1.* q) in *add. ϱ.* r) respublica *ϱ3.ϱ*2, sed corr. ϱ*2.* s) $\overline{\text{gra}}$ *R1.* t) excecate *R1;* exactet *ϱ*1.* u) regnet *R1.* v) *ita R;* ab *om. ϱ.ϱ*.* w) inquisita *R1.* x) omnipot. *om. R1.* y) inhab. $\overline{\text{scs}}$ $\overline{\text{sps}}$ pect. $\overline{\text{vri}}$ *R1* — inh. $\overline{\text{vri}}$ pect. $\overline{\text{sps}}$ $\overline{\text{scs}}$ *R2.ϱ3.* z) *ita R2.ϱ1, sed* ex *in ras. ϱ1:* et, *suprascr.* vel ex *ϱ3;* et ut *R1;* ut et *ϱ*.* a) annorum *om. R1.* b) perducat *ϱ*2.3.*

tinopoli Romam hiemali tempore pergentes in itinere morari soliti sint. Nota nostrum, certe cum m. Martio Rusticianae ep. XIII, 26 scriberet, quae Constantinopoli accidissent, ignorasse. — De Phoca imperatore cf. Reg. XIII, 1. Cui contrariam praedecessori gubernandi rationem sequenti, pacem vel indutias cum Langobardis pacturo, alium exarchum missuro (cf. ep. XIII, 36), partes Romani pontificis contra schismaticos et contra oecumenicum *patriarcham (cf. ep. XIII, 43 n. 1) sustenturo, Gregorius in omnibus fere consentiebat, cum Mauricio adversatus esset. Cf. etiam ep. XIII, 41. De his epistulis agunt Lau l. l. p. 233 s. Gregorovius l. l. II⁴ p. 66 s.* 1) *Eodem initio noster in ep. V, 42. XI, 36 utitur.* 2) *Eadem scribit noster in ep. XI, 4 (n. 4).*

MENSE IUNIO INDICTIONE VI.

XIII, 35.

Gregorius I. papa Eusebiam patriciam hortatur, ut a regiae civitatis tumultibus animum avertat; optat, ut cum nobilissimo coniuge tranquille vivat et de domni Strategii salute gaudeat. *603, Iun.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 261; ϱ: cap. 260.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 32; G: Lib. XI. ep. 39. — Iaffé Reg. 1900 (1517).

GREGORIUS EUSEBIAE PATRICIAE.

Etsi occupata[a] mens vestra divitiis[b] aut fortasse regiae civitatis tumultuosis[c] implicationibus[1] nos per epistolas suas visitare postponit[d], nostrum tamen est etiam aversa[e] filiorum corda dulci caritate prosequi[f] eaque[g] ad benignum animum et ammonendo et orando revocare. Unde nunc debitum salutationis alloquium solvens[h] hortor, ut vestra excellentia a civitatis illius superfluis tumultibus animum avertat plusque ea quae animae quam quae sunt corporis cogitet[i]. Transitoria esse omnia perpendat. Venturi iudicis examen tremendum cum metu et lacrimis cotidie sine cessatione consideret illumque diem[k], in quo perturbanda sunt omnia, cum timore ad animum reducat, ut iram iudicis in ipso iam die non timeat. Omnipotens autem Deus haec vestris[l] cogitationibus adspiratione sui spiritus infundat vosque et hic cum nobilissimo[m] coniuge tranquille vivere et de domni Strategii[2] salute gaudere faciat atque post longa tempora ad aeterna praemia pervenire concedat.

XIII, 36.

Gregorius I. papa Smaragdum, patricium et exarchum, hortatur, ut Firminum, episcopum Tergestinum, ad ecclesiae unitatem reversum, ab iniuriis Severi, episcopi Gradensis, principis schismatis Istrianorum defendat. Addit de triginta dierum pace cum Cillane facta et de Pisanorum dromonibus paratis et egressis. *603, Iun.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 262; ϱ: cap. 261.
Edd. M: Lib. XIII. cap. 33; G: Lib. XI. ep. 40. — Iaffé Reg. 1901 (1518).

Mense *cet. om.* ϱ*1.4 — VI *om.* ϱ*2.3.

XIII, 35 titulum om. ϱ*1.4 — Eusaebiae *R2.* a) occupatas ϱ*1. b) divini ϱ*2.3; divinis actionibus *Vat. D (ed. M.).* c) *nota quaedam, quam hic in marg. add.* ϱ*1, *post recisa est.* d) nos ponit *R1.* e) adversa *R1.*ϱ*1.* f) persequi ϱ*1. g) eamque ϱ*1.* h) solveris *R2.* i) et *add. R1.* k) dei est (*pro* diem) *R1.*ϱ*1. l) vestri *R1.* m) novissimo *R1.*

XIII, 35. De Eusebia, filia Rusticianae patriciae, cf. ep. II, 27 n. 4. 1) *Cf. ep. praeced. et nota Rusticianam eiusque familiam cum imperatore Mauricio intime coniunctam fuisse. Cf. ep. II, 27 n.* 2) *De hoc cf. ep. VIII, 22 n. 7.*

XIII, 36. Paul. diac. IV, 25 narrat: repulso apud Ravennam Gallicino rediit Smaracdus, qui prius fuerat Ravennae patricius; *ultima Callinici nominis mentio fit in ep. IX, 176; sed cf. ep. XII, 6 n. 10. Adde Agnell. c. 98 (inscr.) C. I. L. VI, 1200 (a. 608 m. Aug.) VIII, 10529; Diehl, l. l. p. 172 s. et librum meum Untersuchungen etc. p. 12 s. 115.*

GREGORIUS SMARAGDO PATRICIO ET EXARCHO.

Olim novimus, excellentissime fili, quo[a] desiderio quave concursione[b] animi pro adunanda Dei ecclesia in Histriae[c] videlicet partibus zelo redemptoris nostri, amore mercedis[d] studii vestri fervor[e] extiterit[1]. Quod cum ita sit, ea quae nobis de illis nuper sunt partibus nuntiata ad vestram non destitimus perferre[f] notitiam. Firminus[g] siquidem frater et coepiscopus noster Tregestinae antistes[h] ecclesiae ante adventum vestrae excellentiae salubri consilio ab scismate quo[i] inhaeserat[k] resipiscens atque ad unitatem matris ecclesiae rediens[l] nostris est epistolis confirmatus[2], quatenus in verae quod agnoverat[m] sinum matris ecclesiae[l] fortitudine animi fixus ac stabilis permaneret. Quo audito Severus Gradensis episcopus[3] eiusdem caput scismatis cum diversis primum coepit, si posset[n], suasionibus a bono[o] revocare proposito[p]. Quod dum perficere auctore Deo minime[q] valuisset, seditionem illi suorum civium excitare non timuit. Quanta vero praedictus frater et coepiscopus noster Firminus[r] ex eadem inmissione pertulerit, plenius illic ac veracius e vicino poteritis agnoscere. Directis itaque excellentiae vestrae iussionibus his qui in Histriae partibus locum vestrum[s] agere[4] Deo auctore noscuntur districtius iubetote, quatenus et saepe dictum fratrem nostrum ab inlatis debeant defensare molestiis et quietem illius multis ad imitandum profuturam modis omnibus procurare, ut haec vestra provisio et conversorum sit optata securitas et occasio apta[t] sequentium. Excellentiam quapropter vestram paterno salutantes affectu petimus, ut zeli[u] vestri in hac causa olim exhibiti[v] nunc vehementius fervor incandeat tantoque vos contra se hostes[w] Dei vindices defensoresque repperiant[x], quanto[y] apud Deum[z] pretiosior est animae[a] quam defensio[b] corporalis. Armet vos contra devios[c] ipsa quae in vobis viget fidei[d] rectitudo, redintegretur[e] vestris temporibus[f] quod in illis est partibus scissum corpus ecclesiae. Habetis in hac causa retributorem vestri operis, rectitudinis ac integritatis auctorem. De divina namque miseratione confidimus, quod tanto exteriores hostes nostri valentiores vos contra se repperient[g], quanto vos inimici rectae fidei divino in se senserint[h] amore terribiles.

Praeterea duas[i] ad Cillanem[k][5] epistolas[l] misimus, si pacem quae ab excellentia vestra in triginta diebus facta est custodiret[m]; et rescripsit eam se servaturum, si tamen ipsi[n] a reipublicae partibus fuerit custodita. Homines autem illos quos tenuerat omnes cum rebus suis relaxavit: sed de[o] occisis hominibus suis valde dolebat[p] atque

*XIII, 36 titulum om. ϱ*1.4* — Samaragdo *ϱ*2.3* — patricio *om. et lac. 6 litt. exhibet R1;* pater *ϱ*2.3;* patricio et, *ut videtur, R2;* et *om. cet. codd. n.* a) quod *R1;* qua *ϱ*1.* b) *ita R;* conversione *ϱ*.ϱ1:* conversatione *ϱ3.* c) Ystrię *R1.* d) mercedi *R1.* e) fertior *ϱ*1.* f) proferre *R1.* g) Firannus *R1.* h) antestis *ex* antestitis *(ita ϱ*3) corr. ϱ*2.* i) quod *R1;* cui *ϱ3.* k) in heres erat *R1.* l) *verba* rediens *usque* ecclesiae *om. ϱ1.* m) ignoraverat *ϱ3.* n) possit *ϱ*.ϱ1.* o) bonos *R1;* bono se *ϱ*1.* p) preposito *R1.* q) minine *ϱ1.* r) Firmanus *R1.* s) nrm *R1.* t) aperta *ϱ1.* u) zelum *R1;* zelus *ϱ.ϱ*.* v) exibita *ϱ1;* exhibitus *ϱ3.* w) os hostestes *R1.* x) depereant *ϱ3.* y) quantum *ϱ1.* z) eum *ϱ3.* a) anima *ϱ1.* b) defensior *ϱ*1.* c) ac metu os contra devios in *R1.* d) fides *R1.* e) sed redintegretur *R1;* sed integretur *ϱ1.ϱ*1.* f) temporis *R1.* g) reperiant *ϱ3.* h) inserit (*om.* se) *R1;* insenserint (*om.* se) *ϱ*1;* se senserit *ϱ1.* i) ad vas (*pro* duas) *R1.ϱ1.* k) *ita ϱ*;* ad Ancillanem *ϱ3;* accila *et ras.* (*om.* ad) *R2;* accillanem (*om.* ad) *ϱ1;* accinalem (*om.* ad) *R1.* l) epistolam *R.* m) custodire *R1.* n) ipsa *ϱ3.* o) de *om. ϱ.ϱ*.* p) *ita R;* doleat *ϱ1;* dolet *ϱ*.ϱ3.*

1) Tempore, quo primum exarchus erat, Smaragdus contra schismaticos pugnaverat: cf. Paul. diac. III, 18. 26 et ep. I-K. 1054, quam in appendice proferemus, et ep. Childeberti ad Laurentium missam a. 588 (Troya, Cod. dipl., nº. 11; cf. librum meum Untersuchungen etc. p. 111). *2) Cf. ep. XII, 13. Etiam ex hoc loco efficitur Smaragdum non ante 602, Mart., in Italiam venisse.* *3) De Severo eiusque schismate cf. ep. I, 16 ss.* *4) De ducibus et tribunis agi videtur.* *5) Dux quidam Langobardus fuisse videtur.*

nobis vehementer suspectus est, quia, si, quod[q] Deus avertat, locum invenerit, etiam in pace eum non est dubium excessurum[r].

Ad Pisanos[s] autem hominem nostrum dudum, qualem debuimus et quo modo debuimus, transmisimus: sed optinere nil[t] potuit[u]. Unde et drumones[v] eorum iam parati ad egrediendum nuntiati[w] sunt[6].

XIII, 37.

Gregorius I. papa Pantaleonem notarium, cui discussionem in patrimonio partis Syracusanae commiserit, laudat, zelo eius per Salerium notarium suum comperto, quod modium sextariorum viginti quinque, quo conductores in frumento a colonis exigendo usi essent, confregerit. Praecipit, ut una cum Iohanne, episcopo Syracusano, et Hadriano chartulario et, si necesse fuerit, cum Iuliano pecuniam fraude illa partam egentibus colonis dividat. Ad quam rem per unumquamque massam colonos pauperes et indigentes describat. *603, Iun.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 263; ϱ: cap. 262.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 34; G: Lib. XI. ep. 41. — Iaffé Reg. 1902 (1519).

GREGORIUS PANTALEONI NOTARIO.

Experientia tua, quod vel quale apud sacratissimum corpus beati Petri apostoli iusiurandum praebuerit, memor est[a 1]; unde nos quoque securi[b] discussionis[c] causam in patrimonia[d] partis Syracusanae commisimus. Oportet ergo te fidem tuam et eiusdem[e] beati Petri apostoli timorem semper ante oculos habere atque ita agere, ut neque ab hominibus in[f] praesenti vita neque ab omnipotenti Deo in extremo iudicio valeas reprehendi. Salerio siquidem cartulario nostro[2] narrante cognovimus, quia modium ad quem[g] coloni[h] ecclesiae frumenta dare compellebantur[i] viginti et quinque sextariorum[3] inveneris. Quod omni modo[k] execrati sumus[l] atque eandem[m] discussionis[n] causam tarde te[o] fecisse doluimus. Quia vero eundem modium te[p] fregisse et iustum[q] fecisse commemoras[r], gavisi sumus. Sed quia praedictus cartularius summam quoque nobis indicare studuit, quae de fraudibus conductorum apud experientiam tuam iam de duobus

q) sicut *R 1;* si ut *ϱ 1.* r) excessorum *R 1.* s) a Pissanos *ϱ*1.* t) nihil *ϱ*1.* u) potui *ϱ*1. ϱ 3.* v) *ita R 1. ϱ;* drumones *ϱ*2. 3;* drommones *ϱ*1.* w) nuntia *ϱ 1.*

*XIII, 37 titulum om. ϱ*1. 4.* a) memores *R 1. ϱ 1;* memor es *ϱ*. ϱ 3.* b) securili *ϱ 3.* c) discutionis *ϱ*1.* d) *ita ϱ. ϱ*;* patrimonio *R 1* — patris (*pro* partis) *ϱ*1.* e) tuam et eiusdem *om. ϱ 3.* f) in *om. R 1.* g) *ita R;* ad quod *ϱ*. ϱ 3;* cum quo *ϱ 1.* h) coloniae *ϱ*2. 3.* i) compellabantur *R 2. ϱ 1.* k) omni modi *ϱ 1.* l) execratissimus *R 1.* m) eandem *R 2;* eundem *cet.* n) discutionis *ϱ*1.* o) ardens *R 1. ϱ 1. ϱ*;* tarde te *R 2;* te tarde *ϱ 3.* p) te *om. R.* q) iustam *ϱ*1.* r) commemorans *ϱ*1. 2, sed corr. ϱ*2.*

6) Ex hoc loco intellegimus, quam pauca nobis de huius temporis rebus gestis tradita sint. Non constat, sed verisimile est Pisanos ad rempublicam pertinuisse (cf. Troya, Cod. dipl. I p. 546 s.). Portus Pisanus etiam commemoratur in contin. Pauli diac. Romana c. 7 (Scr. rer. Lang. p. 201). Qui coniecturas sectatur, contendet Pisanos contra Smaragdum pro Callinico pugnaturos dromones parasse.

XIII, 37. De Pantaleone cf. ep. VIII, 26 n. 1. De munere Pantaleonis notandum est eum non rectorem fuisse — Adrianus tunc temporis rector patrimonii Syracusani erat — sed ordinatorem; *quae ei iniunguntur concordant cum f. Diurni 51, non cum f. 52. Sed rectorem eum appellat Iohann. diac. in vita Greg. II, 53; cf. Grisar l. l. p. 334. 1) Cf. de hoc iuramento Grisar l. l. p. 528 et ep. VII, 18 n. 1. 2) De Salerio cf. ep. IX, 21 n. 1. 3) Cf. ep. I, 42 p. 62 n. 4 atque Mommsen in Ztschr. f. Soc.- u. Wirthschaftsgesch. 1 p. 57 s.*

territoriis[4] est collecta, sicut te studiose fecisse fracto iniusto modio gaudemus. quia[s] in futuro[t] nobis .....[u], ita etiam de peccatis praeteritis cogitamus, ne, si ea quae fraudulenter conductores a rusticis abstulerunt ad nos[v] perveniunt[w], peccata quae ab ipsis perpetrata sunt ad nos trahantur[x] [5]. Et ideo volumus cum omni fide[y], omni puritate considerato timore omnipotentis Domini reducta ad memoriam districtione beati Petri apostoli per unamquamque massam[z] colonos[a] pauperes et indigentes experientiam tuam describere atque ex[b] eis pecuniis quae in fraudibus sunt inventae vaccas[c], oves porcosque comparare et singulis colonis pauperioribus[d] ea distribuere. Quod facere te cum consilio viri reverentissimi domni Iohannis[e] episcopi[6] atque Adriani[f] cartularii et rectoris[7] volumus. Si autem necesse propter consilium fuerit, etiam filius meus domnus Iulianus[8] debet adhiberi, ita ut nullus alius agnoscat[g], sed omnino secretum sit. Vos igitur qua ad vos[h] pertractate, utrum in auro an certe in peculiis[i] eisdem colonis[k] pauperibus dari eadem[k] continentia debeat. Quicquid vero communiter steterit, prius descriptionem[l], sicut praedixi[m], facito et postmodum singulis iuxta qualitatem suae[n] paupertatis distribuere stude. Ego enim, sicut magister gentium testatur, 'habeo omnia et abundo'; nec[o] pecunias, sed mercedem quaero. Ita ergo age, ut in Phil. 4, 18.
die iudicii de eadem[p] causa mercedis, quae experientiae tuae commissa est, mihi fructum quem feceris ostendas. Quod si pure et fideliter ac strenue egeris, et hic illud[q] in filiis tuis recipis et postmodum retributionem plenariam in aeterni iudicis examine habebis.

XIII, 38.

Gregorius I. papa Gattulum, Romanum et Uuintarit hortatur, ut Optato defensori in disciplina sacerdotum territorii Nursini, cum extraneis mulieribus habitantium, emendanda opem ferant. Addit se Optato mandasse, ut ad Chrysantum, episcopum (Spoletanum), causam trahat, si adhortationem eius neglexerint. *603, Iun.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 264; ϱ: cap. 263.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 35; G: Lib. XI. ep. 42. — Iaffé Reg. 1903 (1520).

GREGORIUS GATTULO, ROMANO ET VVINTARIT.

Pervenit ad nos, quod qui in sacro sunt ordine constituti in territorio Nursino[a] cum mulieribus extraneis habitent. Quod quia grave et valde est indecens, Optato

s) si *add. R2.* t) *ex* futura *corr. R2.* u) *hic unum verbum deesse videtur, fortasse* cogitatis — *Mommsen coni.* providisti *pro* nobis, *edd. add.* prospicimus. v) nos *om. R1.* w) perveniant *R2.ϱ3.* x) trahatur *R1.* y) cum *add. R1.* z) missam *ϱ1.* a) colones *R1.* b) ex *om. ϱ*.* c) vaccis *ϱ1.* d) pauperibus *ϱ*.ϱ3.* e) Iohi *R1.* f) Hadr. *ϱ*1.* g) cognoscat *ϱ1.* h) qua ad vos *ϱ*2.3;* qua ad nos *R1;* qui ad vos *ϱ*1;* ad vos (*om.* qua) *ϱ;* apud vos (*om.* qua) *R2.* i) pecuniis *ϱ*2.3.* k) *verba* colonis *usque* eadem *om. R2.* l) discriptione *ϱ1.ϱ*1;* descriptione *R1.* m) dixi *ϱ3.* n) suā *ϱ1.* o) non *R1.* p) eadem *om. ϱ3.* q) sed illud (*om.* et hic) *R1.*

*XIII, 38 titulum om. ϱ*1.4* — Gattulo *R;* Catulo *ϱ.R*1;* Gatulo *ϱ*2.3* — Vvintarit *R2;* Muntarit *R1;* Vvitariē *ϱ1;* Vintareto *ϱ3;* Vvintaret *ϱ*2.3.* a) Mursino *ϱ*1.*

4) De quibus territoriis agatur, ignoro; cf. enumerationem territoriorum, quae ad partes Syracusanas pertinebant, in ep. IX, 29. *5) Cf. Diurni f. 51.* *6) De Iohanne Syracusano cf. ep. VI, 18 n.* *7) De Adriano, rectore patrimonii Syracusani, cf. ep. IX, 110 n. XIII, 22 (n. 2).* *8) De Iuliano cf. ep. XIII, 23 n.*

XIII, 38 una certe cum seq. ep. transmissa, quam cf. — De viris magnificis, ad quos haec ep. data est, nihil scimus.

defensori[1] praecipimus, ut eos debeat adhortari, quatenus, si[b] ita est, nullus eorum cum extraneis mulieribus[c] de cetero audeat habitare. Qui[d] si forte adhortationem eius neglexerint[e], hoc quoque ei[f] iniunximus, ut ad notitiam fratris et coepiscopi nostri Chrysanti[g][2] illud perducere debeat, dum modo aut per se illud[h] corrigat[i] aut cum eius auctoritate praedictus defensor[k] studeat emendare. Et ideo magnitudo vestra in hoc capitulo, sicut eam decet, concurrat atque eundem defensorem[l] habeat in omnibus commendatum, ut vobis solaciantibus et quae ei iniuncta[m] sunt salubriter expleat et in aliis contra rationem laborare non valeat[n].

XIII, 39.

Gregorius I. papa Chrysantum, episcopum Spoletanum, monet, subveniat Optato defensori, si sacerdotes territorii Nursini admoniti cum mulieribus extraneis habitare pergant. *603, Iun.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 265; ϱ: cap. 264.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 36; G: Lib. XI. ep. 43. — Iaffé Reg. 1904 (1521).

GREGORIUS CHRYSANTO EPISCOPO SPOLITINO.

Ex quorundam relatione cognovimus sacerdotes territorii Nursini cum extraneis mulieribus commanere. Pro qua re valde nos fraternitas tua contristatos agnoscat, quae dudum talia, si tamen cognovit, minime passa est coercere. Sed quoniam[a] Optato praecipimus[b] defensori, ut haec debeat modis omnibus emendare, si quisquam ex eis in tali capitulo contumax voluerit apparere, ad fraternitatis tuae eum debeat evocare iudicium[c], ideoque sanctitati tuae necessario duximus scribendum, ut, si quos de sacerdotibus ad tuam diocesem pertinentes[d] cum extraneis mulieribus cognoverit habitare vel certe de quibus antedictus Optatus tuae renuntiaverit sanctitati, ammonitione[e] sacerdotali praemissa et, si res ita exegerit, etiam[f] canonicam adhibens disciplinam de cetero emendare festinet, quia nos audire talia nulla patimur ratione. Sed et presbyterum, quem dicunt sine Dei respectu plurimis[g] violentias inrogare, ammonere eum vel increpare pro talibus fraternitas tua studeat, quod[h] si te audire noluerit, a communione eum suspendere[i], ut vel sic incipiat a pravis se actibus removere.

b) si *om. ϱ1.* c) *ex* muliebus *corr. ϱ1.* d) quod *ϱ3.* e) neglexerit *ϱ1.* f) ei *om. R1.* g) *ita ϱ*1;* Chrisantis *R1;* Chrisanti *cet.* h) *ita R2. ϱ*1;* ut per illud *R1;* aut per illum *ϱ. ϱ*2. 3.* i) corrigantur *ϱ1.* k) de frē *R1.* l) de fr̄i *R1.* m) iniuncte *R2.* n) laborem non habeat *ϱ3.*

*XIII, 39 titulum om. ϱ*1. 4* — Chrisanto *R1. ϱ3;* Chisanto *ϱ1;* Chrisanio *R2;* Crisanto *ϱ*2. 3. R*1* — Spolitano *ϱ*2. 3. ϱ3. R*1;* Spolitino *cet.* a) quo *ϱ1.* b) pręcepimus *R2.* c) indicium *R1. ϱ1. ϱ*, sed corr. R1.* d) pertinentibus, *ut videtur, ϱ*2. 3.* e) commonitioni *R1.* f) et *add. ϱ. ϱ*.* g) plurimas *ϱ3.* h) qui *ϱ3.* i) suspende *ϱ3.*

1) Optatus, quem Ioh. diac. in v. Greg. II, 53 defensorem territorii Nursini, ex hoc certe loco hauriens, commemorat, alius esse videtur ac is, cuius in ep. XIII, 10 mentio fit. 2) De Chrysanto, ep. Spoletano, cf. ep. IX, 49 n.

XIII, 39. Cf. ep. praeced. — De Chrysanto cf. ep. IX, 49 n.

MENSE IULIO INDICTIONE VI.

XIII, 40.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Panormitano, pallium eo modo, quo Siciliae episcopis concedi solet, concedit. *603, Iul.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 266; ϱ: cap. 265.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 37; G: Lib. XI. ep. 44. — Iaffé Reg. 1905 (1522).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO PANORMO.

Apostolicae sedis benivolentia provocati[a] fraternitati tuae, quod[b] Panormitanae ecclesiae speculatoris suscepisse[c] constat officium[d], pallii usum[e] praevidimus concedendum, illis videlicet temporibus atque eo[f] ordine, ut alios quoque insulae Siciliae sacerdotes vel decessores tuos usos[g] esse non ambigitis[h]. Illud autem ammonemus[i], ut apostolicae sedis reverentia nullius[k] praesumptione turbetur. Tunc enim membrorum status integer manet, si caput[l] fidei nulla pulset[m] iniuria et[n] canonum maneat incolumis atque intemerata semper auctoritas, ut, sicut a[o] nobis huius quoque[p] decoris usum ad sacerdotalis[q] officii honorem accepisse te[r] gaudes, ita etiam morum atque actuum probitate susceptum adornare contendas[s] officium. Sic etenim alterno invicem eris decore conspicuus, si ad huiusce modi corporis habitum[t] mentis quoque tuae[u] bona concordent[v].

XIII, 41.

Gregorius I. papa Phocae Augusto (Bonifatium) latorem praesentium ex primicerio defensorum diaconum factum apocrisiarium mittit, postquam apocrisiarii locus per longum tempus vacavit. Addit de Langobardorum incursionibus. *603, Iul.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 267; ϱ: cap. 266.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 38; G: Lib. XI. ep. 45. — Iaffé Reg. 1906 (1523).

GREGORIUS PHOCAE AUGUSTO.

Considerare cum gaudiis et magnis actionibus gratiarum libet, quantas omnipotenti Domino laudes debemus, quod remoto iugo tristitiae ad libertatis[a] tempora[b] sub imperiali benignitatis vestrae pietate pervenimus. Nam[c] quod permanere in palatio

Mense *cet. om.* ϱ* — VII ϱ*1.*

XIII, 40 titulum om. ϱ**1.4* — Iohs e̅p̅s *R1* — *ex* Panormę *corr.* Panormo *R1;* Panormitano *R*1.* a) probatica *R1.* b) *ita Diurn. Vat.;* in quo ϱ*.ϱ*1;* in qua *R1;* quam in ϱ*3.* c) suscepisse te ϱ*1.* d) officio *R1.* e) usus ϱ*1.* f) quo *R1.* g) usas ϱ**1.* h) *ita R1.*ϱ*1.*ϱ**2.3;* ambigas ϱ**1;* ambigis *Diurn.* i) ammonemus *om.* ϱ*3.* k) nullus ϱ*1.*ϱ**2.3.* l) apud ϱ*1.* m) pulsetur ϱ*3.* n) *ita* ϱ*; et *om. R1.*ϱ*. o) a *om. R1.* p) *ita* ϱ*.ϱ*3;* huiusque *R1.*ϱ*1;* huius *Diurn.* q) sacerdotalem ϱ**1.* r) accepisset (*om.* te) *R1.* s) *ex* contendis *corr. R1.* t) amtum *R1.* u) tua ϱ*1; om. hoc verb. R1.* v) concordet ϱ*1.* ϱ*.

XIII, 41 titulum om. ϱ**1.4* — Focae ϱ**2.3.R*1.* a) liberatis ϱ*1.* b) temporum *R1.* c) non *R1.*

XIII, 40. Huius epistulae maxima pars scripta est secundum Diurni f. 48 (de usu palli — episcopis Siciliae)*; sicut in ep. VI, 8, ultima verba formulae (privilegiorum confirmatio) omissa sunt; sed addita sunt verba* ut apostolicae *usque* semper auctoritas. — *De Iohannis electione cf. ep. XIII, 14. 16. 17; ad eundem datae sunt ep. XIII, 46. XIV, 3. 5. 9.*

XIII, 41 una cum sequent. epistulis per Bonifatium transmissa. — De Phoca Augusto cf. ep. XIII, 1. 34 n.

iuxta antiquam consuetudinem apostolicae sedis diaconem vestra serenitas non invenit, non hoc meae neglegentiae, sed gravissimae necessitatis fuit. quia, dum ministri omnes huius vestrae[d] ecclesiae tam contrita asperaque tempora cum formidine declinarent atque refugerent[e], nulli eorum poterat[f] imponi, ut ad urbem regiam in palatio permansurus accederet[1]. At[g] postquam vestram clementiam omnipotentis Dei[h] gratia disponente ad culmen imperii pervenisse cognoverunt, ipsi quoque suadente laetitia ad vestra vestigia venire festinabant[i], qui illuc[k] prius accedere valde timuerant. Sed quia[l] eorum quidam ita senectute sunt debiles, ut laborem ferre vix possint, quidam vero ecclesiasticis curis vehementer implicantur et lator praesentium, qui primus omnium defensorum fuit[2], bene mihi ex longa adsiduitate compertus est, vita, fide ac moribus adprobatus, hunc aptum pietatis vestrae vestigiis[m] esse iudicavi. Unde eum auctore Deo diaconem[n] feci et sub celeritate transmittere studui, qui cuncta quae in his partibus aguntur invento oportuno tempore valeat clementiae vestrae suggerere. Cui[o] rogo ut serenitas vestra pias aures inclinare dignetur, ut tanto nobis celerius valeat misereri, quanto afflictionem nostram[p] verius ex eius relatione cognoverit. Qualiter enim cotidianis gladiis et quantis Langobardorum[q] incursionibus ecce iam per triginta et quinque annorum[3] longitudinem premimur, nullis explere suggestionis[r] vocibus valemus. Sed in omnipotente Deo confidimus, quia ea quae coepit consolationis suae nobis bona perficiet et qui suscitavit in republica pios dominos etiam[s] extinguet[t] crudeles inimicos. Sancta itaque trinitas vitam vestram per tempora longa custodiat, ut de bono vestrae pietatis, quod tarde suscepimus, diutius gaudeamus.

XIII, 42.

Gregorius I. papa Leontiae Augustae gratulatur de imperio suscepto; Pulcheriae Augustae, quae in synodo Helena nova vocata sit, exemplum proponit. Ecclesiam Romanam commendat. *603, Iul.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 268; ϱ: cap. 267.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 39; G: Lib. XI. ep. 46. — Jaffé Reg. 1907 (1524).

GREGORIUS LEONTIAE AUGUSTAE.

Quae linguae[a] loqui, qui animus[b] cogitare sufficiat, quantas[c] de serenitate vestri imperii omnipotenti Deo gratias debemus, quod tam[d] dura longi temporis pondera cervicibus nostris amota sunt et imperialis culminis lene iugum rediit, quod libeat[e] portare[f] subiectis? Reddatur ergo creatori omnium ab hymnidicis angelorum choris gloria in caelo, persolvatur ab hominibus[g] gratiarum actio in terra, quia universa respublica[i], quae multa maeroris[h] pertulit vulnera, iam nunc consolationis vestrae

d) *ita R1. ϱ1. ϱ*;* nostrae, *ut videtur, ϱ3.* e) fugerent *ϱ3.* f) poterant *ϱ1. ϱ*, sed corr. ϱ*2.* g) ut *R1;* sed *ϱ;* ad *ϱ*.* h) deo *ϱ*1* — disponente deo *ϱ*2. 3.* i) festinant *ϱ.* k) illic (*om.* prius) *R1.* l) qui *ϱ1.* m) vestigii *ϱ1.* n) diaconum *ϱ*2. 3.* o) qui *R1. ϱ*1.* p) vrm̄ *ϱ1.* q) Longob. *R1. ϱ3.* r) suggestionibus *ϱ*1;* suggestionum *ϱ3.* s) etiam *om. ϱ1. ϱ*.* t) extinguit *codd. n., sed in* extinguet *(ita ϱ3) corr. R1.*

*XIII, 42 titulum om. ϱ*1. 4.* a) lingua *ϱ*2. 3. ϱ3. R*1* — *an* lingua eloqui *scrib.?* b) *ex* quia nimis *corr. R1.* c) quanta *R1.* d) quoddam *ϱ*1.* e) beat *R1.* f) potare *ϱ1.* g) omnibus *R1;* onibus *ϱ1.* h) memoris *ϱ1.*

1) Anatolius apocrisiarius mortuus erat a. 601: cf. ep. VII, 27 n. 6 et XII, 6 n. 6. 2) De Bonifatio, qui ep. VIII, 16 primicerius defensorum factus erat, cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 n°. 2 et ep. seq. 3) Cf. ep. V, 39 p. 328 n. 1.

XIII, 42. De Leontia Augusta cf. ep. XIII, 1. Theophyl. Sim. VIII, 10.

invenit[i] fomenta. Unde nobis necesse est omnipotentis Dei misericordiam enixius exorare, ut cor vestrae pietatis sua semper dextera teneat eiusque cogitationes[k] caelestis gratiae ope dispenset[l], quatenus tranquillitas vestra tanto rectius valeat sibi servientes regere, quanto dominatori omnium noverit verius deservire. In amore catholicae fidei faciat defensores suos, quos fecit ex[m] benigno opere imperatores nostros. Infundat in vestris mentibus zelum simul et mansuetudinem, ut pio[n] semper fervore valeatis et, quicquid in Deo exceditur[o], non inultum[p] relinquere et, si[q] quid vobis delinquitur, parcendo tolerare. Sed dat[r] nobis in vestra pietate Pulcheriae[s] Augustae clementiam, quae pro[t] zelo catholicae fidei in sancta synodo Helena[u] nova vocata est[1]. Omnipotentis[v] Dei misericordia largiora vobis cum piissimo domino vivendi spatia concedat, ut, quo vestra longius[w] vita extenditur, subiectorum omnium consolatio validius confirmetur.

Rogare forsitan debui, ut ecclesiam[x] beati Petri apostoli, quae nunc usque gravibus[y] insidiis laboravit, haberet[z] vestra tranquillitas specialiter commendatam. Sed qui[a] scio[b], quia omnipotentem Deum[c] diligitis, non debeo petere quod sponte ex benignitate vestrae pietatis exhibetis. Quanto enim plus timetis conditorem omnium, tanto eius[d] potestis[e] ecclesiam amplius[f] amare[g], cui dictum est: 'Tu es Petrus, et super hanc Matth. 16, 18.
petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam' et cui dicitur: 'Tibi dabo claves regni caelorum; quodcumque ligaveris super terram, ligatum Matth. 16, 19.
erit et in caelo, et quaecumque[h] solveris super terram, soluta erunt et in caelo'. Unde nobis dubium non est, quam forti amore ad eum vos stringitis, per quem solvi ab omnibus peccatorum[i] nexibus[k] desideratis. Ipse igitur sit vestri custos imperii, sit vobis protector in terra, sit pro vobis intercessor in caelo, ut per hoc, quod[l] relevatis duris ponderibus in vestro imperio subiectos gaudere facitis, post multa annorum tempora in caelesti[m] regno gaudeatis[n].

XIII, 43.

Gregorius I. papa Cyriacum, patriarcham Constantinopolitanum, hortatur, ut posito universalis episcopi nomine in concordiam secum redeat. Bonifatium diaconum, latorem praesentium, commendat. *603, Iul.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 269; ρ: cap. 268 et 271.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 40; G: Lib. XI. ep. 47. — Iaffé Reg. 1908 (1525).

GREGORIUS CYRIACO PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANO.

Quanta sit pacis virtus[a], frater carissime, ex voce dominica[b] diligentius intuentes, quae ait: 'Pacem[c] meam[d] relinquo vobis[c]: pacem meam do vobis', ita in eius nos[e] Ioh. 14, 27.

i) intulit, *suprascr.* vel invenit *ρ3.* k) eique cogitationis *ρ*1.* l) operis penset *R1.* m) et *ρ1.* n) *ex* opio *corr. ρ*1.* o) excidetur *R1.* p) multum *ρ1.* q) si *om. ρ*1.* r) da *R1.* s) *ita edd.;* pulchria *ρ1.ρ*, sed in* pulchra *corr. ρ*2;* pulchra *R1;* pulchram *ρ3.* t) per *ρ1.* u) Elena *R2.ρ.ρ*1.* v) oipotenti *R1.* w) largius *R1.* x) ecclesię *ρ*1.* y) gravius *R1.* z) habere *R1.ρ1.ρ*1.* a) quia *ρ*1.* b) *ex* scito *corr. R1.* c) deum *om. ρ.ρ*.* d) eius *om. ρ1.* e) potestatis *ρ3.* f) *ita R1;* amplius *om. ρ.ρ*.* g) debetis *add. ρ3.* h) quodcumque *ρ*1.* i) *ita R.ρ1:* peccatis *ρ*.ρ3.* k) *ita R2.ρ1;* enixius *R1.ρ*.ρ3.* l) quo *R2.* m) *ex* celestis *corr. R1.* n) gaudeat *ρ1.*

XIII, 43. Hanc ep. bis exhibent codd. R2.ρ.ρ. — Titulum om. ρ*1.4.* — Ciriaco *R2.ρ1.ρ1'.ρ*2. ρ*2'.ρ*3'.R*1* — Constantinop. *R1;* Constantinopolitano *R2;* Constantinopoli *R2';* Constantinp *ρ1;* Constantinopol *ρ1';* Constantinpl *ρ*2.3;* Constantinopolim *ρ*2'.3';* Constantin *R*1.* a) virtutis *ρ1'.* b) dominice *ρ1'.* c) *verba* pacem *usque* vobis *post* do vobis *transponit R1 et om. ρ1.ρ*1.2.3.* d) meam *om. R2.R2'.ρ*1'.2'.3'.* e) nos in eius *R1.*

1) Cf. Mansi l.l. VII c. 171: Act. VI conc. Chalced.

XIII, 43. Cf. ep. praeced. — De Cyriaco cf. ep. VII, 4 n.

decet dilectione persistere, ut locum praebere discordiae nullo modo debeamus. Sed quia in radice ipsius vivere aliter non valemus, nisi mente et actu humilitatem, quam ipse pacis auctor[f] docuit, teneamus, cum ea caritate qua[g] dignum est suademus, ut profanam elationem, quae animabus semper adversa est, cordis pede calcantes perversi superbique[h] vocabuli[i] scandalum[k] auferre de medio[l] ecclesiae festinetis, ne a[m] pacis nostrae societate divisi inveniri[n] possitis[o] [1]. Sed unus in nobis[p] spiritus, una mens, una caritas, una in Christo, qui[q] sua membra esse nos voluit, sit compago concordiae. Nam quam durum, quam[r] indecens, quam crudele quamque a proposito sit sacerdotis extraneum pacem illum[s], quam aliis praedicat, non habere, sanctitas vestra consideret et suos de superbia scandalizare fratres abstineat. Sed haec magis studeat, ut vanae ac[t] superfluae elationis[u] auctorem humilitatis queat ense prosternere, quatenus[v] huius modi[w] victoria suum vos habitaculum sancti Spiritus sibi gratia vindicet et[x] aperte in 2. Cor. 6, 16. vobis impleatur quod scriptum est: 'Templum Dei sanctum est, quod estis vos'.

Praesentium vero portitorem dilectissimum communem filium Bonifatium[y] diaconum vobis in omnibus commendamus, ut, quocumque[z] necesse fuerit[a], solacia vestrae[b], sicut decet, sanctitatis inveniat.

XIII, 44.

Gregorius I. papa Eulogium, episcopum Alexandrinum, cum a quodam medicinali Alexandrino de quodam collectore apud sophistam pucro summae pravitatis, repente diacono ordinato, compererit, ad simoniam evellendam hortatur. 603, *Ind.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 270; ϱ: cap. 269.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 41; G: Lib. XI. ep. 48. — Iaffé Reg. 1909 (1526).

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

Quadam die, dum[a] inter me atque familiares meos de consuetudinibus ecclesiarum[b] sermo fuisset exortus[c], quidam[d], qui in magna civitate Alexandrina[e] medicinale[1] erat[f], collectorem[g] se apud sophistam[h] suum habuisse perhibuit summae pravitatis puerum[i]; repente dixit diaconem esse ordinatum. Atque addidit, quod per praemia et donationes ordinatus fuisset, quia[k] eandem[l] consuetudinem in sancta Alexandrina ecclesia convaluisse fatebatur. Quod ego audiens obstipui[m] et valde miratus sum, quia sanctissimi[n] ac beatissimi viri domni Eulogii lingua, quae[o] tam multos[p] hereticos ad fidem catholicam

f) *iterum hic* pacis *add.* ϱ1'. g) qua *om.* R1.ϱ1. h) superboque ϱ1'. i) vocabulis R1. k) scandalorum ϱ*1. l) medium R1. m) nec (*om.* a) R1; ne (*om.* a) ϱ1. n) invenire ϱ1. o) positis ϱ*1; possetis R1. p) vobis R2.R2'.ϱ1. q) quia R1.ϱ*1'. r) quamque ϱ1'. s) illam ϱ*1. t) ac *om.* ϱ1. u) electionis ϱ1. v) ex *add.* R2.R2'.ϱ1'.ϱ*1'.2'.3', in R1; *lect. nostram habent* ϱ1.3.ϱ*1.2.3. w) eius modi ϱ1.3.ϱ*1.2.3. x) ut ϱ1'. y) Bonifacium ϱ1.ϱ1'. z) quodcumque ϱ*1. a) fuit R1. b) vestra R1.ϱ*1.

XIII, 44 titulum om. ϱ*1.4 — patriarchę R*1 — Alexandrino R1.ϱ*2.3.ϱ3; Alexandriae R2.ϱ1. a) dum *om.* ϱ.ϱ*, *sed supra lin. suppl.* ϱ1. b) cum *hic add.* ϱ*.ϱ3. c) f. exoratus R1; exortus esset ϱ3. d) quadam R2.ϱ*1. e) Alexandria ϱ.ϱ*. f) *ita codd. n.;* medicinali arte erat imbutus *edd.;* medicinam legerat ? *Mommsen.* g) coniectorem *Vat. B (ed. M.).* h) hostium, *suprascr.* vel hospitem ϱ3. i) quem *add.* ϱ3. k) *in* qui *corr.* ϱ1. l) eundem R1; eadem ϱ*1. m) obstupui R2.ϱ*2.3.ϱ3. n) sanctissima ϱ3. o) qui ϱ1. p) multis R1.

1) De titulo οἰκουμενικός agitur, de quo cf. ep. V, 37 n. Latore, ut videtur, huius epistulae, Bonifatio (cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 nº. 2), in sede apostolica sedente et Cyriaco mortuo Phocas imperator a. 607 pro Roma contra Constantinopolim in hac re iudicavit.

XIII, 44. De Eulogio cf. ep. V, 41 n. 1) medicinalis *artis medicinalis studiosus esse videtur.*

revocat[2], simoniacam heresem[q] de sancta Alexandrina ecclesia non erasit. Et quis erit, cuius exhortatio[r] vel correctio hoc poterit emendare, si[s] magna et ammirabilis doctrina eius hoc sine[t] emendatione reliquerit? Unde[u] pro absolutione[v] animae vestrae atque[w] pro augmento mercedis vestrae, ut ante conspectum[x] tremendi iudicis vestra in omnibus perfecta sint[y] opera, festinare debetis simoniacam heresem, quae prima in ecclesia[z] exorta est[a], sanctissima sede vestra, quae nostra est, funditus evellere atque eradicare. Propter hoc enim contigit, ut ecclesiasticorum ordinum[b] plurimis sanctitas caderet, quia personae non pro vita et[c] pro actibus, sed pro praemiis[d] ad eos[e] ordines adducuntur[f]. Si autem morum merita et non praemia quaeruntur[g], ad[h] ordinationem personae indignae non veniunt[i]. Et tanto vobis[k] incipiet merces adcrescere, quanto boni quique[l], qui adducti ad[m] sacros ordines fuerint, de animarum lucris[n] studuerint[o] cogitare.

XIII, 45.

Gregorius I. papa Eulogium, episcopum Alexandrinum, quod ex scriptis Bonifatii responsalis sui compererit, lumine captum fuisse dolet et, quod convaluerit, gaudet. De reliquiis sibi sine epistola transmissis Epiphanium diaconum mandatu suo Alexandro et Isidoro diaconis eius scripsisse nuntiat, ut constaret, illum quae transmissa essent, suscepisse. Monet, si maiora ligna mitti velit, Bonifatio diacono, quem nunc ad facienda responsa ad urbem regiam transmittit, per litteras ad sese det mandata. De aliis reliquiis addit. *603, Iul.*

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 271; ϱ: cap. 270.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 42; G: Lib. XI. ep. 49. — Iaffé Reg. 1910 (1527).

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

Magnas omnipotenti Deo gratias reddimus, quia in ore cordis experimento dulcis fit sapor[a] caritatis, cum impletur quod scriptum est: 'Sicut aqua frigida sitienti, sic nuntius bonus de terra longinqua'. Prov. 25, 25. Ante hoc enim temporis Bonifatii[b-c] responsalis mei, qui in urbe regia demoratur[1], vehementer me scripta turbaverunt, quae[d] dicebant dulcissimam mihi atque suavissimam sanctitatem vestram defectum corporei[e] luminis pertulisse[f]. Ex quibus scriptis gravi maerore percussus sum. Sed subito creatoris ac redemptoris nostri gratia prosperante beatitudinis vestrae suscepi epistolam et sanos[g] de ea corporis molestia quam[h] audieram agnoscens exultavi vehementer, quia tanta laetitia cordis secuta est, quanta prius tristitiae amaritudo praecesserat. Scimus enim[i],

q) hereseos *ϱ 1.* r) ordinatio *R 1.* s) res (*pro* si) *ϱ 1;* re (*pro* si) *R 1.* t) si *ϱ 1.* u) ut de *ϱ*1.* v) absolatione *ϱ 1.* w) *ita ϱ 3;* quę *R 1. ϱ 1. ϱ*.* x) *ita ϱ 3; om. hoc verb. R 1. ϱ 1. ϱ*.* y) sit *R 1. ϱ 1;* inveniantur *ϱ 3.* z) primam in ecclesiam *ϱ*1;* prima ecclesiam *ϱ 3.* a) *ita ϱ. ϱ*2.3;* exortari *R 1;* exhortari *ϱ*1* — de *hic add. ϱ 3,* a *ϱ*2.3.* b) *ita R 1;* ordinis *ϱ*;* ordines *ϱ 1;* plurimum (*om.* ordinum) *ϱ 3.* c) provitet *ϱ 1.* d) proprie nos *R 1. ϱ 1.* e) eosdem *ϱ 1. ϱ*.* f) adducantur *ϱ*1.* g) feruntur *R 1.* h) aut *R 1.* i) veniuntur *ϱ*1.* k) nobis *R 1.* l) quoque *ϱ. ϱ*.* m) adnuntiat (*pro* adducti ad) *R 1.* n) lucri *ϱ 1.* o) studuerit *R 1. ϱ 1.*

*XIII, 45 titulum om. ϱ*1.4* — item cui supra *R*1* — Alexandriae *R 2. ϱ 1.* a) favor *ϱ 3.* b) Bonefacii *ϱ 3.* c) *ita R 1;* cartularii *add. ϱ. ϱ*.* d) quaeque *ϱ*.* e) corporeis *R 1. ϱ 1.* f) pertulisset *R 1.* g) *ita ϱ. ϱ*1;* sanas *R 1;* sanatos *ϱ*2.3. Vat. D (ed. M.).* h) qua *ϱ*1;* quae *ϱ*2.3.* i) enim *om. ϱ*. ϱ 3.*

2) Cf. ep. VII, 37. VIII, 29.

XIII, 45. De Eulogio cf. ep. V, 41 n. *1) Ex hoc loco effici potest Bonifatium, qui indict. IX Constantinopolim legatus missus est (p. 287 n. 2 nº. 4) et Bonifatium ad Phocam missum (ib. nº. 2) unam personam fuisse.*

quia in[k] omnipotentis[l] Dei adiutorio multorum salus est vita vestra. Nam tunc[m] inter fluctus nautae securi navigant, quando gubernator doctus atque artifex ad clavi[n] regimen sedet.

In salutis autem[o] vestrae gaudio haec quoque mihi est exultatio addita[p], quia et imminutos[q] ore vestro hostes ecclesiae et multiplicatos greges dominicos agnovi[r]. Crescunt enim cotidie per linguae vestrae vomerem[s] grana caelestia atque in supernis horreis multiplicantur, ita ut in vobis[t] impletum esse gaudeamus quod scriptum est: Prov. 11, 14. 'Ubi plurimae[u] segetes, ibi manifesta fortitudo boum'[2]. Unde aperte[v] colligimus, quia quanto plus ad servitium Dei omnipotentis fugitivos eius reducitis, tanto apud[w] eum meritum maius habetis; et quanto[x] meritum[y] maius[z] accipitis, tanto potestis[a] amplius impetrare[b] quae petitis. Rogo ergo, ut pro me peccatore[c] enixius oretis, quia et dolor corporis et amaritudo cordis et immensa vastitas mortalitatis inter tot barbarorum gladios me[d] vehementer affligit[3]. Inter quae omnia non temporalem, sed aeternam consolationem requiro, quam per me impetrare non valeo, sed intercessione vestrae beatitudinis hanc[e] me optinere confido.

Secundo[f] vero anno nulla sanctitatis vestrae scripta suscepi atque omnino contristatus sum. Et quidem[g] vestra benedictio, quam sine epistola transmisistis, data atque suscepta est. Sed quia me plus lingua vestra quam data laetificet[h], minoris gratiae esse credidi quae dabantur[i]. Communem autem filium Epiphanium diaconem[k][4] Alexandro atque Isidoro[l][5] sanctissimae vestrae ecclesiae diaconibus feci[m] rescribere, ut constaret, quia ea[n] quae transmissa sunt suscepissem.

Scripsi vero, quia grandia[o] ad arbores ac timones[p] faciendos ligna paraveram, sed navis[q] parva quae venerat haec[r] portare non potuit[s][6], et nihil mihi exinde[t] rescripsistis. Unde si sunt necessaria, communi filio Bonifatio diacono nostro[u], quem nunc ad urbem regiam pro faciendis responsis transmittimus[v][7], scribite[w], ut mihi ipse rescribat, quatenus praeparentur et[x], cum beatitudo vestra transmiserit[y], parata valeant inveniri[z].

Praeterea[a] transmisimus crucem parvulam, in qua de catenis amatorum vestrorum sanctorum Petri et Pauli apostolorum inserta benedictio[b], quae oculis vestris adsidue[c] superponatur, quia multa per eandem benedictionem miracula fieri consueverunt[8].

Omnipotens Deus cordi vestrae beatitudinis adspiret, ut pro me orare adsidue curetis, et vos vestrosque[d] omnes sua dextera protegat atque post longa annorum curricula[e] ad caelestia regna perducat.

k) in *om.* *ϱ*.ϱ3.* l) oīpotenti *R1.* m) tua *R1.* n) navis *ϱ3.* o) autem *om. R1.* p) addicta *R1.* q) minutos *ϱ1.* r) cognovi *ϱ*1.* s) vomere *R1.ϱ*1;* movere *ϱ1.* t) vos *ϱ1.* u) plurimi *R.* v) ut de perte *ϱ*1;* unde per te *ϱ3.* w) a puro *ϱ1.* x) quantum *R1.ϱ*.ϱ3.* y) meritum *om. R1.* z) magis *ϱ1.ϱ*1.* a) potestatis *R1.* b) imprestare *R2;* implicare *ϱ1.* c) peccatorem (*om.* me) *ϱ1.* d) gladiis meis *R1.* e) ac *R1.* f) secuto *ϱ3.* g) quidam *ϱ*1.* h) *ita R1.ϱ1;* laetificat *cet.* i) debantur *ϱ1.* k) communi a. filio Epiphanio (Epif. *ϱ*1*) diacono *ϱ*.ϱ3* — Epifanium *R2.* l) Ysidoro *R1;* Esydoro *ϱ*2.3;* Esidoro *ϱ3.* m) fecici *ϱ1.* n) mea *R.* o) gradia *R1.* p) attimones (*om.* ac) *ϱ*1.* q) nobis *R1.* r) hoc *ϱ3.* s) potui *ϱ1; ex* poterat *corr.* potuerit *R2.* t) exhin *R1.* u) nostro B. diac. *ϱ3.* v) *ex* transmisimus *corr. ϱ*2;* transmissimus *ϱ*1.* w) rescribite *ϱ3.* x) *ita R1.ϱ;* ut *cet.* y) transmiserint *R1.* z) valeat (*corr. in* valeant) invenire *R1.* a) preter *R1.* b) est *add. ϱ*2.3.* c) cottidię *ϱ3.* d) nr̄osque *R1.* e) circula *ϱ3.*

2) Cf. ep. VII, 37. VIII, 29. 3) Cf. reg. XIII, 2. 4) De Epiphanio cf. ep. V, 35 n. 2. 5) Idem commemoratur in ep. VI, 58 (n. 4). 6) Cf. ep. X, 21 n. 8. 7) Cf. supra n. 1 et ep. XIII, 41 n. 2 — Et ex hoc loco et ex aliis huius epistulae elucet, quantae proficiscendi difficultates tunc temporis exstiterint. 8) Cf. ep. I, 25 n. 5.

Eulogias[f] vero sancti Marci a beatissima fraternitate vestra transmissas cum ea[g] caritate qua sunt directae secundum notitiam earum[h] suscepimus et gratias affectui vestro referimus[i], quia ex exterioribus[k], quales[l] erga nos interius sitis[m], agnoscimus[9].

XIII, 46.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut clericis, quae de reditibus, de tabulario ordinando, de vendendo vino promiserit, exsolvat. 603, Iul.

Codd. R: Indictio I—VI. cap. 272.

Edd. M: Lib. XIII. ep. 44; G: Lib. XI. ep. 51. — Iaffé Reg. 1911 (1529).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO PANORMITANO.

Implenda semper sunt postulantium desideria, quotiens illa poscuntur quae a ratione non deviant[1]. Et ideo quia quaedam capitula, quae servaturum te clericis tuis petentibus promisisti, nostra ab eis postulamur[a] auctoritate firmare, fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut ea quae praesentia scripta continent sine aliqua debeat refragatione servare[b]. Primum, ut de reditibus ecclesiae quartam in integro[c] portionem[2] ecclesiae tuae clericis secundum meritum vel officium sive laborem suum[d], ut[e] ipse unicuique dare prospexeris, sine aliqua praebere debeas[f] tarditate. De hoc vero quod ex fidelium oblatione accesserit item[g] quartam partem in solidis vel cellario[3] eis[h] iuxta pristinam consuetudinem dare non differas, reliqua autem[i] omnia mobilia in tua[k] retinens potestate. Inmobilia enim ecclesiasticis reditibus adgregentur, ut multiplicata quantitate clericorum tuorum quarta[l] Deo largiente proficiant.

Tabularium[4] autem una cum consensu seniorum et cleri memineris ordinandum, qui annis singulis ad amputandam fraudis[m] suspicionem sollemniter suas debeat rationes[n] exponere. Vindemiorum vero tempore isdem clerus[o] emendi vinum de possessionibus ecclesiae tuae ad iusta pretia, in quantum vendendum est, remedium consequantur[p]. Nam satis contra rationem est, ut quod potest extraneis[q] venundari[r] clericis dato pretio denegetur. Possessiones[s] igitur[t], vel si qua sunt alia[u] ecclesiastico iuri[v] competentia et ab extraneis indebite detinentur, cum omni studio servata civilitate in ius ecclesiae tuae reparare[w] festina, ut neglegens in aliquo videri[x] non valeas. Si quid[y] igitur de quocumque[z] clerico ad aures tuas pervenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat[a] incognita; sed praesentibus senioribus ecclesiae tuae diligenter[b] est veritas perscrutanda[c], et tunc[d], si qualitas rei popo-

f) eulogia *ϱ*1.* g) ex *R1.* h) eorum *R1.* i) referimur *R1.* k) *ita ϱ*2.3.ϱ3:* exterioribus (*om.* ex) *R2.ϱ1;* ex isterioribus *R1;* et exterius *ϱ*1.* l) qualis *R1 ϱ.* m) interiussistis *R1.*

XIII, 46 in titulo: episcopo *om. ϱ*2.3* — Panormitano *R1.ϱ1;* Pan̄ormo *ϱ*1.4;* Panormo *ϱ*2.3.ϱ3.* a) postulamus *ϱ*.* b) conservare *ϱ*.* c) quarta integra (*om.* in) *R1.* d) suum *om. ϱ*2.3.* e) ut *om. ϱ*1.* f) debeatis *ϱ*1.* g) idem *R1;* id est *ϱ*.ϱ3; om. hoc verb. ϱ1.* h) eius *R1.* i) autem *om. ϱ*1.* k) in tua *om. ϱ3.* l) quartam *R1.* m) fraudi *R2.* n) ratione *ϱ*1.* o) clericos *R1.* p) consequatur *R1.ϱ*.ϱ3, sed in* consequantur *(ita R2.ϱ1) corr. R1.* q) extraneis *om. ϱ3.* r) venundari *R2;* venundare *cet.* s) possiones *ϱ1.* t) et *add. R1.* u) alia *om. R2.* v) *in* iuris *corr. R1.* w) preparare *ϱ.ϱ*.* x) in aliqua videre *R1.* y) quis *R1;* quod *ϱ1.* z) quacumque *R1.* a) ascendat *ϱ*1.* b) si *add. R2.ϱ1.* c) perscrutandum *R1;* perscrutandam *ϱ1.* d) tua (*om.* et tunc) *R1.*

9) Similia noster saepissime cum in aliis tum in epistulis ad Eulogium datis scribit.

XIII, 46. De Iohanne cf. ep. XIII, 40 n. 1) Cf. similes arengas in f. Diurni 15. 16. 32 et saepius. 2) De quartis ecclesiasticis cf. ep. IV, 11 n. 3. V, 12 n. 3. VIII, 7 n. 4. 3) Cf. ep. I, 42 p. 65 n. 7. I, 63 n. 5. 4) Cf. ep. IX, 83 n. 3.

scerit, canonica[e] districtio culpam feriat delinquentis. Haec itaque omnia sic sollicite ac mansuete studii tui sit[f] custodire, quatenus nec tu promissionis tuae videaris inmemor extitisse nec illi[g] iustam contra te occasionem invenire valeant murmurandi[h].

MENSE AUGUSTO INDICTIONE VI.

XIII, 47.

Gregorius I. papa Iohannem defensorem in Hispaniam proficiscentem capitulari docet, quid in causa Ianuarii, episcopi Malacitani, et Stephani et Comitioli, gloriosi viri, observandum sit. *603, Aug.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VI. cap. 273.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 45; G: Lib. XI. ep. 52. — Iaffé Reg. 1912 (1530).

GREGORIUS IOHANNI DEFENSORI IN NOMINE DOMINI EUNTI SPANIA. CAPITULARE, QUID OBSERVANDUM SIT A IOHANNE DEFENSORE.

In primis requirendum de persona presbyteri dilectissimi fratris[a] et coepiscopi nostri Ianuarii[1], et si ita se veritas habet, sicut eiusdem episcopi petitio continet, in ecclesia atque loco suo isdem presbyter modis omnibus revocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota sive probata est, suptiliter ipso praesente et pro se rationem[b] reddente quaerendum est et genus causae et modus[c] probationis, ut ex hoc tu[d] colligere valeas, utrum adhuc in exilio demorari an certe in ecclesia et officio suo debeat revocari.

De suprascripti[e] episcopi persona[f] hoc statuendum[g] est, ut, si nulla contra eum criminalis causa, quae exilio vel depositione digna est[h], mota sive probata est, is qui eo superstite[i] episcopus perverse ac[k] contra canones in ecclesia eius ordinari praesumpsit sacerdotio[l] privatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem[m] dilectissimo Ianuario fratri et coepiscopo nostro tradendus est, ut aut ab ipso in custodia habeatur aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi enim qui eum ordinaverunt vel ordinationi eius consentientes interfuerunt in[n] sex mensibus dominici corporis et sanguinis communione privati agere paenitentiam in monasterio decernantur[o], et suprascriptus[p] Ianuarius loco et ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero de communione privatis mortis contigerit inminere periculum, benedictio ei viatici[q, r] non negetur. Si[r] igitur episcopi in praeiudicio condemnationis vel depositionis

e) canonice *R1.* f) studiis tuis sic *R1;* studio tuo sit *ϱ3.* g) illis *R1.* h) *finem paginae et paginam seq. vacuam reliquit ϱ1.*

Mense *cet.:* ags *abbr. ϱ*1.4* — VII *R1.*

XIII, 47 in titulo: natale (*pro* nomine) *R*1* — Spania *R1.ϱ1.ϱ*1.4;* Spaniam *R2.ϱ*2.3* — capitulum *ϱ3* — quid *R1.2:* quod (qđ) *ϱ*1.4.ϱ3;* qualiter *ϱ*2.3* — a *om. ϱ1* — defensori *R1.* a) fri *R1.* b) ratione *R1.* c) modis *R1.* d) *ita R2.ϱ3;* recte *ϱ*2.3;* hoc te *R1.ϱ1.ϱ*1.* e) suprascripti *om. R1;* suprascripta *ϱ*2.3;* supscripti *ϱ1.* f) persona *om. R1.* g) fatendum *R1.* h) sit *ϱ*1.* i) *ex* eum *s. corr. ϱ1;* eum superstitem *ϱ*;* eum suppressit *R2.* k) at *R1.* l) ordinatus est (*om.* praes. sacerd.) *ϱ3.* m) idem *R2.* n) in *om. ϱ1.* o) decernatur *R1.ϱ1, sed corr. ϱ1.* p) superscriptus *ϱ1.* q) viatici bened. eis *R2;* benedictiones eis viaticum *ϱ3.* r) *verba* viatici *usque* si *om. R1.*

XIII, 47. De Iohannis itinere cf. ep. sequentes; de persona Iohannis ep. II, 47 n. 1. — De verbo capitulare *cf. ep. I, 39a. I, 40. IX, 131.* 1) *Ianuarius, episcopus Malacitanus, Severo successerat. Cf. Gams, Kirchengeschichte von Spanien II, 1, 419 et Isidor. de vir. ill. c. 43.*

memorati episcopi se metu iudicis[2] consensisse[s] ac talia fecisse sua sponte confessi fuerint, tempus eis[t] adbreviandum est et modus paenitentiae temperandus[u]. Si vero ille qui locum eius invasit de hac fortasse luce migraverit et alter est ordinatus, quia levior culpa videtur non quasi isti superstiti, sed successisse defuncto, episcopatus illi officium ab eadem tantum modo[v] ecclesia interdicatur, ut in alia ecclesia, quae a sacerdote vacaverit, si electus fuerit, esse possit episcopus, ad Malacitanam[w] tamen ecclesiam numquam aliquo modo reversurus. Gloriosus autem Comitiolus[x 3], quicquid praedictus episcopus per violentiam atque insecutionem ipsius expendisse vel damnum pertulisse dato sacramento firmaverit, eidem episcopo restituere condemnetur. Si autem aliter, quam antefati episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, suptiliter quaerendum est et cognita veritate cum Dei timore quod iustitiae ordo suaseri iudicandum.

Quia igitur Stephanus episcopus[y 4] in odio suo quaedam ficta et de falsis se capitulis accusatum neque aliquid ordinabiliter factum[z], sed iniuste se[a] asserit condemnatum, diligenter quaerendum est primo[b], si iudicium ordinabiliter est habitum aut si alii accusatores[c], alii testes fuerunt; deinde causarum qualitas, si digna exilio vel depositione fuit; aut si eo praesente sub iureiurando[d] contra eum testimonium dictum est seu[e] scriptis actum est vel ipse licentiam respondendi et defendendi se[f] habuit. Sed et de[g] personis accusantium ac testificantium[h] suptiliter quaerendum est, cuius condicionis cuiusve[i] opinionis aut[k] ne inopes sint aut ne forte aliquas contra praedictum episcopum inimicitias habuissent, et utrum testimonium[l] ex auditu dixerunt[m] aut certe specialiter se scire testati sunt vel si scriptis iudicatum est et[n] partibus praesentibus sententia recitata est[o]. Quod si[p] forte haec sollemniter acta non sunt neque causa probata est, quae exilio vel[q] depositione digna sit, in[r] ecclesia sua modis omnibus revocetur: hi vero qui eum[s] contra Dei timorem et statuta canonum condemnaverunt excommunicati in monasterium[t] ad agendam paenitentiam in[u] sex mensibus sunt mittendi, ita sane ut, si cuiquam[v] eorum mortis[w] contigerit inminere discrimen, viatici ei benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo vivente locum eius temerarie ambiit, privatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur atque eidem[x] dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradatur, ut eum aut ipse[y] ad nos transmittat[z] aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero qui eum ordinare praesumpserunt vel perversae ordinationi ipsius praebuere consensum, idem[a] communione privati in sex mensibus ad agendam

s) consensisset *R1.* t) ei *R1.* u) temperandum *ϱ1.* v) officium a habet tum modo *R1.* w) Malicitana *ϱ*1;* Malicitanam *ϱ1.ϱ*2.3;* Malaortana *R1;* Malatitanam *R2.* x) Commitiolus *ϱ*1.* y) et *add. ϱ3.* z) factus *R1.* a) se *om. R1.* b) primum *ϱ*.* c) et *add. ϱ*.ϱ3.* d) iureiurandum *R1.* e) se eum *R1.* f) si *R1.* g) de *om. R1.* h) ac testificantium *om. R1.* i) cuius *ϱ3.* k) et *in ras. ϱ1.* l) testimonio *ϱ*.ϱ1, sed corr. ϱ1.* m) ex audito dixerint *R1;* audito *in* auditu *corr. ϱ1.* n) *om.* et *R1.ϱ1, sed suprascr. ϱ1;* vel si (*pro* et) *ϱ3.* o) sententia recitata sunt *R1;* sententie recitate sunt *R2.* p) ita *add. ϱ*1.* q) ve *R1.* r) in *om. R1.* s) eum *om. R1.* t) monasterio *R1;* mon̄ *ϱ1.* u) in *om. ϱ3.* v) cui *R2;* cuiusquam *ϱ3.* w) partis *R1.ϱ1.ϱ*1.2, sed corr. in* mortis *ϱ*2;* parti *R2;* mortis *ϱ3.ϱ*3.* x) idem *R2.* y) ipse aut, *et* ad *suprascr. R1; post* ipse *ras. ϱ1.* z) *ex* transmittamus *corr. R1.* a) itidem *ϱ3.*

2) Scil. Comitioli: cf. not. seq. 3) Comitiolus in titulo Nova-Cartagenensi a. 589—590 (C. I. L. II, 3420) a Gams, Kirchengeschichte von Spanien II, 2, 35, et Florez, España sagrada V, 75, citato patricius et magister militum dicitur. Equidem credo hunc alium esse atque Κομεντίολος, *qui etiam* πατρίκιος καὶ στρατηλάτης *(Chron. Pasch. p. 694 B) cum Mauricio interfectus est, postquam ex scribone* στρατηγὸς *Mauricio imperante contra Persas pugnaverat (cf. de eo Euagr. VI, 15. Theophyl. Sim. I, 4. II, 6. IV, 10. VII, 13. VIII, 1. 4. 8). Alius Comitiolus excubitor commemoratur in ep. IX, 89. 4) Ubinam hic Stephanus episcopus fuerit, non constat; sed intra fines imperii eum resedisse certum est. Varia coniecerunt viri docti: cf. Gams l. l. II, 2, 36.*

paenitentiam in monasterio[b] deputentur. Si autem episcopi in praeiudicio condemnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse[c] ac talia[d] fecisse sua sponte professi fuerint, tempus eis[e] adbreviandum est et modus paenitentiae temperandus. Si igitur is qui praedicti Stephani locum invasit fortasse defunctus est atque alius in ecclesia eius est episcopus ordinatus, illud de eo statuendum est, quod superius de causa fratris et coepiscopi nostri Ianuarii[f] diximus. Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum probata sunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino[g] consideratione pensandum est, utrum leviora capitula an certe graviora probata[h] sint[i], ut ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas, possis scire. Gloriosus vero Comitiolus, si[k] suprascriptus episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius vel ecclesiae ipsius tulit, ei[l] sine aliqua dilatione restituat. Sed et quaeque se in persecutionem[m] ac violentiam eius expendisse vel damnum isdem episcopus pertulisse iuraverit[n], item[o] memoratus gloriosus[p] reddat ac satisfaciat. Si autem talem culpam antedictum episcopum, quod absit, commisisse constiterit, ut constet eum non inrationabiliter esse depositum, eademque[q] eius depositio confirmetur, ecclesiae[r] res suae omnes quae ablatae claruerint[s] restituantur, quia delictum personae in damnum non est ecclesiae convertendum. Si enim, ut dicitur, Comitiolus defunctus est, ab herede eius quae ab illo iniuste tulta sunt sine excusatione reddantur.

XIII, 48.

Gregorius I. papa Iohanni defensori de prolapsa Capriae insulae monachorum disciplina restituenda mandat. *603, Aug.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VI. cap. 274.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 46; G: Lib. XI. ep. 54. — Iaffé Reg. 1913 (1531).

GREGORIUS IOHANNI DEFENSORI.

Ubi canonicam districtionem culparum contra se qualitas excitat, postponere[a] quae corrigenda sunt non debemus, ne dissimulatione vires dare[b] pravis actibus, quos falce[c] nos disciplinae resecare convenit, videamur. Quia igitur pervenit ad nos monachos monasterii, quod in Capria[d] insula, quae iuxta Maiorica[e] item[f] insula, est positum[g] [1], ita perverse[h] agere ac vitam suam diversis facinoribus summisisse, ut non omnipotenti Deo, sed antiquo se hosti, quod cum gemitu dicimus, ostendant potius militare, experientia tua praesenti auctoritate commonita ad[i] praedictum monasterium accedere

b) monasteria *R 2;* mōn *ϱ 1.* c) consensus re *R 1.* d) *add.* se *ϱ*1. ϱ 3.* e) ei *R 1.* f) *corr. in* Ianuario *R 1;* Ianuari *R 2.* g) omni *ϱ 3.* h) privata *ϱ*1.2, sed corr. in* probata *ϱ*2;* pravata *ϱ 3.* i) sunt *ϱ 3.* k) si *om. R 1.* l) ei *om. ϱ*2.3, sed hic ras. exhibet ϱ*2.* m) per inconsecutionem *R 1.* n) *ita edd.;* dixerit *ϱ*3 et ex* iusserit *corr. ϱ*2;* iusserit, *suprascr.* vel dixerit *ϱ 3;* iusserit *R 1. ϱ 1. ϱ*1.* o) *ita R 1;* idem *ϱ*. ϱ.* p) gloria *R 1. ϱ*1;* glorio *et* s *suprascr. ϱ 1;* glorios *R 2.* q) que *om. ϱ*. ϱ 3.* r) ecclesiaeque *ϱ 3.* s) claruerunt *ϱ*1.*

XIII, 48. a) preponere *R 1.* b) daret *ϱ 1. ϱ*1, sed corr. ϱ 1.* c) *ex* falces *corr. R 1.* d) Capri *ϱ*1;* Capraria *ϱ 3.* e) Maniorica *R 1.* f) idem *codd. n., sed hoc verb. om. ϱ*2. ϱ 3 et post. suppl. ϱ*2.* g) positura *ϱ*2.3.* h) perversa *ϱ*.* i) ad *om. R 1.*

XIII, 48. De Iohanne eiusque itinere cf. ep. praeced. 1) *De* Isla Cabrera *agitur; cf. Gams, Kirchengeschichte von Spanien II, 1, 188. II, 2, 33 s., qui recte contendit, ex hac ep. effici non posse has insulas tunc ad Hispaniam pertinuisse, quippe quae temporibus Vandalorum a Vandalis et Vandalis derictis a Sardinia provincia penderent.*

et vitam moresque illic conversantium suptili studeat[k] investigatione perquirere et ita, quaeque resecatione digna repperit, sicut canonicus ordo desiderat[l], congrua ultione corrigere atque eos, quae[m] observare debeant, studeat[n] informare[o], quatenus emendationis[p] tuae modus et istos ad viam rectae conversationis reducere et te apud nos nullo modo valeat accusare culpabilem.

XIII, 49.

Gregorius I. papa Iohanni defensori sententiae formulam dat, secundum quam iudicet. *603, Aug.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VI. cap. 275.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 45: G: Lib. XI. ep. 55. — Iaffé Reg. 1912 (1530).

GREGORIUS IOHANNI DEFENSORI EUNTI SPANIAE.

In nomine Domini. Imperatore, indictione et die[a]. Cui officium cognitoris[b] iniungitur, ita se pura atque intemerata conscientia debet in omnibus exhibere, ut ex his quae aliis iudicat ipse ultionem[c] aeterni examinis non incurrat. Dum igitur ex deputatione sanctissimi[d] et beatissimi atque apostolici domni mei papae Gregorii ego Iohannes defensor inter Ianuarium episcopum civitatis Malacitanae atque item[e] illum et illum episcopos[f] cognitor[g] resedissem, necesse habui causam praedicti Ianuarii interna inquisitione discutere et a partibus suptiliter quaerere veritatem, an[h], sicut[i] petitio eius continet, transmissis clericis[k] a memoratis episcopis una cum hominibus[l] gloriosi Comitioli[m] de ecclesia fuerit violenter abstractus. Qui dum multa contra se invicem, sicut gesta testantur, obicerent, ad conclusionem in re[n] adque[o] partes aliquando terminum pervenerunt petentes me debere de agnitis iudicare. Unde sollicite quae acta sunt relegens et veritatem diligenti investigatione perquirens nullam in antedicto Ianuario culpam, quae exilio vel depositione puniri digna esset[p], sed magis eiectum illum de ecclesia violenter inveni. Et quamquam huius modi temeritatem legum censura districtissime[q] feriat[r], ego tamen legum vigorem sacerdotali moderatione temperans mediis sacrosanctis evangeliis[1], quibus praesentibus ab initio in hoc cognitor[s] resedi iudicio, ea quae contra eum statuta sunt, licet iure non teneant[t] nec alicuius momenti[u] sint,

k) studeantur *R 1.* l) considerat *ϱ. ϱ*.* m) ut *add. ϱ 1.* n) studeant *ϱ*1.* o) inreformare *R 1;* reformare *Vat. B (ed. M.).* p) *ex* remandationis *corr.* remendationis *R 1.*

XIII, 49 in titulo: eunti *om. R 2. ϱ 1. ϱ*1. 4* — Spaniae *R 1. 2. ϱ*1. 4;* Spaniam *ϱ*2. 3;* Hispaniam *ϱ 3* — Iudicium Iohannis defens̄ in Spania *ϱ 1.* a) die et indictione *ϱ 1;* ind̄ et ind *ϱ*. ϱ 3;* ind̄ etc. (*om.* et die) *R 2* — imper. ill. die ill. ind. ill. *R*1.* b) conditoris *ϱ*1.* c) ultionis *R 1.* d) *ita scr. Ew.; om. hoc verb. codd. — etiam* et *om. ϱ 3.* e) eidem *ϱ*;* eosdem *ϱ 3;* idem *R 1. ϱ 1.* f) illi et illi episcopo *R 1;* ill et ill ep̄s *ϱ*. ϱ 1.* g) cognitores *codd. n.* h) *ita scr. Ew.;* aut *codd. n.* i) *ita R 1;* si ut *ϱ. ϱ*.* k) transmissi clerici *R 1. ϱ 1.* l) omnibus *R 1. ϱ 1.* m) Commitioli *ϱ*1;* comiti olim *ϱ 1.* n) in re *om. ϱ 3.* o) *ita scr. Mommsen;* atque *R 1. ϱ 1. ϱ*1. 2, sed corr. ϱ*2 in* utraeque *(ita ϱ*3. edd.).* p) essent *R 1. — Hic add.* inventa est *et post. om.* inveni *ϱ 3.* q) districtisse *R 1. ϱ 1.* r) feriatur *ϱ*1.* s) cognitos *R 1. ϱ 1. ϱ*1. 2, sed corr. ϱ*2;* cognito *ϱ 3.* t) teneantur *ϱ 3.* u) aliquos momento *ϱ*1;* ullius *(ex* alios *corr. ϱ*2)* momenti *ϱ*2. 3.*

XIII, 49. Florez in España sagrada t. XII p. 312. 315 s. minime gravibus argumentis fultus contendit cum ceteras epistulas ad Iohannem datas tum hanc sententiam ex veris documentis adulteratam esse et Ewald ex cod. Matr. Q 24 s. XVIII excerpsit quandam disertacion sobre la vertad de las epistolas atribuidas a S. Gregorio el Magno dirigidas a Iuan Defensor. — *Nota hanc epistulam non sententiam, sed sententiae formulam esse neque nomina episcoporum, quae noster ignorasse videtur, inserta esse. Ignoramus igitur, an Iohannes in Hispaniam pervenerit atque iudicaverit.* 1) *Cf. ep. VIII, 17 n. 5.*

infirma[v] tamen et iniusta esse pronuntio atque memoratos illum et illum[w] episcopos, qui postposita sacerdotali consideratione in fratris[x] sui praeiudicium atque damnationem[y] iniuste et contra Dei timorem versati sunt, condemnans in monasterio recipiendos ad agendam[z] temporis paenitentiam statuo atque decerno. Illum vero, qui[a] locum antedicti sanctissimi Ianuarii contra sacrorum[b] canonum statuta nequiter praesumpsit invadere, item[c] condemnans privari sacerdotio[d] et ab omni ecclesiastico ordine removeri statuo[e], ut et hoc quod male est adeptus amittat nec ad officium[f], quod ante indignus[g] gesserat, revertatur. Saepe dictum autem sanctissimum Ianuarium episcopum absolutum loco suo in episcopatus gradu Deo auctore reverti ac modis omnibus reformari constituo.

XIII, 50.

Gregorius I. papa Iohanni defensori exempla legum tradit, secundum quas iudicet.
603, Aug.

Codd. R et ϱ: Indictio I—VI. cap. 276.
Edd. M: Lib. XIII. ep. 45; G: Lib. XI. ep. 56. — Iaffé Reg. 1912 (1530).

GREGORIUS IOHANNI DEFENSORI EUNTI SPANIA. EXEMPLUM LEGIS.

De persona presbyteri hoc attendendum[a] est[b], quia, si quam causam habuit, non ab alio teneri, sed episcopus[c] ipsius adiri debuit, sicut haec Novellarum constitutio manifestat, quae eloquitur de sanctissimis et Deo amabilibus ac[d] reverentissimis epi-
Nov. 123 c. 21. scopis et clericis et monachis: 'Imperator[e] Iustinianus[f] perpetuus[g] Augustus[h] Petro gloriosissimo praefecto praetorio[h,i] kapitulum[k] LIII[1]. Si quis contra aliquem clericum aut monachum aut diaconissam aut monastriam[l] aut ascitriam[m] habet aliquam actionem, doceat[n] prius sanctissimum episcopum, cui horum unusquisque subiacet[o]; ille vero causam inter eos iudicet[p]. Et si quidem utraque pars his[q] quae iudicata sunt adquieverint[r], iubemus per loci[s] iudicem haec executioni[t] perfectae contradi' et cetera. Ne

v) firma *ϱ*1.* w) mem. ill et ill *R2.ϱ*2.3;* memoratis illi et illi *R1;* memoratus ill et ille *ϱ*1;* memoratus *(in* memoratos *corr.)* ill et ill *ϱ1.* x) fri *R1.* y) praeiuditio atque damnatione *ϱ*.ϱ3;* damnatione *etiam ϱ1.* z) in *add. codd.;* illius *coni. Mommsen.* a) qui *om. R1.* b) sanctorum *ϱ*1;* sacrum *R1.ϱ1.* c) id est *R1;* itidem *ϱ3;* idem *cet. codd. n.* d) pribaris sacerdotium *R1* — sacerdotium *etiam ϱ1.* e) removeris statu *ϱ*1.* f) nec ad officium *om. ϱ*.ϱ1* — et ad (*om.* nec, officium) *ϱ3* — et *add. ϱ*1.* g) indignum *R1;* indigne *ϱ3.*

XIII, 50 in titulo: Ioh *m. 2 add. ϱ1* — euntis *R2* — *add.* in *ϱ*2.3* — Spania *ϱ1.ϱ*1.4;* in Spaniam *ϱ*2.3;* in Hispaniam *ϱ3;* Spaniae *R1;* Spaniis *R2.* — Ex epistolis (*pro* exemplum) *ϱ1.* a) attestandum *ϱ*2.3.* b) est *om. ϱ1.* c) ad episcopum *ϱ*1;* episcopum *ϱ1.* d) hac *R1.* e) imp. *sine dubio archetypus;* imperante *omnes codd.* f) *ita R1;* Iustiniano *ϱ.ϱ*;* Iustiano *R2.* g) *abbr.* pp *codd., sed* papa *ϱ1,* principe *ϱ3.* h) *om. verba* augustus *usque* praetorio *R2; abbr.* aug. *codd., sed* augusto *ϱ3,* ag *ϱ1.* i) *abbr.* pp *codd.* k) kap *codd.* l) *ita R2.ϱ;* monaicam *ϱ*1;* monasteriam *corr. in* monasterium *ϱ*2;* monasterium *ϱ*3;* monasteria *R1.* m) *ita ϱ3;* amscitriam *ϱ*1.R2;* ascintriam *ϱ*2.3;* adscitriam *R1;* asscitriam *ϱ1.* n) *ita codd. n.;* adeat *edd.* o) unusqui subiacet *R1.ϱ1* — subiaceat *ϱ*.* p) diiudicet *R1.2.* q) his *om. ϱ1.* r) *ita cum cod. Berol. Anth. ϱ1.ϱ*2.3;* adquiever *R1;* adquieverit *cet.* s) locis *R1.* t) secutioni *R1.*

XIII, 50. De Iohanne eiusque itinere cf. ep. praecedentes. 1) *Est hodie cap. 21, et Novellae inscriptio legitur:* Imperator Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo magistro sacrorum nostrorum officiorum. *Sed in fine Nov. Gr. add.: κατεπέμφθη Πέτρῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. Cf. Savigny, Gesch. d. R. R. im M.-A. t. IV Anhang 1. Noster ex Vulgata hausisse videtur: cf. ib. t. II § 96.*

vero obiciatur, quia de clerico id est de clero eloquitur[u], non vero[v] de presbytero, Nov. 123 c. 19. sciendum est[w] quia superius in eadem constitutione LI capitulo legitur appellatione[x] clericorum etiam presbyteros[y] et diaconos[z] contineri[a]. Verba autem legis ista sunt[y]: 'Presbyteros autem et diaconos[a] et lectores et cantores[b], quos omnes clericos appellamus' et reliqua.

De persona Ianuarii episcopi sciendum est graviter omnino et contra leges[c] actum, ut violenter de ecclesia traheretur[d], dum quando, si quamlibet aliam iniuriam[e] a quocumque episcopus[f] in ecclesia passus fuerit, iniuriantem lex capitali poena percutiat et, sicut maiestatis[g] reum, omnibus[h] det accusandi illum licentiam, ut huius legis series loquitur, Codicis libro primo titulo tertio constitutione undecima: 'Imperatores Archadius Cod. 1, 3, 10. et Honorius Augusti[i] Theodoro praefecto praetorio[k]. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit[l], ut in ecclesias[m] catholicas inruens sacerdotibus et ministris vel ipso cultu[n] locoque aliquid importet iniuriae, quod geritur a provinciae rectoribus animadvertatur[o]; atque ita provinciae moderator sacerdotum et catholicae ecclesiae[p] ministrorum[q], loci[r] quoque ipsius et divini[s] cultus iniuriam capitale in convictos[t] sive confessos reos[u] sententia noverit vindicandum[v]'. Et post pauca: 'Sitque cunctis[w] laudabile[x] factas[y] atroces sacerdotibus[z] aut ministris iniurias veluti publicum crimen insequi ac[a] de talibus reis[b] ultionem mereri[c]' et cetera. 'Dat. VI kal. Mai.[d] Mediolano Honorio Augusto quater et[e] Euticiano[f] consulibus'. Libri suprascripti tituli XII constitutione[g] secunda[h]: 'Imperatores[i] Honorius et Theodosius Augusti Iobio[k] praefecto praetorio[l]. Cod. 1, 12, 2. Fideli ac devota praeceptione sancimus nemini licere ad sacrosanctas[m] ecclesias confugientes[n] abducere[o], sub hac videlicet definitione, ut, si quisquam contra hanc legem venire temptaverit, sciat se maiestatis crimine[p] esse[q] retinendum. Dat.[r] kal. April.[s] Honorio septies et Theodosio tertio consulibus'. Item eiusdem tituli constitutione[t] VI: 'Imperator[u] Leo[v] Augustus[w] Eritrio praefecto praetorio[x]. Praesenti Cod. 1, 12, 2. lege decernimus per omnia loca valitura[y], excepta hac urbe regia, in qua nos divinitate propitia degentes et, quotiens usus exegerit, invocati[z] singulis causis atque per-

u) *locus valde corruptus in codd.;* quia ecce de id est clero vel loquitur *R1.2;* quia ēc. eidē de clero loquitur *ϱ*1;* quia ecce de eidem clero vel loquitur *ϱ*2.3;* quia de eodem clero loquitur *ϱ1;* quia hec eadem de clerico loquitur *ϱ3;* quia de clerico hoc loquitur *edd.; (cf. ep. VIII, 7 n. 4);* quia de clero loquitur *Mommsen.* v) vero *om. ϱ.* w) est *om. ϱ1.* x) appellationem *R1. ϱ. ϱ*.* y) *om. verba* presbyteros *usque* sunt *ϱ*2.3.* z) presbitorum et diaconorum *ϱ*1.* a) *verba* contineri *usque* diaconos *om. ϱ. ϱ*1.* b) et lectorum et cantorum *ϱ*1* — et subdiaconos et cantores *(om Berol.)* et lectores *Vulg.* — ὑποδ. καὶ ἀναγνώστας καὶ ψάλτας *Nov. Gr.* c) legis *R1. ϱ.* d) vel tractum *suprascr. ϱ3.* e) quemlibet alia iuriam *R1.* f) episcopo *codd. n.* g) maiestati *ϱ. ϱ*1;* magistrati *R1.2. ϱ*2.3.* h) in omnibus *ϱ*2.3.* i) *abbr.* im̄prte *ϱ*;* im̄p *R1. ϱ1* — Archadio et Honorio *ϱ*. ϱ3* — augustis *R. ϱ*. ϱ3;* aūg *ϱ1.* k) *Sine dubio in archetypo abbr.* p̄p̄o; presbytero (prb̄o *aut* pb̄ro) *codd.* l) ipso superes *R1. ϱ*1. ϱ3;* sacrilegi ipso superes *corr. in* sacrilegii prorumperit *ϱ*2:* sacrilegi ipsū superit *ϱ*3.* m) ecclesia *R1.* n) ipsa cultu *ϱ*1;* ipsis culto *ϱ*2.3;* ipsi cultu *R1. ϱ3;* in ipso cultu *ϱ1.* — loco *(om.* que *ϱ3).* o) animadvertant *R1.* p) *om. ϱ*2.3.* q) ministrarum *corr. in* ministrorum *ϱ*2.* r) loca *ϱ*1.* s) divine *R1.* t) convictas *R1.* u) seu *R1.2. ϱ1. ϱ*2.3 (corr. in* se *ϱ*2);* seva *ϱ*1; om. hoc verb. ϱ3.* v) *ita ϱ;* vindicandos *cet.* w) sit qua cunctis *R1;* sit itaque c. *ϱ*1;* fit quacumque *ϱ*2.3.* x) laudabilis *ϱ*2.3;* laudabile ut *ϱ*1.* y) factus *R1;* factum *ϱ3.* z) sacerdotalibus *ϱ*2.3:* sacerdotum aut ministrorum *ϱ3.* a) hac *ϱ*1;* ad *R1. ϱ*2.3;* at *ϱ1.* b) rei *codd. n., sed* rebus *ϱ3.* c) mereri *(om.* ultionem) *ϱ3;* meriri *R1. ϱ*1;* meriti *ϱ*2.3.* d) datur *R1;* data *ϱ** — VI kł maiarum *R1. ϱ*. ϱ3;* VI kł mai. *R2;* VI kalendas maiorum *ϱ1.* e) et *om. codd. n.* f) Euthiciano *ϱ*. ϱ1;* Enticiano *ϱ3.* g) Lib̄. ss̄. tt̄. XII coūst. *codd.* (constān *ϱ*1).* h) secundo *ϱ*3;* secundo *corr. ex* secundim *ϱ*2.* i) *om. ϱ. ϱ*2.3 (cf. not. praec.):* ind. *ϱ*1;* in. *R1.* k) Iovio *R2.* l) *abbr.* p̄p̄o *R2. ϱ*. ϱ3;* pb̄ro *R1.* m) sacrossanctas *R1. ϱ*1;* sacrossanctos *ϱ*2.3.* n) confugentes *R1. ϱ*1.* o) adducere *R1.* p) ad maiestatis crimen *Cod. Theod. 16, 8, 19.* q) esse *om. R1.* r) data *R1. ϱ3.* s) D. k. April. Ravennae Honorio VIII. et Theodosio III. AA. conss. *Cod. Iust. ed. Krüger.* t) constitutione *ϱ*1;* constitut̄ *ϱ*2.3;* constitutum *R1.* u) imperatore *ϱ*;* imp *R.* v) Leone *codd. n.* w) aūg *abbr. codd.* x) p̄p̄r in *ϱ*1;* p̄pri *ϱ*2.3;* pb̄rm *R1.* y) valatura *R1. ϱ*1. ϱ3.* z) invacatis *R1. ϱ*2.3. ϱ3;* invocatis *ϱ1:* invocatus *ϱ*1.*

sonis praesentanea constituta praestamus, nullos[a] penitus cuiuscumque condicionis de sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei expelli aut[b] trahi vel protrahi confugas[c]'. Paulo post[d]: 'Qui hoc moliri aut facere aut nuda saltim cogitatione[e] atque tractatu[f] ausi fuerint temptare, capitali[g] et ultima[h] supplicii animadversione plectendi sunt[i]. Ex his ergo locis eorumque[k] finibus, quod anteriorum[l] legum praescripta[m] sanxerunt, nullos expelli aut[n] eici aliquando[o] patimur nec [in][p] ipsis ecclesiis reverendis ita quemquam[q] detineri atque constringi, ut ei aliquid aut victualium rerum aut vestis negetur aut requies' et reliqua[r]. 'Dat. pridie[s] kal. Mart.[t] Constantinopoli[u], Leone Augusto tertio consule'.

De persona episcopi Stephani hoc attendendum est, quia nec invitus ad[v] iudicium trahi nec ab episcopis alieni concilii debuit iudicari, sicut praedicta Novellarum[w] con-
Nov. 123 c. 8. stitutio, quae de episcopis loquitur, continet. Ait enim: 'Sed neque pro qualicumque[x] pecuniaria[y] vel[z] criminali causa [ad][a] iudicem civilem aut militarem invitum episcopum producere vel exhibere citra[b] imperialem iussionem[c] permittimus, sed iudicem, qui tale aliquid sive ex scripto sive ex[d] non scripto praesumpserit imperare, post cinguli privationem[e] [XX[f] librarum auri poenam persolvere iubemus ecclesiae, cuius episcopus produci aut exhiberi iussus est; executorem similiter post cinguli privationem[f]] et
Nov. 123 c. 22. verberibus subdendum et in exilio deportandum'. Item post pauca[g]: 'Si autem a clerico[h] aut alio quocumque[i] aditio contra episcopum fiat propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius[k] metropolitam[l] secundum sanctas regulas et nostras leges causa iudicetur. Et si quis[m] iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioeceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges huic praebeat finem'. Contra hoc si dictum fuerit, quia nec metropolitam[l] habuit nec patriarcham, dicendum est[n], quia a[o] sede apostolica, quae[p] omnium ecclesiarum caput est, causa audienda ac[q] fuerat dirimenda[r], sicut et praedictus episcopus petiisse dinoscitur, qui[s] episcopos[t] alieni concilii[u] habuit omnino suspectos[v]. Quia ergo sententia non a suo iudice[w] dicta nihil firmitatis optineat, lectionis huius tenor ostendit[x], libro septimo
Cod. 7, 48, 4. titulo XLVIII constitutione[y] quarta: 'Imperatores[z] Gratianus, Valentinianus[a] et Theodosius Augusti[b] ad Potitum vicarium. Et in privatis[c] causis huius modi forma servetur[d], ne quemquam litigatorum sententia non a suo[e] iudice[f] dicta constringat. Dat.[g] XI[h] kal. Oct.[i] Romae Ausonio[k] et Olibrio consulibus'.

Illud autem quod dicitur a servis suis accusatus, quia audiri[l] minime debuerunt,

a) nullus ϱ*1. b) expelliant R1. ϱ*2, *sed corr. in* expelli aut ϱ*2; expelli aut ϱ*3; expellivit ϱ*1; expellant aut ϱ3. c) configas R1. ϱ*. d) *ita* R. ϱ*; et paulo post ϱ1; et post pauca ϱ3. e) cogitationem R1. f) tractatus R1. ϱ*2.3. g) capituli R1. ϱ1. h) ultimi ϱ*1. i) plectendus (*om.* sunt) R1; sunt *corr. in* sint ϱ*1. k) eorum (*om.* que) ϱ*; et eorum ϱ3. l) anteriora ϱ3. m) perscripta ϱ*; prescriptas R1. n) expelliant (*om.* eici) ϱ1 — *add.* si R1. o) aliquem *codd. n.* p) *om.* in *codd. n.* q) quemque ϱ*1; quemquem ϱ3; que quem R1. r) et reliqua *om.* R2. s) id. *add.* ϱ1. t) martiarum R2. ϱ1; *abbr.* mār *ceteri codd.* u) Constantinopolis ϱ*2.3. v) aut R1. w) puellarum R1. x) quacunque ϱ3; qualecumque R1. ϱ*1.2, *sed corr.* ϱ*2; qualibet *Auth.* y) penuria R1. z) aut R1. a) episcopum ad *Nov.* — ad *om. codd. n.* b) cetera R1. ϱ1. ϱ*2.3; cet̄ ϱ*1. c) imperiali iussione R1. d) et (*pro* sive ex) R1 — sive ex scripto *om.* ϱ1. e) prohibitione R2. f) *om. verba* XX librarum *usque* privationem *codd., quae verba ex Novella adicienda sunt.* g) multa ϱ. h) Si autem ecclesia R1. i) aliquocumque R1; ab alio quocunque a laico (*om.* aditio) ϱ3 — actio *pro* aditio ϱ1. k) eius *om.* R1. l) metropolitanum R1. m) quid ϱ*. n) sit R1. o) a *om.* ϱ*1.2, *sed suppl.* ϱ*2. p) qui ϱ*. q) aut ϱ1. r) *corr. in* fuerat ac dirimenda ϱ*2, *quam lectionem praebet etiam* ϱ3. ϱ*3; fuerit ϱ*1. s) quia ϱ*1. t) episcopus R1; episcopo R2. u) consilii R1. v) suspectis R2 — *Cetera desunt* ϱ3. w) iudicio ϱ*1. x) ostendat R1. y) *abbr.* cons̄ *aut* const̄ *codd.* z) *abbr.* imp̄ R1. ϱ*2.3. a) Valentinianus *om.* ϱ1. ϱ*2.3. b) āgs ϱ*1. c) privato R1; privatorum *Cod. Iust.* d) servatam R1; servitur R2. e) nec quicquam ligatorium sententiam nam suo R1. f) codice R. ϱ*. g) data R1. ϱ*2.3. h) undecima R1; XI *ceteri codd.*; X *Cod. Iust.* i) octobrum R2; oct̄ *aut* octb. *ceteri codd.* k) Ausoni *codd. n.* l) audire ϱ*2.3.

haec constitutio patefacit[m] Codicis[n], libro[o] nono titulo primo constitutione[p] XX[q]: 'Imperatores Archadius et Honorius Augusti[r] Eutichiano[s] praefecto praetorio[t]. Si quis Cod. 9, 1, 20. ex familiaribus vel ex servis[u] cuiuslibet domus cuiuscumque criminis delator atque accusator emerserit eius existimationem, caput atque fortunas[v] petiturus, cuius familiaritati[w] vel dominio inhaeserit[x], ante exhibitionem testium, ante examinationem iudicii in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur; vocem enim funestam interdici[y] oportet potius quam audiri. Maiestatis autem crimen excipimus[z]. Dat.[a] VI id.[b] Nov.[c] Constantinopoli[d] Caesaribus[e] consulibus'.

Si vero dictum fuerit, quia de hoc accusatus est quod ad maiestatis crimen attendit, nec ipsum de eo credendum fuit, si vita vel opinio eius[f] talis ante non extitit, sicut legitur libro XLVIII titulo ad legem Iuliam maiestatis, digesto[g] septimo[2]: 'Mo- Dig. 48, 4, 7, 3. destinius, libro XII Pandectarum'. Post pauca: 'Hoc tamen crimen[h] iudicibus non occasione[i] ob[k] principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate. Nam et personam spectandam[l] esse, an[m] potuerit facere et an[n] ante quid fecerit[o] et an[p] cogitaverit'.

Quod autem dicit isdem episcopus, quia[q] se absente aliqui vilissimi sunt testes exhibiti[r], hoc si verum est, nullius esse momenti lege noscendum est, constitutione[s] Novellae[t], quae de testibus loquitur, capitulo XVI[3]: 'Hoc quoque[u] saepius agi novimus[v], Nov. 90 c. 9. quoniam[w] quidam aut apud locorum defensores aut apud[x] clarissimos provinciarum iudices aut etiam, ut adsolet, hic apud clarissimum magistrum census ingredientes et querentes, tamquam ab alio passi aliquid[y] contra leges aut aliter iniustitiam sustinentes aut damnificati, testes volunt producere; et ne postea obiciatur eis, quia per unam partem gesta confecta[z] sunt, oportet et illum in ipsa civitate constitutum, ubi testimonia dantur[a], ammonitum a iudice aut defensore[b] advenire et[c] audire testes. Si vero noluerit advenire, sed contempserit, ut ex una parte[d] testimonia adversus eum inutilia sint[e], sancimus huius modi testimonia ita valere, tamquam si non ex una parte consisterent, sed etiam ipso praesente[f] fuissent facta. Si[g] enim repudiaverit et venire[h] noluerit et audire quae deponuntur[i], cum utique in publico[k] sint[l], et non[m] ex inevitabili quadam necessitate venire non possit, aequaliter erunt, tamquam si advenissent, et

m) patefecit *ϱ**; fatefacit *R1*. n) *ita ϱ1.ϱ**; cui dices *R*; sic dicens *edd.* o) liber *ϱ1*; *om.* libro *cet.* p) constitutionis *ϱ**. q) vicesima *R1*: vigesimae *ϱ*2 3*. r) imp A. et H. aug *R1.ϱ*2.3*; imperantibus Archadio et Honorio augs *ϱ*1*. s) Euticiano *ϱ*1*; Euthiciano *ϱ1.ϱ*2.3*. t) *abbr.* proporum *ϱ*1*; pporum *ϱ*2.3*; prepor *R1*. u) rebus *R1*. v) formas *R1*. w) familiaritatis *R1*. x) inheseriut *R1.2.ϱ1.ϱ*2.3*. y) *ita codd. n.*; intercidi *Cod. Th.* 9, 6, 3. z) *ita R1.ϱ1, sed in* excepimus *(ita R2.ϱ*) corr. R1*. a) data *R1.ϱ*1*. b) idus *R1*; id. *reliqui codd.* c) *abbr.* novbr, novem, novb *codd.* d) apre *ϱ*1*; op *ϱ*2.3*; cp *R.ϱ1*. e) cesaribus *codd. n.* (cesoribus *ϱ*1*) *sed Cod.*: Caesario et Attico. f) est *ϱ1*. g) degest *R.ϱ**; libro digestorum *ϱ1*. h) ereme *R1.ϱ1.ϱ*2.3*. i) occasionem *Flor.* k) ob *om. R1.ϱ1.ϱ*2.3*. l) *ita Flor.*; personam spectandum *ϱ1*; persona expectandum *cet.* m) ante *R1*. n) *om.* an *codd. n.* o) ferit *R1*. p) ante *ϱ**. q) qui *R1*. r) *ex* exhibetis *corr. ϱ*2*; exhibitis *R1.ϱ*3*. s) constitutio *ϱ1.ϱ*1*. t) novella *ϱ*2.3*. u) *Incipit autem caput hoc in Novella:* Et hoc vero quia multotiens actum scimus quod quidam *cet., ubique admodum a nostra versione discrepat.* — quoque *om. R1*. v) *ita coni. Schoell ad Nov.*; agnovimus *codd. n.* w) quod *ϱ*2.3 Nov.* x) apud *om. ϱ**. y) paschali quod *R1*. z) confesta *ϱ*1*. a) damnantur *R1*. b) *ita ϱ1*; amm. iudicem aut defensorem *R1.ϱ**. c) aut *R1.ϱ1*; ad *ϱ**. d) pars *R1.ϱ1*. e) st *R1*. f) ipsos praesentes *R1.ϱ*2.3*. g) si *om. R1.ϱ**. h) bine *R1*. i) disponuntur *ϱ*1*. k) publica *ϱ*1*. l) *ita scr.*; sit *codd.* m) non *om. ϱ*1*.

2) Die letzte Pandektenstelle auf kirchlichem Gebiet: *Rudorff in Zeitschr. f. Rechtsgesch. VI (1867) p. 427.* 3) *Vetere quadam versione Novellarum noster hic usus esse videtur, cum locus et a Vulgata et ab Iuliano discrepet. Cf. Biener, Geschichte der Novellen Iustinians p. 230. Est apud Iulianum constitutionis 83 cap. 7, sed Haenelo teste in uno codice (ab Haenelo 17 signato) c. 6 et 7 in unum conflata sunt, ita ut nostri numerus cum hoc codice concordet. (Cf. Iuliani epitome instr. G. Haenel, a. 1873, p. 111 et p. XVI s.)*

nulla utilitas ex contemptu suo ei adhibebitur[n]. sed videbuntur quidem ex utriusque[o] praesentia facta'.

Ecce ammonendus est semper adversarius, ut ad audiendos testes adveniat. Quod quia hic omissum[p] est, necesse est, ut, quod contra leges actum est, firmitatem non habeat.

Quales autem testes vel cuius opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurimae leges ostendunt, quae paene nulli habentur incognitae; quae etiam et illud sanciunt, ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. Quod autem dicitur, quia nihil scriptis iudicatum est, legendum est titulo[q] XLIIII[r] libro[s] VII[t] constitutione III[u], quia scriptis debuit iudicari; nam ibi inter alia praecipitur, ut sententia, quae[v] sine scripto dicta fuerit, nec nomen habere sententiae mereatur.

n) adhibuerint *codd.* o) exteriusque *R1.* p) comissum *ρ*1.* q) tit. *codd.* r) XVIIII *R1. ρ1;* XVIII *R2. ρ*.* s) lib *codd.* t) *ita R2;* VI *reliqui codd.* u) const. *codd.; Ew. addidit* III. v) quę *ρ1;* quae *om. ρ*2.3 (qui manu post. add.* quę*) et R1.*

INCIPIT
EX REGISTRO
DOMNI GREGORII PAPAE.

MENSE SEPTEMBRI INDICTIONE VII.

XIV, 1.

Gregorius I. papa Paulum, scholasticum Siciliae, laudat, quod cum Leone, episcopo Catanensi, in gratiam redierit, et quod in maleficos severe consulat. *603, Sept.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 277.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 1; G: Lib. XI. ep. 58. — Iaffé Reg. 1914 (1533).

GREGORIUS PAULO SCOLASTICO SICILIAE.

Quanto[a] nos gloria vestra dudum tristes effecerat, propter quod se adversus reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Leonem[1] querellas habere aliquas perhibebat, tanto eodem fratre nostro ad nos modo veniente[b] cor nostrum gavisum[c] est, quia in pristina vos concordia Deo propitio ad invicem[d] redisse testatus est. Qui etiam inter alia bona quae in vestris laudibus referebat adiecit omnino[e] vos in ultione maleficorum sollicitos ac districtos, sicut revera nobiles et[f] Christianos oportuit, extitisse. Unde valde in[g] nobis laetitia[h] quam de vobis sumpseramus excrevit, quia illum[i] vobis per hoc placabilem redditis, contra cuius inimicos zeli vestri rectitudinem exercetis. Praeterea gloriam vestram paterna dulcedine salutantes hortamur, ut, quia satis est moribus vestris accommodum pacem diligere, reparatam inter vos gratiam[k] nullius lingua[l] perturbet, sed sic in vobis erga paternum amorem caritas ardeat, ut eam

Incipit *cet. R. ϱ. ϱ** — rescripto *pro* registro *ϱ* 2.3* — domno *ϱ*.*

Mense *cet.:* sept *aut* sep *abbr. codd.*

XIV, 1 in titulo: Sycilia *R1;* Siciliae *R2;* Sicil *ϱ*1;* Sicilia *ϱ1. ϱ*2.3;* Sicilensis *ϱ*4.* a) Quanta *R1.* b) venientes *R1.* c) gavisus *R1.* d) ad vicem *ϱ*1.* e) omni *R1.* f) et *om. R1.* g) in *om. ϱ3.* h) licentia *R2. ϱ1.* i) nullum *ϱ*. ϱ3.* k) gla *R1.* l) lingue̜ *ϱ1.*

XIV, 1. Eidem Paulo missa est ep. I, 3. *1) De Leone, ep. Catanensi, cf. ep. VI, 30 n.*

adversi[m] flatus more flammae non extinguat[n], sed augeat. Nam et antedictum fratrem nostrum item[o] hortati[p] sumus, ut ita paternam vobis dilectionem impendat, quatenus reciprocum gloriae vestrae affectum non odiose, sed velut mutuum tamquam faenerator[q] semper possit exigere.

XIV, 2.

Gregorius I. papa Vitali, defensori Sardiniae, mandat, ut xenodochiorum Sardorum curam, ob Ianuarii, episcopi Caralitani, senectutem, simplicitatem, valetudinem oeconomo ecclesiae Caralitanae et Epiphanio archipresbytero deleget. Permittit, ut possessorum Sardorum causa Constantinopolim eat; Bonifatio se iam scripsisse nuntiat, ut ei suum pro remedio illius provinciae oneribus afflictae solacium adhibeat. Addit de sacerdotibus in vacantibus ecclesiis constituendis; de monasterio S. Hermae in domo Pomponianae; de rebus ecclesiarum monasteriorumque requirendis; de xenodochiis Hortulani et Thomae; de Epiphanii hereditate, cet. *603, Sept.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 278.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 2; G: Lib. XI. ep. 59. — Iaffé Reg. 1915 (1534).

GREGORIUS VITALI DEFENSORI SARDINIAE.

Experientia tua indicante comperimus xenodochia in Sardinia constituta[1] gravem[a] habere neglectum. Unde reverentissimus frater et coepiscopus noster Ianuarius[2] vehementissime fuerat obiurgandus, nisi nos eius senectus ac simplicitas et superveniens aegritudo, quam ipse retulisti[b], suspenderet. Quia ergo ita est positus, ut ad aliquam ordinationem esse non possit idoneus, oeconomum[c 3] ecclesiae ipsius atque Epiphanium[d] archipresbyterum[4] ex nostra districte[e] auctoritate commone, ut eadem xenodochia ipsi in periculo suo sollicite ac utiliter studeant[f] ordinare. Nam si quis illic post hoc neglectus extiterit[g], nulla se[h] posse noverint apud nos ratione aliquatenus excusare.

Quoniam vero possessores nos Sardiniae petiverunt, ut, quia diversis[i] oneribus affliguntur[k 5], Constantinopolim[l] pro eorum debeas remedio proficisci, licentiam tibi eundi concedimus. Sed et[m] dilectissimo filio nostro Bonifatio diacono[n 6] scripsimus[7], ut suum tibi pro remedio provinciae illius studeat praebere solacium[o].

De ecclesiis[p] autem quas vacare sacerdotibus indicasti praedicto reverentissimo Ianuario[q] fratri et coepiscopo nostro scripsimus[7], ut eas debeat ordinare, sic tamen, ut non omnes ad episcopatum de ecclesia ipsius eligantur. Nam sic eum convenit alias[r] ordinare, ut ecclesiae suae de[s] personis, quae in ea possunt proficere, necessitatem non[t] faciat.

m) adversitatis *ϱ3; adversi edd.* n) extinguit *ϱ*1.* o) idem *R;* ideo *cet.* p) ortati *R2;* ordinati *R1.* q) foeneratur *ϱ*.*

XIV, 2 in titulo: Sardinia *R1.ϱ*1.4;* Sicilia *ϱ*2.3.* a) grande *R1.* b) retulis oti *ϱ*1.* c) ęconomium *R1;* oechonomum *R2.* d) Epyphanium *R1:* Ephiphaniam *ϱ*.* e) districta *R1.* f) studeat *R1.* g) existiterit *R1;* exstiterint *ϱ1.* h) re *ϱ1.* i) qui adversis *ϱ*1.2, sed corr. ϱ*2.* k) *ex* adeliguntur *corr. ϱ*2.* l) const *ϱ*1.* m) et *om. R1.* n) *ita R2;* ēpo *R1.ϱ.ϱ*1; om. hoc verb. ϱ*2.3.* o) solacia *R1.* p) ecla *R1.* q) Ianuario, *ut videtur, om. ϱ1.* r) alia *R1.* s) de *om. R1.* t) non *om. R1.*

XIV, 2. De Vitali cf. ep. IX, 2 n. 1) Cf. ep. IV, 24 (n. 2). 2) De Ianuario, ep. Caralitano, cf. ep. III, 36 n. 2. IV, 8 ss. 3) De hoc munere cf. ep. III, 23 p. 181 l. 1. VI, 53 n. 4. VII, 5 n. 2. 4) De Epiphanio cf. ep. IX, 197 n. 3. 5) Cf. ep. V, 38. 6) De Bonifatio cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 nº. 2 et ep. XIII, 41 n. 2. 7) Hae epistulae non exstant.

Illud igitur[u], quod ad gubernationem quorundam monasteriorum personas praepositas, quae ante, dum adhuc in monachico et minori essent ordine[v], lapsae sunt, indicasti, officium quidem abbatis suscipere, nisi omnino correcta[w] vita et digna praecedente paenitentia, minime debuerunt[8]. Sed quoniam iam abbatum, sicut dicis, officium susceperunt, de vita, moribus ac sollicitudine eorum cura gerenda est[x], et, si actus eorum inventus[y] contra officium non fuerit[z], in eo quo[a] sunt ordine perseverent; alioquin remotis[b] eis alii, qui commissis sibi animabus prodesse valeant, ordinentur.

Causa praeterea de monasterio sancti Hermae, quod in domo Pomponianae religiosae feminae[c 9] constructum est, quia plus blandimentis quam districtione agenda est, experientia tua apud eandem mulierem cum dulcedine agere studeat, quatenus nec illa in peccato proprio[d] auctoris[e] sui debeat postponere voluntatem et tu utilitates monasterii valeas salubriter procurare. Puellas autem suas, quas antedicta Pomponiana[f] in monasterio mutata olim religiosa veste[g] convertit, abstrahi ab ea vel inquietari nullo modo patiaris, sed in ea qua sunt conversione Deo protegente permaneant.

Pro requirendis vero rebus ecclesiarum vel monasteriorum[h] sive piarum causarum quod scripsisti[i], prius quidem hi quorum interest ammonendi sunt, ut ab eis te insistente atque[k] solaciante modis omnibus requirantur. Quod si forte vel ipsi neglegentes extiterint vel certe qui eas requirere debeant inventi non fuerint, tunc omnia ipse perquire[l] atque ita repperta recollige, ut manu aliquid iudicium inferre cuiquam minime videaris.

De xenodochiis[m] itaque[n] Hortulani[o] atque Thomae[10] nihil hactenus horum quae indicasti cognovimus. Eapropter[p] experientia tua iussionem principis ex hoc datam diligenter inspiciat et omnia secundum eius tenorem disponat et nobis, quid egerit, innotescat.

De hoc igitur, quod scripsisti fratrem et coepiscopum nostrum Ianuarium tempore quo sacrificium celebrat[q] tantam pati frequenter angustiam, ut vix post longa intervalla ad locum canonis redire valeat, quem reliquit, atque ex hoc multos dubitare, si[r] communionem[s] de eius debeant consecratione percipere, ammonendi sunt, ut nullatenus pertimescant, sed cum[t] omni fide atque securitate communicent, quia aegritudo personae[u] sacri mysterii benedictionem nec mutat nec polluit[v]. Secretius tamen omnino isdem frater noster hortandus est, ut, quotiens sibi[w] aliquam molestiam senserit, non procedat, ne ex hoc et se despiciendum[x] praebeat et infirmorum animis scandalum faciat.

Praeterea Pomponiana religiosa femina[y] questa nobis est[z] hereditatem quondam[a] generi[b] sui Epiphanii[c 11], in qua isdem Epiphanius[d] Matronam coniugem suam filiam antefatae Pomponianae usufructuariam constituerat, monasterio, quod in domo sua fundari statuerat, postea extincto usufructu modis omnibus[e] profuturam atque alia quae

u) de abbatibus removendis, si non recte vixerint *in marg. rubr. add. R1.* v) minori e. ordinis *R. ϱ1. ϱ*1;* minoris e. ordinis *ϱ3.* w) correpta *ϱ1.* x) inquire *R1 (pro* cura gerenda est). y) eorum inventus *om. R2. ϱ. ϱ*.* z) non fuerit *om. R2. ϱ. ϱ** — exequitur *(ita ϱ*3) supra lin. add. ϱ*2.* a) quod *ϱ1.* b) semotis *R1.* c) *ita ϱ;* Pomponio onere *et lac. 7 litt. R1;* Pompaniane relēg f *R2. ϱ*1;* Pompaniane relḡ f *ϱ*2.3.* d) prio *R1.* e) auctori *ϱ1;* actoris *ϱ3.* f) Pomponina *ϱ*1.* g) religiositate *ϱ3.* h) vel monasteriorum *om. R1.* i) scripsistis *ϱ3.* k) te insist. atque *om. ϱ3.* l) perquiret *R1.* m) exenodochiis *R1.* n) atque *ϱ3.* o) Ortulani *ϱ.* p) et propter *R1.* q) *ita ϱ*2.3. ϱ3;* celebrare *R1. ϱ1. ϱ*1, sed corr. R1 in* celebraret — *R1 rubro add. in marg.* de ēpō pro cuius infirmitate populus recusabat suscipere communionem. r) utrum *ϱ3.* s) ei *add. R1.* t) con *ϱ*1.* u) personae *om. R1.* v) polluiturus *ϱ*1.* w) ubi *R1; om. hoc verb. ϱ.* x) despicientium *R1.* y) *ita ϱ;* rel̄ f *R2. ϱ*1;* relg f *ϱ*2.3;* Pomponia rm ecla *R1.* z) est *om. R2. ϱ*1.* a) quod *R1. ϱ*2.3.* b) generis *R1. ϱ.* c) Epyphani *R1;* Epiphani *ϱ1;* Ephiphanii *ϱ*1.* d) Epyphanius *R1.* e) heredem *add. ϱ3.*

8) De simili causa cf. ep. V, 17. 9) Hanc et Maurini et Ewald putant eandem esse atque Pompeianam, de qua cf. ep. I, 46 n. 1 et XI, 13. 10) Xenodochium Thomae, quondam episcopi, commemoratur etiam in ep. IV, 8. 11) Cf. de hoc Epiphanio ep. XI, 13 (n. 1).

eidem Matronae proprietatis probantur iure competere ab experientia tua et a[f] reverentissimo fratre et coepiscopo nostro Ianuario iniuste sublata et nihil exinde hactenus vel filiae suae redditum[g] vel monasterio profecisse. Quod si ita se veritas habet aut aliquid te indecenter fecisse cognoscis, absque ulla mora ablata restitue aut certe, si aliter esse putas, ne[h] gravari pars adversa praeiudicialiter videatur, electorum cum ea iudicium hac de causa nullo modo subire postponas, ut, utrum vera iustaque eius sit querimonia, definitione[i] iudicii declaretur.

XIV, 3.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Panormitano, concedit, ut domum cum horto et balneo suo in urbe Roma positam cum Epiphanio, Romanae ecclesiae diacono, permutet. *603, Sept.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 279.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 3; G: Lib. XI. ep. 60. — Jaffé Reg. 1916 (1535).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO PANORMITANO.

Sicut rationi contraria procul est abicienda petitio, ita in his quae bene desiderantur effectum negari non convenit. Quia igitur, ut fraternitatis tuae petitio, quae tenetur in subditis, continet, in qua una tecum presbyteri ac[a] diacones ceteraque ecclesiastica officia subscribentes praebuere consensum, domum cum horto[b] et balneo suo atque omnibus ad eam[c] pertinentibus in hac urbe Roma[d] positam, quae ad ius Panormitanae ecclesiae ex hereditate quondam[e] Flori viri magnifici pervenisse dinoscitur, cum dilectissimo[f] filio nostro Epiphanio[g] diacono[1] permutare desideras, pro eo, quod domus ipsa[h] ita parte distecta[i], parte[k] diruta, parte igne probatur esse consumpta, ut nihil exinde commodi, sicut testaris, ante multos iam annos nunc usque ecclesiasticis utilitatibus potuisset accedere, atque[l] hac in re nostra tibi dari postulas auctoritate licentiam, provisionis tuae intentionem diligentius intuentes, postquam et nobis cognitum est domum ipsam in eo esse statu quo[m] asseris atque ita minante ruina cotidie deteriorem fieri, ut[n] non solum ecclesiae tuae non utilis, sed potius subinde damnosa posse videatur existere, idcirco permutandi[o] tibi eam[p] cum balneo[q] et horto suo omnibusque generaliter ad eam pertinentibus[r] iuxta petitionem tuam, quam et veritatis et rationis apud nos ordo suffulcit[s], huius auctoritatis nostrae serie[t] liberam per omnia concedimus facultatem, quatenus huius modi[u] accepta licentia nec te culpa de temeritate[v] vel incautela respiciat nec ille aliquid dubietatis[w] incurrat[2]. Nam providum salubreque est aliquid compendii procurare, unde nulla spes lucri, sed[x] damni magis formido est.

---

f) ea (*pro* et a) *R1; a om. ϱ3.* g) reditum *ϱ*1.* h) ne *om. ϱ*.* i) difinitione *ϱ.*

XIV, 3 in titulo: Panorm̄ *ϱ*1.4;* Panormo *ϱ*2.3.* a) *ita R;* aut *ϱ*.ϱ3;* et *ϱ1.* b) horta *ϱ1.* c) ea *R1.* d) Roma *supra lin. suppl. R1.* e) quod *R1.ϱ*2.3.* f) dilecto *ϱ1.* g) Epyphanio *R1;* Ephiphanio *ϱ*1.* h) domum ipsam *R1.* i) directa *ϱ3.* k) parte *om. R1.* l) natorore (*pro* atque) *R1.* m) quod *R1.* n) et *ϱ*.* o) permundi *R1.* p) ea *R1.* q) valnea *R1.* r) cum omnibus que genera utere eam pertin. *R1.* s) suffulsit *R1;* sulfulcit *ϱ*1.* t) semper et (*pro* serie) *R1.* u) huius modi *om. ϱ3.* v) de temerita et *R1.* w) dubietate *R1.* x) per (*pro* spes) lucris et *R1.*

XIV, 3. De Iohanne cf. ep. XIII, 40 n. 1) De Epiphanio cf. ep. V, 35 n. 2. XIII, 45 n. 4. 2) Nota episcopos cautionem facere solitos esse, ne praedia alienarent, secundum f. Diurni 74. Cf. Nov. Iust. 7. 120.

XIV, 4.

Gregorius I. papa Fantino, defensori Panormitano, significat, se Leonis episcopi (Catanensis) iterato rogatu Exhilarato episcopo condonasse delicta; quem cum clericis reconciliari iubet. *603, Sept.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 280.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 4; G: Lib. XI. ep. 61. — Iaffé Reg. 1917 (1536).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI PANORMO.

Talia ad nos de fratre et coepiscopo nostro Exhilarato[a] [1], sicut et ipse nosti, pervenerunt, quae districta[b] omnino essent ultione plectenda; sed quoniam bis eam[c] reverentissimus frater et coepiscopus noster Leo [2], qui etiam in causa eius iudicem[d] fuisse testatus est, levigavit[e], ad ecclesiam suam[f] illum retransmittendum[g] esse praevidimus iudicantes sufficere illi hoc, quod eum diutius hic retinentes affliximus[h]. Itaque experientiae tuae praecipimus, ut erga mores actusque[i] ipsius curam habeat atque eum frequenter ammoneat, quatenus se[k] et ad impendendum[l] clericis suis caritatem benignum et, si res exegerit, ad corrigendas culpas debeat exercere sollicitum. Sed et clerum eius ammonere te volumus, ut humilitatem illi[m] ac[n] oboedientiam, quam Dominus[o] mandat, exhibeat nec in aliquo[p] illi[q] superbus praesumat existere. Quod si quis eorum, id est sive episcopus seu clericus, ammonitionem tuam neglexerit, ex hac nostra auctoritate canonica coercitione[r] inoboedientiae culpam aut tu, sicut praevideris, corrige aut nobis renuntiare festina, ut disponere valeamus, qualiter disciplinae frenum extra iter[s] suum pergere non permittat eos quos[t] ad excessum aculeus pravae mentis irritat[u].

XIV, 5.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Panormitano, mandat, iudicet inter Petrum, praesentium latorem, qui tempore, quo conductor fuerat, relictam cuiusdam diaconi marito tradidisse dicebatur, et Fantinum defensorem. Res suas, quas apud ecclesiae colonos perhibet retineri, Petrus sine damno habeat. *603, Sept.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 281.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 5; G: Lib. XI. ep. 62. — Iaffé Reg. 1918 (1537).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO PANORMITANO.

Quia sunt culpae, in quibus culpa est relaxare vindictam, quaerenda semper est veritas, ut inquiri debeat, utrum accusatum noxa condemnet[a] an a poena innocentia patefacta[b] subducat. Itaque pervenit ad nos Fantinum defensorem [1] ultionem[c] exercere

XIV, 4 in titulo: Panorm̄ *abbr. ϱ*1.4.* a) Exilarato *R 1.* b) districto *ϱ*1.* c) quamvis *(in ras.)* ea (*om.* quoniam bis) *R 1.* d) iudicem se *ϱ*;* iudex *ϱ 3.* e) legavit *ϱ*1.* f) tuam *ϱ*.* g) transmitt. *R 1.* h) affiximus *ϱ 1.* i) actenus, *sed* actusque *supra lin. add. R 1.* k) re *ϱ 1* — et *om. ϱ 3.* l) inpendendam *ϱ*1.* m) huius *add. ϱ 3.* n) illic (*om.* ac) *R 1.* o) ds̄ *R 1.* p) aliquid *R 1.* q) *ex* illis *corr. R 1.* r) *in* coertione *corr. R 1;* coherctione *ϱ 1;* cohertione *ϱ 3.* s) *ex* extrahitur *corr. R 1.* t) quod *R 1.* u) *ex* irrigat *corr.* instigat *R 1;* inritat *ϱ*1. ϱ 3.*

XIV, 5 in titulo: Panor̄mo *ϱ*1.4;* Panormo *ϱ*2.3.* a) *ita ed. M.;* commendete *R 1. ϱ. ϱ*2.3;* commendat *ϱ*1.* b) patet facta *ϱ 1.* c) defultione (*pro* def. ultione) *ϱ 1.*

XIV, 4. De Fantino cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n. 1) Ubinam Exhilaratus episcopus fuerit, ignoro. 2) De Leone, ep. Catanensi, cf. ep. VI, 30 n.

XIV, 5. De Iohanne cf. ep. XIII, 40 n. 1) De Fantino cf. ep. III, 55 n. IV, 43 n.

in Petro[2] latore praesentium voluisse pro eo, quod, quantum dicitur, relictam cuiusdam diaconi, tempore quo conductor[d] fuit marito tradiderit. Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse dicens[e] nec virginem illam ad eum venisse, denique ut nec religiosam vestem mutare praesumeret, postquam ille in ordine sacro promotus est, adiciens, et priusquam ad diaconem[f] veniret[g] et postea prava illam opinione[h] vixisse[i], ideoque fraternitatem tuam his hortamur affatibus[k], ut eum Dei, sicut decet, timore[l] causam hanc suptili omnino investigatione perquirat et, si in[m] coniugio diaconi mulierem[n] de qua agitur fuisse constiterit, et suprascriptus[o] lator memorato defensori et rectori patrimonii[p] ad vindictam modis omnibus tradatur et cum competenti emendatione hi qui male sociati sunt disiungantur. Si vero in eius coniugio non fuit, memoratum Fantinum ex nostro mandato commonere te volumus, ut ei[q] facere nil praesumat, ne[r] falsa illum accusatio apud eum in aliquo[s] praegravet.

Quia vero reliquam sibi[t] antedictus Petrus apud ecclesiae[u] colonos[v] perhibet reducere[3], volumus, ut sine cuiusquam impedimento eam habeat, si tamen ita est exigendi licentia. Nam et si inventus fuerit esse culpabilis, non res suas amittere, sed in se dignam debet[w] ultionem suscipere[x].

MENSE OCTOBRI INDICTIONE VII.

XIV, 6.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, praecipiat Concordio, episcopo Caesenati, ut Fortunatum, latorem praesentium, iniuste deiectum monasterii SS. Laurentii et Zenonis abbatem restituat. *603, Oct.*

Codd. R et ρ: Indictio I—VII. cap. 282.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 6; G: Lib. XII. ep. 1. — Iaffé Reg. 1919 (1538).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Quia incongruum[a] valde est a suscepto officio sola quemquam voluntate suspendi, quem culpa non removet, sollicite disponendum est, ut nec prior ordinatio inrationabiliter destruatur nec sine emendatione quae male secuta fuerint[b] relinquantur. Fortunatus itaque lator praesentium in monasterio sanctorum[c] Laurentii[d] atque Zenonis, quod in Caesinati[e] castro est constitutum, a Natale[f] quondam[g] episcopo[h] officium sibi abbatis asserens esse commissum nunc se a successore eius Concordio[i] nulla existente culpa exinde remotum atque alium in loco suo queritur ordinatum. Quod etiam coram

d) *in* conducta *corr. R1.* e) dicens *om. ρ3.* f) *ex* a diacono *corr. R1.* g) perveniret *ρ**. h) opinionem *R1. ρ1. ρ*1.* i) vixisset *R1.* k) affectibus *R1.* l) et *add. ρ1.* m) in *om. R1.* n) mulier *ρ*. ρ3.* o) s̄s̄ tuus *ρ**. p) patrimonium *R1.* q) *ita R2. ρ. ρ*1;* et *R1;* eis *ρ*2.3.* r) nec *R1.* s) *ita ρ et ex* aliquod *corr. R1;* aliquid *ρ**. t) sibi *om. ρ3* — res suas (*pro* rel. sibi) *edd.* u) ecl̄a *R1;* ecclesiam *ρ3.* v) colones *ρ*2.3;* colonus *R2. ρ*1* — perhibet retineri *edd.* w) debeat *R1.* x) *In fine huius ep. add.:* expl. eplę ind. VI. Incip. ep̄lę s. G. pp. urb. R. per ind. VII *R*1.*

Mense *cet.:* oct *abbr. R1. ρ1,* octob. *ρ**, octubr. *ρ3.*

XIV, 6 in titulo: Mariano *ρ*4* — Rav̄ *abbr. ρ*1.4;* Ravennati *R*1.* a) *ex* incongruam *corr. R1.* b) fuerit *R1.* c) sanctorum *om. ρ. ρ**. d) Laurenti *ρ*. ρ1.* e) Cesinati *R2. ρ*;* Cęcinati *R1;* Censinati *ρ1;* Cessinati *ρ3.* f) Natł *ρ*1.* g) quod *R1;* quodam *ρ3.* h) ep̄is *R1.* i) concordia *ρ**.

2) Idem, ut videtur, Petrus conductor commemoratur in ep. I, 42 p. 66 l. 3. *3) De conductorum exactionibus cf. ep. I, 42 p. 66 et Mommsen in Zeitschr. f. Soc.- u. Wirthschaftsgesch. I p. 54 ss.*

XIV, 6. De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5.

quibusdam diaconibus nostris, praesente praedicti Concordii[k] diacone eiusdem episcopi sui causas allegante[l] ex parte ita esse praeclaruit[m]. Sed quoniam certior in partibus illis, ubi res acta est[n], potest esse probatio, fraternitas tua diligenter atque sollicite hoc studeat perscrutari[1]. Et si nulla manifeste causa depositionis extitit, quae praedictum[o] Fortunatum ab[p] abbatis officio removeret, eum in suo loco[q] reformare festinet atque eius episcopum digna reprehensione increpare non desinat, cur decessoris sui nullis provocatus excessibus destruere ordinationem molitus est[r]. Si vero aliter, quam edocti sumus, causam esse pars altera[s] dixerit, suptili veritas investigatione quaerenda est et ita, quicquid canonicus ordo poposcerit, terminandum, ut nulla ea de re denuo querella remaneat.

MENSE NOVEMBRI INDICTIONE VII.

XIV, 7.

Gregorius I. papa Alcisoni, episcopo Corcyraeo, sententiam Andreae, quondam metropolitae Nicopolitani, imperatoris iussione roboratam, confirmat, ut Cassiopi castrum in Alcisonis dioecesi situm, sed ab episcopo Euriae civitatis appetitum, sub Alcisonis maneat iurisdictione. Hunc vero hortatur, ne Euriates clericos e castro eiiciat.

603, Nov.

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 283.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 7; G: Lib. XII. ep. 2. — Iaffé Reg. 1920 (1539).

GREGORIUS ALCISONI EPISCOPO CORCYRA.

Non inmerito elati cordis retundi postulatur ambitio[a], quando sacrorum[b] canonum vigore postposito temerariae praesumptionis excessus aliena inlicite concupiscendo non solum ad generanda dispendia noxius, verum etiam paci[c] ecclesiasticae probatur esse contrarius. Relectis[d] igitur fraternitatis tuae epistolis, quae de Cassiopi[e] castro, quod in tua[f] est diocesi constitutum, ab episcopis Euriae civitatis[g] vel prius vel modo sint[h] acta[1], cognovimus et contristati sumus, quod hi qui ecclesiae tuae[i] pro impensa sibi caritate debitores esse debuerant inimici ei magis fieri[k] nullo sunt[l] pudore[m] prohibiti; denique ut contra ecclesiasticam ordinationem, contra sacerdotalem modestiam[n], contra sacrorum[o] canonum statuta praedictum castrum de iurisdictione eius abducere[p] ac suae

k) in concordii *ϱ*1;* incordii *ϱ*2.3.* l) alligante *R2.ϱ*1;* alligantem *ϱ*2.3;* allegantem *ϱ1 et ex* alligantem *corr. R1;* delegante *ϱ3.* m) perclaruit, *ut videtur, R1.ϱ3.* n) est *om. ϱ*;* et *R1* — est acta *ϱ3.* o) ei *add. R1.* p) ab *om. ϱ.* q) in suum locum *ϱ*.ϱ3.* r) *ita R; om.* est *ϱ.ϱ*;* molitur *ϱ3.* s) altra *R1.*

Mense *cet.:* nov̄ *abbr. R1.ϱ*.*

XIV, 7 in titulo: Alcissoni *ϱ1;* Alcisioni *ϱ3;* Alcisinię *R*1* — epi̅ *R2.ϱ1.ϱ*;* pbro *R*1* — Corcyra *R2.ϱ*.ϱ1;* Corcyranitano *R1;* Corcyro *R*1; om. hoc verb. ϱ3.* a) retunda postulandi ambitio est *ϱ3.* b) sacrarum *ϱ*1.* c) pati *R1.* d) relictis *R.ϱ*1, sed corr. R1.* e) Casiopi *ϱ*1.* f) tuo *ϱ*1.* g) Eurisę *R1.ϱ.ϱ*1;* Eurissę *ϱ*2.3* — civi̅t *ϱ*1;* civitate *ϱ*2.3.* h) sunt *R1.* i) tuae *om. R1.* k) a *add. ϱ3.* l) sunt *om. ϱ*.* m) pudore *om. ϱ3.* n) *ex* molestiam *corr. R1.* o) *ex* sacro *corr.* sacra *R1.* p) adducere *codd. n.*

1) Nota in synodo Romana a. 649 Maurum, ep. Caesenatem, locum episcopi Ravennatis agere et in epistula Agathonis papae a. 680 Florum, ep. Caesenatem, inter suffraganeos episcopi Ravennatis subscribere.

XIV, 7. De Alcisone cf. ep. VI, 7 n. et ep. XIV, 8. 13, in quibus de eadem causa agitur. 1) Scil. ab Iohanne, ep. Euriae: cf. ep. XIV, 13.

molirentur[q] potestati[r] subicere, ut fierent quodam modo domini, ubi prius suscepti fuerant peregrini. Qua de re quoniam Andreas venerabilis memoriae[s] frater noster[2] Nicopolitanus metropolita adnitente sibi principali quoque iussione, in qua ei causae huius fuerat iniuncta cognitio, prolata, sicut nobis patuit, noscitur statuisse sententia antefatum[t] Cassiopi[u] castrum sub iurisdictione ecclesiae tuae, quem ad modum semper fuit, debere persistere, formam eiusdem sententiae comprobantes[v] apostolicae sedis auctoritate eam[w] favente iustitia confirmamus atque robustam[x] per omnia manere decernimus. Nam nulla aequitatis ratio, nullus canonum ordo consentit, ut[y] parrochiam alterius alter aliquo modo debeat occupare. Unde licet districtionem contra se non modicam huius litigii culpa videatur exigere, propter quod ab eis mala pro bonis[z] sunt reddita, studendum tamen est, ut excessu benignitas non vincatur[a] nec illud quod etiam extraneis debetur fratribus necessitatem patientibus denegetur, ne nil agere caritas[b] in episcoporum mentibus iudicetur, si sine consolationis remedio hi quibus magna est habenda compassio relinquantur[c]. Oportet ergo, ut sacerdotes vel clerus Euriae[d] civitatis ab antefati Cassiopi castri habitatione[e] nullatenus repellantur[f], sed et beati Donati[3] sanctum ac venerabile corpus, quod secum detulerunt[g], in una ecclesiarum antedicti loci, quam elegerint, sive intus seu foris habeant recondendi debita cum veneratione licentiam; sic tamen, ut dilectioni tuae, in cuius parrochia castrum ipsum est positum, emissa[h] procuretur cautione munitio, per quam promittat nullam sibi in eo potestatem, nullum privilegium[i], nullam iurisdictionem, nullam tamquam cardinalis episcopus ulterius auctoritatem[k] defendere, sed[l] pace[m] Deo propitio reddita[n][4] ablato[o] venerabili sancti Donati, si maluerint, corpore ad propria se modis omnibus reversuros, ut huius promissionis persistente[p] memoria nec illi de cetero quicquam[q] sibi illic principaliter quacumque occasione audeant vindicare, sed omni se[r] tempore esse ibidem hospites recognoscant et fraternitatis tuae ecclesia iuris vel privilegii sui in qualibet parte praeiudicium non[s] incurrat.

XIV, 8.

Gregorius I. papa Bonifatio diacono, Constantinopoli moranti, epistolam praecedentem mittit et mandat, hortetur imperatorem, ut, inducto priore edicto, Andreae, quondam Nicopolitani metropolitae, de Cassiopi castro sententiam ratam faciat. Alcisonem, epi-

q) moliretur *R1.* r) potestatis *R1.ϱ*1.* s) memoria *R1.* t) antefactum *ϱ*, sed corr. ϱ*2.* u) Casiopi *ϱ*1.* v) comprobant eos *ϱ1.* w) ea *ϱ*.ϱ3.* x) rebus item (*pro* robustam) *R1.* y) consenti aut *R1.* z) boni *R1.* a) *ita R1;* excessu b. n. vindicatur *ϱ1;* excessum b. n. vindicetur *ϱ*1.ϱ3;* excessum b. n. vendetur *ϱ*2.3;* excessum b. n. vindicet *Vat. A. F (ed. M.);* excessum non videatur perpetrare *Vat. D (ed. M.).* b) agere *om. et post* caritas *spatium c. 5 litt. reliquit ϱ1.* c) *ex* relinquatur *corr. R1.* d) Eurisę *ϱ3.* e) habitationes *ϱ*1.* f) repellatur *ϱ*.ϱ3.* g) detulerat *ϱ1.* h) et missa *R1.* i) fore, *ut videtur, add. ϱ1.* k) auctoritate *R1.ϱ*.ϱ3.* l) defenderes et *R1.* m) pacem *codd. n.* n) redditam *ϱ1.ϱ*.* o) ablata *R1.* p) persistere *ϱ3.* q) quisquam *R1.* r) se *om. ϱ*1.* s) non *om. R2.*

2) De Andrea Nicopolitano cf. ep. VI, 7 n. Sotericus ei successisse videtur: cf. Lequien, Oriens Christianus II. c. 137 et Honorii I. papae epistulam a. 625, Dec. 13 = I.-E. 2010. *3) Donatus secundum Martyrologium Romanum d. 30. Apr. primus episcopus Euriae tempore Theodosii imperatoris fuerat; in eodem Martyrologio adnotatur ad d. 29. Oct.:* Cassiope in insula Corcyrae S. Donati, de quo scribit S. Gregorius papa *(secundum Lequien, l. l. c. 145 s.).* *4) Nota tunc temporis Sclavos (et Avaros) facto cum Langobardis foedere imperium impugnasse. Cf. Paul. diac. IV, 24. 28.*

XIV, 8. De Bonifatio cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2 nº. 2 et ep. XIII, 45 n. 1.

scopum Corcyraeum, commendari iubet Eusebio, episcopo Thessalonicensi, et futuro metropolitae Nicopolitano, ne posthac ab actionariis eius damna sustineat. 603, *Nov.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 284.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 8; G: Lib. XII. ep. 3. — Iaffé Reg. 1921 (1540).

GREGORIUS BONIFATIO DIACONO CONSTANTINOPOLI.

Quotiens eorum nos[a] discordia tristes facit qui pacis praedicatores esse debuerant, magna sollicitudine studendum est, ut litigii ablata materie[b] ad concordiam redeant hi[c] qui diversa[d] ab[e] invicem volunt[f]. Quae igitur de Cassiopi[g] castro, quod in insula Corcyra[h] est positum, acta sint qualiterve id de iurisdictione[i] Corcyritani[k] episcopi episcopus Euriae[l] moliatur subtrahere et suae[m] nequiter iurisdictioni subicere, valde[n] prolixum est dicere[1]. Sed dilectioni tuae, ut[o] cuncta suptiliter comprehendas, fratris[p] nostri Alcisonis[q] episcopi[r] Corcyrae[s] scripta transmisimus atque eius illic venire hominem fecimus, qui etiam verbo te ad singula minutius[t] possit instruere[u]. Hoc tamen breviter indicamus[v], quia, dum Mauricio[w] quondam imperatori esset in praeiudicio[x] ecclesiae Corcyritanae[y] subreptum, nec iussio eius, quippe quae[z] contra leges et sacros canones data fuerat, habuisset effectum[a] et[b] indecisa inter partes contentio remansisset[c], aliam[d] illum ad Andream quondam fratrem[e] nostrum tunc Nicopolitanum metropolitam[f] iussionem dedisse, ut[g], quoniam utraque pars eius erat iurisdictioni[h] subiecta[i], ipse[k] hanc causam cognoscere et finire canonice debuisset. Qui metropolita[f] cognita causa prolataque sententia, cuius tibi exemplaria misimus, praedictum Cassiopi[l] castrum sub potestate ac iurisdictione Corcyritani episcopi, cuius et semper fuit diocesis, esse distinxit[m]. Quam nos sententiam comprobantes apostolicae sedis auctoritate praevidimus confirmandam, et, ne ea quae decrevimus ita potuissent esse districta, ut nihil benignitatis habere viderentur admixtum, curae nobis fuit ita causam tempore disponere, sicut sententiae nostrae, quam ad te[n] misimus, textus ostendit, ut[o] neque episcopus vel clerus Euriae civitatis necessitatem habitationis incurrerent nec Corcyritanae ecclesiae privilegia in aliquo[p] turbarentur. Sed quia inter ipsa primordia serenissimo domno imperatori[q] subreptum est atque contra iudicatum Nicopolitani metropolitae, quod ecclesiastica rectitudine et canonica ratione suffultum est, episcopo Euriae, quod nec sine dolore audire vel loqui[r] sine gemitu possumus, cum maiori iniuria episcopi Corcyritani[s] atque clericorum eius antefatum Cassiopi[t] castrum traditum memoratur, ut amota, quod dici grave est, iurisdictione Corcyritanae ecclesiae ipse illic omnem tamquam principalis[u] habeat potestatem, sententiam nostram nulli dare praevidimus, ne contra iussionem clementissimi domni imperatoris vel, quod absit, in despectu ipsius aliquid facere videremur. Itaque dilectio tua pietati eius cuncta diligenter insinuet atque constanter astruat hoc omnino pravum[v], omnino iniustum[w], omnino inlicitum et

XIV, 8 in titulo: Bonifacio *R*1. ϱ1. ϱ*2.3* — Constantinopolitano *R1;* Constantinopl *ϱ*1.4;* Constantinopolim *R*1. ϱ*. 2.3.* a) nos *om. ϱ1.* b) materia *ϱ*.* c) hi *om. R1.* d) diversant *ϱ1.* e) ad *ϱ*1.* f) vóluntate *R.* g) Casiopi *ϱ*1.* h) Corquira *codd. n.* i) de viderisdictione *R1.* k) Corcytani *R. ϱ. ϱ*1.* l) Eurysę *ϱ3 semper.* m) sua *ϱ*1.* n) vel *R1.* o) ut *om. R1.* p) fri *R1.* q) *ita R2. ϱ1;* Alcisoni *R1;* Altiosionis *ϱ*1;* Alcisionis *ϱ*2.3. ϱ3.* r) epo *ϱ*1.* s) Cortyre *ϱ*;* Corcire *R1. ϱ3.* t) nuntius *ϱ3.* u) possi instrue *R1.* v) indicamus *ϱ1;* indicavimus *ϱ3;* indicavimus *ϱ*.* w) Mauritio *ϱ*.* x) esset imperatori iudicio *R1.* y) Corcyratanę *R1;* Cortyritanę *ϱ1.* z) qui *codd. n.* a) affectum *ϱ*1.* b) ut *R1.* c) remansisse *R1. ϱ*1.* d) tali *ϱ1.* e) confrem (*om.* quondam) *R1.* f) metropolitañ *R1.* g) et *R1.* h) iurisdictionis *R1.* i) sublecta *ϱ1.* k) ipsa *R1.* l) Casiopi *ϱ*1. ϱ3.* m) distrinxit *ϱ*. ϱ3.* n) ante (*pro* ad te) *ϱ*1.* o) et *ϱ*.* p) aliqua *R1.* q) imprii *ϱ*1.* r) vellem qui *ϱ*1.* s) Corquiritani *R1. ϱ1. ϱ*1.* t) Carsiopi *ϱ*1;* Casiopi *ϱ3.* u) principales *R1. ϱ1;* principalem *cet.* v) parvum *R1.* w) iustum *R1.*

1) *De eadem causa cf. ep. praeced. et ep. XIV, 13.*

sacris esse valde canonibus inimicum: et ideo huius modi peccatum temporibus suis introduci in ecclesiae[x] praeiudicium non permittat, sed quid de hoc negotio iudicatum antefati quondam[y] metropolitae contineat vel qualiter a nobis ea quae ab illo decreta sunt confirmata fuerint[z], suggerat[a] atque id agere studeat, ut cum eius iussione nostra illic sententia transmittatur, quatenus et serenitati[b] ipsius, sicut dignum est, reservasse[c] et rationabiliter correxisse quae male praesumpta sunt videamur. Qua in re omnino opera danda[d] est, ut, si fieri potest, etiam ipse iussionem tribuat, in qua ea quae a[e] nobis definita[f] sunt servari praecipiat. Nam hoc facto omnis de cetero subreptionis locus obstruitur. Ita ergo ad compescenda haec praeiudicia vigilantiam tuam cum omnipotentis Dei adiutorio exercere festina, ut nec modo voluntas eorum qui perversa moliuntur aliquid contra antiquum ecclesiasticae[g] consuetudinis statum[h] optineat nec post ad exemplum res nefanda proficiat.

Quanta praeterea mala quantasque se[i] oppressiones suprascriptus[k] frater noster Alcison[l] episcopus ab actionariis ecclesiae Thessalonicensis[m] asserat sustinere, ut possis cognoscere, ipsam quam ad nos misit epistolam dilectioni[n] tuae transmisimus[o]. Ideoque praedictae ecclesiae[o] responsalem venire ad te[p] facito atque causam ipso praesente cognosce[q] et de capitulis[r] quibus te ratio moverit fratri et coepiscopo nostro Eusebio scribe, ut homines suos agere iniusta prohibeat et[s] minores non premere, sed magis in quibus iustum fuerit, moneat adiuvare. Hoc quoque volumus, ut ei qui in civitate Nicopolitana[t] metropolita[u] fuerit ordinatus[2], dilectio tua scribere debeat, quatenus causam de damnis quae ecclesiae suae[v] inlata[w] praedictus frater noster Alcison queritur cognoscere et quod iustum est debeat definire[x], quia a[y] decessore ipsius negotium ipsum non decisum, sed legitur[z] reservatum.

MENSE DECEMBRI INDICTIONE VII.

XIV, 9.

Gregorius I. papa Iohanni episcopo permittit, ut quam beatae Mariae per Sabinum, subdiaconum Romanae ecclesiae et rectorem patrimonii, perfecerit basilicam consecret.

603, Dec.

Codd. R et ϱ: Indictio 1—VII. cap. 285.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 9; G: Lib. XII. ep. 4. — Iaffé Reg. 1922 (1541).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO.

Basilicam quam[a] a dilectione tua[b] in honorem beatae[c] semper virginis Mariae per Savinum subdiaconum nostrum et rectorem patrimonii[1] suggeris esse perfec-

x) eclam *R1;* ecclesia ϱ*. y) quod *R1.* z) imperatori *add.* ϱ*3.* a) suggesserat ϱ*, *sed corr.* ϱ*2. b) serenitatem ϱ3. c) reservare *R1.* d) *ita* ϱ3; operanda *cet. codd.* e) a *om. R1.* f) difinita ϱ*1. g) ecłastica *R1.* h) statim *R1.* i) *ita R1.*ϱ*1; se *om.* ϱ.ϱ*2.3. k) supradictus ϱ*2.3; superscriptus ϱ3. l) Altison ϱ*1; Alcisoni ϱ*2.3. m) Thesalonicensis *R1.*ϱ*1; Tessalonicensis ϱ3. n) dilectionis *R1.* o) *verba* transmisimus *usque* ecclesiae *om. R1.* p) ante te ϱ3. q) cognoscite *R1.* r) de *add.* ϱ3. s) ut ϱ*1. t) Nicopolita *R1.* u) metropolita *om.* ϱ1; metro ϱ*1. v) tuae ϱ*. w) inlatis *R1.*ϱ*1. x) diffinire ϱ1. y) a *om. R1;* ad ϱ*1. z) igitur *R1.*

Mense *cet.:* decem. *R1;* dec. ϱ.ϱ*2.3; sept. ϱ*1.4; decembri *R*1* — VI *pro* VII ϱ*2.3.

XIV, 9 titulo addit: de ecla scę marię construenda *R*1.* a) quam *om.* ϱ1, *sed ras. exhibet.* b) ad dilectionem tuam *R1* — qua *hic iterum add. R1.*ϱ*1.2, *sed erad.* ϱ*2. c) et *add. R1;* semperque ϱ3.

2) Cf. ep. praeced. n. 2.

XIV, 9 scripta est secundum Diurni f. 19. — An idem Iohannes est, de quo agitur in ep. XIII, 40 n., ep. Panormitanus? *1) Scil. Bruttiorum: cf. ep. II, 10 n.*

tam[d] consecrandi tibi[e] praeceptionis nostrae serie[f] facultatem[g] noveris attributam, quatenus, frater carissime[h], devotionis tuae desiderium complens[i] celebritatis[k] perfectione gratuleris.

XIV, 10.

Gregorius I. papa Guduinum, ducem Neapolitanum, hortatur, ut in militem, qui monacham corruperit, exemplum edat. 603, Dec.

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 286.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 10; G: Lib. XII. ep. 5. — Iaffé Reg. 1923 (1542).

GREGORIUS GUDUIN DUCI NEAPOLIM.

Dum inter multa[a] bona, quae nobis de magnitudine vestra saepius nuntiantur[b], illud in vos plus laudabile dicatur existere, quod castitatem diligitis et disciplinam, sicut dignum est, custoditis, satis mirati sumus, quod in milite illo, qui ancillam[c] Dei diabolica instigatione perdidit[d], districtissima vindicta hactenus facta non fuerit. Nam moribus et bonitati vestrae valde conveniens fuit, ut ante ad nos ultio quam perpetratae culpae iniquitas[e] perveniret. Sed quia vindictam[f] huius sceleris[g] non voluntate, sed aliorum credimus subreptionibus esse suspensam, ne hoc peccatum vel numerum indisciplinati[h] militis vel loca illa in quibus commissum est valeat premere[i], hortamur, ut sine excusatione aliqua vel modo, qualis vobis fervor sit erga castitatis[k] custodiam, demonstrantes ita pro[l] exemplo aliorum districte emendare tantum facinus festinetis, ut et Deum vobis, in cuius ille hoc iniuria[m] perpetravit et timorem eius despexit[n], placabilem faciatis et nos vobis de zeli vestri rectitudine gratias referamus. Nam tantam iniquitatem inultam remanere nullo modo patimur[o].

XIV, 11.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo (Ariminensi), mandat, ut Armenio episcopo, Anconitanae ecclesiae visitatore, adhibito exploret de moribus litterisque Florentini archidiaconi et Rustici Florentinique diaconorum, quibus electores Anconitani ad munus episcopale suffragati sint. 603, Dec.

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 287.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 11; G: Lib. XII. ep. 6. — Iaffé Reg. 1924 (1543).

d) perfecte ϱ*1. e) per *add.* ϱ3. f) seriem *codd. n. cum Diurn. Vat.* g) facultatem *om.* ϱ*2.3. h) kk ϱ*1. i) comples ϱ*2.3. k) tuę *add.* R1.

XIV, 10 in titulo: Guduin R*1.ϱ1.ϱ*1; Guduini R1; Guduino ϱ*2.3.ϱ3. *Vat. D. E. F;* Gundino *Vat. A;* Guidoni *Vat. B (ed. M.)* — Neapolim ϱ.ϱ*; Neapoli R1. a) multa *om.* R1. b) *ex* nuntiatur *corr.* R1. c) in ancilla R1.ϱ1.ϱ*1. d) perdiderit, *ut videtur,* ϱ1. e) iniquitatis ϱ*1. f) vindicta ϱ*.ϱ1. g) celeris ϱ*1. h) indisciplinato R1. i) premeret R1. k) *ita, ut videtur,* ϱ1 *et edd.;* caritatis R1.ϱ*.ϱ3 *et Vat. B. E. F (ed. M.).* l) per ϱ*1. m) iniuriam ϱ. n) dispexit ϱ*. o) patimus ϱ1; paciemur ϱ3.

XIV, 10. Guduinus Gudiscalco duci Campaniae successisse videtur. Tempore Mauricii imperatoris contra Avaros primum ταξίαρχος *(Theophyl. Sim. VII, 11 s.), deinde* ὑποστράτηγος *(ib. VIII, 5 ss.) fortiter pugnaverat. Seditione peracta Phocas eum in Campaniam misisse videtur.*

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO.

Ne incauta eorum ordinatio qui ad[a] episcopatum eliguntur valeat provenire[b], vigilanti de eorum personis est sollicitudine requirendum. Indicatum siquidem nobis est Florentinum[c] archidiaconem ecclesiae Anconitanae[d], qui ad episcopatum[e] electus[1] fuerat, scripturae quidem sacrae scientiam habere, sed ita aetatis[f] esse senio[g] iam confractum, ut ad regiminis officium non possit adsurgere. Addentes[h] etiam ita illum tenacem existere, ut in domo eius amicus ad caritatem numquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiae, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem[i] homo dicitur[k], sed, quantum asseritur, psalmos ignorat[2]. Florentinum vero diaconem[l] ecclesiae Ravennatis[3], qui electus ab omnibus memoratur, sollicitum esse novimus, sed[m] qualis sit interius, non scimus. Ideoque fraternitas tua[n] una cum fratre et coepiscopo nostro Armenio[o] suprascriptae ecclesiae Anconitanae[p] visitatore[4] illic festinet accedere et diligenter de vita ac moribus singulorum requirere vel, si nullo sibi sunt crimine[q] conscii, quod eos ad[r] hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si, quoniam[s] hoc de praefato archidiacono[t] dictum est, quia numquam amicus domum eius ingressus est, ita se veritas habet et utrum ex necessitate an ex tenacia[u] talis sit aut si ita senex est, ut ad regendum non possit adsurgere, vel si tactis[v] sacrosanctis evangeliis, sicut nobis nuntiatum est, iusiurandum praebuit[w] numquam se ad episcopatum accedere. Sed et de[x] Rustico diacono, quantos psalmos minus teneat, perscrutandum est. Florentino autem diacono Ravennati[y], si nullum, sicut diximus, crimen est, quod obsistat, apud episcopum eius[z] agi necesse est, ut ei debeat cessionem[a][5] concedere, non tamen ex nostro mandato vel dicto, ne contra suam eum[b] voluntatem cedere videatur. Sed hoc ut norunt hi qui eum eligunt, ex se agant[c]; tu vero de singulis cum omni studio ac sollicitudine omnia quae scripsimus requirere[d] atque nobis stude[e] suptiliter indicare, ut renuntiatione tua redditi certiores, quid post hoc Deo auctore[f] fieri debeat, disponamus.

XIV, 12.

Gregorius I. papa Theodelindae reginae de filio Adulouualdo nato et catholice baptizato gratulatur. Secundo abbati se subtilius responsurum promittit, ubi morbus suus remiserit, atque acta synodi tempore Iustiniani habitae transmittit. Adulouualdo regi eiusque sorori phylacteria mittit. Petit, ut regi (Agilulfo) de facta pace gratias agat. *603, Dec.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 288.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 12; G: Lib. XII. ep. 7. — Iaffé Reg. 1925 (1544).

XIV, 11. a) ade *ϱ*1.* b) perveniri *ϱ1.* c) Florentium *ϱ*1.* d) Anchonitanę *R1. ϱ*2.3.* e) quia de epātu *ϱ*1.* f) sed tatis (*om.* ita) *R1.* g) senior *R1.* h) At dicentes *ϱ1;* addiscentes *ϱ3.* i) quidam *ϱ*1.* k) dicit *R1.* l) Florentinus vero diaconem *R1.* m) noveris et *R1.* n) ideo fraternitatis tuę *R1.* o) Armoenio *ϱ1.* p) Anchonitanę *R1. ϱ1.* q) nullius s. s. criminis *ϱ3.* r) ab *R1.* s) quoniam *scr. Mommsen, om. codd.* t) archidiaconem *R1.* u) tenacitate *R1.* v) adsurge ve sit *(ras. 2 litt.)* actis *R1.* w) praebuerit, *ut videtur, ϱ1.* x) de *om. R1.* y) Revennati *ϱ*1. 2, sed corr. ϱ*2;* Ravennatis *ϱ3.* z) eis *ϱ1.* a) censionem *R1.* b) eum *om. ϱ*2.3. ϱ3.* c) agunt *ϱ*1.* d) require *ϱ*1.* e) studes *ϱ*1.* f) actores *ϱ*1.*

XIV, 11. De Iohannis, episcopi Ariminensis, electione cf. ep. IX, 210. *1) Scil. post Sereni obitum: cf. ep. IX, 51 n.* *2) Cf. ep. V, 51 n. 4.* *3) De Florentino cf. ep. IX, 167 n. 1.* *4) Idem commemoratur in ep. IX, 51.* *5) De cessionibus cf. ep. V, 20 n. 6.*

XIV, 12. De Theodelinda, regina Langobardorum, cf. ep. IV, 2 n. 8.

GREGORIUS THEODELINDAE REGINAE.

Scripta quae ad nos dudum a Genuensibus partibus transmisistis gaudii vestri nos fecere[a] participem[b], propter quod omnipotentis Dei gratia et filium vobis donatum et, quod valde est[c] excellentiae vestrae laudabile, catholicae cum fidei[d] cognovimus sociatum[1]. Nec enim de christianitate vestra aliud credendum fuerat, nisi id studere vos, ut quem divino munere suscepistis, catholicae rectitudinis auxilio muniretis[e], ut et redemptor noster familiarem te suam famulam cognosceret et Langobardorum[f] genti novum regem[2] in timore suo feliciter enutriret. Unde oramus omnipotentem Deum, ut et vos in[g] mandatorum suorum via[h] custodiat et[i] eundem excellentissimum filium nostrum Adulouualdum in suo faciat amore proficere[k], quatenus, sicut hic inter homines iam magnus est, sic quoque et[l] bonis actibus ante Dei nostri oculos sit gloriosus.

Illud autem, quod excellentia vestra scripsit, ut dilectissimo filio nostro Secundo abbati[3] ad ea quae scripsit respondere suptilius deberemus, quis vel illius petitionem vel vestra[m] desideria[n], quae multis esse profutura cognoscit, si aegritudo non obsisteret, duceret postponenda? Sed tanta[o] nos podagrae infirmitas tenuit[4], ut non solum non dictare, sed etiam nec ad loquendum[p] possimus adsurgere, sicut et praesentium portitores legati vestri cognoverunt, qui nos et venientes infirmos invenerunt et discedentes[q] in summo vitae periculo atque discrimine reliquerunt. Sed si omnipotente Deo disponente convaluero, ad cuncta quae mihi scripsit suptiliter respondebo. Eam tamen synodum quae piae memoriae Iustiniani tempore[r] facta est[5] per latores praesentium transmisi[6], ut praedictus dilectissimus filius meus[s] ipsam relegens[t] agnoscat, quia falsa sunt omnia quae[u] contra apostolicam sedem[v] vel catholicam ecclesiam audierat. Absit enim nos cuiuslibet heretici sensum recipere vel a tomo[w] sanctae memoriae Leonis prodecessoris[x] nostri in aliquo deviare; sed quaecumque a sanctis quattuor synodis sunt definita[y], recipimus[z] et, quaecumque reprobata[a] sunt, condemnamus.

Excellentissimo autem[b] filio nostro Adulouualdo[c] regi transmittere filacta[d] curavimus, id est crucem cum ligno sanctae crucis Domini et lectionem sancti evangelii, theca Persica[7] inclausum. Filiae quoque meae sorori eius[8] tres anulos transmisi, duo

XIV, 12 in tit. add. Langobardorum *R*1.* a) *ita edd.;* facere *codd. n.* b) participes *ϱ.* c) est, *ut videtur, om. ϱ1.* d) fide *R1.* e) muneretis *R1. ϱ. ϱ*1.* f) Longob. *R1.* g) in *om. R1.* h) viam *R1. ϱ1.* i) ut *ϱ*. ϱ.* k) perficere *R1.* l) ex *R1.* m) nr̄a *ϱ*2.3.* n) desideria *om. ϱ*1.* o) tanto *R1;* tanta *ϱ1;* tante *ϱ*. ϱ3.* p) nalloquendum (*om.* nec) *ϱ1;* non dico ad dictandum, s. e. ad loq. vix *ϱ3.* q) eddescendentes *R1;* descedentes *ϱ1.* r) tempore *om. codd. n., sed in marg. suppl.* tpi *R1.* s) *in* nr̄ *corr. R1.* t) legens *ϱ1. ϱ*2.3.* u) quae *om. ϱ1.* v) apostolia s. *R1;* a. fidem *ϱ*1.* w) valeat homo *R1;* vel a domo *ϱ*1.* x) *ita ϱ1; ex* prodecessori *corr. R1* predecessoris; praed. *cet.* y) diffinita *ϱ*1.* z) recepimus *R1.* a) *ex* repropitiata *corr. R1.* b) autem *om., sed supra lin. suppl. R1. ϱ*2.* c) adulovalde *R1.* d) filacteria *ϱ3.*

1) Paul. diac. IV, 25: Agilulfo quoque regi tunc nascitur filius de Theudelinda regina in Modiciae palatio, qui Adaloald est appellatus *et IV, 27:* Tunc etiam baptizatus est praenominatus puer Adaloald, filius Agilulfi regis, in S. Iohanne in Modicia et susceptus de fonte est a Secundo servo Christi de Tridento, *(ex quo Paul. diac. hausit).* *2) Nota Adalouualdum* mense Iulio *huius indictionis (a. 604) levatum esse regem* super Langobardos apud Mediolanum in circo in praesentia patris sui Agilulfi regis *(Paul. diac. IV, 30).* *3) De hoc Secundo vel Secundino cf. ep. IX, 147 n. et supra n. 1.* *4) Cf. ep. IX, 147 p. 143 n. 1.* *5) Cf. Maassen, Geschichte der Quellen etc. p. 147. 472.* *6) Cf. ep. IX, 147 p. 144—147.* *7) Frisi, Mem. stor. di Monza I, 32, notat hanc thecam adhuc in fine saeculi XVIII Monzae asservatam esse.* *8) Duas filias Agilulfo et Theodelindae fuisse scimus, ex quibus una, Gundeberga nomine, postea regina Langobardorum facta est; alteram, cuius nomen ignoramus, Paul. diac. IV, 28 narrat a Smaragdo exarcho a. 603 captam, indutiis pactis restitutam, mox Parmae mortuam esse. Qua de filia hic agatur, non constat.*

cum iacinthis[e] et unum cum albula; quae eis peto per vos dari, ut apud eos nostra caritas ex vestra excellentia condiatur.

Paterna praeterea caritate solventes salutationis officium petimus, ut[f] excellentissimo filio nostro regi coniugi vestro pro nobis de facta pace[9] gratias referatis atque eius animum[g], sicut consuistis[h], ad pacem et de futuro per omnia provocetis, quatenus mercedem populi[i] innocentis, qui in scandalo perire potest, ante conspectum Dei inter multa bona quae agitis invenire[k] possitis.

MENSE IANUARIO INDICTIONE VII.

XIV, 13.

Gregorius I. papa Alcisoni, episcopo Corcyrae, praecipit, ut salva ecclesiae eius iurisdictione Iohannem, episcopum Euriae, reliquias S. Donati in ecclesia S. Iohannis Cassiopensi recondere permittat. *604, Ian.*

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 289.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 13; G: Lib. XII. ep. 8. — Iaffé Reg. 1990 (1545).

GREGORIUS ALCISONI EPISCOPO CORCYRA.

Resipiscentibus fratribus et ad salubre se consilium[a] convertentibus non est neganda benignitas, ne plus in episcoporum[b] mentibus culpa videatur posse quam caritas. Venientem[c] igitur ad nos[d] Petrum[e] ecclesiae Euriae[f] lectorem[g] cum scriptis[h] fratris[i] et coepiscopi nostri Iohannis[1] coram responsalibus dilectionis[k] tuae suscepimus, atque cum post relecta[l] scripta quae detulerat curae nobis fuit requirere, si quid[m] contra allegationem[n] eorundem responsalium tuorum haberet quod diceret. Qui dum nihil sibi aliud iniunctum vel responsurum se penitus perhiberet extra hoc quod episcopi ipsius epistola continebat, ea quae[o] canonibus congruebant[p] Deo auctore sine tarditate decrevimus. Post longum vero temporis[q] suprascriptus Petrus capitularem[r] [2] protulit, quem[s] sibi datum[t] a[u] suo asserebat episcopo; et idcirco moras causa sustinuit. Sed quia in eodem capitulare memoratus sperasse[v] legebatur antistes, ut in ecclesia beati Iohannis, quae intra castrum quod Cassiopi[w] vocatur est posita, sanctum ac venerabile corpus beati Donati habeat recondendi licentiam[3], paratum se esse inquiens dilectioni tuae, propter[x] quod tua probatur esse diocesis, munitionem emittere[y], nullum tibi[z] ex

e) *ita R1;* iaccintis *ϱ1;* hyacinctis *ϱ*1. ϱ3;* iachyntis *ϱ*2.3.* f) ut *om. ϱ*1.* g) animo *R1;* animos *ϱ1.* h) *ita R1. ϱ1. ϱ*1;* consuestis *ϱ*2.3. ϱ3.* i) populo *R1.* k) inveniri *ϱ*. ϱ1.*

XIV, 13 in titulo: episcopi *ϱ*. ϱ1* — Corciritanę ecłę *R1;* Corcira *R*1; om. hoc verb. ϱ3.* a) concilium *ϱ*2.3.* b) ep̄m *R1.* c) veniente *R1. ϱ*. ϱ3.* d) *ita R1;* ad nos *om. ϱ*. ϱ1.* e) *in* Petro *(ita ϱ3) corr. R1.* f) *ita ed. M.;* Hisaurię *R1;* Isauriae *ϱ*. ϱ.* g) *in* lectore *corr. R1;* lectore *ϱ*. ϱ3.* h) conscriptis *ϱ*1.* i) frībus *R1.* k) dilectionis *et omnia quae sequuntur om. ϱ*2.3.* l) postreta lecta *ϱ*1.* m) qua *R1.* n) alligationem *ϱ1.* o) de *add. ϱ*1.* p) *ex* congruebat *corr. R1.* q) tempus, *ut videtur, ϱ1.* r) capitulare *R1. ϱ3.* s) quod *ϱ3.* t) dato *R1. ϱ1.* u) ad *ϱ*1.* v) petiisse *Vat. D (ed. M.).* w) Casiopi *ϱ*1.* x) propterea *ϱ1.* y) emitteret *R1.* z) tibi *om. ϱ3.*

9) Paul. diac. narrat IV, 28: factaque est pax mense nono *(scil. ind. VII)* usque Kalendas Aprilis indictionis octavae. *Cf. ep. XIII, 36 atque Bethmann et Holder-Egger, Langob. Regesten, in N. A. III p. 233.*

XIV, 13. De Alcisone cf. ep. VI, 7 n. XIV, 7 n. 1) An eidem Iohanni inter alios ep. Honorii papae I.-E. 2010 missa est? Cf. Lequien, Oriens Christ. II c. 146. 2) De hoc verbo cf. ep. I, 39a. I, 40. IX, 131. 3) De eadem causa cf. ep. XIV, 7 (n. 3).

hoc praeiudicium[a] generari[b], petitionem ipsius[c] sine effectu non praevidimus[d] relinquendam, postquam ita sibi[e] necessitatis tempore desiderat ferri consultum, ut ecclesiae tuae iurisdictionem servare se in omnibus fateatur. Hac itaque ratione permoti fraternitatem tuam scriptis praesentibus adhortamur[f], ut sine aliqua mora vel excusatione in praenominata beati Iohannis ecclesia recondendi suprascripti sancti[g] venerabile corpus praebeat facultatem, ita sane ut prius scriptura interveniente te[h] muniat numquam sibi in antefata[i] ecclesia vel castro[k] sub quolibet argumento aliquam iurisdictionem vel privilegium tamquam proprius episcopus vindicare[l], sed omne[m] illic ius ac potestatem ecclesiae tuae, quippe cuius est parrochia, inviolabiliter[n] custodire. Pariter quoque te[o], sicut isdem frater noster[p] petiit, convenit respondere, ut tempore quo miserante Deo pace reddita illi ad propria fuerit revertendi licentia antedictum venerabile corpus auferendi secum sine aliqua obiectione fas habeat. Qua de re ne[q] personale videatur esse quod geritur et inveniri[r] possit, unde recidiva rursus excitetur contentio, etiam[s] successores vestri in hac promissione pro conservandis omnibus sunt per omnia complectendi, quatenus huius modi proveniente cautela nec illi sibi de cetero quicquam in diocesi tua contra aequitatem et sacrorum[t] canonum decreta praesumant[u] defendere et ius[v] ecclesiae tuae[w] ex[x] huius modi concessione praeiudicium aliquod[y] nulla umquam ratione sustineat[z].

XIV, 14.

Gregorius I. papa Felici, subdiacono et rectori patrimonii Appiae, mandat, ut quasdam possessiones ad luminaria ecclesiae S. Pauli Romanae tradat. 604, Ian. 25.

Codd. R et ϱ: Indictio 1—VII. cap. 290.
Edd. M: Lib. XIV. ep. 14; G: Lib. XII. ep. 9. — Iaffé Reg. 1991 (1546).

GREGORIUS FELICI SUBDIACONO ET RECTORI PATRIMONII APPIAE.

Licet omnia quae[a] haec[b] apostolica habet[c] ecclesia beatorum Petri ac[d] Pauli, quorum honore et beneficiis adquisita sunt, Deo sint auctore communia, esse tamen[e] debet in amministratione actionum diversitas personarum, ut in adsignatis[f] cuique rebus cura adhiberi possit impensior. Cum igitur pro ecclesia beati Pauli apostoli sollicitudo nos debita commoneret, ne minus illic habere luminaria isdem praeco fidei cerneretur[g],

a) proiudicium *ϱ 1.* b) negari *R 1.* c) si *add. R 1.* d) previdemus *R 1. ϱ 3.* e) tibi *R 1.* f) adhortamus *R 1. ϱ 1.* g) sancti *om. R 1.* h) te *om. ϱ *1.* i) antefacta *ϱ *1.* k) *ex* custo *corr. R 1.* l) vindicaret *corr. in* vendicaret *R 1.* m) *ex* omni *corr.* omnem *R 1.* n) *ex* violabiliter *corr. R 1.* o) tecum *ϱ *1.* p) *ex* fri nri *corr. R 1.* q) ne *om. R 1;* ut synodale *Vat. B (ed. M.).* r) non *add. Vat. B (ed. M.).* s) et *add. ϱ 1.* t) scorum *ϱ *1;* sacro *R 1.* u) *ita ϱ *1. ϱ 3;* praesumat *R 1. ϱ 1.* v) *ita cdd.;* huius *codd. n.* (huius in *ϱ 3*). w) tuae *om. R 1.* x) et *ϱ 3.* y) aliquo *ϱ 1.* z) abstineat *R 1.*

XIV, 14 in titulo maioribus litteris: † GREGORIVS EPISC· SERVVS SERVORVM DI· FELICI SVBDIAC· ET RECTORI· PATRIMONII APPIAE || *tit.* — Felicis *ϱ *1* — Appia *ϱ 3;* Apulię *R *1.* a) quae *om. R 1.* b) hic *ϱ 1.* c) ab *R 1.* d) et *ϱ.* e) tamen *om. ϱ.* f) *ex* adsignans *corr. R 1.* g) EIDEI (*pro* fidei) *tit.* — cerneret *ϱ *1.*

XIV, 14. Eadem epistula marmori incisa in coenobio S. Pauli asservatur; hic titulus editus est a P. A. Galletti in inscriptionibus Romanis infimi aevi (a. 1760) t. I p. V n. 9 atque ab Angelo Maio in scriptorum veterum nova collectione t. V, 1 (a. 1831) ex manuscriptis Marinianis p. 213, ubi antiquiores editiones citantur. Rogatu meo titulum contulit v. cl. Huelsen. Cf. cum hac donatione titulos Sergii I. papae, de quo egit de Rossi in Bullet. di Archeol. Christ. II, 1 p. 89 ss. et Duchesne, Lib. pont. v. Sergii n. 38, et Gregorii II. papae, qui nunc in porticu S. Petri asservatur. (Cf. Coppi, Docum. stor. d. med. evo in Dissertazioni della Pontif. Accad. Rom. di Archeologia t. XV, 1862, p. 210 s.). — Felix enumeratur in catalogo rectorum, Ioh. diac. vit. Greg. II, 53; cf. ep. IX, 110 n. et Grisar l. l. p. 347 s.

qui totum mundum lumine[h] praedicationis implevit, et valde incongruum ac esse[i] durissimum[k] videretur, ut illa ei specialiter possessio non serviret[l]. in qua palmam sumens martyrii capite est truncatus, ut viveret, utile iudicavimus[m] eandem massam, quae Aqua Salvias[n] nuncupatur[1], cum omnibus fundis suis, id est cella[o] vinaria, Antoniano, villa Pertusa[p], Bifurco[q], Priminiano[r], Cassiano, Silonis[s], Corneli[t], Tessellata[u] atque Corneliano[v], cum omni[w] iure, instructo[x] instrumentoque[y] suo et omnibus generaliter ad eam pertinentibus eius[z] cum Christi[a] gratia luminaribus deputare. adicientes etiam eidem cessioni hortos duo[b] positos inter Tiberim[c] et porticus ipsius ecclesiae[d] euntibus a porta civitatis parte dextra, quos dividit fluvius Almon[e][2], inter adfines[f] horti monasterii sancti[g] Stephani, quod est ancillarum Dei positum ad sanctum Paulum, et adfines possessionis Pisiniani; simul et terrulas, quae vocantur Fossa latronis, positas item[h] iuxta eandem porticum euntibus similiter a porta parte sinistra, ubi[i] nunc vineae factae sunt, quae[k] terrulae cohaerent ab uno latere possessioni Eugenitis quondam[l] scolastici et ab alia parte possessioni monasterii sancti Aristi[m]. Quae omnia quoniam[n] Deo adiuvante per antedictae ecclesiae praepositos qui per tempora fuerint[o] a praesenti septima indictione volumus ordinari et, quidquid exinde accesserit, luminaribus eius impendi[p] atque[q] ipsos exinde ponere rationes, idcirco experientiae tuae praecipimus, ut suprascriptam[r] massam Aquas Salvias cum praenominatis omnibus fundis suis nec non hortus[s] atque terrulas[t] quae superius continentur de brevibus[3] suis delere debeat ac auferre et cuncta ad nomen[u] praedictae ecclesiae beati Pauli apostoli tradere. quatenus servientes ibi[v] praepositi omni post hoc carentes excusatione de luminaribus eius ita sine nostra studeant sollicitudine cogitare, ut nullus[w] illic umquam[x] neglectus possit existere[y]. Facta vero suprascriptarum[z] omnium rerum traditione volumus, ut hoc praeceptum in scrinio ecclesiae nostrae[a] experientia tua restituat[b].

XIV, 15.

Gregorius I. papa Venantio, episcopo Perusino, mandat, ut amphiballum tunicam quam celerrime Ecclesio, episcopo (Clusino), frigore laboranti transmittat. 604, Ian.

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 291.

Edd. M: Lib. XII. ep. 47; G: Lib. X. ep. 53. — Iaffé Reg. 1992 (1481).

h) *ex* lumen *corr. R1.* i) accessisse *R1. ϱ1;* accessisse et *Vat. B. F.* k) durissime *R1.* l) *ex* serveritur *corr. R2.* m) iudicamus *ϱ.* n) *ita tit., R2. ϱ*1;* Aquas Salvias *R1. ϱ.* o) colla *R1.* p) Pergurtusa *R1.* q) *ita tit., ϱ3;* Biforcum *R1;* Vifurcii *R2;* Bifurcu *ϱ*1.* r) *ita tit., R1.2;* Primidiano *ϱ*1. ϱ.* s) Sinolis *R1;* Solonis *ϱ1.* t) *verba* Corneli *usque* atque *om. ϱ3.* u) *ita tit., ϱ*1;* Tesellata *R1.2;* Tesselata *ϱ1.* v) Corniliano *R1.* w) omni *om. R1.* x) instrictu *ϱ1;* et instructu *ϱ3;* instructa *R1.* y) instrumentumque *ϱ1.* z) eius *om. tit.* a) Christo *ϱ1. ϱ*1.* b) *ita tit., R1. ϱ1, sed in* duos *corr. R1;* duos *ϱ*1. ϱ3.* c) Tyberim *R1. ϱ*1.* d) eclam *R1. ϱ1.* e) Armon *Vat. A.* f) fines *R1. Vat. B.* g) sancti *om. ϱ3.* h) *ita scr.;* idem *et tit. et codd.* i) ubi *om. R1.* k) ut que *R1.* l) Q̄D *tit.;* quadam *R2.* m) *ita tit.;* Hedisti *R1. ϱ;* Edisti *R2. ϱ*1. Vat. F;* Hedesti *Vat. A. B.* n) quoniam, *ut videtur, om. ϱ1.* o) fuēr *R1.* p) INPENDI *tit.* q) atque *om. R1* — luminaribus *usque ad fin. om. R*1.* r) superscr. *ϱ3.* s) *ita tit., R1, sed in* hortos *corr. R1;* hortis *ϱ*1. ϱ3;* hortos *R2. ϱ1.* t) terrulis *ϱ*1. ϱ3.* u) monasterium *ϱ3. Vat. F.* v) sibi *ϱ3.* w) nullius *ϱ*1.* x) *ex* uti quam *corr.* unquam *R1.* y) EXSISTERE *tit.* z) suprascriptorum *R1.* a) nostrae *om. tit.* — ecla n̄rā et *R1.* b) *hic add. tit.:* BENE VALE· ‖ DAT· VIII KAL· FEBRVARIAS IMP· DN N FHOCA PP· AVG· ANNO SECVNDO ET CONSOLATVS EIVS ANNO PRIMO IND· SEPTIMA ‖

1) Cf. etiam titulum Mai, l. l. V p. 229. 2) De fluvio Almone cf. Jordan, Topographie der Stadt Rom, II p. 112 s. 3) De brevibus cf. Grisar l. l. p. 325 et I-K. 950 (632).

XIV, 15. Praedecessor quidam Venantii in Dial. III, 13 commemoratur. Cf. etiam ep. XIII, 33 n. 2. Adde ep. I, 58 et Troya, Cod. dipl. I. 212 ss. 359 ss.

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO PERUSINO.

Fratrem et coepiscopum nostrum Ecclesium[a] [1] frigore omnino laborare cognovimus pro eo, quod hiemalem[b] vestem non habeat. Et quia aliquid sibi a nobis petiit debere transmitti[c] fraternitati tuae ad hoc per latorem praesentium transmisimus amphiballum[d] tunicam et peto[e], ut a te ei debeat sine mora transmitti[f]. Et ideo ad praedictum fratrem nostrum sub omni illud celeritate stude transmittere atque nobis, hoc ipsum quia transmiseris, tuis renuntiare epistolis non omittas; sed ita fac, ut ad transmittendum, quia vehemens frigus est, moram aliquam minime facias.

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE VII.
MENSE MARTIO INDICTIONE VII.

XIV, 16.

Gregorius I. papa Leonem, episcopum Catanensem, hortatur, ut monasterium S. Viti in Aetna monte situm ab adversariorum iniuriis tueatur monachosque mulieribus uti vetet. Praeceptum Pelagii papae Elpidio episcopo datum confirmat eiusque exemplar adiungit.

604, Mart.

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 292.
Edd. M: Lib. X. ep. 22; G: Lib. VIII. ep. 21. — Iaffé Reg. 1993 (1305).

GREGORIUS LEONI EPISCOPO CATENENSI.

Marcianus[a] monachus[1] monasterii sancti Viti quod in Ethena[b] monte est positum cum[c] consensu, ut ait[d], congregationis eiusdem monasterii ad nos veniens questus[e] est multas monasterium ipsum a quibusdam molestias ac praeiudicia sustinere. Inter quae illud nos quoque vehementissima exacerbatione commovit, quod in tantum monasterium ipsum innotuit calcari ac despici[f], ut etiam monachis ibidem degentibus mulieribus se iungi sine metu sit licitum. Quod si ita est, quam grave fraternitatem vestram[g] et apud Deum peccatum et apud homines culpa respiciat, ipse poteris iudicare, quippe quia nulla te praevales excusatione defendere. Aut enim hoc fieri nescisti[h] et culpa[i] neglectus vehementer argueris aut certe factum[k] cognovisti et graviorem erga te videris indignationem exigere, cur tantum facinus ultione districtissima non punisti. Itaque scriptis fraternitatem vestram praesentibus ammonemus[l], ut[m] cum omni hoc[n] vigilantia investigare[o] festinet. Et si huius modi iniquitatem a quibusdam perpetratam invenerit,

XIV, 15. a) c̄pm̄ nr̄m ecl sitim *ϱ*1.* b) hiemale *R1.* c) habere permittit *ϱ*1.* d) *ex* amphiballum *corr.* amphibalum *R1:* amphimallum *ϱ. ϱ*1.* e) pecto *R1. ϱ1;* plecto *R2. ϱ*1 et Monac. 17079, sed in* peto *corr. R1. ϱ*1:* pectoralem *ϱ3 et ed. Maur.* f) transmittere *ϱ3.*

Mense: mense martio *etc. om. Monac. 17079.*

XIV, 16 in titulo: Catenensi *ϱ1. Monac. 17079;* Cathenensi *R1;* Catanēn *ϱ*1.4;* Cata . . . *R2.* a) *ita R1;* Martianus *ϱ1. ϱ*1.* b) Ethena *R1. ϱ1;* Ethana *ϱ*1;* Ethna *Mon.* c) *ita R1. ϱ*1;* cum *om. ϱ1.* d) ad *R1.* e) questum *R1.* f) defficit *R1.* g) vestram frat. *R1.* h) nescis *R1.* i) culpae *ϱ*1.* k) *ex* fac et *corr.* factum et *R1* — recognovisti *ϱ1.* l) *ex* ammoneri *corr. R1;* commonemus, *ut videtur, ϱ1.* m) *ex* et *corr. R1.* n) hoc *om. ϱ*1.* o) investigari *R1.*

1) De Ecclesio, ep. Clusino, cf. X, 13 n. XI, 3.

XIV, 16. De Leone cf. ep. I, 70 p. 90 n. 3. VI, 30 n. 1) De Marciano eiusque causa cf. etiam ep. seq.

ita huius perversitatis facinus digna studeat emendatione corrigere, quatenus et Deum placare et aliis, ne de cetero quid simile perpetretur, custodiae possit disciplinam ostendere. Molestias vero quas praedictum monasterium pati vel ea quae ei perhibentur invasa sanctitas vestra cognoscat et ita se, in quantum iustum est, in protectione eiusdem exhibeat, ut in nullo contra aequitatis ordinem valeat aliquo modo praegravari. Praeceptum vero beatae recordationis Pelagii prodecessoris nostri datum ad Elpidium[p] prodecessorem vestrum[3], cuius subter[q] exemplaria fecimus ascribi, sine aliqua volumus refragatione servari[r].

XIV, 17.

Gregorius I. papa Adriano, notario Siciliae, mandat de fratribus monasterii S. Viti in Aetna monte siti corrigendis, quos cum mulieribus vivere non puduerit. 604, Mart.

Codd. R et ϱ: Indictio I—VII. cap. 293.
Edd. M: Lib. X. ep. 23; G: Lib. VIII. ep. 22. — Iaffé Reg. 1994 (1306).

GREGORIUS ADRIANO NOTARIO SICILIAE.

Res ad nos omnino detestabilis et nefanda pervenit, et miramur[a], cur, si veritate subsistit, eam minime cognovisti. Veniens autem ad nos Marcianus[b] monachus monasterii sancti Viti quod in monte Ethena[c] est positum oblata[d] nobis petitione questus est inter alia ita monachos eiusdem monasterii perverse ac nequiter vivere[e], ut etiam[f] mulieres sibi sociare, quod dici nefas est, audeant. De qua re quia fratri et coepiscopo nostro Leoni scripsimus, ut requisita veritate, si ita reppererit, districtissima hoc[g] studeat severitate corrigere, necesse est, ut[h] hac in re tua quoque se experientia ad investigandam veritatem et[i] puniendum tantum scelus omni modo sollicita[k] debeat[l] exhibere, ut neque remisse neque neglegenter agi aliquid videatur. In aliis vero utilitatibus memorati monasterii solacia tua, in quantum ratio poposcerit aequitatis, impende, quatenus, et si quid ei, sicut dicitur, invasum est, secundum[m] iustitiam reformetur et de cetero praeiudicium illic aliquod contra Dei timorem et legum ordinem nullo modo generetur[n].

p) Helvidium *R 1.* q) *ita ϱ*1;* super *R 1;* subtus *ϱ 1.* r) reservari *R 1.*

XIV, 17 in titulo: Siciliȩ *R 1;* Sicilia *ϱ 1;* Sicil *ϱ*1.* a) admiramur (*om.* et) *ϱ*1.* b) *ita R 1. ϱ 1;* Martianus *ϱ*1.* c) Ehtna *R 1.* d) ablata *R 1.* e) vivere *om. ϱ*1.* f) etiam *om. ϱ 1.* g) ita (*pro* hoc) *R 1.* h) ut *om. R 2.* i) ex *ϱ*1.* k) sollicite *R 2. ϱ*1.* l) debet *R 1* — debeat sollicita *ϱ 1.* m) secum *R 1.* n) generentur *R 1.* — *R 2 add.:* expliciit liber ex registro sancti Gregorii.

3) De Elpidii electione cf. I-K. 977. 982 (Coll. Brit. Pel. 5. 10). Adde I-K. 1030.

XIV, 17. De Adriano cf. ep. IX, 110 n. XI, 30 n. — Cf. ep. praeced. —

APPENDIX I.

Gregorius diaconus sedis apostolicae Maximiano abbati monasterii S. Andreae, quod appellatur Clivus Cauri, in suo loco constituto et per eum eidem monasterio donat quattuor uncias fundorum Laveriani, Speiani, Ancessani. (Scriptum per Deusdedit notarium.)

587, Dec. 28.

Cod. Vat. Lat. 5617 f. 257 s.
Ed.: Mittarelli in Annal. Camaldun. IV c. 600 (App.).

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domno Mauritio Tyberio perpetuo Augusto anno sexto et post consulatum eiusdem domni nostri anno quarto, indictione sexta, vicesima octava die mensis decembris[a] [1]. Sancto et venerabili monasterio sancti Andreae apostoli nostro loco constituto, quod appellatur Clivus Cauri, in quo est Maximianus[b] reverendissimus abbas[2], et per eum in eodem venerabili monasterio Gregorius indignus diaconus apostolicae sedis perpetuam salutem[3]. Quotiens laudis vestrae usibus licet parva quaedam conferimus, vestra vobis reddimus, non nostra largimur, ut haec agentes non simus elati[c] de munere, sed de solutione securi[4]. Proinde ego Gregorius servus servorum Dei[5] dono cedo trado ac mancipo[6] et ex meo iure in vestro iure dominioque transcribo quattuor videlicet in integrum[d] principales uncias trium fundorum Laveriani, Speiani, Ancessani[7] cum castello suo vel cum adiacentibus suis, sive quo alio vocabulo nuncupantur, cum mancipiis, colonis suis vel cum omni iure et proprietate eorum, cum casalibus atque appendicibus suis parietinis, adiunctis adiacentibusque suis sive cum sylvis, campis, pratis, pascuis, salectis, sationibus[e], vineis, olivetis, arboribus pomiferis, fructiferis vel infructiferis diversique generis, puteis, fontibus, rivis aquae perennis limitibusque suis omnibus et omnibus ad easdem quattuor uncias suprascripti Laveriani, Speiani atque Ancessani cum castello suo vel cum omni

App. I edidit Mittarelli „ex ms. On. Panvinii de gente Anicia penes cl. v. marchionem Pompeium Frangepanum patricium Romanum"; *ex Mittarellii editione hausit Marini, pap. dipl. p. 137 nº. 89. Codex Vat. 5617, qui mihi collatus est, est s. XVI—XVII.* a) .... *add. Vat.* b) et *add. edd.* c) *ita ex* dati *corr. in marg. Vat.* d) in inde *Vat., certe ex* in̄ in̄ *Archetypi.* e) stationibus *Mitt.*

App. I. Cf. etiam falsam chartam apud Mittarellium l. l. t. I c. 296 ss. 1) *De dato cf. ep. V, 57ª p. 362 n. 4. XI, 15 n.* 2) *De hoc monasterio eiusque abbate cf. notam Ewaldi ad reg. I, 14ª.* 3) *Nota hanc donationem forma epistulae factam esse.* 4) *Eadem arenga utitur Gregorius II. papa in donatione SS. Petro et Paulo facta (I-E. 2184).* 5) *Nota Gregorium se iam ante episcopatum servum servorum Dei nominare.* 6) *Haec et sequentia conveniunt cum formulis, secundum quas etiam posterioribus saeculis privatorum chartae scribebantur.* 7) *Idem fundus invenitur in charta privata a. 984 edita a Mittarellio, Ann. Cam. IV c. 603* cum ecclesia S. Gregorii.

iure et proprietate eorum et omnibus ad se pertinentibus, constitutis via Tiburtina miliario ab urbe Roma plus minus vicesimo quinto, territorio Tiburtino, cohaerentes inter[f] consortes aliarum octo unciarum iuris Gratiosi viri[g] honesti et inter affines[h]: fundus qui appellatur Momordianum iuris comitis Commodi, et si qui alii affines sunt aut ab origine fuerunt, et quicquid est, in perpetuum, sicuti optime maximeque sunt et a me[i], auctoribus proauctoribusque meis bono, optimo et inconcusso iure possessae sunt et usque in hodiernam diem possidemus, una cum omni onere[k] professionum et fiscalium[l] tributorum; quas mihi obvenisse profiteor ex successione Desiderii clarissimi viri inter alios memorialis[m]. De quibus quattuor unciis fundi suprascripti Laveriani, Speiani et Ancessani cum castello suo in integrum[d] pro indivisa cum omnibus ad se pertinentibus quinque mihi dierum retineo usumfructum, quae retentio ipsius ususfructus praefato monasterio eiusque actoribus[n] pro solenni et legitima traditione constare sanxerunt[8]. Transactum vero usumfructum meum superius designatum antefatum monasterium habeat, teneat, possideat, iure dominioque suo in perpetuum vendicet ac defendat. In qua donationis pagina spondeo atque promitto nunquam me, haeredes successoresque meos nec per aliam quamlibet dolosam fictitiamque personam per cuiuslibet legis interventum[o] contrariam inferre voluntatem: sed in huius me, haeredes successoresque meos promitto fidem chartulae duraturos. Quam largitatis meae paginam omni vi, dolo, metu et circumscriptione cessante Deusdedit viro honesto[p] notario rogatarioque meo scribendam mandavi, cuique subtus manu[q] mea subscripsi et testibus a me rogatis obtuli subscribendam, allegandi etiam gestis, quibus tibi placuerit, non expectavi[r] deinceps professione mea ex more concedi licentiam sub stipulatione exsponsione solennitate[s] interposita[9].

Imperante domno nostro Mauritio Tyberio perpetuo Augusto anno sexto, post consulatum eiusdem[t] anno quarto, indictione sexta, vicesima octava die mensis decembris. Actum Romae die et consolatu suprascripto.

† Ego Gregorius peccator sanctae Romanae ecclesiae diaconus huic donationi a me factae in praefato monasterio de supra memoratis[u] fundis ad omnia suprascripta relegi, consensi et subscripsi et testes, ut subscriberent[v], rogavi.

† Ego Romanus[q] vir clarissimus huic donationi quattuor unciarum fundi suprascripti Laveriani, Speiani[w], Ancessani cum castello suo et omnibus ad se pertinentibus in integrum[d] factae a suprascripto Gregorio diacono sedis apostolicae in suprascripto monasterio sancti Andreae apostoli rogatus ab eodem Gregorio, qui coram me subscripsit, ipsius praesentia testis subscripsi et hanc donationem ab eo praedicto Maximiano[x] abbati traditam vidi.

† Ego Romanus[10] vir honestus[p] et tabellarius urbis Romae huic donationi quattuor unciarum fundi suprascripti Laveriani, Speiani[w], Ancessani cum castello suo et omnibus ad se pertinentibus in integrum[d] factae a supradicto Gregorio diacono sedis apostolicae in supradicto monasterio sancti Andreae apostoli rogatus ab eodem Gregorio, qui coram me subscripsit, ipsius praesentia testis subscripsi et hanc donationem ab eo praedicto Maximiano[x] abbati traditam vidi.

† Ego Bonifacius lector tituli sanctae Mariae huic donationi quattuor unciarum

f) in . . . *edd.* g) iuri *edd.* h) in terraffines *Mitt.* i) meis *edd.* k) iure *edd.* l) fiscalium *om. edd.* m) memoralis *edd.* n) auctoribus *edd.* o) pro c. l. interventu *edd.* p) oh *Vat.*; nobili *edd.* q) manus *Mitt.* r) *Marini scr.* expectata. s) *Marini scr.* sollemniter. t) domini nostri *add. edd.* u) suprascriptis *edd.* v) scriberentur *edd.* w) et *add. edd.* x) Max° *Vat.*

8) De usufructu retento, qui pro traditione erat, cf. Brunner, Rechtsgeschichte der romanischen und germanischen Urkunden I, 117 s. *9) Cf. Brunner l. l. p. 139 ss.* *10) Dubito, an nomen a librario corruptum sit.*

fundi suprascripti Laveriani, Speiani, Ancessani cum castello suo et omnibus ad se pertinentibus in integrum[d] factae a supradicto Gregorio diacono sedis apostolicae in suprascripto monasterio sancti Andreae apostoli rogatus ab eodem Gregorio, qui coram me subscripsit, ipsius praesentia testis subscripsi[y] et hanc donationem ab eo praedicto Maximiano[z] abbati traditam vidi[a].

y) subscripsi *om. edd.* z) Maximo *Vat.* a) *in fine add. et Vat. et edd.:* Falconius scriniarius sanctae Romanę ecclesię hęc quae superius leguntur ex antiquiori tomo quae Deusdedit sanctae Romanae ecclesiae scriniarius descripserat, compleverat et absolverat, quatinus emarcuerant, et fere iam deperierat, rogatu domni Roberti venerabilis abbatis monasterii sanctorum Andreae et Gregorii de Clivo Scauri, ne ex toto consumeretur, decerpsi et in hanc paginam transferre curavi.

APPENDIX II.

Pelagius II. papa Gregorio diacono scribit Honoratum notarium cum Sebastiano episcopo Constantinopolim missum esse de tribulationibus per Langobardos illatis significaturum. Maxime Romanas partes omni praesidio destitutas esse neque exarchum auxilio venire posse. Mandat, moneat imperatorem, ut subsidia mittat. Presbyterum (Maximianum) quam primum remitti iubet. *584, Oct. 4.*

Codd. et edd.: Iohannis diaconi vitae Gregorii l. I c. 32. (Ex qua etiam Gallicciolí in Op. S. Gregorii, App. ad ep., t. IX p. 25 et Migne, Patrol. Lat. t. 72 c. 703.). — Iaffé Reg. 1052 (685).

PELAGIUS EPISCOPUS DILECTO FILIO GREGORIO VENERABILI DIACONO.

Omnia quidem quae necessaria fuerunt[a] per Honoratum notarium[1] tibi curavimus indicare[b], quem[c] cum fratre et coepiscopo Sebastiano[2] ad dilectionem tuam direximus, ut, quia in illis partibus ad Ravennam usque nunc cum viro[d] gloriosissimo[e] domno[f] Decio patricio[3] fuit, ipse sua relatione te ex omnibus studeat informare vel, si qua necessaria iudicaveris, possit domno[f] imperatori[4] suggerere[g]. quia tantae calamitates ac tribulationes nobis a perfidia Langobardorum[h] illatae sunt[5] contra suum proprium iusiurandum[i], ut nullus possit ad referendum sufficere. Praedictum autem fratrem Sebastianum quo modo susceperimus vel in quali apud nos te suggerente fuerit caritate, ipsius poteris relatione cognoscere. Qui etiam promisit nobis necessitates vel pericula totius

App. II: Ipse contuli Vindobon. 469 s. XII (f. 10) et passim Vind. 414 s. XV (f. 10). Codices mihi collati sunt per v. cl. Tschiedel Vat. 600 s. XI (f. 61) et Palat. 270 s. XI (f. 9) atque per v. d. I. Sickenberger Monac. 6255 s. X (f. 7, Mon. 1), Monac. 3765 s. X—XI (f. 10, Mon. 2), Monac. 18541a s. X—XI (f. 18, Mon. 3), Monac. 3751 s. XI (f. 18, Mon. 4), Monac. 9510 s. XI (f. 13, Mon. 5). a) fuerint *Vat.*; fuer̄ *Vind.* b) *ex* iudicare *corr. Vind.* c) quae *Mon. 4.* d) vere *Pal.* e) glorioso *Vat. Pal. Mon. 2.* f) domino *Mon. 1.* g) *ex* suggere *corr. Vind. Mon. 3.* h) Longob. *Pal. Mon. 1. 2.* i) autem *add. Vind.*

App. II. Cf. Ioh. diac. vit. Greg. I, 31: Quanta autem auctoritate ministerium sui apocrisiariatus implevit, quantae reverentiae apud Augustos extiterit quantaque sollicitudine afflictae Italiae succurri saepius fecerit, si quis plenius nosse desiderat, epistolas antecessoris sui papae Pelagii ad eum super multimodis ecclesiae Dei necessitatibus destinatas, quae hactenus in scrinio sanctae sedis apostolicae studiosissime conservantur, percurrat; ex quarum multitudine hic unam intersero, quatenus et illius ministerii qualitas et reliquarum quoque consequentia cognoscatur *etc. — Nota non abbreviatam inscriptionem epistulae ex registro sumptae. — 1) Idem esse videtur, qui postea ipse apocrisiarius Constantinopoli factus est. Cf. ep. I, 6 n. 6. II, 1 n. 2. 2) Fortasse de episcopo Resiniensi agitur: cf. ep. V, 40 n. 3) An hic Decius exarchus est, cuius infra mentio fit? 4) Scil. Mauricio, qui inde ab a. 582, Aug. solus imperator erat. 5) Cf. Paul. diac. III, 16 ss.*

Italiae piissimo domno[k] imperatori suggerere[l]. Loquimini ergo et tractate pariter, quo modo nostris celerius[m] possitis subvenire periculis, quia ita hic coangustata[n] est respublica, ut, nisi Deus piissimi in corde principis impetraverit[o], ut insita sibi misericordia[p] suis famulis largiatur et[q] super illam diacoposin[r][6] vel unum magistrum militum et unum ducem dignetur concedere[7], in omni simus[s] angustia destituti[t], quia[u] maxime partes Romanae omni praesidio vacuatae[v] videntur et exarchus scribit nullum nobis posse remedium[w] facere, quippe qui nec ad illas partes custodiendas se testatur posse sufficere. Imperet ergo illi Deus nostris velociter subvenire periculis[x], antequam nefandissimae gentis exercitus loca quae adhuc in[y] republica detinentur Deo sibi contrario, quod absit, praevaleant occupare.

Presbyterum autem[8] ad nos retransmittere Deo iuvante[z] festina, quia et in monasterio tuo et in opus quod[a] eum praeposuimus necessarius esse[b] omnino cognoscitur.

Data quarto nonarum Octobrium[c], indictione[d] tertia.

k) domno *om. Vat.*; domino *Mon. 1.* l) *ex* suggere *corr. Vind.* m) celerius *om. Vat.* n) augusta *Vind.* o) *ita Mon. 1. 2. 3. 4. 5 et in ras. Vind.*; imperaverit *Vat. Pal. Vind. 414.* p) solatia *add. Vind. et Vind. 414 et m. 2 Mon. 3.* q) ut *in ras. m. 2 Mon. 1.* r) illam unam coposin *Vat.*; illa diacoposin *Vind.* s) *ex* sumus *corr. Mon. 2.* t) constituti *Vat.*; destitui *Vind. Mon. 4, sed m. 2 corr. Mon. 4.* u) videlicet *add. Pal. Mon. 2.* v) vavuate *Mon. 2.* w) remedium posse *Pal. Mon. 2.* x) periculis subvenire *Vat. Pal. Mon. 2.* y) a *Vat. Pal. Mon. 2.* z) adiuvante *Vat. Pal.* a) quod *Mon. 1. 2. 3. 4. 5*; ad quod *Vind. et Vind. 414*; cui *Vat. Pal.* b) esse *om. Mon. 1. 3. 4.* c) octubriarum *Vat.* — octobr *Vind.* d) *ex* indileccione *corr.* indiccione *Pal.*

6) *An forte* diatiposin *legendum? cf. ep. X, 8 n. 2.* 7) *Cf. ep. V, 30 n. 6.* 8) *Maurini putant de Maximiano agi, de quo cf. Dial. III, 36. Adde ep. V, 53^{a}, I. Ioh. diac. I, 33.*

APPENDIX III.

EPISTOLAE PELAGII IUNIORIS PAPAE AD EPISCOPOS HISTRIAE.

(1.)

Pelagius II. papa Heliae (Aquileiensis) aliorumque Histriae episcoporum defectionem vehementer dolet, eos ad unitatem ecclesiae revocat atque suam fidem exponit. Se adhuc a mittendis litteris impeditum tunc demum per Smaragdum exarchum pace facta per Redemptum episcopum et Quodvultdeum abbatem monasterii maioris basilicae beati Petri litteras mittere posse scribit. *a. 585—586.*

Cod.: Paris. Lat. 1682 f. 3 ss.

Ed.: Baronii Annales ecclesiastici a. 586 c. 29 ss. — Iaffé Reg. 1054 (686).

DILECTISSIMIS FRATRIBUS HELIAE ALIISQUE EPISCOPIS VEL UNIVERSIS FILIIS ECCLESIAE HISTRIAE PARTIBUS CONSTITUTIS PELAGIUS EPISCOPUS SANCTAE ECCLESIAE CATHOLICAE URBIS ROMAE.

Quod ad dilectionem vestram, fratres filiique carissimi, nostra tardius scripta
dirigimus, non malivolae voluntatis aut dissimulationis vel neglegentiae fuisse credatis,
sed, sicut nostis, temporalis qualitas et hostilis necessitas hactenus impedivit. Nam
Is. 49, 15. sicut ait Dominus per prophetam: 'Numquid obliviscitur mulier filium uteri sui?' Non
ergo credatis nos viscerum nostrorum divisionem non cum gravi fletu ac gemitu dolu-
isse: sed utinam, carissimi, illuminet Dominus oculos cordis vestri, ut nostri cordis
2. Cor. 11, 29. gemitum pro vobis videre possitis[a]. 'Quis enim', sicut ait beatus apostolus, 'infirmatur,
1. Cor. 12, 26. et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?' et alibi: 'Si patitur unum
membrum, compatiuntur omnia membra'. Postea ergo quam Deus omnipotens pro
felicitate christianorum principum per labores atque sollicitudinem filii nostri excellen-
tissimi domni Smaragdi[b] exarchi et chartularii sacri palatii [1] pacem nobis interim vel
quietem donare dignatus est, cum omni sollicitudine festinamus praesentia ad vos scripta

App. III, 1. a) possit *Par.* b) Zmaragdi *Par.*

App. III. Baronius primus edidit, qui has tres litteras accepit a Nicolao Fabro Parisiis. Baronium secuti ediderunt Gallicciolli in App. ad opera S. Gregorii IX p. 26—54; Mansi, Concil. ampl. collectio IX, 891 ss.; Migne, Patr. Lat. 72 c. 706—738. Rogatu meo contulit v. cl. Molinier cod. Paris. Lat. 1682, s. IX. — Cf. notam ad App. III, 3 et de trium capitulorum schismate in universum ep. I, 16 ss. — Has litteras ann. 585 vel 586 scriptas esse ex eo efficitur, quod ante Eliam a. 586 vel 587 mortuum, sed certe post App. II scriptae sunt. Cf. librum meum Untersuchungen etc. p. 111.

App. III, 1. Huic epistulae pace facta in Istriam missae responderunt episcopi, ut iterum scriberet Pelagius ep. seq. 1) *De Smaragdo cf. notas ad ep. XIII, 36.*

dirigere hortantes et obsecrantes, ne in divisione ecclesiae ulterius quisquam studeat permanere. Nos enim secundum evangelicam vocem studemus fraternitati ac dilectioni vestrae, in quantum fragilitas nostra sufficit, quae nobis iussa sunt cum sinceritate cordis humiliter exhibere. Nostis enim in evangelio Dominum proclamantem[c]: 'Simon, Luc. 22, 31. 32.
Simon! Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te patrem, ut non deficiat fides tua, et tu conversus confirma fratres tuos'.

Considerate, carissimi, quia veritas mentiri non potuit nec fides Petri in aeternum quassari poterit vel mutari. Nam cum omnes discipulos diabolus ad cribrandum poposcerit, pro solo Petro se Dominus rogasse testatur et ab eo ceteros voluit confirmari; cui etiam pro maiori dilectione, quam prae ceteris Domino exhibebat, pascendarum ovium sollicitudo commissa est; cui et claves regni caelorum tradidit et super quem suam ecclesiam aedificaturum esse promisit nec portas inferi adversus eam praevalere testatus est[2]. Sed quia inimicus humani generis usque in finem saeculi non quiescit in Domini ecclesiam bono semini superseminare zizaniam, ideoque, ne forte quisquam maligno studio aliqua de fidei nostrae integritate diaboli instigatione fingere praesumpserit augmentari[d] et ex hoc vestri fortasse videantur animi perturbari, necessarium iudicavimus per praesentem epistolam nostram et, ad viscera vos matris ecclesiae ut reverti debeatis, cum lacrimis exhortari et de nostrae fidei integritate vobis satisfactionem nostram mittere, quatenus nulla possit in vestris cordibus de nobis remanere suspicio, ut in divini tremendique iudicii die de taciturnitate mea reus inveniri non possim.

Nos enim illam fidem praedicamus, tenemus[3] et cum omni puritate conscientiae usque ad sanguinis effusionem defendimus, quae ab apostolis tradita et per successores eorum inviolabiliter custodita, reverenda Nicaena synodus trecentorum decem et octo patrum suscepit atque redegit in symbolum; sed et Constantinopolitanam centum et quinquaginta patrum sub piae memoriae Theodosio seniore principe factam; etiam Ephesenam primam, cui praesides fuerunt beatae recordationis praedecessor noster Coelestinus Romanae urbis antistes et Kyrillus ecclesiae Alexandrinae episcopus; sed et Chalcedonensem[e] sexcentorum triginta patrum, quae sub piae memoriae Marciano imperatore convenit cuique sanctae recordationis praedecessor noster papa Leo per legatos suos vicariosque praesedit, et ut diversarum heresum damnanda exigebat adversitas, eandem fidem uno eodemque sensu declamantes latius ediderunt; sed et epistolam praedicti beatae recordationis Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum datam, quae et thomus appellatur, per omnia veneramur, tenemus, defendimus atque secundum eius tenorem adiuvante Domino praedicamus. Et sicut praedecessor noster iam saepe dictus beatae memoriae papa Leo synodum Chalcedonensem suscepit atque firmavit, ita et nos per omnia operante divina gratia veneramur, custodimus atque defendimus.

Si quis autem contra hanc fidem aut sapit aut credit aut docere praesumit, secundum eorundem patrum sententiam damnatum atque anathematizatum se esse cognoscat. Non ergo patiamini falsis suspicionibus aut rumoribus denuo agitari, et in divisione ecclesiae malorum hominum persuasionibus, quod avertat Dominus, remanere. Quid enim vos a sanctae ecclesiae unitate dividitis? Quando nihil novi, nihil, quod absit, contrarium in Dei ecclesia praedicari[f] cognoscitis vel teneri, sed unam eandemque fidem, quae ab apostolis tradita et a sanctis patribus in praedictis quattuor synodis

c) pręclamantem *Par.* d) *ita Par.;* et argumentari *edd.;* ac commentari *coni. Mommsen.* e) *ita scr.;* Chalcedonensis *Par.* f) praedicare *Par.*

2) *Cf. Matth. 16, 18.* 3) *Cum hac professione fidei conferenda est f. Diurni 73* (promissio fidei episcopi).

explanata atque confirmata dinoscitur, sincerissime teneri atque defendi modis omnibus comprobatur[g]. Ubi ergo de fidei firmitate nulla vobis poterit quaestio vel suspicio generari, in unitate fidei atque in sinu[h] sanctae matris catholicae et apostolicae ecclesiae permanentes, si quid forte causae est, unde vestri scandalizari animi videantur, manentes in unitatis caritate eligite de fratribus ac filiis nostris, quos ad nos ad inquirenda, de quibus movemini, transmittere debeatis: et parati sumus secundum praeceptionem apostolicam et cum caritate eos suscipere et cum humilitate Deo placita satisfactionis reddere rationem et sine aliquo impedimento cum omni dilectione, quando reverti voluerint, voluntate sincerissima relaxare.

Col. 2, 6–8. Audiamus autem doctorem gentium clamantem: 'Sicut accepistis Christum Iesum
dominum, in ipsum ambulate radicati et superaedificati in ipso et confirmati[i] in fide,
sicut didicistis, abundantes in gratiarum actionem. Videte, ne quis vos decipiat per
philosophiam et inanem fallaciam, nec ad contentiones aut superfluas quaestiones vestra
ulterius studia convertatis'. Vocem eiusdem apostolicam humilitate cordis attendite;
2. Tim. 2, 23. 24. sic enim scribens ad Timotheum ait: 'Stultas autem et sine disciplina quaestiones de-
vita sciens, quia generant lites: servum autem Domini non oportet litigare': et iterum
1. Cor. 11, 16. ad Corinthios: 'Si quis autem videtur inter vos contentiosus esse, nos talem consuetu-
Ib. 14, 33. dinem non habemus neque ecclesia Dei'. Et iterum post alia: 'Non est Deus dissen-
sionis, sed pacis'.

Considerate ergo, quia, quicumque in pace et unitate ecclesiae non fuerit, Deum
Gal. 3, 7. habere non poterit. Item ad Galatas scribens ait: 'Qui ex fide sunt, hi sunt filii
Abrahae'. Providens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, praenuntiavit
Gen. 12, 3. Abrahae, quia 'benedicentur in te omnes gentes'. Igitur qui ex fide sunt, benedicen-
tur cum fideli Abraham. Quam ergo excusationem apud Deum post praesentem satis-
factionem nostram ulterius habere potestis, quando nulla vobis de fidei nostrae sinceri-
tate et puritate contraria suspicio remanebit? Audite protestantem et commonentem
1. Cor. 15, 33. eundem apostolum: 'Nolite seduci; corrumpunt mores bonos colloquia mala'. Non ergo
circumveniamur a Satana, non enim ignoramus cogitationes eius. Cum dilectione ergo
fraterna et humilitate Deo placita, si cuius forte animi scandalizari[k] videntur in aliquo,
manens in unitatis caritate perquirat atque cognoscat. Nam sicut beatus Iacobus
Iac. 3, 16. apostolus ait: 'Ubi zelus et contentio, ibi et inconstantia et omne opus pravum': et
Gal. 5, 7–9. iterum doctor gentium: 'Quis vos impedivit caritati non oboedire? persuasio non est
Ib. 10. ex eo qui vocavit vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit': et alibi: 'Ego
confido in Domino, quod nihil aliud sapiatis; qui autem conturbat vos, portabit iudicium,
Ib. 12. quicumque est ille'. Et in subsequenti ait: 'Utinam abscindantur qui vos conturbant'.
Ib. 15. Et rursus ammonens dicit: 'Quod si invicem mordetis et comeditis, videte, ne ab in-
Ib. 25 s. vicem consumamini'; et iterum: 'Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus; non efficia-
Gal. 6, 2. mur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes'; 'Alter alterius
Eph. 3, 14–18. onera portemus, et sic adimplebimus legem Christi'; et alibi idem apostolus ait: 'Flecto
genua mea ad Deum patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in
caelis et in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtutem,
corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in
cordibus vestris, in caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus
Eph. 4, 1–6. sanctis'. Et post alia: 'Obsecro itaque vos ego vinctus in[l] Domino, ut digne ambu-
letis in vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia
supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis:
unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae; unus
Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium, qui super omnia et

g) conprobatis *Par.* h) sinum *Par.* i) confirmate *Par.* k) scandalizare *Par.* l) in *om. Par.*

per omnia et in omnibus nobis'. Et dum tales exhortationes ammonitiones apostolicas habeamus, quis nos separabit a caritate, quae est in Christo Iesu domino nostro? Si enim cum humilitate et fletu diligenter intendimus, consideramus et intellegimus, quod ille sit insidiator noster, de quo dictum est: 'Quia adversarius vester diabolus sicut leo 1. Pet. 5, 8. rugiens circuit quaerens, quem devoret'. Cui secundum eiusdem apostoli exhortationem cum omni nos concordia et unitate in fortitudine fidei resistere atque obviare necesse est. Exemplo enim omnes didicimus, carissimi fratres ac filii, quanta mala quantaque flagella divisionem ecclesiae fuerint subsecuta. Unde in ipsius misericordia licet indigni confidimus, quia, si ecclesiam suam adunari atque pacificari concesserit, omnia a nobis quae pro delictis nostris suscepimus flagella, celerius removentur et unitas ac firmitas pacis ecclesiae pacem nobis et temporalem obtinet et aeternam.

Tantum modo rogamus et obsecramus et per divinum vos tremendumque Dei iudicium obtestamur, ubi sibi nullus hominum poterit argumentis vel excusationibus subvenire, ne ulterius per vos Dei dividatur ecclesia, sed hereditatem Domini communi teneamus et possideamus studio. Quae autem sit eius hereditas, ipsius verba quae ad discipulos dicta sunt audiamus: 'Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis'; Ioh. 14, 27. et iterum: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis Ioh. 13, 35. ad invicem'. 'Id ipsum autem', sicut ait vas electionis, 'dicamus omnes, et non sint in 1. Cor. 1, 10. nobis schismata, simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia', ut in sinu matris ecclesiae congregati efficiamur unus grex, ut unius Christi pastoris custodia ab omnibus externi internique hostis insidiis eius protectione atque defensione servemur illaesi.

Haec autem ad vos dreximus per fratrem et coepiscopum nostrum Redemptum[4] et Quodvultdeum abbatem[m] monasterii maioris basilicae beati Petri apostoli, quos[n] vestra dilectio et complacita Deo caritate suscipiat et ad nos cum unitatis vestrae gaudio sine mora reverti dimittat[o], quatenus cognoscentes dilectionem atque oboedientiam caritatis vestrae cum sanctis angelis communiter atque veraciter dicere mereamur: 'Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis'. Luc. 2, 14.

(2.)

Pelagius II. papa Heliae (Aquileiensis) et aliorum Histriae episcoporum litteras sibi magno dolori fuisse scribit. Hortatur, ne diutius a catholica ecclesia seiungere se pergant. Ad dissensiones tollendas aut Romam legatos mitti aut synodum Ravennae fieri cupit. *a. 585—586.*

Cod. Paris. Lat. 1682 f. 5v ss.
Ed.: Baronii Annales ecclesiastici a. 586 c. 37 ss. — Iaffé Reg. 1055 (687).

ITEM PELAGII PAPAE AD EOSDEM EPISCOPOS.
DILECTISSIMIS FRATRIBUS HELIAE VEL ALIIS EPISCOPIS HISTRIAE PELAGIUS EPISCOPUS.

Dilectionis vestrae per eos quos direxistis scripta suscepimus relectisque his gravi sumus maerore et dolore perculsi, cur neque his quae nos vobis scripsimus[1] respondistis neque, ut fraternam decuerat caritatem, fidei nostrae satisfactione suscepta ad

m) abbas *Par.* n) quod *Par.* o) demittat *Par.*

4) *Redemptus episcopus ecclesiae Ferentinae commemoratur in Dial. III, 38.*

App. III, 2. 1) Cf. ep. praeced.

unitatem ecclesiae revertendi oboedientiam commodastis, postremo nec taliter eos qui venerunt dirigere pertulistis, ut apertissimam lucidissimamque satisfactionem se paterentur accipere, sed scripto nobis quasi capitularem vel interdictum potius ostenderunt nihil iniunctum sibi a vobis aliud asserentes, nisi ut vestrae tantum modo essent portitores epistolae. In qua tamen nullam rationis satisfactionem quaesisse vos legitur, sed velut iudicatum, quid a nobis fieret, expressisset[a], quod quam pravum sit, quam iniustum patrumque regulis inimicum, si volueritis ad cognitionem veritatis accedere, splendidissime[b] cum divino auxilio potestis addiscere. Unde nos cum propheta lacrima- Ps. 38, 3. biliter convenit exclamare: 'Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis, et dolor cordis mei renovatus est'. Renovatus est dolor cordis nostri, quando diuturnae divisionis scandalum minime tanto fidei fulgore superatur, maxime quia pravorum hominum persuasione decepti scripta nobis diversis infecta contagiis direxistis, eo quod in epistolis patrum quaedam testimonia non incongrua solum, sed nec ad causam pertinentia temptastis inserere, ita ut nec ordinem testimoniorum, qui in ipsis epistolis patrum legitur, servaretis, quippe ut quod scriptum nomine[c] alterius fuerat alterius nominis titulo poneretis. 1. Tim. 1, 7. In quo evidenter dictum vobis apostolicum constat aptari: 'Nescientes, neque de quibus dicunt neque de quibus affirmant'.

Quod quidem non vestrae malitiae vel calliditati credimus ascribendum, sed veneno hostis malignissimi perspicimus exquisitum, qui zizania seminare per vasa irae usque in finem saeculi in Dei ecclesia non quiescit. Ex quo intellegimus fraternitatem vestram epistolas de quibus posuistis testimonia non legisse: neque enim, si vobis eorum scriptura constaret, illa quae apertissime pro fidei tantum modo causa sunt posita aliis congruere fingeretis. Propter quod ab errore divisionis, in quem falsis opinionibus incidistis, hortor et opto vos celerius revocari et non, sicut scriptum est, 2. Cor. 6, 14. 'iugum cum infidelibus ducere', sed illi iterum iugo mansueta colla submittere, de quo Matth. 11, 29. ipse Dominus dicit: 'iugum enim meum suave est et onus meum leve est'. Quod nullo modo poterit quis vel ferre vel discere, nisi eidem iugo caritatis vinculis fuerit subiugatus, ipsi oneri per dilectionem, quippe ut spiritali sarcinae, mentem, humeros viresque subdiderit. Sicut namque animositas abscissionis intellectum facit per superbiam caligare, ita recuperatae caritatis humilitas mentes in unitate fidei perdurantes ad cognitionem veritatis illuminat.

Propter quod praesentium portitoribus, quos fraternitas vestra direxit, et ex codicibus et ex antiquis polypticis scrinii sanctae sedis apostolicae relecta sunt aliqua, quibus evidenter ostenditur nihil eorum quae in vestra posuistis epistola causae trium capitulorum convenire ullatenus aut verisimiliter coaptari. Ideoque necesse est vos omnes epistolas synodales sollicite vigilanterque percurrere, ut evidentius agnoscatis, quia sancti patres nihil aliud de Chalcedonensi synodo in suis epistolis firmaverunt, nisi ut inviolabilis fidei definitio servaretur. Nam ad eandem synodum confirmandam beatae recordationis prodecessor noster papa Leo scribens inter alia sic ait[1]: 'Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quae in synodo Chalcedonensi per unianimitatem vestram de fide statuta sunt approbem, haec ad omnes fratres et coepiscopos nostros qui praedicto concilio interfuerunt scripta direxi, quae gloriosissimus et clementissimus princeps, sicut poposci, in notitiam vestram mittere pro catholicae fidei amore dignabitur, ut et fraterna universitas et omnium fidelium corda cognoscant me non solum per fratres qui vicem meam executi sunt, sed etiam per adprobationem gestorum synodalium propriam vobiscum unisse[d] sententiam, in sola videlicet fidei causa, quod saepe

App. III, 2. a) quid nobis expressisse *edd.;* vobis, (vos) expressisse *coni. Mommsen.* b) explendidissime *Par.* c) nomini *Par.* d) unisse *vel* iniisse *codd. Leon.;* munisse *Par.*

1) *S. Leonis Magni op. ed. fr. Ballerinii t. I c. 1195 (J-K. 490).*

dicendum, propter quam generale concilium et ex praecepto christianissimorum principum et ex consensu apostolicae sedis placuit congregari'.

Sed ne forte animis vestris aliqua adhuc videatur quaestio aut dubietas remanere, apertius quae ad Maximum Antiochenae ecclesiae antistitem scripserit pariter vobis curavimus indicare. Post plurima itaque sic ait[2]: 'Si quid sane ab his fratribus quos ad sanctam synodum vice mea[e] misi praeter id quod ad causam fidei pertinebat gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab apostolica sunt sede directi, ut excisis heresibus catholicae essent fidei defensores. Quicquid enim praeter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur, potest diiudicandi habere rationem'. Ecce, sicut superius dictum est, cognoscitis, fratres carissimi, nihil aliud saepefatum prodecessorem nostrum, quam ea quae de fidei firmitate definita sunt confirmasse, quod paene in omnibus epistolis eius, si volueritis, plenius potestis cognoscere. Nam privatae causae, quae illic post definitionem fidei actae sunt, non solum minime confirmavit, sed et retractari atque diiudicari concessit. In enkycliis vero — quod est episcopalium collectio literarum, ex quibus aliqua in scriptis vestris testimonia incongrue similiter posuistis — unde mota sit causa vel quid piae recordationis Leo imperator per universas provincias sacerdotibus scripserit consulendo aut qualiter ab ipsis responsa susceperit, nobis quoque tacentibus eorum lectione valebitis plenius informari, ut nulla de cetero in vestris cordibus malignae excogitatio pravitatis locum subreptionis inveniat. Nos enim propter prolixitatem huius epistolae ordinem causae ipsius declinavimus indicare. Nam si cum studio caritatis quae a nobis scribuntur cum timore Domini sollicite vigilanterque relegitis, facile sentietis, quantum sit periculum pro superfluis quaestionibus et hereticorum defensione capitulorum tamdiu ab universali ecclesia segregari.

Nolite ergo amore iactantiae, quae superbiae semper est proxima, in obstinationis vitio permanere, quando in die iudicii nullus vestrum excusare se valeat. Et neque Theodorus Mopsuestenus[f] neque Ibae epistola, quae ab adversariis est prolata, ante tribunal tanti iudicis vobis valeat subvenire. Doctori itaque gentium pareamus, qui in prima ad Corinthios epistola dicit: 'Aemulamini charismata meliora, et adhuc excellen- 1. Cor. 12, 31.
tiorem vobis viam demonstro'. Quae ergo maiora sint et a se demonstranda promittit, ex ipsius voce audiamus intentius: 'Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem Ib. 13, 1–3.
autem non habeam, factus sum sicut aes sonans, aut kymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam et noverim omnia mysteria et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas et si tradidero corpus meum, ut ardeat, caritatem non habuero, nihil mihi prodest'. Et iterum: 'Fides, spes, Ib. 13.
caritas: tria haec; maior autem his caritas'. Quam igitur ante Deum poteritis habere fiduciam, quando nullum scandalum generari vobis de fidei nostrae integritate cernentes tantis temporibus per superfluas quaestiones ab ecclesia Dei, quae una est, et a fraterna dividi vos caritate duratis? Ubi namque sit ecclesia constituta, licet ipsius Domini voce in sancto evangelio sit apertum, quid tamen beatus Augustinus eiusdem dominicae memor sententiae definierit, audiamus. In his namque ait esse Dei ecclesiam constitutam, qui sedibus apostolicis per successionem praesulum praesidere noscuntur. Et quicumque ab eorundem sedium se communione vel auctoritate suspenderit, esse in scismate demonstratur. Et post alia: 'Positus foris etiamsi pro Christi nomine mortuus eris, inter membra Christi [non numeraberis][g]. Patere pro Christo haerens corpori: pugna pro capite'[3]. Sed et beatus Cyprianus egregius martyr in libro quem de unitatis nomine titulavit

e) vicem meam *Par.* f) Monbsuestinę *Par.* g) non numeraberis *om. Par.*

2) *Ib. c. 1217 (I-K. 495).* 3) *Non inveni.*

inter alia sic dicit[4]: 'Exordium ab unitate proficiscitur. Et primatus Petro datur, ut una Christi ecclesia et cathedra monstretur'[h]; et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis unanimi consensione pascátur. Et post pauca: 'Hanc ecclesiae unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui cathedram Petri, super quam ecclesia fundata est, deserit et resistit, in ecclesia se esse confidit?' Item post alia: 'Ad pacis praemium pervenire non possunt, quia pacem Domini discordiae furore ruperunt'. Item ex eodem libro sic ait: 'Ad sacrificium cum dissensione venientes[i] revocat ab altari et iubet prius concordare cum fratre, tunc cum pace redeuntes[k] Domino munus offerre[5]. Quia nec ad Cain munera respexit Deus[6]; neque enim habere pacatum Dominum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? Quae sacrificia celebrare se credunt aemuli sacerdotum? Secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur hi qui extra ecclesiam colliguntur? Tales etiamsi occisi in confessione nominis Christi[l] fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis et gravis culpa discordiae, quae[l] nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in ecclesia sancta[l] non est: ad regnum pervenire non poterit, qui eam quae regnatura est derelinquit'. Et post alia: 'Cum Deo manere non possunt, qui esse in ecclesia Dei unianimiter noluerunt. Ardeant licet flammis et ignibus traditi vel obiecti[m] bestiis animam suam ponant, non erit illa fidei corona, sed poena perfidiae; nec exigitur[n] gloriosus, sed desperationis interitus: occidi talis potest, coronari non potest'. Item eiusdem: 'An esse[o] sibi cum Christo videtur, qui adversus sacerdotes Christi facit? qui se a cleri eius et plebis societate secernit? Arma ille contra ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat. Hostis altaris adversus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens servus, filius impius, frater inimicus contemptis episcopis et Dei sacerdotibus derelictis constituere audet aliud altare'. Item cuius supra: 'Peius scismatis crimen est, quam quod hi qui sacrificaverunt, qui tamen in paenitentia criminis constituti Deum plenissimis satisfactionibus deprecantur. Illic[p] ecclesia quaeritur et rogatur, hic[q] ecclesiae repugnatur; illic qui lapsus est sibi tantum nocuit, hic qui scisma facere conatur multos secum trahendò decipit; illic animae unius est damnum, hic periculum plurimorum. Certe peccasse se ille intellegit et lamentatur et plangit, hic tumens in peccato suo et ipsis sibi delictis placens a matre filios segregat, oves a pastore sollicitat, Dei sacramenta disturbat et, cum lapsus semel peccaverit, hic cotidie peccat. Postremo lapsus martyrium postmodum consecutus potest regni promissa percipere: hic, si extra ecclesiam fuerit occisus, ad ecclesiae non potest praemia pervenire'. Item cuius supra: 'Quod si in scripturis sanctis frequenter et ubique disciplina praecipitur et fundamentum religionis a[r] fidei observatione ac timore proficiscitur, quid cupidius appetere[s], quid magis velle ac tenere nos convenit, quam ut radicibus fortius fixis et domiciliis nostris super petram robusta mole solidatis inconcussi ad procellas ac turbines saeculi stemus, ut ad Dei munera per divina praecepta venire possimus?'

Et ideo hortamur et obsecramus dilectionem vestram, ut tam terribilium patrum testimonia cognoscentes nullo modo patiamini ulterius in divisione ecclesiae persistere, sed in viscera sanctae matris catholicae atque apostolicae regredi tota mentis intentione
Ps. 132, 1. celerate, ut radicati in caritate unitatis atque fundati dicere mereamur: 'Ecce, quam

h) mostretur *Par.* i) veniente *Par.* k) redeunte *Par.* l) *hoc verbum cum Cypr. om. edd.* m) obiectis *Par.* n) nec religiosae virtutis exitus *cum Cypriano edd.* o) esse *om. Par.* p) hic *edd. hic et infra pro* illic *cum plurimis Cypriani codd.* q) illic *edd. hic et infra pro* hic *cum plurimis Cypriani codd.* r) a *edd.;* ac *Par.* s) appeteret *Par.*

4) Cf. Cypriani op. ed. Hartel (Corp. script. eccles. III) t. 1, de unitate ecclesiae cc. 4. 11. 13—14. 17. 19. 5) Cf. Matth. 5, 23 s. 6) Cf. Gen. 4, 5.

bonum et quam iucundum habitare fratres in unum!' veraciter exclamantes: 'repletum Ps. 125, 2. est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione'. Quibus breviore quidem stilo, abundanti tamen caritate responsis et de fraternitatis vestrae mentibus et de divinae misericordiae virtute confidimus sanctae vos citius reformari indubitanter ecclesiae. Si tamen pro nostris adhuc delictis aliquid inimicus animarum vobis obstinationis, quod absit, aut dubietatis intulerit, secundum quod interlocutio nostra gestorum apud nos habitorum suprema complectitur et sicut excellentissimo domno filio nostro Smaragdo[t] exarcho Italiae supplicare curavimus, instructas huc ad nos personas, quibus facilius reddenda recipiendaque[u] sit ratio, destinate[v], ut nulla deinceps consensus vestri dubietas supersit aut tarditas, si eis satisfactio plena reddatur. Vel si pro longinquitate locorum vel temporum qualitate pavescitis, illic Ravennae fiat congregatio sacerdotum, quo nos etiam, qui loco nostro intersint, divinitate propitia dirigamus, a quibus satisfactionem plenissimam capiatis, ne amplius animae simplices divisae a sancta ecclesia pro superfluis quaestionibus tam longa obstinatione remaneant nec per vos, quos dominici gregis decet esse pastores, oves a saeptis ecclesiasticis evagantes rapacis[w] lupi dentibus consumantur.

(3.)

Pelagius II. papa Eliae Aquileiensis ceterorumque Istriae episcoporum pro tribus capitulis argumenta accurate refellit. *c. a. 586.*

Cod.: Par. 1682 f. 8c.—24c.

Edd.: Baronii Annal. eccl. a. 586 c. 44 ss. — I-K. 1056 (688).

ITEM AD EOSDEM EPISCOPOS EPISTOLA TERTIA. DILECTISSIMIS FRATRIBUS HELIAE VEL UNIVERSIS EPISCOPIS HISTRIAE PARTIBUS CONSTITUTIS PELAGIUS EPISCOPUS.

Virtutum mater caritas, quae redemptoris sui lucris serviens nunquam ea quae sua sunt quaerit[1], desiderio anhelanti me impulit dudum fraternitati vestrae plena dulcedinis scripta transmittere, quae disiuncta diu possint suo corpori Christi membra sociare. In quibus plus precibus quam monitis loquens affectu quo valui exhortari[a] curavi, ut quos aptos discutiendae rationi praeviderit huc dilectio vestra dirigeret, quatenus in trium capitulorum negotio vel quaeque aperta sunt cognoscerent vel quaeque forsan obscura viderentur haec eis collatio pacificae intentionis aperiret. Tandem dilectionis vestrae scripta suscepi, quae non rationis causas quaererent, sed deliberati apud vos iudicii sententia imperarent. Hoc autem quod vos audere[b] de vestra sapientia video, fateor, dolens miror: et quidem per epistolas exempla, ut puto, humilitatis ostendi,

t) Zmaragdo *Par.* u) *ita edd.;* recipiendę *Par.* v) *ita coni. Mommsen;* mittere festinate *edd.;* festinate *Par.* w) rapaces *Par.*

App. III, 3. a) exhortare *Par.* b) audere *edd.;* audire *Par.*

App. III, 3. Gregorius de hac, ut videtur, epistula scribit in ep. II, 49, quae ad episcopos Hiberiae missa est: Ut igitur de tribus capitulis animis vestris ablata dubietate possit satisfactio abundanter infundi, librum, quem ex hac re sanctae memoriae decessor meus Pelagius papa scripserat, vobis utile iudicavi transmittere. *Paul. diac. in hist. Lang. III, 20 scribit:* Pelagius Heliae Aquileiensi episcopo nolenti tria capitula Calchidonensis synodi suscipere epistulam satis utilem misit. Quam beatus Gregorius, cum esset adhuc diaconus, conscripsit. *De hac epistula, ut viri docti coniecerunt, agi videtur. Sed an verum sit, quod Paulus tradit, affirmare non ausim; neque certo etiam de praecedentibus epistulis agitur.* *1) Cf. 1. Cor. 13, 5.*

amoris specimen praebui. Sed dum nihil apud vos repperi ammonitionis meae verba [Ier. 51, 9] proficere, flens gemensque cum propheta cogor exclamare: 'Curavimus Babylonem, et non est sanata'. Ignem, quantum valui, caritatis accendi et tantae scissionis exurere rubiginem volui, sed impletam prophetae sententiam peccatis exigentibus inveni, qui [Ier. 6, 29.] ait: 'Frustra conflavit conflator; scoriae eius non sunt consumptae'. Nulla in rescriptis flamma caritatis aspicitur, nullam vel post exemplum dulcedinem redolent in cunctis suis sermonibus, nihil, quod ad pacem perveniat, sonat. Pensate, quaeso, hoc, quod dicere nisi singultu interrumpente non valeo, longo divisionis usu quanto mentis frigore fraternitas vestra torpuerit, quae nec confricta recalescit. Quid igitur inter haec faciam, [1. Pet. 5, 8.] nisi ut pro vobis ad lacrimas vertar? 'Quia enim leo rugiens circuit quaerens quem devoret', scio et vos stantes extra caulas ovium. Non aptos[c] fructibus palmites attendo, sed abscisos a radice vitis aspicio; et sudantes vos operarios cerno, sed tamen laborare extra vineam non ignoro. Ecce urguente fine cuncta vastantur; ad solitudinem terra redigitur, atque ut ita dixerim, procella diluvii mundum subruit, et vestra fraternitas [Ier. 9, 1.] arcam fugit. Cum Hieremia dicam: 'Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis [Ib. 9, 18.] fontem lacrimarum?' Et rursum: 'Deducant oculi nostri lacrimas, et palpebrae nostrae defluant aquis'. Dicam cum illo iterum [2]: 'Plorabo et requiescam'. Quia enim quietem concordiae in vestro corde non invenio, fessae menti lacrimas sterno. Quae enim mei spiritus esse requies potest, si ab occulto hoste inflictum vulnus mederi non potest? Ecce in cunctis mundi partibus sancta et universalis ecclesia unitatis suae radiis fulget, sed tamen adhuc umbram vestrae divisionis sustinet. Ubique in fidei statu perdurat; sed gaudere eam de sua salute prohibet vulnus, quod de vestra abscisione tolerat. Neque enim sanum caput brachiis marcentibus gaudet, nec se quasi incolume esse pectus laetatur, cum subiectorum viscerum doloribus tangitur; tota namque corporis compago afficitur, si pars eius vel extrema laceratur. Quicquid ergo est, quod aliam [1. Cor. 12, 26.] pati sentit, in se harmonia caritatis attrahit, Paulo attestante, qui ait: 'Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur cetera membra'. Nos itaque sumus, qui vestro dolore transfigimur, nos, qui vestris scissionibus secamur. Tanto igitur damnis vestris festina debemus consolatione succurrere, quanto ea per caritatem cogimur ut nostra sentire. Nam et si differre forsitan volumus, supernae increpationis voce terremur, quae [Ezech. 34, 4.] ignavos pastores increpans dicit: 'Quod fractum erat non alligastis et quod abiectum non reduxistis et quod perditum non quaesistis'. Si differre volumus, indistrictae[d] [Ier. 8, 22.] inventionis increpamur, qua per prophetam Dominus dicit: 'Numquid resina non est in Galaad aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiae populi mei?' Quid enim per resinam, quae fomentum ignis est, quae et in ornamentum domus marmora dissipata coniungit, nisi caritas designatur? quae et in amore corda succendit et, ut sanctam ecclesiam unitatis ornamento componat, discordes hominum mentes per pacis in se studium ligat. Quid per Galaad, quae acervus testimonii[e] interpretatur [3], nisi in scripturae sacrae altitudinem innumera sententiarum densitas dicit? Quid per medici vocabulum, nisi unusquisque praedicator? Quid per non obductam filiae cicatricem, nisi culpa plebis ante Dei oculos nuda monstratur? Resina ergo in Galaad defuisse convincitur, si pro ostendenda veritate, cum tanta adsint scripturae sacrae testimonia, associando vos sanctae ecclesiae nequaquam digni ardoris caritas exhibetur; et velut absente medico cicatrix non obducitur, si exhortatione cessante tantae scissionis culpa nullo velamine subsequentis pacis operitur. Sed iam tempus est ipsa nos suspicionum vestrarum vulnera tangere eisque auctore Deo medicamina patefactae veritatis adhibere.

c) demptis *edd.* d) indiscretae *edd.* e) *ita edd.;* acervum testimonium *Par.*

2) Cf. Ier. 31, 16. 3) Hieron. de nomin. Hebraic. (Opp. ed. Vallarsius III, 11).

Per ea quae piae memoriae Iustiniani principis temporibus acta sunt fraternitas vestra suspicatur sanctam Chalcedonensem synodum fuisse convulsam. Sed absit hoc a christiano opere, a christiana cogitatione. In ipsa quippe Nicaena, Constantinopolitana ac prima synodus Ephesena firmata est, et quisquis eandem parte[f] aliqua convellere nititur, illas nimirum funditus, quae per hanc firmatae sunt, destruere conatur. Cui suspicioni in scriptis vestris ex sancti prodecessoris nostri Leonis epistolis ac enkycliis testimonia adiungitis, ut praefatam sanctam Chalcedonensem synodum illibatam debere servari monstretis. Quae quidem, fratres carissimi, ex paucis epistolis sumpta[g] permixto ordine confusoque posuistis, ut, dum interiecta alia epistola ad alia prioris epistolae verba recurritur, quasi ex multis epistolis prolata viderentur. Et valde miramur, cur fraternitas vestra de tam, sicut diximus, paucis epistolis non pauca sumpserit, cum constet, quod de sanctae Chalcedonensis synodi illibata veneratione et prodecessorum nostrorum assertio innumera et multorum patrum consensus in enkycliis quasi quaedam lux se mundo[h] nobis infudit. Sed quia semper dictandi ordo tanta sibimet connexione subiungitur, ut et praecedentia subsequentibus serviant et subsequentia ex praecedentibus suspendantur, eorum sensum quae prolata sunt melius pandimus, si infra supraque legentes, vel quo tendant vel unde pendeant, demonstremus.

A dilectione igitur vestra primum testimonium sancti prodecessoris nostri Leonis ponitur, quod in eius epistola ultima continetur, quo ait[4]: 'De rebus apud Nicaeam et apud Chalcedonem, sicut Deo placuit, definitis, nullum audeamus inire tractatum, tamquam dubia vel infirma sint, quae tanta per spiritum sanctum fixit auctoritas'. Cui secundum testimonium ex ea epistola a vobis adiungitur, quod illic paulo superius habetur, quo dicitur: 'Quia, sicut sancte veraciterque dixistis, perfectio incrementum et adiectionem plenitudo non recipit'. Interiectis autem duobus testimoniis de enkycliis assumptis praefati prodecessoris nostri item[i] ad Leonem principem scripto vestro verba replicantur, quibus dicitur[5]: 'Legitimas divinitus inspiratas constitutiones velle movere non est pacifici animi, sed rebellis, dicente apostolo: 'Verbis contendere ad nihil est utile, nisi ad subversionem audientium'. Nam si humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, numquam deesse poterunt qui veritati audeant resultare'. Et eius rursum ad eum: 'Non sinas contra dexterae omnipotentis Dei triumphos redivivis exsurgere motibus extincta certamina'. Cuius adhuc testimonium post pauca subdidistis: 'Nihil prorsus de bene compositis retractetur'. Ultimum vero a vobis ponitur testimonium, quod in priori eius epistola, de qua multa iam testimonia prolata fuerant, continetur primum, quo dicitur[6]: 'Quae patefacta sunt quaerere, quae perfecta sunt retractare et quae sunt definita convellere, quid aliud est, quam de adeptis gratias non referre et ad interdictae arboris cibum improbos appetitus mortiferae cupiditatis extendere?' Haec sunt, fratres dilectissimi, quae beati Leonis ad Leonem principem verba posuistis, quae videlicet ab eo pro custodia illibatae fidei, non autem pro causis episcoporum specialibus, quae apud Chalcedonam gestae sunt, proferuntur. Nam quia pro solius fidei intemerata observatione dixerit, pensandum est, in eadem epistola quid praemisit; ait enim ad eundem principem loquens[6]: 'Supra cura rerum temporalium religiosae providentiae famulatum divinis et aeternis dispositionibus perseveranter impenditis, ut scilicet catholica fides, quae humanum genus sola vivificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat et dissensiones, quae de terrenarum opinionum varietate nascuntur, a soliditate illius petrae, supra quam civitas Dei aedificatur, abigantur'. Si

2. Tim. 2, 14.

f) partem *Par.* g) sumpti *Par.* h) *ita coni. Mommsen;* (*om.* lux) se mundo *Par.;* sumendo *coni. Baron.;* sumendo lux mundo se *coni. Labbaeus. An* seminando *legendum?* i) idem *Par.*

4) *Leonis I. papae op. ed. fr. Ballerinii t. I c. 1341 (I-K. 539).* 5) *Leonis I. papae op. ed. fr. Ballerinii t. I c. 1345 (I-K. 541).* 6) *Leonis I. papae op. ed. fr. Ballerinii t. I c. 1339 (I-K. 539).*

igitur fidem, fratres carissimi, in cunctis mundi partibus uno ac solido statu vigere non cerneretis, convulsum quicquam de sancta Chalcedonense synodo recte diceretis. At postquam nihil nunc aliud nisi de personis agitur, nihil de sancta Chalcedonensis synodi professione[k] truncatur, quid aliud quam in verbis pacis iurgia[k] quaeritis et auctoritatem patrum quasi sequendo declinatis? Namque ut isdem beatus Leo ostenderet, retractari quae perfecta sunt non deberi, qua haec intentione dixisset, ilico subdidit: 'Quia ad pacem universalis ecclesiae et ad custodiam catholicae fidei cura dignamini sollicitiore respicere'. Quid igitur, cum prohiberet definita convelli, ammonitionem protinus de custodia catholicae fidei subiunxit, et quia non hoc de retractandis causis specialibus, sed de sola fidei professione dixisse indicavit? Illa namque nunc in vestra quaestione vertuntur, quae ipse quoque prodecessor noster beatus Leo diiudicat, dum non nisi ea quae apud Chalcedonam de fide sunt statuta confirmat. Ipse quippe ad Anatolium Constantinopolitanae urbis episcopum scribens, dum eum de quodam novo ausu corriperet, dicit[7]: 'Ut sanctam synodum ad extinguendam solum heresim et ad confirmationem fidei catholicae studio christianissimi principis congregatam in occasione ambitus trahas'. Et rursum: 'Ita abuti voluit concilio synodali, ut fratres in fidei tantum modo negotio convocatos et definitionis eius causa, quae erat curanda, pertractos[l] ad consentiendum sibi aut depravando traduceret aut terrendo compelleret'. Qui ut nihil se omni modo de Chalcedonense synodo suscipere, nisi de sola fide gestum fuerat, demonstraret, eidem synodo scribens ait[8]: 'Et fraterna universitas et fidelium corda cognoscant me non solum per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam vobiscum unisse[m] sententiam, in sola videlicet fidei causa, quod saepe dicendum est'. Qui ergo unitum Chalcedonensi synodo in sola fidei causa se memorat, a cunctis[n] quae illic specialiter gesta sunt se procul dubio extraneum demonstrat. Hinc est rursum, quod, cum praefato Anatolio de recipiendo Attico presbytero scriberet, dicit[9]: 'Ita ut Chalcedonensis synodi definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit et quam apostolicae sedis firmavit auctoritas, profiteatur se per omnia servaturum'. Qui Chalcedonensis synodi definitionem dicens vigilanter etiam 'de fide' non adderet, nisi causas, quae illic specialiter motae sunt[o], alias vitaret, et quidem si unam tantum modo, quae illic specialiter mota[o] fuerat, reprobasset, solam nihilominus exciperet quae ei singulariter displiceret. At postquam nihil aliud synodi nisi fidei definitionem recepit, quid est aliud, nisi quod cetera quae illic specialiter mota sunt refutavit? Neque enim si vellet, unam tantum modo causam praefati Anatolii reprehendere vereretur, qui hanc suo iudicio non approbatam et serenissimis principibus et auctori eius eidem Anatolio non est veritus scriptis discurrentibus indicare. Cum vero et de illa praefato Anatolio private loquitur et rursum ad synodum scribens, quod de sola fide gestum fuerat se recipere confitetur, constat, quod et Anatolium de speciali criminis[p] causa redarguit et cuncta privata negotia quae mota in synodum fuerant retractari concessit.

Rursum in scripto vestro testimonium de enkycliis ponitis, quod multi episcopi simul dicunt: 'Neque unum iotam vel apicem possumus aut commovere aut commutare eorum quae apud Chalcedonam decreta sunt'. Cui aliud quoque testimonium quasi ex eadem epistola subiunxistis, quod videlicet Anatolii Constantinopolitanae urbis episcopi esse non dubium est, quo ait: 'De vero Chalcedonense sancta synodo dico, quo-

k) *verba* professione *usque* iurgia *om. et* fide *add. edd.* l) *ita Baron.;* definitione eius causae, q. e. c. perfunctos *Labb.;* perfructos *autem Par.* m) inisse *Par.; cf. p. 446 n. d).* n) unit — causa convocata, cuncta *edd.* o) *verba* sunt *usque* mota *om. edd.; sed Harduinus coniecit hic fere lacunam extare.* p) *ita edd.;* crimen *Par.*

7) *Ib. 1161 (I-K. 483).* 8) *Ib. 1195 (I-K. 490).* 9) *Ib. 1343 (I-K. 540).*

niam ipsum quaerere omnino aut revolvere aliquid eorum quae ab ipsa finita sunt hominum est insidiantium tantum modo ecclesiis et universali Christi pacique'. In quo revolvi et convelli prohibeat, ipse subiungat: ait enim: 'Quo modo apostolica quidem et paterna dogmata olim nobis tradita in eo roborata sunt atque firmata'. Si igitur insidiantium est hominum apostolica dogmata et paterna convellere, quique eadem paterna et apostolica dogmata illibata recipiunt, constat procul dubio, quia insidiantes non sunt. Eiusdem namque synodi fidem intemeratam Deo auctore retinemus et sic privata negotia quae illic gesta sunt cum sancto et prodecessore nostro Leone praeterimus, ut definitionem fidei illic prolatam proposita etiam morte servemus. In praecedenti autem testimonio multorum simul episcoporum, utrum dictator an scriptor erraverit, ignoramus; neque enim in enkycliis continetur, ut ipsi in scripto vestro posuistis: 'Neque unum iotam vel apicem possumus aut commovere aut commutare eorum quae apud[q] Chalcedonam[r] decreta sunt': sed ita illic scriptum est: 'Neque unum iotam aut unum apicem aut commovere aut violare eorum quae[q] ab ea recte sunt et inculpabiliter[s] definita'. Et longe est aliud non posse commoveri ea quae decreta sunt et non posse commoveri ea quae recte et inculpabiliter sunt decreta. Sciebant enim viri doctissimi ea quae illic gesta fuerant de causis specialibus a prodecessore nostro Leone recepta[t] omni modo non fuisse: et idcirco cautissime scribunt commoveri aut violari quae recte ab ea et inculpabiliter definita sunt non deberi, ne, si cuncta confirmare se dicerent, sententiae saepe fati prodecessoris nostri Leonis obviarent. Unde et illic ilico subiungunt: 'Ita sapiamus semper, sicut sapit apostolica Romanorum sedis[u] ecclesia'.

Post haec quoque ex epistola[v] eiusdem prodecessoris nostri Leonis ad Basilium episcopum testimonium posuistis, quo ait[10]: 'Obsecro dilectionem tuam, ut a Chalcedonensis synodi definitionibus in nullo animum relaxetis et quae ex divina sunt inspiratione composita nulla patiamini novitate temerari'. Et rursum: 'Ut autem possit haec exhortatio ad omnium fratrum et coepiscoporum notitiam pervenire, diligenti vestra fraternitas[w] cura perspiciat, quia, quod saepe dicendum est, tota religio christiana turbatur, si quicquam de his quae apud Chalcedonam constituta sunt convellatur'. Sed utrum haec de causis quarundam personarum specialibus an de sanctae fidei definitione asserat, inquiratur ipse, quid superius dicat; ait enim[11]: 'Haec scripta direxi, quibus dilectionem vestram credidi commonendam, ut sceleratis ausibus sancta constantia resistatis, ne in quoquam nostra communis fides aut trepida inveniatur aut tepida'. Qui igitur ammonitionem servandae fidei praemisit, ubi custodiri synodum voluit, indicavit. Si autem in huius epistolae sermonibus ambigimus, eum ex aliis suis epistolis, quo sensu haec dixerit, requiramus. Marciano namque Augusto scripta sua pro eadem synodo dirigens ait[12]: 'Ad gloriam vestram et ad Constantinopolitanum antistitem scripta direxi, quae evidenter ostenderent me ea[x] quae de fide catholica in praedicta synodo definita fuerant approbare'. Qui si cunctas et speciales causas eiusdem synodi recepit, cur ea se approbare quae de catholica fide in praedicta synodo definita sunt specialiter asserit? Rursum quoque praefato principi scribens[13]: 'Quia omnibus modis oboediendum est potestati[y] vestrae et religiosissimae voluntati, constitutionibus synodalium, quae mihi de confirmatione fidei catholicae placuerunt, libens adieci sententiam'. Si ergo confirmationem fidei catholicae sibi placuisse eique sententiam adiecisse astruit, in his in quibus confirmatio fidei non fuit constat, quia sententiam non adiecit.

q) *verba* apud *usque* quae *om. edd.* r) Chalcedona *Par.* s) inviolabiliter *edd.* t) *ita edd.:* reperta *Par.* u) sedes *Par.* v) exempla *edd.* w) *ita scr.;* vestrae fraternitatis *Par. et edd.;* diligentiae vestrae, *om.* frat. *Leo.* x) *ita scr.; mea Par.;* me *edd.* y) pietati *coni. Labb.*

10) Ib. c. 1310 s. (I-K. 526). 11) Ib. c. 1311 ad Euxitheum, Iuvenalem etc. (I-K. 525). 12) Ib. c. 1201 (I-K. 491). 13) Ib. c. 1203 (I-K. 491).

Adhuc autem ex eiusdem beati Leonis epistolis testimonium scriptis vestris inseritis, quo ad Basilium dicit[14]: 'Pie nobis et constanter utendum[z] est, ne, dum talium disputatio admittitur, eorum quae divinitus definita sunt auctoritati derogetur'. Et infra: 'Nec in aliquam disceptationem plene definita revocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum ipsi de his videamur ambigere quae manifestum est per omnia propheticis et evangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonare'. Quae autem vel superius definita divinitus vel inferius plene[a] definita asserat, ex ipsa vel ex aliis eius epistolis vestra fraternitas pensat, in quibus numquam specialia gesta commemorat, sed sola quae de fide sunt prolata confirmat. Unde in his quoque verbis vigilanter imprimitur et, quae plene definita dixerit, attendatur, cum dicit: 'Ne de his ipsis videamur ambigere quae manifestum est per omnia propheticis et evangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonare'. Pensate, quaeso, fratres carissimi, si scripta Theodori propheticis et evangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonant, quae redemptorem nostrum iniquis ausibus Deum negant; pensate, si illa epistola propheticis et evangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonare videatur, in qua et hostis ecclesiae Nestorius defenditur et defensor ecclesiae Kyrillos accusatur; pensate, si illa Theodoriti scripta propheticis, evangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonant, quae prius contra rectam fidem edita ipse postmodum conversus damnat. Extremum quoque sancti Leonis ad Aetium presbyterum testimonium ponitis, quo ait[15]: 'Ne patiatur sopitarum[b] rerum certamen afferri, quarum retractator non nisi sacrilegus invenitur'. Quod de quibus rebus astruat, ad eundem Aetium scribens ipse manifestat dicens: 'Nihil ab apostolicis umquam potero sentire diversum nec a mea ipse deviare sententia, ut quod sancto spiritu revelante confessus sum quodque mecum totius synodi professione praedicante patefeci, aliqua varietate commutem, cum facilius mihi sit quibuslibet et suppliciis ab hoc mundo auferri, quam ab ea quam generaliter reddidi[c] professione mutari'. Si ergo cuncta res quae retractari non debet sola est professio fidei, ille retractator rerum erit acrilegus, qui professioni eius fuerit diversus. Nam quod[d] beatus Leo solam in synodo professionem fidei summo ardore custodiat, innumeris epistolis demonstrat, ex quibus breviter pauca perstringimus, ut in eis certior facta vestra fraternitas colligat, quam multa taceamus. Hinc est enim, quod Marcianum Augustum scripto suo alloquitur dicens[16]: 'Fratri autem meo Iuliano episcopo noverit vestra clementia hoc me proprie delegasse, ut, quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine vestrae fiducialiter suggerat potestati'. Hinc est, quod Pulcheriae Augustae scribens ait[17]: 'Quod vero piissimus imperator ad omnes episcopos qui Chalcedonensi[e] synodo interfuerunt voluit me scripta dirigere, quibus ea quae illic de fidei regula sunt definita firmarem, libenter implevi'. Hinc est, quod Iuliano episcopo scribit dicens[18]: 'Quod necessarium credidit clementissimus imperator libenter implevi, ut ad omnes fratres qui Chalcedonensi synodo interfuerunt, scripta dirigerem, quibus placuisse mihi quae sanctis fratribus nostris de regula fidei confirmata sunt demonstrarem'. Hinc est, quod Pulcheriae Augustae iterum scribens ait[19]: 'Circa fratrem autem meum veneratorem vestrum Iulianum episcopum, quantum debeat credere vestra dignatio, apostolicae sedis aestimate iudicio, cum in causa fidei, cui gloriose pietas vestra famulatur, vicem ipsi meam eatenus delegarim[f], ut ab ea quae vobis debetur observantia non recedens me pietati

z) vivendum *coni. Labb.* a) plena *Par.* b) sopitorum *Par.* c) credidi *edd.* d) quod idem *edd.*; qui idem *Par.* e) Chalcedonense *Par.* f) deligarem *Par.*

14) *Haec verba ex ep. ad Leonem imp. scripta sumpta sunt: cf. ib. c. 1347 (I-K. 541).* 15) *Hae litterae deperditae sunt; cf. Leonis op. l. l. 1456 (I-K. 535).* 16) *Ib. 1205 (I-K. 491).* 17) *Ib. 1207 (I-K. 492).* 18) *Ib. 1208 (I-K. 493).* 19) *Ib. 1189 (I-K. 488).*

vestrae praesentare non desinat'. Causam quippe fidei memorans nequaquam 'eatenus' diceret, nisi, quicquid extra fidem ageretur in synodo, excludi voluisset.

Rursum per epistolam vestram dicitis a sede apostolica vos edoctos atque ab scrinio sanctae ecclesiae, cui Deo auctore praesumus, confirmatos, ne huic rei, quae sub piae memoriae Iustiniano principe gesta est, consentire debeatis; atque hanc opitulationem excusationi vestrae adiungitis dicentes, quod in causae principio et sedes apostolica per Vigilium papam et omnes Latinarum provinciarum principes damnationi trium capitulorum fortiter restiterunt. In quibus verbis attendimus, quod res quae provocare vos ad consensum debuit, a consensu vos ipsa divellit. Latini quippe homines et Graecitatis ignari, dum linguam nesciunt, errorem tarde cognoverunt; et tanto eis celerius post cognitionem[g] credi debuit, quanto eorum constantia, quo usque verum cognoscerent, a certamine non quievit; quorum consensum certe fraternitas vestra despiceret, si ausu praecipiti, priusquam verum cognoscerent, consensissent. At postquam diu ab eis laboratum est et longo tempore ad iniurias usque certatum, hinc vestra fraternitas penset, quia tot labores repente non relinquerent, nisi quae vera sunt agnovissent. Quid enim divini consilii fuisse credimus, fratres, quod diu Saulum omnipotens Deus repugnatorem suae fidei esse permisit et sic eum eiusdem fidei praedicatorem fecit, nisi ut cunctis quibus per illum fuerat praedicaturus ostenderet, quia valde verum esset Dei evangelium, quod et tanta duritia inclinata praedicaret, ut, dum ea auditores eius quae ab illo contra fideles gesta recolerent, repente eum ad fidem versum non sine evidenti ratione sentirent? Unde ipse quoque, dum praedicationem suam debere facile ab infidelibus recipi Domino diceret, ait: 'Domine, ipsi sciunt, quia (Act. 22, 19.) ego eram concludens in carcere et caedens per synagogas eos qui credebant in te'. Et cum Galatas relicta evangelii regula in Iudaismi conspiceret errore declinasse, suam eis priorem contra evangelium duritiam retulit et ab intentione perfidiae eorum mentes retorsit dicens: 'Audistis conversationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra (Gal. 1, 13–16.) modum persequebar ecclesiam Dei et expugnabam illam et proficiebam in Iudaismo supra omnes coaetaneos in genere meo abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meae, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non adquievi carni et sanguini'. Ecce fratres carissimi, Paulus egregius doctor, quia diu veritati restitit, inde ad confirmanda corda audientium in eiusdem praedicatione veritatis adiutorium sumpsit ostendens profecto, quia fidem, cui tanto prius labore restiterat, postmodum sine magnae rationis certitudine non tenebat.

Debet ergo perpendere vestra dilectio, quia prodecessorum nostrorum in hac causa consensus tanto post inanis non fuit, quanto prius duris contradictionum laboribus insudavit. Sed his insuper factum Petri, qui et Paulum superat, vestra fraternitas ad memoriam reducat. Diu quippe restitit[h], ne ad fidem gentes sancta ecclesia sine circumcisione reciperet, diu se a conversarum gentium communione subtraxit, Paulo attestante, qui ait: 'Cum venisset Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius (Gal. 2, 11. 12.) enim quam venirent quidam ab Iacobo, cum gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se timens eos qui ex circumcisione erant'. Et paulo post: (Ib. 14.) 'Sed cum vidissem, quod non recte ambularet ad veritatem evangelii, dixi Petro coram omnibus: si tu, cum Iudaeus sis, gentiliter et non Iudaice vivis, quo modo gentes cogis iudaizare?' Qui tamen ab eodem Paulo postmodum ratione suscepta, dum quosdam conspiceret, quod gentiles ad ecclesiam venientes pondere servandae circumcisionis (Act. 15, 10.) onerarent, dicit: 'Cur temptastis Deum imponentes iugum cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus?' Numquid, fratres dilectissimi, Petro

g) *verba* post cogn. *om. edd.* h) resistit *Par.*

apostolorum principi sibi dissimilia docenti debuit ad haec verba respondi: Haec quae dicis audire non possumus, quia aliud ante praedicasti? Si igitur in trium capitulorum negotio aliud, cum veritas quaereretur, aliud autem invénta veritate dictum est, cur mutatio sententiae huic sedi in crimine obicitur, quae a cuncta ecclesia humiliter in eius auctore veneratur? Non enim mutatio sententiae, sed inconstantia sensus in culpa est. Quando ergo ad cognitionem recti intentio incommutabilis permaneat, quid obstat, si ignorantiam suam deserens verba permutet? De ipso quoque auctore omnium Deo scriptura attestante cognoscimus, quia, dum consilium non mutet[i], saepe sententiam mutat; neque enim inopinatus ei proventus accesserat, cum de eo quem ipse ungui 1. Reg. 15, 35. praeceperat dicebat: 'Paenitet me Saulem unxisse regem in Israel'. Hoc quippe se facturum etiam tunc praescivit, cum eum quasi approbando praetulit, nec ad paenitentiam quasi inopinatus dolor accessit, sed tamen paenitere[k] se insinuat, quia non mutato consilio ea quae dudum dixerat de illo verba permutat.

In his autem testimoniis quae ex epistolis Leonis prodecessoris nostri posuistis praemisistis dicentes: 'Doctrina vestrae reverendae sedis est per beatum Leonem successoresque eius, unde pauca commemorare praesumpsimus, mortuum ab hominibus damnari nullatenus oportere'. Et tamen nulla eius testimonia subdidistis, quibus hanc sententiam firmaretis. Ea enim quae a vobis subiuncta sunt retractationem fidei fieri prohibent, non autem damnari infideles mortuos contradicunt. Sed neque hoc beatum Leonem prodecessorem nostrum quodam loco dixisse meminimus. Quis autem nesciat, quod in nullo sibi eiusdem sancti Leonis et beati Augustini praedicatio contradicat? Ipse namque ad Bonifatium comitem scribens ait[20]: 'Si vera essent quae ab eis obiecta sunt Caeciliano et nobis possent aliquando monstrari, ipsum iam mortuum anathematizaremus. Sed tamen ecclesiam Christi, quae non litigiosis opinionibus fingitur, sed divinis attestationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus'. Ecce mirabilis praedicator et scissionem sanctae ecclesiae propter hominem vetat et, si qua perversa deprehendat, eum, quem publice defendebat, Caecilianum se etiam post mortem anathematizare non abnegat, quia videlicet tunc viventibus vere consuletur[l]; cum culpa in fide perpetrata nec morte interveniente laxetur. Si vero hoc faciendum dicere fortasse praesumimus, hoc procul dubio facimus quod fieri vetamus[m]. Theodorum quippe mortuum sancta synodus prima Ephesana damnavit; nam cum ab eius discipulis dictatum ab illo symbolum eadem synodo fuisset prolatum, ilico illic a sanctis patribus cum auctore damnatum est. Et quidem ipsi sancti patres in eadem synodo residentes ad Deum iam recepti sunt, postquam Theodorum[n] damnaverunt; et si damnari non debuisse mortuum dicimus, procul dubio mortuos accusamus et incipimus committere quod nitimur prohibere. Sed cur diu et quae nostis loquimur? Eiusdem Theodori ex libris illius dicta replicemus; et si Iesum Deum ac Dominum nostrum post mortem vivere, immo quia vivere creditis[o], post mortem Theodorum[p] postposita dubitatione damnatis[q]: neque enim nostra fides patitur, ut qui tot blasphemiis redemptori nostro hostis extitit a vobis ulterius defendatur. Ipse quippe contra Apollinarem in libro tertio[21] loquens ait: 'Quo modo igitur tu, cui super omnes maxime decet dementium regimen, illum qui ex virgine natus est Deum esse et ex Deo consubstantialem patri existimari dicis, nisi forte sancto spiritui creationem imputare illius non iubes? Sed quis est Deus et ex Deo et consubstantialis patri? Et quidem qui ex

i) manet *edd.* k) poeniteri *Par.* l) consoletur *Par.;* consulatur *edd.* m) vitamus *Par.* n) Theoderum *Par.* o) qui post mortem — creditur *edd.* p) *ita scr.;* Theodorus *Par. et edd.* q) damnavit *edd.*

20) August. ep. 185 (50) c. 1 § 5 (Opp. II, 644). 21) Theodori libri contra Apollinarem deperditi esse videntur. Cf. Migne, patr. Gr. t. 66 c. 993 ss.

virgine natus erat — o mirande! — et qui per spiritum sanctum secundum divinas scripturas plasmatus est et confictionem in muliebri accepit ventre. Inerat forsitan, quia, mox quam plasmatus est, et ut templum Dei esset, accepit: non tamen existimandum nobis est Deum de virgine natum esse?' Et post pauca: 'Nec secundum tuam vocem pronuntiandum est omnino ex virgine natum Deum esse et ex Deo consubstantialem patri?' Et post pauca: 'Si igitur cum carne eum natum esse dicunt, quod autem natum est, Deus et ex Deo et consubstantialis patri est, necesse est et hoc carnem dicere, quod, si non hoc caro est, quoniam nec Deus nec ex Deo nec consubstantialis[r] patri, sed ex semine David et consubstantialis ei, cuius semen est, non id quod natum est ex virgine Deus et ex Deo et consubstantialis patri?' Et post pauca: 'Non Deus verbum ex Maria natus est; natus autem est ex Maria, qui ex semine est David; non Deus verbum ex muliere natus est'. Et iterum: 'Quod enim dictum est: 'Ducebatur ab spiritu', aperte hoc significat, quod ab eo regebatur, ab eo Matth. 4, 1. ad voluntatem propositorum confortabatur, ab eo ad haec quae oportebat ducebatur, ab eo quod decebat docebatur, ab eo cogitationibus roborabatur, ut ad tantum certamen sufficeret, sicut et beatus Paulus docet: 'Quicumque enim spiritu Dei aguntur, Rom. 8, 14. hi sunt filii Dei'. Idem cuius supra: 'Dicant igitur nobis omnium sapientissimi, si pro sensu domino Iesu Christo, qui est secundum carnem, divinitas facta esset, sicut dicunt, quid sancti spiritus cooperatione ad haec Christus indigebat? Nec enim unigeniti divinitas spiritu indigebat ad iustificationem, spiritu autem indigebat ad vincendum diabolum, spiritu indigebat ad operanda miracula, spiritu indigebat, ut doceretur ea quae decebat peragere, spiritu indigebat, ut immaculatus appareret'. Et post pauca: 'Ac si dicat Iesus: ego quidem, quem videtis, nihil quidem facere possum secundum meam naturam, cum homo sim: operor autem, quia 'in me Ioh. 14, 10. manens pater omnia facit'. Quoniam enim et 'ego in patre et pater in me', Deus Ib. 14, 11. autem verbum unigenitus Dei in me est, certum est, quod et pater cum ipso in me manet et opera facit. Et non est mirandum de Christo haec existimari, cum evidenter ipse de ceteris hominibus dicit: 'Qui diligit me verbum meum observet, et pater diligit Ib. 14, 23. eum, et ad eum veniemus et mansionem apud ipsum faciemus'. Et iterum: 'Sciebat suptiliter, ut notam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates et sic ad effectum suam voluntatem educeret; et iustificabatur inde et immaculatus ostendebatur sive reparatione sive custodia meliorum sive etiam paulatim ad meliora profectibus'. Et post pauca eiusdem Theodori ex commento secundum Iohannem[22]: 'Dicit ad Thomam: 'Infer digitum tuum huc et vide manus meas: et Ioh. 20, 27. porrige manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus, sed fidelis': quoniam, dicit, non credis et tactum solum sufficere tibi ad credendum putas — haec enim dicens non me latuisti — tange manum et cape experimentum et disce credere et non diffidere. Thomas quidem cum sic credidisset 'Dominus meus et Deus meus' dicit, Ib. 28 non solum ipsum Dominum et Deum dicens — non enim resurrectionis scientia docebat et Deum[s] esse eum qui resurrexit — sed quasi pro miraculo facto Deum collaudat'. Eiusdem Theodori ex commento quod est in actibus apostolorum libro primo[23]: 'Ille autem dixit oportere paenitentiam agentes eos pro crucis iniquitate et agnoscentes salvatorem et dominum et omnium auctorem bonorum Iesum Christum, quoniam propter istam pervenit et assumptus est de divina natura in spiritu quidem, fidem suscipere et eius discipulos[t] fieri ante omnia ad baptisma accedentes, quod et ipse tradidit nobis,

r) exconsubstantialis *Par.* s) *ita edd.;* dn̄m *Par.* t) discipulus *Par.*

22) Cf. Migne, patrol. Gr. 66 c. 783—784, ubi notatur eundem locum in concilio Constantinop. citari. Mansi l. l. IX c. 73 s. cap. 16 (ep. Vigilii papae). *23) Cf. Migne l. l. c. 785—786 et Mansi l. l. IX c. 74 cap. 17.*

reformationem quidem habens inspirationis futurorum: nomen autem celebrandum patris Act. 8, 12. et filii et sancti spiritus. Hoc enim quod est: 'Ut baptizetur unusquisque in nomine domini Iesu Christi[u]?' Ut vocationem, quae in nomine patris et filii et sancti spiritus est, relinquentes Iesum Christum in baptismate vocent? Sed quale est hoc, quod in Moysen baptizati sunt in nube et in mari[24], ut diceret, quia sub nube et in mari Aegyptiorum separati sunt liberati eorum servitute, ut Moysi leges attenderent; tale est: 'Ut baptizetur unusquisque in nomine Iesu Christi', ut, cum ad ipsum accessissent tamquam salvatorem et omnium bonorum auctorem et doctorem veritatis ab ipso utpote auctore bonorum et doctore veritatis vocarentur, sicut omnibus hominibus quamcumque sectam sequentibus consuetudo est ab ipso dogmatis inventore vocari[v], ut Platonici et Epicurei, Manichaei et Marcianistae, et si quidem tales dicuntur. Eodem enim modo et nos nominari Christianos iudicaverunt apostoli'. Eiusdem Theodori in libris de incarnatione[25]: 'Plus inquietabatur Dominus et certamen maius habebat ad animae passiones quam corporis et meliori animo libidines vincebat mediante deitate ad perfectionem. Unde et Dominus ad haec maxime instituere[w] videtur certamen'. Item eiusdem in libro contra Synoriastas vel Apollinaristas[26]: 'Sed si caro erat', inquit, 'crucifixa, quo modo sol radios avertit et tenebrae occupaverunt terram omnem et terrae motus et petrae disruptae sunt et mortui surrexerunt?[27]. Quid igitur dicant et de tenebris in Aegypto factis temporibus Moysi non per tres horas, sed per tres dies[28]? Quid autem propter alia per Moysen facta miracula, et quae per Iesum Nave, qui solem stare fecit[29], qui sol temporibus Ezechiae regis et contra naturam retroversus est[30]? Et de Helisaei reliquiis, quae[x] mortuum suscitaverunt[31]?' Eiusdem ex libro octavo de incarnatione[32]: 'Manifestum autem est, quod unitas convenit: per eam enim collectae naturae unam personam secundum unitatem effecerunt. Sicut enim de viro Matth. 19, 6. et muliere dicitur, quod 'iam non sunt duo, sed una caro', dicamus et nos rationabiliter secundum unitatis rationem, quod iam[y] non sunt duae personae, sed una, scilicet naturis discretis'. Et post pauca: 'Quo modo igitur homo et Deus unus per unitatem esse potest, qui vivificat et qui vivificatur, qui salvificat et qui salvificatur, qui ante saecula est et qui ex Maria apparuit?' Eiusdem ex interpretatione symboli trecentorum decem et octo patrum[33]: 'Sed Christum quidem secundum carnem[z] assumptam servi formam, cum autem qui eam assumpsit super omnia nominans[a] Deum, intulit tamen hoc secundum coniunctionem, ut per significationem nominum naturarum manifestam divisionem faciant. Nemo igitur neque eum qui secundum carnem ex Iudaeis est dicat Deum nec iterum Deum, qui est super omnia, secundum carnem ex Iudaeis[b]. Iesum[34] Act. 10, 38. enim dicit a Nazareth, 'quem unxit Deus spiritu sancto et virtute'. Qui autem de spiritu unctus est, omnino aliquid inde assumpsit. Quis autem furens dicat de spiritu aliquid assumpsisse divinam naturam?' Et iterum: 'Certus quidem et ipse filium Dei se non secundum deitatis dicens nativitatem, sed secundum quod domesticus Dei erat; per quod filii[c] Dei per voluntatem domestici Dei constituti homines interim vocabantur'.

u) non hoc dicit *add. edd. post Baron.* v) *ita edd.;* inventu revocari *et in marg.:* alibi inventore revocari *Par.* w) *ita edd.;* instituens *Par.* x) qui *Par.* y) quoniam *Par.* z) carnem *om. edd.* a) nominamus *edd.* b) Item ex commento epistolae ad Hebraeos *add. edd. post Baronium.* c) *ita edd. post Baron.;* filius *Par. et Baron.*

24) Cf. 1. Cor. 10, 2. 25) Cf. Migne l. l. c. 991 ss. 26) Diodori Tarsensis haec esse dicuntur: cf. Migne, patr. Gr. t. 33 c. 1561 s. 27) Cf. Matth. 27. 28) Cf. Exod. 10, 22. 29) Cf. Ios. 10, 13. 30) Cf. 4. Reg. 20, 9 s. 31) Cf. 4. Reg. 13, 21. 32) Cf. Migne, patr. Gr. 66 c. 981. 33) Cf. Migne l. l. c. 1016 et Mansi l. l. IX c. 81 cap. 31. 34) Sequentia ex commento in epistulam Pauli ad Hebraeos esse dicuntur: cf. Migne l. l. c. 953—954 et Mansi l. l. IX c. 82 cap. 32.

Haec de innumeris pauca protulimus, ut quasi per foramen angustum, quam nimium barathrum intus lateat, monstraremus. Ecce quales plus quam decem millia libros Theodorus scripsisse perhibetur! Pensate quaeso, si non tanto acriora tormenta promeruit, quanto pluriora conscripsit. Sed haec illius dicta quae prolata sunt utrum eius sint, fortasse dubitatur. Patrum, si placet, scripta proferamus, ita ut apud vos libros eius, quos de perfidia illius testes deduximus, deductis insuper testibus affirmemus. Armeniae quippe episcopi Proclo Constantinopolitanae urbis antistiti libellos contra Theodorum porrigentes dicunt[35]: 'Fuit aliquis pestis homo, magis autem fera hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema et nomen episcopi habuit, in angulo et ignobili loco orbis terrarum latitans in Mompsuestino secundae Ciliciae vel[d] oppido, vere quidem et principaliter a Paulo Samosateno descendens, licet Photino et ceteris heresiarchis in libro de incarnatione domini nostri Iesu Christi in toto suo proposito ipsis verbis inveniatur usus, et si quid peius. Iste per machinationem et audaciam et errorem diaboli volebat omnes homines acuta sua sicut colubrae linguae veneno, quod sub lingua aspidis est, deperire. Et interim quidem retinebatur suo latibulo, timens potestatem eorum qui a magno Deo et salvatore nostro Iesu Christo acceperunt calcare super colubres et scorpios et omnes virtutes inimici[36]: dico autem sanctos apostolos et qui consequenter ab his susceperunt, martyres et confessores et episcopos et ceteros sanctos. Invento autem, nescio quo modo, tempore coepit repetere[e] et extra fines suos fiduciam gerens et in parochiam ad eum non pertinentem, tamquam eruditus sermocinator, et in Antiochia Syriae in ecclesia alloquens sic dixit: 'Homo Iesus, 'quid est enim homo, quod memor es eius?' Apostolus autem de Iesu Ps. 8, 5. dictum fuisse hoc dixit[37]: 'Eum enim qui paulo minus ab angelis minoratus est, vidi- Hebr. 2, 9. mus', inquit, 'Iesum'. Quid ergo? Homo Iesus similiter omnibus hominibus, nullam habens differentiam ab homine eiusdem generis praeter ea quae gratia ei dedit'. Quibus Proclus Constantinopolitanae urbis episcopus rescribens ait[38]: 'Fugiamus turbulentos et caenodoxos fallaciae rivos sectas Dei impugnantes: dico Arii furorem dividentem individuam trinitatem, Eunomii audaciam circumcludentem scientia[f] incomprehensibilem naturam, Macedonii rabiem separantem a deitate inseparabiliter procedentem spiritum et novam istam blasphemiam, quae Iudaismi multo amplius blasphemiam superat. Nam illi quidem cum filium negant fraudantes ramo radicem, isti vero eum qui est, alterum introducunt detrahentes sinceram naturam'. Rursus de huius errore Iohannes quoque Antiochenae ecclesiae antistes ait: 'Multo autem tempore perseverans Theodorus persuasit multis et Nestorio, quod Christus filius Dei vivi, qui de sancta virgine Maria natus est, non est qui ex patre natus est Deus verbum consubstantialis genitori, sed homo pro qualitate suae voluntatis ex Deo verbo cooperationem suscipiens'. Rursus de eius errore Kyrillus ad Lamponem presbyterum scribens ait: 'Cum apud Heliam commorarer, vir aliquis ex his qui nobiliter militant in palatio epistolam multorum versuum et grandem obtulit mihi signatam, quam se dicebat accepisse ab Antiochenis orthodoxis. Subscriptiones autem erant in ea plurimorum clericorum et monachorum et laicorum. Accusabant autem orientales episcopos, quasi tacentes quidem Nestorii nomen et dissimulantes ei adversari, transientes autem ad Theodori codices de incarnatione factos, in quibus multo peiores Nestorii[g] blasphemiae positae sunt. Pater enim fuit Nestorii perfidi, qui et illius mala locutus impius et in his factus est'. Rursus de errore illius idem Kyrillus Alexandrinae urbis episcopus ad Acacium Melitanae urbis episcopum scribens ait: 'Non oportebat latere sanctitatem vestram, aut forsitan cognovit,

d) vili *edd. post Baron.* e) repere *edd.* f) scientiam *Par.* g) nefariae *edd.*

35) Cf. Mansi l. l. IX c. 240 s. 36) Cf. Luc. 10, 19. 37) Cf. Hebr. 2, 6. 38) Cf. Mansi l. l. c. 243 ss., videlicet concilii Constantinopolitani coll. V, ex qua et sequentia testimonia sumpta sunt.

quod omnes orientales religiosissimi episcopi in Antiochiam convenerunt, cum transmisisset eis thomum dominus meus sanctissimus Proclus bonorum plenus intellectu et rectorum dogmatum. Erat enim ei ratio multa et longa de dispensatione domini nostri Iesu Christi. Supposuit vero capitula quaedam collecta a Theodori codicibus, quae consonantem Nestorii perfidiis intellectum habent, et adhortatus est eos etiam illa anathematizare'. Rursus de errore illius Edessenae ecclesiae antistes ad beatum Kyrillum scribens ait: 'Iam vero quidam unitatem secundum subsistentiam omnibus modis abdicant. Morbus enim aliquis sublatens inveteravit orienti immedicabilis modo vulneris depascens ecclesiae corpus et[h] plurimos quidem latens[h], apud autem[i] quasi studiosos[k] et supercilia extollentes eruditione latenter honoratus. Episcopus[l] enim quidam provinciae Cilicum Theodorus vir verisimilis dicendi et potens suadere alia quidem supra tribunali de ecclesiae statu dicebat ad populi placentiam; alios autem laqueos in scriptis ponebat, qui in principiis quorundam eius codicum anathemate circumcludebant inspicientem non manifestare aliis scripta. Iste primus exposuit non esse vere Dei genetricem sanctam virginem, tamquam Deo verbo non suscipiente secundum nos nativitatem'. Et post pauca: 'Nec enim dicunt secundum substantiam vel secundum subsistentiam unitum esse Deo verbo hominem, sed bona voluntate quadam, tamquam divina natura non suscipiente alterum modum unitatis propter non circumscriptibilem. Iste dominum nostrum Iesum Christum non oportere adorari sicut deum, sed relatione Dei honorari sicut imaginem quandam; magis autem manifestius secundum eos dicere, sicut instar aliquid relatione assidentis daemonis; iste et carnem
Ioh. 6, 64. Domini pronuntiavit nihil omnino prodesse dissipans Domini vocem quae est: 'Caro nihil prodest'. Iste et apostolos dicit non cognovisse Christum, quod Deus erat, sed supra fidem, quae est in homine, aedificatam esse ecclesiam'. Rursum de errore illius Hisychius Hierosolymorum presbyter ecclesiasticae historiae scriptor ait: 'Ita Photinum, multis et aliis eius sectam[m] secutis, Theodorus quidam[n] praecipue imitatus est, malitiosus quidem loquendi et in lingua paratissimus et ipse tamen instabili voluntate, qui huc et illuc inclinans ferebatur. Clericatui enim Antiocheno a prima aetate connumeratus et bene conversari pollicitus ad saeculares libidines reversus iterum delectabatur. In omnibus autem bonis imitabilis et beatus vir Iohannes Constantinopolitanus episcopus scripsit epistolam, quae usque adhuc in codicibus legitur et a peiore ad meliorem paenitentiam eum transferre praevaluit; et iterum bene conversari, iterum in clericatu esse coepit. Et Antiochia relicta in Tharso transmigravit, ex qua in Mompsuestina transit ordinatus[o] in ea episcopus, nondum Deo volente manifestam impietatis illius praedicationem fieri. Prima autem elementa suae doctrinae ex Iudaico vaniloquio incipiens codicem in prophetiam psalmorum conscripsit omnes de Domino praedicationes[p] abnegantem. Culpatus vero et periclitatus contraria sibi dixit non ex voluntate, sed compulsus omnibus cerimoniis; et codicem ipsum delere pollicitus latenter conservabat Iudaicae impietatis viaticum'. Et post pauca: 'Christum enim Iesum generis nostri salvatorem et dominum, quem splendorem paternae gloriae et imaginem substantiae Paulus vocat[39] ferre eum omnia dicens verbo suae virtutis, qui purificationem nostrorum fecit peccatorum et ad dexteram paternae maiestatis consedit, de quo ad
Col. 1, 16. Corinthios[q] scripsit epistolam: 'Quod in eo omnia sunt creata quae sunt in caelis et in terris, visibilia et invisibilia, quod per eum in eum creata sunt omnia et ipse est ante

h) *verba* et *usque* latens *om. edd.* i) aliquos (*pro* autem) *edd.* k) studiosus *Par.* l) Honoratus episcopus *Baron.* m) eius sectam *scr.;* eos esse *Par.;* in multis et aliis eos esse secutos *Baron.;* multis ante eos saeculis *edd. post.* n) *ita edd.;* quadam *Par.* o) ornatus *Par.* p) praedictiones *coni. Baron.* q) *sic (!) pro* Colossenses.

39) *Cf. Hebr.* 1, 3.

omnia', — hunc non incarnatum verbum, sicut evangelicis vocibus edocti sumus, sed hominem per vitae provectionem et passionum perfectionem coniunctum Deo verbo scripsit stultum[r] in omnibus. Et haec in mysticis sermonibus ausus est'.

Contra errores eiusdem Theodori piae recordationis Theodosius et Valentinianus legem promulgantes inquiunt[40]: 'Debitam a nobis venerationem piissimae doctrinae reddentes eos qui ausi sunt contra Deum impie conscribere debitae condemnationi[s] subicere et nominibus dignis vocari oportere existimavimus: iustum igitur circumdari eos confusione suorum peccatorum et in tali vocabulo permanere in aeternum, quatenus nec vivi liberentur et post mortem permaneant contempti. Igitur doctrina Theodori et Nestorii impiorum et pestiferorum visa nobis abominanda esse: similiter autem et omnes qui sequuntur eorum errorem et consentiunt eorum impietati iustum et ipsos eandem nominationem mereri et confusionem indui, ut [non[t] nominentur Christiani sed Nestoriani: ne[t]], dum nominantur Christiani, ex ipso inveniantur decorati vocabulo longe constituti a Christianorum proposito et alienati a recta et immaculata fide'. Et post pauca: 'Si quis praeterierit praesentem nostram sanctionem et Theodoro et Nestorio assenserit et illorum socios imitatur[u], post gladii ultionem omnis eius substantia fisco addicatur'. Rursum contra errores illius piae recordationis Theodosius et Valentinianus legem promulgantes inquiunt: 'Nemo habeat aut legat aut scribat aut proferat Nestorium seu illius libros vel codices omnino nocibiles[v] vel ipsius Nestorii vel alterius et maxime Nestorii adversus solos Christianos conscripta aut Theodori. Sed unusquisque habens tales codices publice illos proferat et in conspectu omnium igni tradat'. Et si adhuc fortasse post tot prolatas patrum contra illum sententias vestra fraternitas dubitat, Theodoriti libros legat, in quibus, dum contra Kyrillum Alexandrinae urbis antistitem eum defendere nititur, verius accusat dicens: 'Interpretationem Kyrillus accusat octavi psalmi et arguit haec verba divini Theodori; consideremus igitur, quis est homo, de quo stupescit et miratur, quod unigenitus dignatus est eius memoriam et visitationem facere. Sed quod[w] quidem non dictum est de omni homine, in superioribus demonstratum est: quod autem de uno quolibet, ex hoc certum est'. Deductis itaque tot testibus blasphemias has eius esse quis dubitet? Et tantis blasphemiis illius cognitis eum damnatum iure quis neget?

Discusso ergo primo de Theodori damnatione capitulo nunc ad dicta epistolae Ibae[x] indaganda transeamus, cuius tota series si sollerter aspicitur, sanctae Chalcedonensi synodo quam sit adversa, pensatur, in gestis namque eiusdem synodi et scriptis Leonis. Ac[y] Kyrillus[z] in Apollenaris dogma corruens reprobatur; scriptum quippe in ea est: 'Kyrillus autem libros Nestorii volens destruere lapsus est et inventus est in Apollenarii dogma cadens[41]'. In gestis synodi Nestorius ut redemptoris nostri adversarius iure damnatus ostenditur; verbis vero epistolae damnatus iniuste memoratur. Sic quippe in ea dicitur[42]: 'Antequam in synodo adveniret reverentissimus et sanctissimus archiepiscopus Iohannes, Nestorium ex episcopatu deposuerunt iudicio et inquisitione non facta'. In gestis synodi in Dei et domini nostri una persona duas naturas Kyrillus confessus ostenditur; in verbis epistolae unam naturam credere dicitur atque ab hoc sensu correptus sero resipuisse narratur. In gestis synodi anathematizatus Nestorius etiam post mortem dicitur: in verbis vero epistolae etiam post depositionem suam pro solo civium suorum odio ad civitatem suam non redisse perhibetur. Sic quippe illic scriptum est[42]: 'Nestorius autem quia in suae erat odio civitatis et virorum qui in ea sunt maximorum, illic reverti non potuit'. In gestis

r) stultus *edd.* s) condemnationis *Par.* t) *verba* non *usque* ne *add. edd., sed om. Par.* u) imitantur *Par.* v) omninociviles *Par.* w) quo *Par.* x) *hic et infra* Theodoreti *pro* Ibae *scr. edd.* y) ac *om. edd.* z) *hic add. verba:* praedicatur: in epistola vero illa Theodoreti Cyrillus *edd.*

40) *Etiam haec ex conc. Constant. coll. V sumpta sunt: cf. Mansi l. l. c. 249 s.* 41) *Cf. ib. coll. VI, l. l. c. 298.* 42) *Ib. c. 299.*

ac definitionibus synodi unus filius et[a] Dominus praedicatur: in verbis vero epistolae unus filius dominus[a] Iesus Christus dicitur et iuxta doctrinam Theodori atque Nestorii Deus tacetur. Et in gestis synodi nusquam Theodorus veritatis doctor dicitur; in verbis vero epistolae isdem, cuius blasphemias supra protulimus, veritatis doctor clamatur, qui nimirum si vera dixit, falsa erunt quae de veritate synodus protulit. Quisquis igitur, qui epistolam quae Ibae dicitur ostendere, quod sit ex synodo, nititur, quid aliud quam gesta eiusdem synodi destruere conatur? Si enim sibimet ipsis diversa sunt, nulla procul dubio auctoritate subsistunt, quia quae se impugnando destruunt alios aedificare non possunt; si sibimet ipsis diversa sunt, nulla firmitate convalescunt, Domino attestante, Luc. 11, 17. qui ait: 'Regnum in se divisum non stabit'. Sed absit hoc, absit ab illo venerando concilio, ut sibimet contraria sapiat et vel superiora subsequentibus discordia praeferat vel inferiora praecedentibus impugnatura subiungat. Sancta enim fides, quae uno illic spiritu accepta est, uno sensu credita, una etiam voce praedicata. Et idcirco in cunctis mundi partibus forma nostrae professionis facta est, quia in precantium vocibus sibimet ipsi dissimilis non est.

Sed cur tantum modo sanctam Chalcedonensem synodum convelli dicimus, si auctoritatem huic epistolae praebeamus?[b] Quae nimirum si vera creditur, etiam tota sanctae Ephesenae synodi fides ac reverentia dissipatur: haec quippe ait, quod in ea Kyrillus praemiorum medicamine sapientum oculos excaecavit[43]. Quid ergo illic de veritate certum dicitur, ubi ipsa veritas sacerdotibus vendita esse perhibetur? Sed quis hoc dicere, quis hoc consentiat patienter audire? Reprobetur ergo una epistola mentiens, ne utraque sancta synodus tantae falsitatis crimen sustineat, vestrae fidei fundamentum tenens[c], ne, postquam sancta prima Ephesena synodus quasi venalis arguitur, Chalcedonensis etiam, quod absit, culpa varietatis notetur, quae, ut in verbis suis, quantae sit concordiae, clareat, necesse est, ut vestra fraternitas ubi sit completa, cognoscat. Omnes namque novimus, quod in synodo[d] numquam canones nisi peractis definitionibus fidei, nisi perfectis synodalibus gestis habeantur, ut servato ordine, cum prius synodus ad fidem corda aedificat, tunc per regulas canonum mores ecclesiae actusque componat. Vigilanti ergo cura respicite, quae in sexta illius actione sanctae fidei professio consummatur; moxque in septima ad institutionem iam fidelium regula canonum figitur; ulterioribus vero actionibus nihil de causa fidei, sed sola negotia privata versantur. Quod dum responsales vestri ita esse ambigerent, curae nobis fuit ex prolatis multis hoc codicibus demonstrare. Nos tamen hac de re numquam dubitari posse credidimus, quia et eadem series sic se insinuat, ut credi aliter contradicat. Primum quidem, quia, sicut dictum est, dum definita fidei regula in actione sexta ostenditur, ordo causae indicat, ut in actione subiuncta canonum forma sequeretur; secundum vero est, quia et in actionis sextae terminum iam canonum norma praelibatur, dum illic a principe venerabilibus episcopis dicitur[44]: 'Aliqua sunt capitula, quae ad honorem vestrae reverentiae vobis reservavimus iustum existimantes haec a vobis regulariter singula per[e] synodum firmari' etc. Praelibatione itaque sextae actionis ostenditur, quia iure constitutiones canonum non nisi in septima continentur. Quid enim supererat, quod perfecta fidei professione fieret, nisi ut quorundam fidelium actiones illicitas sancta synodus positis regulis indicaret?[f] Quamvis sollerter aspicimus, canonum regulas positas non, sicut putatur, septimae, sed in textu sextae actionis[g] invenimus. Nam cum in eisdem constitutionibus sanciendis non dies, non imperium ponitur, non qui residerent describuntur, procul dubio, cum non consueto exordio coeptae sunt, quia praecedenti actioni[h] subnexae

a) *verba* et *usque* dominus *om. edd.* b) reprobemus *edd.* c) tenemus *edd.* d) synodum *Par.* e) per singula *Par.* f) *ita edd.;* litigaret *Par.* g) in septima, sed intextas s. actioni *edd.* h) actionis *Par.*

43) Ib. c. 299. 44) Cf. Mansi l. l. t. VII c. 174. 178.

sint, demonstratur. Quia vero in actione sexta fidei causa perficitur, ipsa episcoporum omnium generali subscriptione declaratur; nam qui post sententiam subscripserunt, cuncta quae de fide agenda fuerant finita testati sunt. Unde et in causis post specialibus, nudis tantum modo verbis loquuntur atque ea quae decernentes dixerant nulla supposita subscriptione firmaverunt. Qui reverentissimi episcopi ita in actione sexta omnia quae de fide agenda fuerant cognoscebant, ut, sicut illic scriptum est, clamarent: 'Supplicamus, dimitte nos, pie imperator, dimitte nos'. Qui quia[i] non pro fide, sed pro specialibus causis detenti sunt, principali illic responsione monstratur, cum dicitur: 'Sacratissimus et piissimus domnus noster Marcianus Augustus ad sanctam synodum dixit: Laborastis multo spatio fatigationem perpessi: sustinete autem tres aut quattuor dies adhuc et praesentibus magnificentissimis iudicibus nostris singula quaeque vultis digno auxilio merituri[k] movete competens adepturi solacium'. Qui igitur ad singula quaeque vellent motura retenti sunt, licet quia nequaquam ultra actionis sextae terminum pro fidei causa restiterunt.

Sed cur de his extensa oratione agimus, qui tanta prodecessoris nostri beati Leonis auctoritate fulcimur? Ipse namque, sicut multa superius epistolarum eius attestatione docuimus, gesta multiplicia causarum specialium reprobando auctoritatem synodi in sola fidei definitione constrinxit. Hinc est enim, quod peracta synodo cunctas nobis suspicionum nebulas tergens aperte ad Maximum Antiochenae sedis antistitem scribit dicens[45]: 'Si quid sane ab his fratribus, quos[l] ad sanctam synodum vice mea misi, praeter id quod ad causam fidei pertinebat gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab apostolica sunt sede directi, ut excisis heresibus catholicae essent fidei defensores. Quicquid enim praeter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi[m] habere rationem'. Sed solent nonnulli dicere haec eum pro Anatolii Constantinopolitanae urbis episcopi praesumptione dixisse; qui si et res gestas et ea quae nunc protulimus epistolae verba considerant, suspicari protinus falsa cessant. Namque cum praedictus Constantinopolitanae urbis episcopus novum aliquid conatur arripere, constat illic ei legatos sedis apostolicae cum summa auctoritatis libertate restitisse: quod et factum in synodo legitur et eiusdem synodi ad praefatum prodecessorem nostrum epistolis approbatur[46]. A saepe fato autem eodem prodecessore nostro ad Maximum, sicut praediximus, novimus scriptum[45]: 'Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam synodum vice mea misi, praeter id quod ad causam fidei pertinebat gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab apostolica sunt sede directi, ut excisis heresibus catholicae essent fidei defensores'. Si ergo de Anatolii causa loquens hoc quod a vicariis suis actum in synodo fuerat, redarguit, nimirum quia contradixerant, reprehendit. Et quis haec vel stultus sentiat? Dum constet, quod hac de re beatus Leo Anatolio conquerenti multa in vicariorum suorum, quia contradixerant, laude rescribat, cuius epistolae nunc idcirco verba non ponimus, ne volumen hoc immoderatius extendamus Cum vero et subicitur[45]: 'Quicquid enim praeter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem', aperte nobis licentia tribuitur, ut, quicquid illic extra fidei causas de personis gestum est, retractetur. Specialis quippe synodalium conciliorum causa est fides. Quicquid ergo praeter fidem agitur, Leone docente, ostenditur, quia nihil obstat, si ad iudicium revocetur. Quia vero et apud eosdem episcopos, qui in Chalcedona resederunt, in veneratione synodus non nisi usque ad fidei definitionem fuit, per hoc aperte osten-

i) qui qua *Par.* k) *verba* digno aux. mer. *om. edd.* — movere *Par.* l) quod *Par.* m) deiudicandi *Par.*

45) S. Leonis M. op. ed. fr. Ballerinii t. I c. 1217 (I-K. 495). 46) Ib. c. 1098. 1103.

ditur, quod plerique Graeci antiquiores codices continere synodum non nisi in sex actionibus subiunctis canonibus demonstrantur, ut omnino cetera, quae privato studio fuerant mota, non habeant. Unde et enkyclia haec ita esse testantur. Nam Leoni Augusto Alipios episcopus Caesareae Cappadociae scribens ait[47]: 'Sic se habentibus vestrae pietati significo, quia ea quidem quae particulariter examinata sunt et quae gesta a sanctis episcopis in Chalcedonensi civitate collectis non legi — neque enim a sanctae memoriae tunc episcopo Thalassio, qui interfuit sancto concilio, aliquid hic amplius est allatum ex his quae gesta noscuntur — sed tantum modo definitionem expositam ab illo sancto concilio hic[n] delatam inspexi'. Attestante ergo Alipio episcopo perdocemur, quia praeter causam fidei nihil de synodo in veneratione Thalassius[o] tenuit, qui illic et praeter causam fidei episcoporum negotiis privatis interfuit. Si igitur in actione sexta professio fidei consummatur moxque canonum regula figitur, si beatus Leo negotiis quae illic private mota sunt contradicit, si hoc quod ultra fidem gestum est nec is qui fecit Thalassius[o] tenuit, cur nos hereticam epistolam retractasse reprehendimur, qui hac in re cunctorum nos praecedentium auctoritate roboramur? Et quamvis ab eadem epistola alienum se Iba respondeat, quamvis, quia approbata sit, aut difficulter aut nullatenus demonstratur, licenter tamen unusquisque eam reprehenderet, etiamsi episcopi in eodem concilio residentes suis illam subscriptionibus approbassent, quia, postquam, beato Leone scribente, ius retractandi et diiudicandi[p] conceditur, etiam si qua esse poterat eorum qui interfuerant in privatis negotiis auctoritas, vacuatur.

Discusso[q] itaque secundo capitulo, tertium superest, quod tanto debemus in brevitate constringere, quanto et vos nobis hac in re non credimus resultare. Neque enim Theodoriti omnia scripta damnamus, sed sola quae contra duodecim Kyrilli capitula, sola quae contra rectam fidem aliquando scripsisse monstratur: quae tamen et ipse damnasse cognoscitur, qui in sancta Chalcedonensi synodo vera confessus invenitur. Nam quo modo post errorem recte sapiat, ut ea quae prius scripserat, et ea quae in Chalcedonensi synodo ab illo sunt gesta manifestant. Ipse namque Nestorio scribens ait[48]: 'In his quae in tuam venerationem iniuste atque inique prolata sunt, nec si mihi utramque manum quis absciderit, potero praebere consensum'. Aemerio quoque Nicomediae episcopo scribens ait[49]: 'Damnationi venerandi et sanctissimi Nestorii, quae facta dicitur, non debemus praebere consensum'. Ad Alexandrum quoque Hieropolitanum episcopum scribens ait[50]: 'Et ante tuae sanctitati praedixi, quasi domini mei venerabilis et sanctissimi episcopi Nestorii fuerit dogma damnatum: nec ego[r], qui faciunt, communicabo'. Ad Alexandrum vero Syriae Palaestinarum praesulem scribens ait[51]: 'Existimo prae omnibus maxime satisfactum esse domino meo sanctissimo ac venerando Iohanni episcopo, quod nullatenus adquiescam in damnatione domini mei sanctissimi et venerandi Nestorii episcopi praebere consensum, quae in Tharso et in Epheso facta est'. Qui postmodum tamen, quamvis cum resistentium certamine, sancto Chalcedonensi concilio admissus[s] aperte anathema in Nestorium protulit seque orthodoxum ipso heretico reprobato monstravit. Dudum namque sanctae ecclesiae diversa sentiens et contra beati Kyrilli duodecim capitula scribens ait[52]: 'Sanctam virginem *Θεοτόκον* vocamus, non quod Deum[t] peperit per naturam, sed quod hominem ediderit coniunctum Deo, quem ipse formavit'. Et post pauca[53]: 'Si naturalis coniunctio facta est formae Dei et formae

n) hac *Par.* o) Thallasius *Par.* p) deiudicandi *Par.* q) discussis *Par.* r) cum his *add. edd.* s) amissus *Par.* t) eum *Par.*

47) Mansi l. l. VII c. 596. 48) Theodoreti ep. 172: Migne, patr. Gr. 83 c. 1485. 49) Ib. ep. 174 c. 1488. 50) Ib. ep. 175 c. 1488. 51) Ib. ep. 178 c. 1490. 52) Migne, Patr. Gr. 76 c. 393: Theodoreti reprehensio ad anath. 1 ex coll. V conc. Const. Cf. Mansi l. l. IX c. 290. 53) Ib. c. 404 ad anath. 3.

servili, et invenietur legislator necessitatibus legis[u] serviens'. Et rursum[52]: 'Nomine communicationis[v] utentes, ut unum quidem filium adoramus et eum qui assumpsit et eum qui assumptus est, differentiam tamen cognoscimus naturarum. Theophoron autem dicere, portans vel deum indutus, hominem Christum, ut a multis sanctis patribus dictum est, non recusamus'. Et post alia[53]: 'Considerate', inquit apostolus[w], 'pontificem Hebr. 3, 1 s. confessionis nostrae Iesum fidelem ei, qui fecit illum, sicut et Moyses in omni domo sua'. Facturam autem eum quis esse dixerit recta sentiens, increatum et cum patre coaeternum et deum[x] verum? Sed eum, qui est ex semine David, qui liber ab omni peccato pontifex noster fuit et victimam ipse se pro nobis obtulit Deo, habens in se certe Dei verbum adunatum sibi inseparabiliterque coniunctum'. Et rursum ut eum quasi ostenderet ad deitatem per incrementa crevisse, in eodem opere subiungit dicens: 'Ait angelus virgini: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi Luc. 1, 35. obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei'. Considerate hic etiam, quia cuncta humanitus dicuntur: 'Erit', inquit, 'magnus', non dixit: est; et 'filius altissimi vocabitur', non dixit: vocatur; et 'dabit ei Dominus sedem David patris sui', non dixit: habet, sed 'dabit ei Dominus, et regnabit', non dixit: regnat: et super quos? 'super domum Iacob', non dixit: 'super angelos et archangelos'. Rursum in eodem libro secundo ait: 'Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Iordane'. Luc. 4, 1. Et iterum: 'Regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilaea'. Non Dei verbum Luc. 4, 14. cooperatione vel auxilio eguisse spiritus sancti arbitreris, sed visibile templum variis sancti spiritus donationibus fruebatur'. Et post alia: 'Iesus Christus', inquit, 'heri et Hebr. 13, 8. hodie, ipse et in saecula'. Quo modo igitur, o sapientissimi, debemus advertere, quo modo idem ipse heri et hodie et in saecula, et temporaliter et aeternus, et in tempore et super tempora? nam si aeternus est, temporalis non est, et si in tempore est, super tempus non est'. Et rursum in domino Deo nostro Iesu Christo deitatis et humanitatis quasi unitatem astruens ait: 'Naturas discernimus Dei verbi: naturam integram dicimus et personam sine dubitatione perfectam[x]. Nec enim sine persona fas est asseverare substantiam; perfectam quoque humanam naturam cum sua persona similiter confitemur. Cum vero ad coniunctionem respicimus, tunc demum unam personam merito nuncupamus'. Quis haec, fratres carissimi, plena omni impietate non videat? A quibus tamen constat, quod se postmodum ipse correxit, qui in sancta Chalcedonensi synodo Nestorium anathematizare consensit. Quis non videat, quanta temeritate plenum sit Theodoriti scripta superbiendo defendere, quae eundem ipsum constat recta post profitendo damnasse? Dum vero eius et personam recipimus et ea quae dudum latuerant prave scripta reprobamus, in nullo a sanctae synodi actione deviamus, quia sola eius heretica scripta respuentes et cum synodo adhuc Nestorium insequimur et cum synodo Theodoritum profitentem recta veneramur. Alia vero scripta illius non solum recipimus, sed eis etiam contra adversarios utimur. Nam cum Theodorus canticorum canticum vellet exponere et non ad commenta, sed potius ad deliramenta laboret, per hunc librum Aethiopissae reginae Salomonem blanditum fuisse professus est; quod Theodoritus reprehendens nomen quidem eiusdem Theodori supprimit, sed tamen vesaniam patefecit. Eiusdem namque libri commenta conscribens ait[54]: 'Audio plures canticum canticorum detrahentes et non credentes spiritalem esse librum, fabulas autem quasdam aniculares per vesaniam texentes componere et praesumere dicentes, quia sapiens Salomon ad seipsum et filiam Pharaonis hunc

u) legibus *Par.* v) communicationes *Par.* w) apostolum *cum Theodoreto edd.* x) *an ita scr.?*; et adeum *Par.*; et addam *edd.* x) perfectum *Par.*

52) *Ib. ad anath. 5 c. 420.* 53) *Ib. ad anath. 10 c. 437.* 54) *Migne, patr. Gr. 81 c. 29 (in prooemio ad Iohannem).*

librum conscripsit'. Quo modo ergo nulla scripta eiusdem Theodoriti recipimus, qui illum etiam contra Theodorum assertorem veritatis invenimus? Haec ad scripta vestra respondimus.

Sed opportunum valde iudicamus, ut ea quae sine scripto a[y] responsalibus vestris audivimus breviter verba replicemus. Dixerunt enim Theodorum a Iohanne Antiochenae urbis episcopo mira per epistolam attestatione laudatum; quod verum nos nullo modo credimus. Si tamen et tale aliquid fortasse reperitur, plus fidem primae Ephesenae synodo, plus Kyrilli libris, plus Hisychii, quam aliis quae innotescere nunc usque nequiverunt epistolis commodamus. Debemus tamen accedere, etiam concedentes aliquid dicere; ita ergo, ut responsales vestri asserunt, esse sentiamus. Vos scitis, fratres dilectissimi, quod res quae dubietati subiacet in parte semper est interpretanda meliore. Quid itaque obstat, si, dum de eius errore occultum adhuc et dubium fuit, ab uno patre laudatus est et innotescente post perfidia paene omnium magnorum patrum sententiis velut immanis bestia quasi crebrescentibus iaculis est confossus? An non et malos a bonis aliquando laudatos novimus nec tamen eisdem laudibus defensos? Quid namque in heresiarchis[z] Origene deterius et quid in historiographis inveniri Eusebio honorabilius potest? Et quis nostrum nesciat, in libris suis quantis Origenem Eusebius praeconiis attollat? Sed quia sancta ecclesia suorum fidelium corda benignius quam verba districtius pensat, et plus in hereticis sensum proprium, quam testatio Eusebii absolvere potuit, nec rursus Eusebium laudati Origenis culpa damnavit. An non et Gregorius Nysae urbis episcopus, cum canticorum canticum exponit, sicut[a] inveniri in plerisque codicibus solet[a], magnis Origenem laudibus praefert? An non et Hieronymus nostrae ecclesiae presbyter et singularis Hebraei sermonis interpres tanto erga Origenem favore impenditur[b], ut paene discipulus esse videatur? Sed quia plus causa quam verba pensanda sunt, nec istis sua benignitas nocuit nec illum a reatu proprio favor alienae attestationis excusavit.

Rom. 10, 2. Cogor post haec, fratres carissimi, dolens cum Paulo dicere: 'Testimonium perhibeo vobis, quod aemulationem Dei habetis, sed non secundum scientiam'; cuius erga unitatem sanctae ecclesiae, dum viscera caritatis aspicio, discordes vos intolerabilius ingemesco. Pensate, quaeso, quo ardore sanctae unitatis anhelabat, cum Philippensibus Philipp. 2, 1. 2. diceret: 'Si qua consolatio in Christo, si quod solacium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera et miserationes, implete gaudium meum, ut idem sapientes, eandem caritatem habentes, unianimes id ipsum sentientes'. Qui igitur unianimitatem locuturus tot et tales inquisitiones praemisit, quantum esset huius virtutis meritum, non explendo, sed inquirendo monstravit. At contra, quam sit malum discordiae, 1. Cor. 1, 11. loquens Corinthiis ostendit; ait enim: 'Mihi significatum est de vobis, fratres, ab his qui sunt Clois, quia contentiones sunt inter vos; hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo[c], ego vero Cephae, ego autem Christi'. Quod cum quanta animadversione loquatur, agnoscimus, si subiunctae in- Ibid. 1, 12. crepationis verba pensamus; ait enim: 'Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis aut in nomine Pauli baptizati estis?' Considerate igitur, fratres mei, et, dum Deo adhuc expectante omni incerti vitae fini permittimur[d], vigilanti cura perpendite, quia illam scissionem sanctae ecclesiae pro Theodoro facere fraternitas vestra non metuat, quam pro se vel profiteri Paulus expavit. Cur non ad memoriam pro unitate servanda beati Augustini dicta reducitis, qui, dum de unico baptismate loqueretur, idcirco Kyprianum martyrem, qui de iterando baptismate scripserat, defunctum perhibuit, quia, licet pravum quid senserit, numquam tamen se a totius ecclesiae

y) a *om. Par.* z) heresiarchos *Par.* a) *verba* sicut *usque* solet *om. edd.* b) intenditur *edd.*
c) Appollo *Par.* d) fine permittimus *Par.*

communione suspendit[55]. Sic igitur permanere in sanctitate servante constat, fratres dilectissimi, quia, dum vos ab ecclesiae unitate disiungitis, omne virtutis meritum perdidistis, etiam si recte teneatis; scriptum quippe est: 'Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum'. Hebr. 12, 14.

Multa locuti sumus, quia et ad multa ratiocinando respondimus. Et cum testimonia ex patrum dictis innumera suppeterent, perpauca posuimus, videlicet cupientes, ut scripta nostra in causis singulis narratio breviata succingeret, ne fortasse taedium legenti generarent. Unum autem, quod iam superius diximus, non taedet, si etiam crebro replicemus, quia fidem sanctae Chalcedonensis synodi illibatam per omnia Deo auctore servamus eiusque definitiones, sicut Ephesenae primae, Constantinopolitanae ac Nicaenae synodi irretractabiles nunc usque tenuimus vel morte proposita irretractabiles custodimus. Vestra igitur dilectio communionem fidelium orthodoxorum fratrum non fugiat, ne praesentis vocis nostrae adiutorium, si audire neglexerit, contra se in testimonium vertat. Nos autem ad Deum post verba recurrimus eumque, quantum possumus, fletibus exoramus, ut hoc quod vobis ad sequendam concordiam a nobis dicitur, ipse in vestris mentibus manu intimae inspirationis operetur.

55) *Cf. Augustini libr. de unico bapt. cap. 13 (Opp. IX, 538). Cf. August. ep. 108 (255).*

APPENDIX IV.

Gregorius papa Vitaliano abbate atque presbytero petente duo monasteria S. Petri, alterum foras muros civitatis Beneventanae, alterum in civitate diruta quinto decimo miliario apud Beneventum a Theodora gloriosa femina constructum sub Romanae sedis iurisdictione suscipit. *a. 715—741.*

Cod.: Barber. XIV, 52 f. 296.
Ed.: N. A. VII p. 590 s. — Iaffé Reg. 1926.

AEPISTOLA BEATI GREGORII PAPE.

Gregorius servus servorum Dei Vitaliano religioso abbati presbytero[a] duobus monasteriis ad nomen apostolorum principis P. constructis, unum foras muros civitatis Beneventane, aliud in civitate diruta XV[mo] miliario apud dictam Beneventanam civitatem[b].

Quoniam[c] semper sunt concedenda quae[d] rationabilibus congruunt desideriis, oportet, ut devotio conditoris pie constructionis oraculi[e] [1] in privilegiis praestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus denominata monasteria, quae in loca suprascripta Theodora gloriosa femina[2] construxit, privilegiis sedis apostolicae infulis decorentur, ut sub iurisdictione sanctae nostrae, cui Deo auctore deservimus, aecclesiae constituta nulli alterius aecclesie iurisdictionibus submittantur, pro qua re piis tuis desideriis faventes[f] hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet aecclesiae sacerdotem in praefatis monasteriis dicionem[g] quamlibet habere hac[h] auctoritate praeter sedem apostolicam prohibemus, ita ut[i], nisi ab abbate[k] praefatorum monasteriorum fuerit invitatus, nec

App. IV. a) in *add. Ew.* b) dicta Beneventana civitate *Barb.* c) *ita scr. Ew.;* Scitis quoniam *Barb.* d) *ita Diurn.;* qua *Barb.* e) *ita Diurn.;* oraculis *Barb.* f) *ita Diurn.;* favente ac *Barb.* g) *ita Diurn.;* dictione *Barb.* h) *ita Ew. cum Diurno;* hac *om. Barb.* i) *ita Ew. cum Diurno;* ut *om. Barb.* k) *ita Ew. cum Diurno;* nisi abbas *Barb.*

App. IV. Hanc epistulam ex codice bibliothecae Barberinianae XIV, 52 edidit Ewald in N. A. VII p. 590 s., scriptam m. s. XI m. in additamento collectioni canonum Cresconii addito. Scripta est secundum Diurni f. 32 additis verbis: Sed si abba *usque* ordinare debeat. *Ewald contendit hoc privilegium a Gregorio I. papa datum esse, haud satis firmis, ut puto, argumentis fultus. Equidem credo dubium non esse, quin aut a Gregorio II. aut a Gregorio III. datum sit. Nam nostri temporibus neque Beneventi, in civitate Langobardorum, monasterium esse neque privilegium monasterio Beneventano a papa concedi potuit, quippe quia ea civitas extra fines Romanae reipublicae ecclesiaeque catholicae esset.* 1) *De hoc verbo cf. ep. XIII, 17. Ewald l. l. p. 595. Rozière ad librum Diurnum p. 59.* 2) *Equidem non dubito, quin de Theodorata (cf. Paul. diac. VI, 1), uxore Romualdi ducis Beneventani, a. 687 mortui, agatur.*

missarum ibidem sollempnitatem quispiam presumat omni modo[l] celebrare. Sed si abba obire contingerit, non extraneum, sed fratrum unum ex congregatione eligentes, quem aptum praeviderint, invitatus aepiscopus ordinetur; si et idoneum minime habuerint, inquirentes, ubi aptum repperire potuerint, et hunc eligentes, ut praelatum ab eis invitatus aepiscopus ordinare debeat; ut profecto[m] iuxta id quod subiecti apostolici privilegii consistunt, inconcusse dotandus permaneat, constituentes per huius preceptionis nostrae paginam[n] atque interdicentes omnibus omnino cuiuslibet aecclesie presulibus vel cuiuscunque dignitati praeditis[o] potestate sub omnipotentis Dei nostri iudicio constituti a nobis praefatis monasteriis indulti quolibet modo existere temerator. Bene valete.

l) *ita Ew. cum Diurno;* omnino *Barb.* m) *ita Ew. cum Diurno;* praefecto *Barb.* n) *ita Ew. cum Diurno;* pagine *Barb.* o) *ita Diurn.;* dignitate praeditus *Barb.*

APPENDIX V.

EPITAPHIUM SANCTI GREGORII PAPAE.

Suscipe terra tuo[a] corpus de corpore sumptum
  Reddere quod[b] valeas vivificante Deo.
Spiritus astra[c] petit, leti nil iura nocebunt,
  Cui vitae alterius mors magis ipsa via est.
Pontificis[d] summi hoc clauduntur[e] membra sepulchro,
  Qui innumeris semper vivit ubique bonis.
Esuriem dapibus superavit, frigora veste
  Atque animas monitis texit ab hoste sacris.
Implebatque[f] actu, quicquid sermone docebat[f],
  Esset ut exemplum[g], mystica verba loquens.
Ad Christum Anglos[h] convertit pietate magistra
  Adquirens fidei agmina gente nova.
Hic labor, hoc studium, haec tibi cura, hoc pastor agebas[i],
  Ut[k] Domino offerres[l] plurima lucra gregis[k]
Hisque Dei consul factus[m] laetare triumphis;
  Nam mercedem operum[n] iam sine fide tenes.
Hic[o] requiescit Gregorius[p] papa qui sedit annos
XIII menses VI dies X. Depositus IIII idus Martias.

App. V. De hoc Gregorii epitaphio cf. de Rossi, Inscript. Christ. t. II p. 52. 78. 112. 209. 253. 266, qui edidit ex cod. Vat. Pal. 591; cod. Petropolit. F. XIV, 1 (olim Corb. 598 = syllog. Centulens.), de quo cf. Fortunati opp. poet. ed. Leo p. XXVI; cod. Vat. Pal. 833 (olim Lauresham.); Petri Mallii descriptione basilicae Vaticanae — ex quo adnotationes sumpsi — atque Duchesne, Lib. pontif. t. I p. 313 s. Eadem Beda refert in h. Angl. II, 1 p. 64 ed. Holder. Ex codice Cassinensi Etymologiarum Isidori 320 saec. X—XI fol. 107' edidit Reifferscheid, Biblioth. patr. Ital. II, 409 (Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener. Akad. LXXI), ubi hoc distichon additur:

Item eiusdem sancti Gregorii papae.
Hic vir dispiciens mundum et terrena triumphans
Divitias (diuicitias *C.*) caelo condedit ore, manu.

Minima ipsius tituli fragmenta reperta sunt; cf. Sarti et Settele, App. ad (Dionysii) Crypt. Vat. monum. (1840) p. 80 ss. 125 et tab. 29. Epitaphium — papae *Petrop., om. cet.* — a) tuum *Petrop.* b) quo *Petrop.* c) *ex* astam *corr. Petrop.* d) pontifici *Pal. 591.* e) cluduntur *Pal. 591;* cludunt *Petrop.* f) *hunc versum om. P. Mall.* g) *ex* exemplem *corr. Petrop.* h) angelos *Pal. 591.* i) aiebas *P. Mall.* k) *hunc versum om. Petrop.* l) offeras *Pal. 591.* m) factis *Pal. 591. Petrop.* n) operis *Petrop.* o) Hic *etc. om. Petrop. et Pall. 833 et Beda.* p) I *add. P. Mall.*

INDICES

I. PERSONARUM ET LOCORUM.

II. RERUM, VERBORUM, GRAMMATICAE.

III. INITIORUM.

Numeri Arabici maiores et minores indicant paginam et versum, numerus II Arabicis praepositus tomum secundum. In indice personarum et locorum numerus Latinus addito numero Arabico maiore et notae sing. *vel* plur. *indicant librum et numerum epistulae, quae ad quemque missa est atque numerum, quo eum Gregorius noster alloquitur. Uncis includuntur praeter has notas numeri ad illos locos pertinentes qui non a nostro, sed ab aliis personis dictati sunt. Nota: abb. = abbas; diac. = diaconus; ep. = episcopus; frat. = fraternitas; lat. = lator; presb. = presbyter, cetera huiusmodi.*

I.

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM.

COMPOSUIT L. M. HARTMANN.

A.

Notiz für den Buchbinder:

Dieses Blatt ist abzutrennen und zwischen Seite 482 und 483 einzukleben.

Ad pag. 483 tomi II:

Cosmas: *cf.* Additamentum p. 514.
Cubulterna ecclesia II 105, 11. 23; *cf. not. ib.* 40.

ADDITAMENTUM:

II.

INDEX RERUM, VERBORUM, GRAMMATICAE.

COMPOSUIT LEOP. WENGER.

III. INDEX INITIORUM.

HIS VOLVMINIBVS CONTINENTVR:

Accedit tabula ad pag. XVI.

ra(n)da facti vertatur desinere; studendum ergo est tibi magnificentiae
amore sindi quinq(ue) concilia. Nam sine divina gratia humana dile-
ctio quid dicat in posterum dummodo q(uo)q(ue) ... amplius nos ... data die
x secunda mensis mar(tii) Indictio II

GREGORIUS . . MAURITIO . AUGU(STO) .

l. 8. ep. 2 Ind. 2. Dominorum pietas quae suos consuevit misericorditer famulos con-
tinere . ita benigna hic retributione resplendet in eorum
debilium inopia laetatur et illis consolationum sublevata; pro quare
lacrimabiliter omnes pro ... deposcimus . ut omnipotens d(eu)s qui clemen-
tiae vestrae adhoc corda conpunxit incolomem vitam mortis suicon-
stantia dominorum servet imperium . et victorias eorum in
cuntis gentib(us) auxilio suo maiestatis extendat; triginta itaq(ue)
libras auri quas confamulus meus Busa detulit scribo sacer-
dotib(us) egenisq(ue) et aliis fidelitet erogavi . et quia quedam in hanc
urbem sc(ilice)t moniales feminae et diversis provincias post captivi-
tate fugientes venerunt . et quib(us) quantum locorum possibili-
tas et ipsi aliquae in monasteriis datae sunt ; quae vero in his mi-
nime capi potuerunt singulariter degentes inopem vitam
ducunt; placuit in hoc quod decit . trumcis . aliquae debili-
bus superesse potestad ... decreta ; d(e)u(s) modo d(omi)norum
misericordiam non solum indigentes indigenae sed advenien-
tes et iam peregrini suscipiant ; unde actum est ut simul
omnes pietat dominorum concorditer orarent ; quatenus
omnipotens d(eu)s longa vobis et quieta tempora tribuat . et pi-
etatis vestrae felicissimam sobolem diu in romana re publica
florere concedat ; Roge quoq(ue) multum ita p(er) dictum confamulum
Z meum sc(ilicet) . . bonae preme quoq(ue) glorioso castorio magni vel facte
dat sunt ut dona dominorum cuncti sub disciplina debita gratias
agendo susciperent . et hoc quod prius ... dominari consueverat
omne in munera verteretur; dat(a) die XII men(sis) martii . Ind(ictione) XIII;

GREGORIUS CONDUCTORIB(US) MASSARU(M) SIVE FUNDOR(UM) P(ER) GALLI CONST(ITUTIS)

l. 12 ep. 12 Ind. 7 VI. Quamvis inter medias strictur bargentium constituti ca-
mentari ... nos suspicari conpellit . multum vos ab aliis
bona actione distare ; sicut enim apellatio beati petri
apostolorum principis familia ecclesiae tamen multitudini stari
tpore demonstrat ; ita debet et is ceteris morum claritate pre-
cedere adq(ue) eos quib(us) p(rae)estis ut bene agant . ut agnitum ... cui
serviunt ; assidue commonere ut rapinis gentium ad ... ra
vitatib(us) abstineant . et familia ecclesiae non solo nomine
sed et meritis ... Nos autem de vobis cognoscit ...